



VM GRECE apud plutarchum Nicie Athenienſis M. qꝫ craſſi uitas lectitarem atqꝫ illoꝝ preclariſſima geſta dili gentius intuerer: permulta in utroqꝫ non admiracóne ſolú ſed etiam imitacóe digniſſima compeiſſe uiſus ſum: cúqꝫ eas nondum in latinum cóuerſas audiſſem: res digna profe cto uiſa eſt in qua laborem meum. atqꝫ operam rectiſſime collocarem. ut ſiquid in Litteraꝝ grecarum ſtudiis profe ciſſem experirer: ut meoqꝫ labore hominibus qui grecas lit teras nó attigiſſet uirorum taliú mores innoteſcerent: quoꝝ alter grauiſſimo Ari ſtotelis teſtimonio inter tot Athenienſiú ciuiú inicia cum paucis admodú fuiſſe optimus patrieqꝫ amantiſſimus perhibeẽ. Alter qꝫ facile apud omnes hiſtoriarú ſcriptores conſtat tercius inter principes Romanos numereẽ. ea preſertim etate qua maxime romani imperii uiri floruere. Non paruam de rebus quoqꝫ maximis nec ſatis ꝑpter liberoꝝ iacturam manifeſtis. cognitioné huiuſmodi hiſtoria uideẽ ſiquidem de ſpartaco bello in quo tociens Romani duces ceſi ſuperatiqꝫ fuerunt. ac de partica expeditione que inter paucas populi Romani preclariſſima memo raẽ nihil niſi quod ſparſim ac nonnullis factú eſſe ſcptú reperiaẽ. Tibi uero potiſſi me has meoꝝ ſtudioꝝ primicias mittendas cenſui. ut ex tuo nomine atqꝫ amplitu dine interpretacóni huic aliquid dignitatis accederet. tum vero ut maiorem pre cipuú beniuolenciáqꝫ erga uirtutes tuas hoc munuſculo declararé: quod tibi non ingratum futuꝝ arbitror. Nam cum te ſemper litteraꝝ amantiſſimú cognoui. tú uero his temporibus poſt pacem diuino numine tuiſqꝫ ac patris tui clariſſimi atqꝫ optimi uiri conſiliis Florentino populo tributam: poſtqꝫ ſanctiſſimum illud fedus cum Venetis Mediolanenſiqꝫ duce tuo maximo labore induſtriaqꝫ compoſitú. cú tibi a publicis muneribus laxacó quedam preſtareẽ: lectitandi ſtudio te interdum recreari compertú habeo. & quáqꝫ innumera tibi ad elegendú ſuppeditari certe ſciá: non iniocundú tamen fore putaui duoꝝ etatis ſue clariſſimoꝝ hominum ui tas moreſqꝫ cognoſcere: quoꝝ uterqꝫ cum in ſua republica facile priceps extiterit. tum uero talia domi foriſqꝫ geſſit: que cognicóe digniſſima uideanẽ plurimumqꝫ ad hiſtorie cognitioné afferant adiumenti. Caſus uero illoꝝ tantam fortune con tinent uarietatem: ut preclaꝝ humane fragilitatis inconſtantie teſtimoniú prebe ant. preterea nihil abſurde feciſſe uideor ſi duoꝝ hominú qui conciuiú ſuoꝝ longe ditiſſimi habiti ſunt: uitas ad eum miſerim qui omnes non modo etatis noſtre ſed ſuperioꝝ etiam tempoꝝ ciues qui aliquádo in hac urbe fuerint diuiciaꝝ magnitu dine facile ſuperet. Nam quid ego de ſúma auctoritate dignitateqꝫ in republica dicam? qua & Niciam & omnes etiá grecie principes uel ſuperaſſe uel certe ade quaſſe videris. ſi rerum publicarú magnitudiné inter ſe uel in eis uiroꝝ excellen ciam conferre uoluerimus. Siquidem tantá in noſtra republica es conſecutus au ctoritatem quanta maxima in libera ciuitate unius eſſe poteſt. Tu igiẽ hoc quale cunqꝫ ſit tuo nomini dicatum munuſculum libenti animo ſuſcipe. & qua ſolitus es in omnes humanitate cóplectere. tuaꝝqꝫ aurium iudiciú eruditiſſimú his meis di ctis parúper impartiri non graueris. atqꝫ inter ceteros libros a doctiſſimis uiris tibi deſtinatos opuſculo huic loci aliquid eſſe patiare. Eſt enim & ſi forte minus eleganter fideliter certe planeqꝫ tranſlatum. vt nihil quod ad hiſtorie ſeriem per tineat deſideraturú te eſſe confidam. quod ſi abs te homine iudicandi peritiſſimo nó contéñi penitus hoc meú ſcribédi genus intellexero maiora poſt hac tuo gauiſſi mo iudicio cófirmatus aggredi non uerebor. Sed hec hactenus núc ipm Plutar chum loquentem accipe

VONIAM VT arbitror non absurde Niciam Crasso &
particos euentus casibus siculis conferre posse videar: ad-
monẽdos fore putaui. si q forte ad hec legẽda accesserint
ne me erga Tuchididẽ q de his rebus ornatissime atq; ac
curatissime sũma cũ varietate & copia scripsit eodẽ esse ani
mo arbitrerẽ. quo timẽs olim fuisse perhibetur. qui cum
Thuchydidem grauitate ac vehementia facile superare
posse pre se ferret. & Philisti historiam tanq; rudis & in-
epti scriptoris aspernaretur. in his presertim que ab illis ornate copioseq; scripta
fuere. ipse tamen vsq; adeo contemnendus apparet. ut non pedes q̃ Pindarus in-
quit. Lidium currum sequi videatur. sed plane ĩfans atq; ridẽdus euadat. atq; ut
Difilus inquit supra modum p̃guis. & sicula crassitudĩe delibutus appareat. se-
pe enim ad ridenda quedam ac leuia minimeq; ad historie contextũ pertinentia
digreditur. veluti rum Atheniensibus aduersum fuisse refert quod Nicias impe-
rator declaratus militiam obtrectaret. cui a victoria cognomen esset aut cũ propt̃
lacerata Mercurii signa: demones Atheniensibus portendisse dicit multa illos ab
Hermocrate hermonis filio aduersa passuros in bello. Scripsit insuper Cõsentane
um sibi videri Herculem Siracusanis esse propicium ob proserpinam cuius ope &
auxilio cerebrum capere meruit. Atheniensibus vero infensum esse quod egesteos
Troiana stirpe oriũdus seruassent: cum ipse Laomedonte regnante Troiam euer-
tisset. Verum eiusden (ut arbitror) prudẽtie est: Philisti historiam emendare &
Platonis & Aristotelis q̃ idem fecit dicta reprehendere. mihi vero emulationes
in scribendo contentiose penitus homine libero indigne videri solent: ac sophistis
precipue conuenire. quos etiam si contentionis tantum causa scribere putem demẽ
tes esse censebo. Sed quoniam que a Tuchidide & Philisto schripta sunt preter-
gredi non licet presertim que vitam hominis & mores continere videntur q̃ bre-
uissime illorum scripta percurrens carptim quecumq; mihi reccessaria fore puta
uero assumam. reliqua vero que plurimos latent atq; ab aliis sparsim narrata sunt
maxime vero priscis monumentis & decretis contenta inunum colligens conabor
historiam contexere non inutilẽ vt arbitror futuram sed que ad vite mores recte
instituendos plurimum valeat Primum igitur Aristotelis de Nicia testimonium
referendum censui qui tres optimos Athenis ciues ac sũma in patriã caritate &
beniuolentia affectos fuisse refert Niciam nicerati Tuchididem Milesiũ & The-
ramenem Agnonis filios. licet hic postremo loco non iniuria sit collocandus tum ꝓ
pter generis obscuritatem tum quod instabilem semper ad imministrãda re. p. sen
tẽtiam habuit. & modo has & modo alias partes secutus est. ita vt coturni etiam
cognomen acceperit. e duobus reliquis Thucbidides quidẽ natu maior erat. mul
taq; simul cũ pericle per ea tempora ciuitatis principe optima atq; preclara erga
rem publicam operatus est. Nitias autem quamuis admodum adolesens tamen ad
huc pericle superstitẽ dignitatis aliquid & auctoritatis meruit Nam & preturã
cum illo gessit & in magistratibus plurimis illi plerũq; successor delectus est post
mortem vero periclis nõ ambigue prime in re p. partes ad eum delate sunt. preci
pue ab his qui in ciuitate diuiciis & nobilitate prestabant. huius enim potentiam
Cleonis audacie atq; superbie opponere conabantur. Hec tamen alienam a se volũ-
tatem Nicias habuit Cum enim Cleon seniorum maxime partes foueret mercedẽ
etiam illorum animos corrumpens tamẽ his ipsis quibus tantopere studebat gra-
tificari odiosa superbia illius erat idcirco Nicie potentiã extollere nitebãtur: qui

licet etiam paulo seuerior habere: nõ tñ grauis erat aut austera nimis eius seueri
tas sed comitate quadam & vrbanitate cõdita: preterea timoris & cautõis simi-
litudine ad sui amorẽ multitudinẽ alliciebat. Cũq; natura formidolosus admodũ
esset atq; remissus in bellicis quidẽ rebus fortune ꝓspere euẽtus illius timiditatẽ
occultauit. in re p. vero administranda modicitas atq; obiectõ animi. preterea mi
ris erga calumniatores tolerantia mansuetudinẽ quandã popularem pre se ferre
videbantur. multũq; sibi fauoris & beniuolencie a multitudine conciliabat. cuius
maxime propriũ esse videtur magnos & audaces in re p. viros odisse timidos aũt
magnos efficere ꝙ maximi etiam honoris loco plebs reponat si se magnis viris con
temptui nõ esse animaduertat. Pericles igitur virtute & oracõis vehemencia plu
rimum potens in ciuitate magnus habebatẽ. nec vllius artis que ad mulcẽdos mul
titudinis animos valeat ignarus putabatẽ. Nicias vero harꝝ artium expers: diuici-
is autẽ egregie abundãs illarũ auxilio populi fauorem ad se traducebat. Cunq; fa
cilitate Cleon & Scurrili quadam urbanitate Atheniensiũ beniuolenciã compasset
Nicias minime se his artibus ualere sentiens uariis sumptibus ad voluptatem ex-
cogitatis graciosum se ad populum reddere meditatus est. atq; in hoc omnes qui-
cunq; antea fuerant. aut hactenus post ipsũ extitere gracia & liberalitate supera
uit. ita ut multa etiam ad nostram etatem eius monumenta supersint velut palla-
dium adhuc in arce constitutum. & in templo Dionisii statua eius inter festos tri
podes recunbantis. sepe enim spectaculis festisq; populo exhibendis cum certasset
reliquos omnes facile superauit: nec ab vllo fuit ipse aliquando superatus. Traditẽ
in solemni quodam spectaculo Nicie seruũ adolescentem forma ꝓstantissimum &
Dionisi habitu insignem ad populũ processisse. Cunq; ab omnibus clamor & plau
sus sublatus esset adolescentis ornatum & pulcritudinem admirantibus assurgẽs
Nicias nefas inquit esse arbitror viri Atheniensis seruire hunc adolescentem qui
tanto omniũ cõsensu deo persimilis iudicetẽ. ꝓpterea liberꝝ illũ esse iubeo. Memo
ratur preterea magnifice preclareq; in delũ sacroꝝ facta deductõ. Cum enim cho
ri qui in honorem appollinis carmina quedam cantaturi a ciuitatibus grecie in de
lum quotannis mitterentẽ consueuerat vtrũq; sors tulisset nauigãtes nullo ordine
turbe incomposite obuiam procedenti carmina referre: coronisq; ac vestibus nulla
adhibita reuerentia sumptus temere ad deum salutandum accedere. Nicias vero
huius sacri deducendi gracia ab Atheniensibus in delum missus cum omni choro
in Riniam delo finitimam insulam descendit sacrificia cuncta atq; apparatũ om-
nem secum deducens. nocte deinde sublicium pontem quẽ auro variisq; picturis
atq; auleis egregie ornatũ Athenis secum portauerat. e nauibus educẽs Riniam
delo coniunxit: cum non magno admodũ inter se spacio insule distent. Post hec in
sequentis diei principio per eum quem dixi pontem vniuersum pompam & chorũ
mirifice instructũ suauissimis cantibus in delum traiecit: inde sacrificiis ac certa
minibus coniuiisq; peractis ex ere ingentem palmam eius rei monumẽtũ futurꝝ
deo constituit & decem dragmoꝝ milibus agrum mercatus deo sacrauit ac De-
lios iussit eius agri prouentus capientes annua sacra deo facere. multaq; bona pre-
catos Nicie splendissima conuiuia celebrare. Hec omnia in columna inscribi cura-
uit eamq; veluti eius monumenti custodẽ in delo reliquit. Sed non multo post vẽ
toꝝ impetu palma deiecta statuã etiã que in proximo locata erat subuertit. Atq;
hec illũ vulgaris glorie & ambicõis gracia. tum popularis fauoris aucupandi gra
cia fecisse. non immerito forsan suspicari quispiam possit. quãquã omnẽ vitam ac
mores non alienos a religione semper fuisse animaduertat. Singulis enim diebus
sacra diis faciebat domi quoq; vates habebat quos assidue de rei p. futuris euen-
tibus consuleret ac diligenter etiam priuatis de rebus omnibus eorum sentẽcias

p̄cari solitus est: preseitim vero de argēti effosione quidnã sibi auspicia casusq̄ portenderent accurat sciscitabant. Nanq̄ argenti fodicinã habebat in agro maxi
mi sane prouentus verũ summi periculi ac laboris opus in quo magnã seruorũ tur-
bam assidue fatigabat. Itaq̄ plurima diuiciarũ suarum pars argento atq̄ pecuniis
continebat. Et propterea multos circa se continuo petitores habebat. e quibus ne
mo ferme abibat vacuus. nõ minus enim his a quibus mala quispiã timeret: q̄ his
qui de se bene meriti essent tribuere conuenit. Itaq̄ plurimis hominibus faculta-
tes eius vtilitatem afferebant Malis quidem timoris causa. bonis autē ob ingeni
ram in omnes humanitatē & liberalitatis studiũ. quarũ rerum a poetis comicis te
stimonia sumere licet. Teleclides enim calumniatorem quēpiam talia dicentē in-
ducit Caricles minam vnã tradere noluit ut eius malefacta silerem. At Nicias ni
cerati filius quatuor dedit. Cur vero dederit & si optime norim nequaq̄ tamē ef-
ferri volo est enim mihi peramicus. eadē ferme ab Epol & Aristophane dicuntur
frinicus etiã vehement pauidũ ac demisso animo fuisse his verbis illũ ostendit. de
quodã amico sic loquēs. Hunc ego ciuem optimũ fuisse: neq̄ humilē aut abiectum
vixisse: quēadmodũ Niciam cōpertum habeo Ex hoc igitur ex calumniatoribꝰ ob
noxius neq̄ conuiuia cũ equalibus celebrare: nec aliquē sermonis & quotidiane cō
suetudinis sociũ habere ausus est. Sed cum magistratũ aliquē gereret in curia sp
ad noctem vsq̄ pmanebat: atq̄ in senatũ primus cum veniret omniũ postremus di
grediebat. Cum vero nullo munere publico fungeret difficilimus ad eius colloqui
um patebat aditus q̄ se domi clausum plerũq̄ contineret. amici vero pro foribus as
stantes & accedētibus obuiã procedentes Nicie veniã dari precabant. quod pub
licis occupacōibus impeditus aures illis prebere non posset. Erat inter familiares
precipuus Hieron quidam qui maxime illius gloriã & dignitatem augebat: plu-
rimo tempore illius domi nutritus. vnaq̄ secũ musice & litterarũ disciplinis insti-
tutus. hic se Dionisii filiũ asserebat qui ferreus cognominatus est. & poemata nō
nulla cōposuit: quorũ aliqua ad nostram vsq̄ etatem pmanserũt. Hic etiã Colonie
que ab Atheniensibus in Italiam missa est ductor constitutus. Thiriorũ ciuitatem
edificauit Is igit̄ Hireon ostura uatum responsa Nicie interpretati consueuerat.
atq̄ rumores in populo uulgauerat. Niciam laboriose ad modũ atq̄ iocose ob nimi
am quam pro ciuitate gestabat sollicitudinē viuere quippe qui in balneis etiã at-
q̄ intercenandum rei p. aliquod pro futurũ cogitare nunq̄ desisteret. & priuata
etiã negocia propter publicorũ munerũ administracōnem negligeret nec somnũ eti
am capere propter curarũ posset anxietatem: & ex hoc inbecillo atq̄ inualido cor-
pore effectum neq̄ amicis congredi neq̄ vllam cum eis voluptatem capere posse:
quorũ etiam comoda atq̄ vtilitates rei p. causa ɔtempnere cogeret. non idem faci-
ens quod pleriq̄ consueuerũt qui amicos ex publico ditantes: questui simul ac ludi
brio rem p. habent hec palam dictitare atq̄ in uulgus iactare consueuerat. & pro
fecto Nicie vita fere talis erat qualis ab illo predicabat. Itaq̄ frequenter illud A
gamenonis habebat in ore. Vite nostre presidem turbam sortiti sumus. multitudi-
niq̄ procul dubio seruire cogimur. Cum per multa in re p. non recto iudicio fieri
animaduerteret: populũq̄ non tam grauibus ac sapientibus viris pre his qui plu-
rimũ dicendi audacia prestarent fauere. Excellentem vero gloriã aut prudentiã
inuisam populo atq̄ suspectam esse conspiceret quod Periclis dãnacio ac relega-
tio Damonis & erga antifontem Rannusium sũma diffidentia testabat. Quecũq̄
ad eum laboris aut periculi nimiũ habitura imperia deferebant repudiabat maxi
me in hanc sententiã Pachite exemplo confirmabat. a quo Lesbus capta est. qui
cum e bello rediens gestarũ a se rerum racōnem in senatu reddidisset: e ducto gla-
dio seipsũ interemit: ut inimicorũ calũpnias euitaret. Cũ vero necessitate ɔpulsus

administranda quedam susciperet exercitus saluti atq; incolumitati in primis cō-
sulebat: ac si quid preclarum gerere contigisset eius graciam non virtuti aut prudē
cie sue: sed fortune magis aut deorum benignitati acceptam referens. gloriā suā
qua minime poterat inuidie obnoxiam facere conabatur. In quo preclare sibi con-
suluisse aliorum casus docuerunt. Cum enim multa rei p. aduersa sub vnum fere
tempus contigissent: multeq; in ea perturbationes extitissent: ipse omniū expers
atq; immunis euasit: quod facile per singula eius temporis gesta recensentibus ap-
paret. Nam clades quam A chalcidensibus in Thracia Athenienses accepere: sub
Calliade & Cherofonte imperatoribus contigit. Ab etholis vero accepta calami-
tas est: cum dux exercitus Demoscenes esset At cum in delo Atheniensiū decem
milia cesa sunt. Ipocratem fuisse imperatorē non ambigitur. Inducte vero intra
ciuitatem pestilencie in periclem causa refertur. qui belli effugendi gracia multi-
tudinem omnem ex agris in vrbem conuocaret: quapropter illi & locorum insolen
cia & vrbani victus desuetudine tabefacti pestem subito in ciuitatem concitarunt
Horum igitur ut antea dixi malorum omnium ne minime quidem suspitio Niciā
attigit. Itaq; semper in ciuitate permansit incolumus At vero milicie gesta precla
re multa ab eo sunt. Nam imperator contra Lacedemones creatus citharam insu-
lam cepit Laconice regionis adiacentem: & tunc a lacedemonum colonis inhabi-
tatam Plurimas etiam in Thracia que ab Atheniensibus defecerant: ciuitates re-
cuperauit. Cumq; megarenses intra menia compulsos clausisset: primo quidam mi-
noam insulam cepit nec multo post illinc discedēs Nisea potitus est. Inde in Corin
thium agrum progressus ingenti prelio illos superauit: multisq; virorum milibus
interfectis. Licofronem etiam imperatorem occidit. Cumq; illinc discedens & iam
aliquantum itineris progressus: amicorum duo cadauera insepulta reliquisse mei-
nisset agmen vniuersum sistere iussit: atq; ad hostes preconem misit: qui mortuoꝝ
cadauera ad sepulturam repeteret: neq; illam seu legem seu consuetudinem veri-
tus est qua cōmuniter ab omnibus iudicatur: illos hostibus victoria tacito cōsensu
tribuere qui corpora ad sepulturam repetere coguntur. Itaq; trophei statuendi q
bus id euenerit imperatoribus facultas adimit qui enim incernit potentiores esse
iudicantur: itaq; eos precario quicq; ab inferioribꝰ petere absurdum videtur Atta
men Nicias victorie opinionē & glorie negligere maluit quē suoꝝ ciuiū corpa in-
humata relinquere. Post hec aduersus Lacedemonios profectus eoꝝ maritimā re
gionē populatus est. superatisq; copiis que sibi obuiam venerūt Thiream occupa-
uit: quam per id tempus Eginenses tenebant. atq; omnes captiuos Athenas per-
duxit. Cum omnis Peloponensis conspiracōe facta: terra mariq; Atheniēsibus bel
lum ꝓpterea intulisset. ꝙ Demostenes locum quem illi Pilon appellant muro fa-
bricato clausisset vigniti prelio cōmisso quadringenti ferme spartiate milites in
insulam que stractira dicit̄ confugerūt. Hos capere vehementer optabant Athe
nienses. Verum ardua sane ac perdifficilis obsidio futura videbat̄: tum ꝓpter loco
rum asperitatem & aquaꝝ penuriā: tum ꝙ maximā atq; ad res gerēdas aptissimā
estatis partem in his locis consumendā fore videbant. hieme vero locoꝝ presidio
tutos cernebant hostes futuros cum nulla ex parte facilis ad eos aditus pateret
Hec igitur Atheniensiū animos distrahebāt & sese grauiter accusabant quod mis
sos a Lacedemoniis de pace legatos repulissent. Cuius rei Cleon in republica ad-
ministrāda Nicie aduersarius fuerat auctor: is enim cum Lacedemonioꝝ opibu s
fauere Niciam: sed eorumq; amiciciā affectare conspexisset. populo persuasit ut pa
cis condiciones repudiarent. Sic igit̄ circa stractiram iam pridem cepta obsidio in
longum duratura videbatur. multaq; tolleratu grauissima obsidentem exercitum
perpeti continuo nunciabat̄: magnaq; in Cleonē ea de causa suscitabat̄ indignatio-

quam ille omnem in Niciam retorqbat: asserens illum timiditate atq mollicie im-
plicitum: vt obsessi tales viri e manibus dilabantur effecturũ. quod si sibi impera-
torem fieri contigisset: non tamdiu tergiuersandi spacium illos habituros fuisse.
His vocibus Atheniensium aliquot pmoti quin tu igitur aiebãt etiam nunc ad rẽ
conficiendã proficisceris. Ipse etiam Nicias assurgens: at qui tibi licet inquit meo
concessu expedicõrem hanc suscipere. & simul quotcũq velis copias assumere: nec
semper verbis dumtaxat audacẽ te prestare nullum reipublice causa periculũ sub-
ire volentem. His dictis grauiter permotus Cleon primo quidem pudore detẽtus
hoc a se munus repellere conatus est. Inde cohortantibus vehementer Atheniensi-
bus garuius increpante Nicia ambicõis etiam stimulis agitatus miliciam suscipit:
ac simul temporis spacium prefiniuit. iratus intra vigesimum ex quo nauigare ce-
pisset diem: aut omnes illos ad quos oppugnandos pergebat se interfecturum: aut
viuos & captiuos Athenas ducturũ esse: Magno igitur ab omnibus risu iuramẽtũ
eiusmodi exceptum est. Quod illud nemo prestare id posse confideret. ac insuper
eius leuitatem furoremq admirarentur: quem & alias non sine maxima iocundita-
te ludibrio habere consueuerant fertur enĩ cum aliquãdo ad contionem habiturus
populum conuocasset illiq frequentes cossent ac per multum tẽporis spacium se-
dentes expectassent. Illum tandem coronatum aduenisse. atq ut in posterum diem
contionem differrent hortatum esse: neq enim ocium sibi illa die ad id peragendũ
suppetere: quod hospites conuiuio accepturus sacraq diis immortalibus facturus
esset. Ita Athenienses risu excitato: nihilq ea de causa turbatos soluta contione ab-
isse. Is igitur vt antea dixi imperator ad eius insule oppugnationem creatus: pro-
spera fortuna usus est. Nanq Demosteni succedens intra prefinitum a se tẽporis
spacium omẽs qui pugne superfuere sparciatas armis ademptis captiuos Athenas
duxit. que res magnam Nicie ignominiam attulit. Siquidem nõ abiectione clipei
sed longe deteriori: timiditatis argumento: imperandi curã se neglexisse patefecit
nec veritus est homini in administranda republica aduersanti tam preclari facino-
ris patrandi occasionẽ prestare: ultroq tante rei pficere imperatorem. Igitur non
iniuria ab Aristophane in cõmedia q̃ georgia dicta est notatẽ: ubi agricultorẽ quẽ-
dam talia dicentem facit. ego quidem colendis agris intendere cupio At quis te p-
hibet? uos. Sed mille dragmas daturum me polliceor si a gerendis magistratibus
efficiaris immunẽ: nos vero ac libenter quod polliceris accipimus. duo millia etenĩ
erunt dragmarũ his quas Nicias etiam pro immunitate dedit cõnumeratis. Hec
parũ sane ciuitati ea res attulit detrimenti quandoquidem gloria & potencia Cle-
onem eousq auxit vt fastu & audacia intollerabilis factus & Nicie fidẽtius aduer-
sari: & in ciuitate res haud quaq pbandas tentare sit ausus. orandi uero grauita-
tem omnem atq ornatum subuertit. cum primus inter orandum uociferari & ue-
stem ab humeris reicere: ac femur percutere & per pulpitum interdicendũ excur-
rere cepit: ex quo sũma in posterum licentia & qui omnia turbauit decori contem-
ptus apud hos cui rem publicam administrabant insecutus est. & iam Althiadis
nomen inter Atheniensium principes eminere ceperat: non malum illud quidẽ sed
quemadmodum Egipti regio cum sit feracissima medicamẽta profert saluberrima
Venena etiam pniciosissima fundens Ita althiadis ingenium cum egregie utranq
partem excellẽt magnarum in re publica nouationem occasionẽ prestaturũ uidebat
que res Nicie plurimũ attulit ĩpedimẽti Cleonis etiã inimicitiis ĩplicito: q̃ minus
perfectam ciuitati quietem & tranquilitatem tribuere posset. Cum enim lauda-
biliter id agere aggressus esset repente Althiadis fastu atq ambicõne ad bellum
exire coactus est. qua de te latius dicere aggrediar: altius aliquãtum principio re-
petito Qui ciuitatis ociũ paceq non equo animo tollerabãt duo precipue Athenis

erant Cleon & Brasidas. Quorũ alterius uitia bellum occultabat: idemq; alterius
virtutes reddebat illustriores. Atq; huic latrocinia & scelera plurima: illi vero e-
gregia quedam facinora perpetrandi occasionem bellum prebebat. Hi cum apud
Amphipolim pugnantes ambo cecidissent Nicias egregiam ad res gerendas occa
sionem sortitus spartiatas iam dudum pacis auidissimos Atheniensibus cõiungere
aggressus est: cũq; Athenienses proxima clade debilitati nõ amplius belli fortunã
tentare auderent: & utriq; iam fessi fatigatiq; manus prebente studiose Nicias ef
ficere cõabatur: ut ambo in amiciciam paceq; coeuntes non modo sibiipsi: sed vni-
uerse grecie aliquãdo malorum finem imponerent pacemq; etiam posteris seculis
duraturam firmarent: atq; ad hoc statim seniores ac locupletes omnes. Vniuersam
preterea agricolarum turbam paratissimam habuit. reliquos vero si qui duriores
inueniebantur: priuatim Nicias admonens: ac rei p conditiones & statum edocens
tardiores ad belli cupiditatem efficiebat. Iamq; Atheniensium animos ad pacẽ pro-
pensiores intuitus: spartiatas vt optime de pace sperarent igit hortabat: nec illi
verbis eius ac pollicitationib9 diffidebãt Cũ ob preclarissimas que in eo viro uirtu
tes eminebant. tũ quod eos qui in pilo capti fuerant summo studio & humanitate
iam inde ab initio cõplexus captiuitatis infortuniũ sua cura & diligẽtia tolleratu
facilius illis reddiderat. Igitur inducias annuas primo int̃ se pepigere: quo tempe
conuiuia & potacões inuicem permixti celebrantes quietis & ocii indies cupidio
res fiebant: ac talia quidem carmina passim decantari audiebant. Iaceas vtinam
hasta mea q̃ diutissime atq; aranearũ telis operiare. Tum illud in ore frequenter
habebant eos qui in pace somnũ capiũt: non tubarũ strepitus sed gallorũ excitat cã-
tus. At talia quedam dicentes sũmo plausu & hilaritate ab omnibus excipiebantur
Contra vero si quos talia dicentes audissent quod in dení bello clarissimi euadunt
quibus q̃ diuturna belli gerendi prebet occasio grauit obiurgabant. Itaq; tacito in
ter se consensu pacem firmasse videbant. Iamq; finem malis impositũ esse predica-
bant: & magnũ apud omnes Nitie nomen habebat. quod vir esset diis amicissim9
nec sine deorũ numine a re omnium preclarissima: victoria scilicet propter insigrem
religionem ac pietatem sortitus nomẽ putabat: nam grece nichi victoria nuncupa
tur atq; omniũ idem consensus erat: ut Nicie pacem Periclis bellum propriũ opus
esse arbitrarentur: cum hic minimis persepe de causis in maxima bella & calamita
tes greciã coniecisse visus sit. Ille vero grauissimas etiã iniurias suos ciues obliuisci
psuadens amiciciam cũ hostibus conciliauerit: propterea tunc suo opere ac labore
perfectam pacem ex auctoris nomine Niciam appellabant. Cum iam igitur de pa
cis condicõnibus inter vtrosq; populos conuenisset atq; captiuos homines agrosq; &
ciuitates inuicem captas: vtr q; reddendas statuissent sorte discerni placuit quirã
priores in reddendo esse deberent. Tunc Nicias clanculum pecuniis exhibitis: eos
qui ducendis sortibus preerant concupit. Itaq; priores reddere Lacedemonii cõ-
pulsi sunt vt in suis historiis retulit Theophrastus: interea Corinthii atq; Boecii:
non equis animis que ab Atheniensibus gesta erant ferentes bellum excitare cona
bant. Idcirco Nicias Lacedemonios atq; Athenienses hortatus est vt nuper ab eis
institute pacis federis quoq; vinculum & firmamentũ superadderent seseq; firmi-
ores aduersus hostiũ insultus redderent: vtriq; igit̃ eis monitis & hortacõnibus
obtempantes fedus inter se vinxere. Hec Alcibiadi nequaq̃ placebãt: alioquin ocii
pacisq; inimico & tunc vehementer Lacedemoniis infenso quos omni cultu ac beni
uolẽcia Niciam complecti se vero negligere atq; contempnere aĩaduertebat. Pa-
lam igit̃ paci obsistere primo ausus nihil profecit. Inde cum Athenienses Lacede-
monios subiratos animaduertisset & se graui iniuria affectos quererentes quod so-
li cũ Boeciis fedus iniissent. tum etiã q̃ Panectum atq; Amphipolim. vrbes ex pacis

condicónibus debitas non reddidissent: preclaram nactus occasioné causas q̃ maxi
me poterat exaggerare nitebatur & grauissimis verbis in Lacedemonios populũ
irritabat. Tandem legatas Argiuorum accersens vt fedus cum Athemensibus fa
cerent persuasit: que cum Lacedemoniis comperta essent legatos cum sũn ma om
niũ potestate Athenis miserunt: qui statim senatum adeuntes omĩa se que illis pla
cuissent facturos polliciti sunt. Veritus igitur Alcibiadas ne populi fauoré pollici
tacionibus eiusmodi sibi cóciliarent: legatos arte quadam huiusmodi fefellit. Cun
cta enim quecunq; poscerent sese facturũ spopondit: si modo iureiurando prestito
polliceantur nunquid ad populum palam facturos: se cũ libera potestate missos ve
nisse: inde persuasos his verbis legatos in contionem deduxit. Atq; ut primum in
tocius populi conspectum venere: maxima uoce ut ab omnibus audiretur inter
rogauit: an omnium que agi oporteret liberam potestatem habentes venissent. id
illi cum apertissime negassent: ad senatum conuersus Alcibiadis eiusq; fidem obte
status: hortabatur legatos a se q̃ primum dimitterent: neq; eoꝝ verbis postac fidé
aut auditũ preberét quos tam aperte métitos audierint: sibi ipsis cótraria dictitã
tes. Nam antea liberam se potestatem habere vulgauerant. ꝑculsis autem stupore
atq; admiracóne legatis rũ eos Nitias excusare minime posset: sed ipse quoq; me
rore prestaret attonitus: populus quem primũ aduocandos argiuos: & fedus cum
eis firmandum censebat. Idq; sũmo consensu decreturi subito fuerant: nisi ea de re
consultantibus ingens superuenisset terremotus qui quasi auxilio Nitie a diis mis
sus contionem diremit. Postridie cũ populus frequens in contionem venisset: sũ
ma cótétóne Nitias vix efficere potuit: ut ab eo quod de cóuocandis argiuis ꝑdica
bant desisterent: sibiq; interim ꝑficiscendi Lacedemonem facerent potestaté. cũ
se omnia que opus essent curaturum polliceret. Veniens igitur Lacedemoné Ni
tias honorifice admodum ac perbenigne susceptus est: quod eum virum alioquin
optimũ: tũ suis ꝑtibꝰ precipue fauenté accepissent: attamen cum hi qui boetiorũ
partibus magis inherebant in republice administracóne ꝑualerent nihil eorũ que
petebat ꝯsecutus infecto negotio Athenias redit: ubi sũma cũ igrominia & ma
ledictis plurimis acceptus est. Ipse vero Athenensium iracundiam & doloré for
midabat. qđ suis ꝑcipue cohortationibus impulsi. viros qui apud Pilum capti fue
rant Lacedemoniis reddidissét. Quos Lacedemonioꝝ omnium nobilitate: opibus
affinitate: ꝑstantissimos fuisse constabat: nihil tamen grauius in ipsum Athenien
ses consulere ꝑterq; q̃ Mantineos & Ethenses Lacedemoniorũ rebelles: vna cum
argiuis in fedus asciuerunt. ac Pilum predatores miserunt: qui Laconicam circa
regionem vastarent: exquo bellum subito insecutum est. Cum cepta inter Altibi
adem Nitiamq; sedicó validior indies fieret Ostracismi fiendi dies appropinq̃bat
Hoc tanq̃ purgande ciuitati medicamento ad constitutum tempus uti populus có
sueuerat: atq; illum qui supra reliquos ciues vel gloria vel diuitiis vel potencia ex
celleret: ita ut suspectus in ciuitate haberetur: in decennium extra ciuitatem re
legebat: magnus igitur utrũq; timor inuaserat quasi haud dubie in eorũ alterum
Ostracismi sors casura esset: nanq; Altibiadis vitam fastidiebant omnes atq; horre
bant audaciam ut planius in his que de suis moribus tractant ꝑscripsimus. Nitiã
vero cum diuiciarũ magnitudo suspectum faciebat. cum eius in omni vita quesita
solitudo & morũ insolentia nihil humanitatis ac comitatis habens: ab animis po
puli reddebat alienum. Curq; sepius vulgi cupiditatibus aduersatus: q̃uis inuitos
salutaria quedam facere compulisset. grauior tamen & asperior tolleratu videbat
atq; vt omnia paucis conplectar. iunioribus erat & belli cupidis contra pacis ama
tores & seniores omne certamen: cum utriq; aduersus eum quem oderant Ostraciũ
vertere conarentur. Verum illud ꝑ id temporis euenit quod vulgari etiã ꝓuerbio

dici solet vt in seditione discordiaq; ciuili p'erumq; sordidissimis etiam viris ho- · : ~
ribus potiri contingat populus enim omnis bifariam diuisus ad publicos honore
aditũ scelestissimis atq; ĩpudentissimis viris patefecit iter quos pcipuus hipbolu
erat vir non ex potentia sortitus audaciam· sed ob impudentissimam audaciam f
ctus potens· quiq; propter eam quam in re publica gloriam nactus est: ciuitatẽ vn
uersam ignominia affecerit. Hic igitur per id temporis ab omni se procul Ostrac
suspicõne abesse putans: quippe qui grauissimo quoq; supplicii atq; ignominie grã
dignior esset: sperabat cum illorum alter e ciuitate pulsus foret ei qui reliquus s
perfuisset aduersarium sese & factionis principem constituere: sũma enim volup
tate seditionem fouebat: atq; aduersus vtrũq;. tacite populum concitabat. Igitu
Nicie atq; altibiadis familiares huius hominis peruersitatem conspicati & p clã
destina colloquia multa super hac re cõmunicantes finem seditionibus imponẽ st
tuerunt: Itaq; cõmuni ɔsensu effecere. vt illoꝝ neuter· sed qui medius inter vtrosq
surrexerat Hiperbolus vrbe pelleretᷣ: ea res primo voluptatẽ risumq; populo pre
buit· quem tamen haud ita multo: post in indignacõnem cõuertit. Quod eius sup
plicii dignitatem imminuisse videretur in virum sordidissimũ abutens. Inesse en
huic supplicio auctoritatis aliquid arbitrabantᷣ Thucididi quod aut Aristidi atq
horũ similibus Ostracismum pro supplicio rectissime dari. tam sordido autẽ: tãq
scelesto homini honoris pocius & arrogantie aliquid afferre: si non flagiciis ac sce
leribus suis meritas penas paciatur sed ea tantũ veluti castigacõe notetur qua op
timi etiã viri interdũ affici consueuerũt. Et hoc poeta quidã comicus compꝛhẽdit
inquiens. Quid nam hic operatus est ut viris primatibus digna pateretᷣ: se autem
ac flagiciis indigna. neq; eni viroꝝ taliũ causa Ostracismus ĩuentus est: atq; ĩ hoc
viro finis per Ostracismũ puniendi quẽquã factus est. nemo est enim post ipm tali
pena damnatus. Cum Hiparchus Colargeus tiranni cognatus primus hoc suppli-
cii genere damnatus fuisset. Atq; fortune ludũ iudicatu sane difficilimũ hac in re
animaduertere merito quis potest Si enim cũ Alcibiade concertans Nicias Ostra
cismi subisset periculũ aut aduersario superato magna cum laude & gloria : domi
futurus erat· aut antea q̃ in aduersos iminentis fortune casus incideret optimi im
peratoris existimacõne retenta ex vrbe discessisset neq; vero me latet aliter Theo
phrastũ his de rebus scripsisse: & non Nicia sed Phiace aduersus Alcibiadã certã-
te Hiperbolũ relegatũ fuisse Veꝝ plurimi historicoꝝ atq; idem probatissimi sic
vt a nobis expositũ est tradidere. Cum Egestensiũ & Leontinoꝝ legati Athenas
venissent: hortantes vt exercitus in siciliã ad eius dominiũ capessendũ mitteretur
Contra nitens sũma contencõe Nicias ab Alcibiade superatus est. Ille enim cũ po-
pulus vocaretᷣ omniũ animos ingenti spe compleuerat: & quasi labe quadã & con-
tagione infecerat ad bellũ capessendũ. vt iam in palestris & circulis considentes se
nio: es: nihil aliud q̃ Sicilie formã atq; situm & circũstantis maris naturã: portus
preterea & locoꝝ que ad Libiam vergũt disposicõnem in ore haberent. neq; enim
tam victorie premiũ Siciliam futurã existimabãt q̃ ad vlteriora procedẽdi facul-
tatem prestaturã esse daturãq; aditum. Vnde Carthaginẽsibus bellũ cõmodius in
ferre possent· quibus superatis tocius maris quod intra columnas Herculeas con-
tinetur facile se potituros sperabãt Cum igitur ad bellum suscipiendũ omniũ ani
mi propensi essent: Nicias eoꝝ studiis aduersari conatus paucos admodũ atq; in-
ualidos sentencie sue fautores inuenit. Qui enim diuiciis & opibus poterant quã-
q̃ pacem & ociũ affectarent· palam tamẽ id profiteri non audebãt: popularis infa
mie rumorẽ verentes ne priuati cõmodi racõnem publice glorie anteferre magis
q̃ impense vitande causa q̃ ꝙ reipublice vtilitatem talia cõsul'ere viderentᷣ. Nicias
vero q̃uis omniũ auxilio destitutus nunquã Esniam dimoueri potuit. Sed cũ iam

bellum Athenienſes decreuiſſent: ſeq; cum Lamacho & Altibiade eius belli duces
declaraſſent rurſus aduocata contione aſſurgens: maximaq; voce populum atteſta
tus: bellum diſſuadere conatus ẽ poſtremo grauioribus verbis Altibiadis auarici
am & ambicõnem accuſauit: quod priuati honoris & lucri cupiditate ĩpulſus: tam
difficili tamq; arduo bello ciuitatem implicare non dubitare: tradit omnes ferme
ſacerdotes publicos atq; aruſpices huic expeditioni aduerſatos eſſe & dira omnia
portendi nuntiaſſe. Verum Alcibiadis cum domi priuatos haberet vates, ex vetu
ſtiſſimis illos aiebat monumentis comperiſſe. Magnam Athenieñſibus gloriã e Si
cilie rebus portendi quedam etiã ab Amonis oraculo venientes reſponſum accep
tum ferebant haut ita multopoſt fore vt Syracuſani omnes in Athenienſiũ pote
ſtate deuenirent. qui vero aduerſa prodigia comperiſſent metu pterriti pferre illa
non audebant: attamen que palam in omnium occulis aduerſabantur occultari aut
diſſimulari minime poterant: qualis mercurii ſigno⁊ deuaſtatio fuit: que omĩa vna
atq; eadẽ nocte menbris plurimis mutilata fuiſſe cſtat: preter vnũ q Andochidis
appellabatur. monumentum cuidem Egideos tribus. Verum quia iuxta Ardochi
dis domum poſitum eſſet. eiuſmodi nomen ſortitum eſt. Nec illud ſane quanq; latẽ
potuit: quod duodecim deorũ templum: vir quidam repente in medium altare pro
ſiliens. cũ illud ſemel circumluſtraſſet Saxo grauiter ſibimet pudibunda lacerauit
In delphis autem palladis aureũ ſimulacbrum enee palme ſuperpoſitum ſtabat: qd
Athenienſes pro re bene ac feliciter aduerſus medos geſta conſtituerant. hoc die
bus plurimis corui roſtro vnguibuſq; petentes quodammodo lacerare conabatur:
ac palme fructus qui ex auro fabricati erant partim vorantes abſumpſere partim
vi conuulſos deiecerunt. Verum hec a delficis hominibus Siracuſanorum gracia
impulſis. Athenienſes ſimulata fuiſſe criminabantur. cumq; eos oraculum iuſſiſſet
ſacẽdotem palladis qui Clacomenis erat ducere cui nomen erat Iſichias qd latine
quies interptatur. Illi confeſtim Clacomenis ſacerdotem accerſierunt nõ ſatis vt
videtur dei precepta ſententia. iubentis ciuitatem pſentium rerum ſtatu cõtentã
quietem agere. Meleon igitur quidam Aſtrologie peritiſſimus ac p id tẽporis in
magiſtratu conſtitutus. ſiue artis ſue peritia. ſiue eorum q ſupra retuli portento⁊
ſignis admonit ſiue humana prudentia fretus vt milicie vacacõnem impetraret fu
rere ſe ſimulauit ac propriam domum incendit. quidam vero furorem ſimulaſſe ne
gant. ſed cum domum conſulto incendiſſet tum produiſſet in contionem. multaq;
de domus iactura cõqueſtum petiiſſe vt filio cui proprius ſum ptibus inſtructa tri
remi in Siciliam proficiſendum erat miliciam remitterent Socrati et q ſapiens
p id temporis habebatur Demonium cuius plurimum familiaritate vtebatur atq;
colloquio pdixiſſe ferũt expedicõnem illam rei p. perniciõſam futuram. idq; ſocra
tem ad amicos detuliſſe. indeq; ad plurimos eiuſmodi emanaſſe ſermones. Illud p
terea non mediocriter pleroſq; turbauit. q p eos dies quibus e portu claſſis naui
gauit mulieres Athenienſes forte adonii ſacra celebrabãt. atq; idcirco multis ĩ par
tibus ciuitatis cadauerũ ſimulachra & ſepulcro⁊ imagines poſite erant. circa que
plangentiũ mulierũ greges verſabantẽ. multos igitur hoc omine turbatos dixiſſe
conſtat. vereri ſe ne tantarũ viriũ tã pclariſſimus ap paratus breui ſordeſcẽt citoq;
ſplendorẽ omnẽ & robur amitteret. Sed hec hactenus. Hunc ad Niciam reuerta
mur: quẽ q talibus ceptis obſiſtere ſit auſus: neq; inani ſpe timefactus: neq; impe
randi periculo deterritus fuerit. nec rurſus potentie magnitudine inſolens reddi
tus optimi ac moderati viri officio functũ eatenus fuiſſe cõſtat Sed poſt q; neq; po
pulum ab belli ſtudio auertere: neq; imperandi laborem effugere ſe poſſe conſpici
ebat de vtroq; ſũma contentione laboraſſet ſibiq; populus relictanti & inuito ma
giſtratus generaciorius impoſuiſſet nõ ultra cunctari aut remiſſe quippiam agere.

oportuit. Verum summo studio ac diligentia que ad profectionẽ opus essent expe
dire: nec tanquam deliciosum puerũ relicta post se littora e naui ꝓspicientem con
lacrimare: multaꝗ quod suis monitis nõ paruissent Athenienses cõtinuo deplo-
rantem: collegarũ simul ac militum animos reddere languidiores: nõ mediocriter
ꝑterea & sue glorie & ciuitatis intfuisset. Si quẽ primũ siciliã attigerat omnẽ bel
li impetũ in hostes effundens fortunam ipsam bene agendo superare tentasset qđ
secus omnino ab eo gestum est Cum enĩ Lamachus recto cursu petere Siracusas
& quem proxime ciuitati bellum admouere suaderet. Alcibiades vero sollicitatis
primo finitimis vrbibus: & ad deditõnem quascũꝗ possent compulsis. Tum demũ
Siracusas aggredi oportere censeret Nicias ab vtroꝗ dissenciens Siciliã nauibus
lustrari censebat: ac postꝗ hostibus armorum ac triremiũ apparatum ostendissent
Athenas redire optimum putabat. Cum Egestensibus quasi degustationem quan-
dam suarũ virium prebuissent. His ille consiliis passim vuulgatis vehementer ani
morum ardorem extinxit: & multũ obtundit audatiam. Nec sane multopost cum
Athenienses Alcibiadem ad iudicium reuocassent nomine quidem cum vno tan-
tum collega. reueca autem solus imperator relictus sedens ac circunnauigans plu
rimũ etiã ĩ consultando temporis assumens nõ antea destitit tergiuersari: ꝗ suorũ
animos desidia ac desperatione torpescere: hostium vero excitari audatiam & quẽ
ex primo aduentu cõceperant timorem deponere coegit neꝗ enim mediocriter ꝑ-
culsi fuerant Siracusani: cũ adhuc apud classem Alcibiade existente sexaginta na-
ues vrbem circumsistere conspexerunt quas in ipsis portus faucibus in ordinẽ stru
ctas firmauerunt: atꝗ ex iis decem portum explorandi causa intrare iusserũt: his
etiam mandatum vt Siracusanis per preconem bellum indicerent: si diutius Le-
ontinos domo ꝓhiberent: nec in proprias sedes remeare paterẽtur. Ab his nauis
vna Siracusarum capta: que a templo Iouis Olimpii quod satis longo spatio Sira-
cusis aberat veniens tabulas ferebat: in quibus ciuium omniũ Siracusanorum qui
cũꝗ arma ferre possent nomina scripta erant: has iam pridem compositas & in lo
uis templo reconditas tabulas ad se tunc Siracusani mitti iusserũt: vt eorũ qui ad
vrbis custodiam haberent idonei numerum exquirẽ ac recensere possent: igitꝰ eius
modi tabule ad Atheniensiũ imperatores delate atꝗ inter milites passim vulgate
maiorem ĩ modum vatum atꝗ aruspicũ mẽtes turbauere: quod ex hoc iam oracu
lum fide ꝑfinitum arbitrabanẽ quod Atheniensium prenuntiarat fore vt aliquã-
do Siracusanorum omniũ Athenienses potirentur. nõ tamen ad hoc intendisse vi-
detur oraculũ. sed eius temporis habuisse rationem: quo Atheniensis Calippus di
one interfecto Siracusarum imperiũ occupauit. Interea cũ Alcibiades vt antea re
tuli ab Atheniensibus reuocatus ab exercitu descessisset. sũmam rerũ omniũ pote
statem penes Niciam remansisse constabat. Lamachus enĩ & si aliquando iustitia
atꝗ animi fortitudine prestaret in bello tamen supra etiam quẽ satis cautus. nec
se fortune casibus facile credẽs habebatur: paupertate vero eousꝗ insignis vt quo
tiens illum Atheniensis populus imperatorem crearet: aliquantulum pecunie ad
palium & crepidas comparandas decerni opus esset. Nicias autẽ tum propter di-
uitiarum magnitudinem. tum ob egregiam rerum a se gestarũ gloriam maxime
apud exercitum auctoritatis habebatur. Idcirco Sophoclem poetam dixisse ferũt
cum in contione apud exercitum tanꝗ etate maiora: Nicia sententiam primo loco
dicere Lamachus iuberetur: ego inquit omniũ qui hic adsunt senatorũ vetustissi-
mũ me esse profiteor: te vero longe antiquissimũ censeo. Tunc igitur Lamachum
non imperii socium sed veluti eius imperio subditum nactus segniter cunctanterꝗ
bellum protrahens & quam procul ab hostibus Siciliam nauibus circũuectus illo-
rũ animos auxit & audatiam. Inde ad Hiblem paruũ sane opidũ exercitu admoto

armis illud expugnare nõ valuit: sed vocatos ad colloquiũ opidanos vt sese dederẽt exhortando perfecit: ex quo non minus apud suos milites q̃ apud hostes contẽptui habitus ẽ. Post hec exercitũ cataniã ducens cũ illi sese sponte dedidissent nihil me moratu dignũ gessit: nisi quod Hicarensem agrũ a Barbaris tum possessũ populatus est. Vnde & Laidem famosissimã postea meritricem. tũc vero paruulã admodũ puellã inter alios captiuos abductã & in Peloponensiũ deuectã fuisse tradũt. Cum iam maior estatis pars transisset & fama indies increbesceret Siracusanos animis & viribus auctos contra Athenienses vltro venturos esse. Iamq̃ castris ob equitãtes. hostiũ milites sciscitarent̃ vtrũ apud Catinenses mansuri an domũ reducturi Leontinos ĩ Siciliã venissent. Vix eandẽ cõpelli Nicias potuit vt Siracusis classem admoueret itaq̃ vt aduenien castrametari sine hostili impedimento posset & illoꝝ vires siqua daret̃ occasio perfringeret. Virũ quendã transfuge spetie Catina misit qui Siracusanos moneret si hostiũ castra defensoribus vacua inuadere atq̃ oĩbus eorũ armis & ĩpedimẽtis potiri vellent constituta die Catinã ꝓperarent: fore enĩ vt cũ plurimũ Atheniensis in vrbe versent̃ Siracusanoꝝ amici eorũ aduentu cognito portas vrbis clausas occupent & naualibus ignẽ iniciant: ita ancipiti periculo districtos Athenienses neutrã ĩ partẽ sufficienter laturos auxiliũ: atq̃ ad hoc se instructos peragendũ cõparasse: nec aliud quicq̃ preter eorũ aduentũ expectari: hoc oĩm que in Sicilia Nicias gesserit preclarissimũ extitit facinus: nam cum Siracusanos omnibus copiis Catinã petentes & vrbẽ defensoribus vacuã accepisset: classe Siracusas proficisci & portũ obsidere iussa: ipse terrestri itinere Siracusas ducẽs omnẽ circa regionẽ occupauit: nulloq̃ aduersante ponendis castris eũ locũ delegit: q ab hostili insultu tutissimus esset atq̃ vnde facilima in hostes esset eruptio futura His peractis cũ iam Siracusam domũ instructis ordinibus remearẽt ipse quoq̃ copias in aciẽ eduxit ac pugna ingenti pro ciuitate cõmissa victoriã haud dubie reportauit: paucos tñ ex hostibus interfecit: equites enim sese victoribus obicientes insectationẽ prohibuere. post hec cũ flumini super impositos pontes rescindi Nicias iussisset Hermocrates in Siracusanorũ contione de presentiũ reꝝ statu differẽs non diffidere suis rebus Siracusanos hortabat̃. perridiculũ esse dicens si ĩ castris tunc existens Nicias pontibꝫ deiectis pugnandi videatur occasionẽ effugere velle cũ Athenis vsq̃ Siracusas pugnandi tantũ causa nauigauerit. Atq̃ per magnum sane aduersi prelii casus terrorẽ Siracusanis incusserat. Ideoq̃ cũ antea quĩdecem viros administrando prefecissent tres insuper adiciendos censuerunt eisq̃ liberam omniũ potestatẽ populus tribuit. Cũ eos prius iureiurando adegisset se quẽ primũ belli finis adesset: magistratũ depostituros. Dum hec Siracusis gerebantur Athenienses milites Iouis Olimpii fanũ opibus vt fama ferebat̃ insigne sũma cõtencõne deripere affectabat. Id Nicias alias ex aliis causas nectens quoad posset in longũ protrahere ac prohiberen.tebatur: maxime veritus: ne cũ aurũ atq̃ argentũ quod illic esse plurimũ ferebatur milites diripuissent minimũ quid ĩ publicã redigeret̃ vtilitatem: omnis vero perperrati sceleris ad se redundaret infamia quod ab eo rectissime prouisum esse dubitare nemo potest. Post hec victoria quã preclarissimã habuerat vti nesciens non multos dies circa Siracusas moratus ĩ naxũ ad hibernãdũ cõcessit maximos reipublice sumptus. vtilitatẽ vero per exiguã afferens. aliud enĩ nihil effecerat omnino q̃ quod deficientes ad se ciuitates aliquot in fidẽ susceperat. Igitur elati animis Siracusam omnẽ que Catine adiacet regionem populati castra etiam Atheniensiũ que non procul ab vrbe posita erant incendere. Hoꝝ malorũ culpam omnes in Niciam referrebant qui periculorũ rationibus subducendis occupatus cũ etiã minima queq̃ caueret: rerũ gerendarũ gubernatricem tẽporis occasionem preterfluere sinebat. Nam ĩ ipso rei peragende cursu nemo illum iure

potuit vnq̄ꝫ reprehendere. Fuit enī in agendo accuratus ac diligens·sed cui maxi
ma deesset audacia. Igitur cum ex Hibernis Siracusis admouere statuisset: tanta
celeritate naues deduxit atqꝫ compleuit vt cū epistolas de discessu suo perscriptas
deprehendisset famā ipsa aduentu suo superauerit. Itaqꝫ auxiliares hostium copias
ni prouiso aggressus in fugam vertit ac tricentos ex eis milites cepit: & equitatū
rebus omnibus egregie instructū ita vt pene insuperabilis videret̄ perfregit. atqꝫ
inutilem imposterum reddidit. Paruoqꝫ tempore Siracusas muro circum sepsit: q̄
res precipue Siracusanorū animos debilitauit· suos vero milites alacritate atqꝫ au
dacia compleuit: est enim Siracusarum vrbs Athenis nō fere minor: ad claudendū
vero longe difficilior: tum propter camporum inequalitatem: tum propter adia-
centium paludū frequenciā & maris propinquitatem. Nec vero ad extremam cō-
sūmationem tam preclarū opus deduci potuit: sed paulum in medio spacii relictū
est. Cum & alioquin Nicias ei rei nō multum impartiri diligentie consueuisset· &
tunc morbo quem Nefresim appellant correptus imperatoris munus exequi nō va
leret atqꝫ opus imperfectum relinquere cogeretur. Admirari satis hoc loco nō pos
sum imperatoris diligentiam: & erga milites amorem precipuum & militū erga
imperatorem obseruantiā in omni tempore prestitam quo apud Siracusas ꝓspero
euentu bellum gessere: quorū splendore captus Euripides Postqꝫ omnes victi su-
peratiqꝫ cecidere: tale in ipsos edidit epigramma Hi viri de Siracusis octies victo
riam reportarunt: donec vtrisqꝫ dii equa sorte propitii fuere. At vero non octies
tantum sed longe pluries ab Atheniēsibus fuisse superatos Siracusios si quis recte
consideret iudicabit: ante quem illis vel fortune senior potestas vel deoꝝ numina
aduersarētur. Cum Atheniēses vehementius animis & audacia creuissent Nicias
quamuis aduersa valitudine oppressus: attamen querūqꝫ posset ī exercitu munia
obibat atqꝫ omnibus rebus supra vires etiam presto aderat· quod si quando mori-
bus ingrauescens acrius torqueret: intra munitiones cum paucis admodum seruis
ac familiaribus se continebat. Lamachus autē exercitus curā gerens assidua qdē
sed tamen leuia cum Siracusanis prelia faciebat: qui & ipsi murum alteꝝ aliquāto
spatio ab vrbis menibus distantem & Atheniensiū muro oppositum: studiosissime
extruebāt Vnde Atheniensium opus impedirent ac se prohiberent circumuallari
Cūqꝫ superiores prelio Athenienses fugientes Siracusanos effusius sequerētur in
integrū & tūc aduenientem equitatū incidere ducebat: hunc Pretor Callicrates
vir & animo & bellice virtutis gloria prestantissimus qui cū forte agmen ꝓcederet
Lamachum ad singulare certamen prouocauit. Igitur ei cōgressus Lamachus gra
uissimo vulnere Sancius nihilo leuius hosti cum inflixisset vulnus mutuis vulneri
bus ambo cecidere eius corpore & armis potiti Siracusani effuso cursu Athenien
sium muros & castra petebant vbi Nicias pene solus absqꝫ copiis & auxiliis infir
mo etiam corpore versabatur. Hic vrgentis impetus necessitate excitatus & im-
minentis periculi magnitudinem animaduertens familiares ac seruos omnes qui
secum aderāt iussit quicquid lignorum ante muros machinarū parandarum causa
conuectum fuerat atqꝫ ipsas etiam iam fabricatas machinas in aceruum coniectas
incendere atqꝫ eo consilio inruentium Siracusanorum impetū cohibuit sibiqꝫ ac mu
ris: tum etiam rebus omnibus atqꝫ impedimentis Atheniensium salutem attulit.
Nam cū flammam excitatam conspexissent Siracusani subito retrouersi discessere
Interea Nicias solus relictus imperator ingenti spe atqꝫ animo gerendum bellum
suscepit. Nam & vrbes multe Siracusanorū ad eum defecerant & vndiqꝫ nauigia
ad exercitum venientia frumētum & omnifariam generis cōmeatus abunde sup-
peditabant: prosperis enim rebus permulti reperiuntur fautores & iā Siracusani
sese vlterius posse tutari diffidentes: quibus cōdicōnibus pacem a Nicia petitura

essent consultabant. Dum hec in Sicilia agerentur Gilippus a Lacedoniis missus auxilio Siracusas nauigabat atq; in itinere circumuallatam muris vrbem & fusos prelio Siracusanos maximis vrgeri difficultatibus accepit. Itaq; cũ vniuerse sicilie iam potiri athenienses arbitraretur: eo tamen consilio reliquũ iter peragere cõsti- tuit vt saltem Italas vrbes Sicilie finitimas ab atheniensibus tutaretur: quãq; hoc ipsum perdifficile futurũ existimaret magna enim apud omnes fama increbuerat athenienses omniũ circa regionũ imperio facile potituros: quod exercitũ optimũ haberẽt & ducẽ cũ felicitate: tũ rei militaris peritia & potentia insuperabilẽ. At vero Nicias presencium rerũ successibus supra mores supraq; naturam factus au- dacior: nullam aduenientis Gilippi rationem ducebat. Augebãt autẽ animos eius clandestina per occultos ĩterpretes cũ Siracusanis ciuibus habita colloquia: q etiã frequentius indies nuntios submittentes certis condicõnibus vrbem se dedituros pollicebantur. His igit̃ pollicitacõnibus fidens Nicias neq; munere custodiis addi tus: neq; Gilippo venienti presidia opponere curauit sed cum illum penitus negli- geret & nullius momẽti ducendũ arbitraret̃ Gilippus non sentientibus ferme ho- stibus Siculus fretum peruectus est & ꝙ procul Siracusis copiis expositis qua cũq; poterat ratione milites vndiq; cogere exercitũ augere sũmo studio laborabat. Horum omniũ inscii Siracusani quippe qui nihil eiu'modi expectarent: populũ ad contionẽ vocauerãt vt de quibus condicõnibus pax a Nicia esset petenda referrẽt ac primũ omniũ legatos ad petendas indutias repente mittendos censebant ante- ꝙ penitus ab atheniensibus circumuellentur: parũ enĩ perficiendo operi deerat: id q; breui ad exitum deduci posse videbatur. Cum iam omnis ad extruendum ma- teria preparata atq; in unum coacta esse. Dum hec Siracusis agerentur Gongilus Corinthius a Gilippo missus cũ vna tantum Triremi nauigans Siracusis appulit ad eum magna repente frequencia concursum est: cunq; aduentus sui causam sciscі tarent̃ se a Gilippo missum aiebat vt doceret eum breui cum maximis copiis affu- turũ auxilio: id quanq; letis animis omẽs audissent. non tamen verbis eius fidei sa tis adhibuere quoad nuncius alter superuenit a Gilippo mandata ferẽs vt venienti sibi obuiam Siracusani procederent: eo nuntio cuncti alacriores animis facti: confe stim arma sumpsere: iamq; instructũ agmen & ad pugnandũ si sors tulisset expedi tum ducens Gilippus aderat: aduenienti sese cum omni exercitu Nicias opposuit Cũq; instructo vtrimq; starent acies Gilipus in Atheniensium depositis armis ꝓ- gressus per preconem edixit abeundi licentiã sese Atheniensibus prestare si relicta sicilia atq; omnibus in de presidiis deductis discedere velint. Quibus verbis ne re- spondere quidẽ Nicias dignatus est. milites vero illoꝝ audatiam deridentes sciscі tabãt ĩ vnius ne iã attrite clamidis & laconici baculi aduentu spei tantũ ac fiducie Siracusani posuissent: vt repente athenienses contemnerent: quos paulo ante me- minisse possent longe validiores ac melius comatos e Lacedemone viros trecentos captiuos & in vinculis habitos vltro Lacedemoniis reddidisse. Timeus etiã ĩ suis historiis refert nõ multi ab siracusanis primo aduentu Gilippum existimatũ pala- tim inde procedente tempore lucri cupiditatem & modicitatẽ animi: sũmamq; in rebus minimis curiositatem aduertentes contẽptui etiam habuere. multaq; in ve- stem quam sordidam & semilaceram gestabat & comarum prolixitatem iocati sũt atq; ad primũ eius conspectũ homines plurimi tanquã minores ciues noctue circũ fusi: habitus nouitatem & cultus neglectũ spectabant. Timeus autẽ admiratione quadam & reuerentia ꝑculsos spectatũ confluxisse testatur que mihi ad verisimili tudinem sententia videtur esse propensior: cum in clamide vna & solo baculo ciui- tatis Laconice speciem & dignitatem contemplarentur. Siquidem tocius ꝑfecti belli gloriam sibi vni acceptam Siracusam retulisse: nõmodo Thucbidides verum

& Philistus vir Siracusis oriundus testatur: qui eius belli negociis administrādis nō ociosus spectator interfuit Prima tamen pugna res atheniēsiū superior extitit nam & fugā vertere Siracusanos & ex eis aliquot inter quos Gongilum corintheū interficere: postridie vero quantum ī bello rei militaris pericia valeret apertissime Gilippus declarauit. Iisdem enim militibus & eodem vsus equitatu atq; in eodem loco depugnans aciei tantum ordine cōmutato Athenienses ingenti prelio superauit: & fugientes vsq; ad castra insecutus est. Inde Siracusanos ad opus quoddam faciendum conuertit: & cimento & lapidibus susceptis. quos ad murorum extructionem Athenienses comportauerant: crebra iuxta illū qui ab ipsis atheniensibus constructus murus fuerat: propugnacula excitauit Constructūq; murū pluribus ī locis intertupit atq; ita longo tempore multoq; labore exhaustum Atheniensibus opus inutile reddidit: quod eque victis atq; victoribus prodesse videretur. His successibus elati Siracusani: ne maritimis viribus inferiores essent: classem parare cōstituerunt. Igitur passim dimissos equites homiēs quoscūq; fors obtulisset capere atq; ad naues deducere iusserunt: eoq; pacto virorum magnū satis numerū parauere. Inter hec Gilippus terrestri itinere exercitū ducens Siracusanorū ciuitates obibat: atq; vndiq; augendo exercitui supplemēta contrahebat: omnibus prompto ac libenti animo propter eximias eius virtutes obtemporantibus Hec vbi Nicias animaduertit cum subito tantam permutacōnem rerū factam intueretur: ꝑ litteras atheniensium senatum monuit: vt vel exercitum alium in Siciliam mitterent vel eum qui ibidem esset deduci iuberent. Sibi vero vt milicie vacacōnē prestarēt sūmis precibus rogabat. atq; iam pridem nouas in Siciliā mittere athenienses decreuerant Sed bene feliciterq; ex rebus gestis inuidia in Niciam excitata: quominus mitterent impedimento fuerat Tunc igit̄ auxilia propere submittenda omnes sūmo consensu arbitrabātur: atq; ita Demoscenem ꝙ primū transacta hieme cum magna classe in Siciliam traicere decreuerūt. Interim vero Eurimidontem in medio etiā hiemis proficisci iusserūt: qui exercitui pecunias deferret & simul Niciā certiorem faceret senatum Euthidimo & Menandro: qui tunc in exercitu erāt: imperii iura cū Nicia adequasse vt equa potestate omnes quoad noua superuenirēt auxilia exercitui preessent. Interea Nicias terra mariq; sūmo studio bellum gerēs maritima pugna fuerat superatus: quāuis & hostiles naues aliquot ꝑfregisset nōnullas etiā dimersisset laceratas. Terra vero cū obsesso Plammirio opē ferre ꝑperasset: Gilippi celeritatē preuenire nō potuit: qui improuiso aggressus oppidū recuperat multaq; simul nauiū armamenta & pecunias ingentes: quas illic athenienses quasi tutissimo in loco deposuerant multosq; in expugnacōne viros interfecit: pluresq; etiā viuos cepit. maximū vero atheniensibus attulit detrimentū conuehendorū comeatuū sublata facultas: nam tenētibus Plammiriū atheniēsibus: perfacilis erat atq; tutissima comeatuū athenis deuectio Contra autē rū ab hostibus teneretur: maximas prebebat difficultates: cum assidue paratā classem que venientes naues exciperet Siracusani detinerent. Hec omnia cū vehemencius Nicie animū stimularent tum illud grauissime torquebat: quod tū se maritima potencia superiorē agnosceret non equo animo ferre poterat se ab hostibus in eo pugne genere fuisse superatum nec id sibi tam virtute hostiū quā temeritate suorꝫ contigisse animaduertebat: qui persequendi cupiditate incensi derelictis ordinibus cuncta turbauerant At vero hostiū duces proxima victoria ferotiores redditi egregie instructa classe & ad pugnandū parata: singulis diebus in conspectu aderant. Verū Nicias nō amplius mari decertandū putabat extreme dementie esse dictitans: si cū ornatissimā classem quā Demoscenes ducturus esset paulopost ad futurā cōpertū habeāt. tamen cū paucis neq; satis firmis nauibus fortune sese dubius casibus credere maluit

Eutbidimi vero ac Menandri omniūq; qui borū partibua fauebant longe alia mēs
atq; cupiditas erat: nam cū se nuper imperio constitutos aīaduerterent nimia fla
grantes ambitione preclarū aliquid ante Demoscenis aduentū edere cupiebāt: &
tacita quedā suberat aduersus Nicie gloriā emulatio quā supergredi vel equare
saltem nō mediocriter affectabāt Huic tam īmense cupiditati pretextū ciuitatis
gloriā ꝓponebāt quā pollui nimio funditus euerti dictitabant si q̄tidie ad nauigā
tes Siracusanos & studiose pugnā deposcentes formidarēt. His rationibus mul
titudinis animos concitantes. maritimo prelio dimicare statuerūt: ab Aristone co
rintbio gubernatore qui leuo classis cornu preerat vt inquit Tucidides proditi a
Siracusanis superati fuere: plurimosq; in ea pugna militea amiserūt. bac de re Ni
cias maximo animi dolore torquebatur quod & antea cū solus imperium admini
straret nō satis ꝓspero euentu rem gessisset & tunc collegarū errore & cupiditate
coactus non potuisset in sentencia ꝑmanere. Interea Demoscenē cū classe iam sup
portū delatum conspiciūt que cū esset apparatu rez omniū magnificentissime in
structa & amicis aspectū prebebat iocundissimū & sūmi inimicis terrorē incucie
bat. nauibus enī tribus supra septuaginta armatorū militū quinq; milia Iaculatorū
vero ac sagittariorū funditatoribus quibusdam admixtis tria ferme milia imposita
vebebant armis vero ac militaribꝰ signis ꝓtēa nautarū ac tibicinū turba ab eo exor
nate triremes erant vt scenici apparatus magnificenciā pre se ferrēt atq; bostibus
maxime formidabiles apparerent. Igit̄ exterriti animis Siracusani: nullū iam ma
lorū finem nullas post bac futuras pacis condicōnes cū Athenensibus sperabāt sed
iam extremā sortē atq; vrbis amissionē animo concipiebant. Nicie vero nō admo
dum diuturna leticia fuit quam ex tantarū viriū sumpserat incremento Nam cum
primū Demoscenem congressus est nimiam eius audaciam & festinem depreben
dit. Iubebat enim q̄ celerrime aduersus bostes dimicare & rei tocius aduentū ex
periri atq; ita captis Siracusis domū remeare buius audaciam admiratus Nicias:
orabat ne quid temere ne quid mature aggredi prepararet: cunctacōnem vebemē
ter bostibus obesse do: quod neq; sumptus diutius tolerare propter pecuniarū iopiā
possent & a sociis nō multo post desertum ire necesse esset. Itaq; si cunctādo bellū
protrabatur maximis circūuentos difficultatibus condicōnes rursus componende
pacis quesituros esse: sicut & antea factitarāt & iā nō pauci īter Siracusanos erāt
qui clandestinis nunciis admonebant Niciam vt nullo modo remitteret obsidionē.
Iam enim ingentibus necessitatibus vrbē laborare & Gilippum quotidie apud oēs
intolerabiliorem fieri. Itaq; si vel paulum augeri cōmeatus penuria ceperit fore vt
nemo difficultates eiusmōi tolerare diutius velit. sed condiciones pacis quascunq;
accepturos esse. Hec Nicias partim ambagibus obuoluta & veluti per enigmata
proferebat: partim quod edenda non arbitrarēt taciturnus obseruans. timiditatis
de se opinionem militibus dabat: qui idem quod antea contigisset euenturū rursus
improperabant vt cunctatione & formidine. omne animorū robur omnemq; vigorē
extingueret Itaq; relicto illo Demoscenis omnes imperiū & sentenciā sequebātur
bis rebus vix tandem expugnatus Nicias eorum volūtatibus ad extremū cōcessit
Itaq; Demoscenes noctu exercitū educens in bostium proximas stationes impetu
facto plurimos ne sencientes quidē interfecit. eos vero qui contra pugnare ausi sūt
facile in fugam conuertit. Cumq; bactenus res egregie successisset. felicitatis mo
dum seruare nesciens non antea cedentes insequi destitit q̄ ad boeciorū stationes
peruentum est bii primi bostibus concurrere & prelium tentare ausi sūt. multisq;
athenensium interfectis atq; ingenti clamore sublato reliquā castrorū partim tu
multu ac formidine compleuere. Cum alii fugam arriperent alii sese ad pugnādū
pararent. Verum bi a fugienciū turba que maior erat impediti nibil consilio baud

ratione gerere poterant: cũ nec hostiũ nec amicorũ nec fugienciũ aut insequentiũ
discrimen vllum habere possent. ecca eteni ꝑturbatio metu atq; ignoratiõe ꝑmix
ta varie singulorũ animos agitabat: quin etiam ipsius visus erat incerta fides cum
nec admodum profundas tenebras & lumen incertum luna preberet: quippe que
medio cursu spacio superato iam ad occasum properaret & corporũ atq; armorum
multitudine repercussa: infirmũ debilemq; redderet intuitũ: tum vero metus oĩa
maiora demonstrare solitus nihil non formidandũ esse suadebat: quin ipsos etiam
Athenienses hec ipsa in maximas coniecerant difficultates: forte etiã ita in acie cõ
stiterãt athenienses vt eis luna a tergo luceret: itaq; longos pre se iacentes vmbra
rũ tractus armoꝝ fulgore & numerũ suorũ ipsimet occultabant. At contra aduer
sus clipeoꝝ vmbonibus lune radii repercussi & hostiũ maioré videri numerũ & ar
morũ claritaté lucideorem efficiebant tandem sũmo conatu irruentibus vndiq; ho
stibus in fugã conuersi Athenienses tum suis tum hostiũ vulneribus confecti mag
na pars cecidere: alii per obruptas & precipites rupes deuoluti miserabili clade ꝑi
erunt multos etiã viarũ errore per agros vagantes exorta demũ luce insecuti e
quites interficere: Fuit autẽ interfectorũ numerus circiter duo milia: eorũ vero q
pugne superfuerũt pauci admodum cũ retentibus armis in castra rediere. Nicias
igit̃ haud inopinata clade perculsus Demostenis festinationẽ accusabat. Ille vero
quibus poterat rationibus a se culpã dimouens. vt repente e Sicilia decederẽt sua
debat: neq; ei ĩ aliũ atheniẽs exercitũ aduenturũ: neq; his copiis quas tunc haberẽt
hostes superari posse sperandũ videri. Quin etiam si qua fortuna illos superare cõ
cederet: loca tamen permutaci opus: pestilẽs enim atq; insalubris regio ferebatur
e a presertim anni tempestate: Namq; autumni principiũ aderat: multiq; iam tunc
in exercitu ceperant egrotare: atq; omnes nõ equo animo miliciã tolerabãt. Nicie
vero quanq; presentiũ rerũ condicio minime placeret: tamen de discedendo sentẽ
ciam nullo modo probabat. Non tam Siracusanoꝝ arma q̃ suorum ciuiũ iracũdiã
pertimescens: quorũ grauissimas accusacões & calumnias iam tũc ante oculos cõ
stituebat: atq; ab his nihil dum ĩ Sicilia permaneret sciebat esse formidandũ aiebat
q; si quid omnino aduersi subeundũ esset: malle se hostium manu q̃ ciuium iudicio
interire. non eadẽ sentiens que posteris temporibus leonem bisancium in contione
dixisse ferunt: ego quidem a vobis ciues mei q̃ vobiscũ interfeci malo. Itaq; de per
mutanda regione castrisq; q̃ cõmodissimis locis ponendis statim sibi ad milites re
ferendum videtur. Inter hec Demostenes nihil calamitatis proxime clade deterri
tus Niciam accusare nũq; cessabat. passimq; multos per exercitũ milites mittebat
qui illius cunctacõnẽ segniciẽq; increparent: quod Siracusanoꝝ quorũdam pollici
tacõnibus credens deludi se atq; contemni nõ animaduerteret atq; preterea tanta
contione decessum non probaret. His igitur ductis ad extremũ permotus Nicias
descedendi sibi consiliũ placere dixit & militibus vt se ad nauigandũ expedirẽt im
perauit: presertim cũ noua Siracusanis auxilia superuenissent & pestis quotidie
apud exercitum ingrauesceret. Inde cum iam omnia ad nauigandum parata essent
neq; id hostium quisq; presensisset omnino quippe: qui nihil tale suspicarent̃: noctu
forte luna defecit: ex quo vehementius Nicias omnesq; milites turbati sũt. cũ pro
pter causaꝝ ignorationem malũ aliquod sibi hoc defectu portendi arbitrarent̃ At
qui singulis ferme triginta dieꝝ spaciis completis solem ex opposito lune constitu
tum interuentu terre adumbrari: atq; ex hoc fieri vt luna lumen amittat suum &
coloribus variis infici videatur: hodie nemo ferme etiã ex media plebe videt̃ igno
rare: tunc vero ne peritis quidem talia cõicere facile erat. Itaq; magne alicuius im
pendentis calamitatis signũ: hoc a deo missum interpretabant̃: primus autem qui
lunaris lumĩs atq; vmbre causam depͥhendit ac lr̃is mandare ausus ẽ. Anaxagoras

fuit qui neq; multo āte ea tempora claruerat neq; vulgus adhuc opinionis eius fa-
ma prodierat sed inter paucos admodum uersabatur q non sine metu talia ꝓferre
audebant neq; enī facile de rerū natura sermones populus admittebat sed eiusmōi
studiis debitos homines inani labore tempus conterere arbitrabāť: cū in his rebus
perquirendis laborarent quas nihil in se rationis habere ac nullatenus ab hominibus
prouideri posse putabant: tum vero talia querentes impietatis crimine suspectos
habebant quasi diuinū numen quibusdam necessitatibus ac terminis circumscribē
volētes Itaq; & Prothagoram athenis pulsum fuisse constat. & Anaxagoram ī car
cerem ductus: vix a Pericle quāuis maxima contentione laborasset seruari potuit
Socrates licet harū rerū scientiam non profiteretur. tamen propter philosophiam
damnatus interiit. Posteris vero temporibus egregia apud omnes opinio de Pla-
tone vulgata: tū propter admirabilē vite sanctimoniā tum q diuino numini tanq;
prestantiori nature necessitates obtemporare dicebat: omnē philosophie columniā
abstulit & auditoribus suis omnia quasi arcana nature patefecit. Igiť eius amicus
Dione cacintho contra Dionisiū nauigaturus: nihil Esiniam dimotus est: cū forte
per id tempus etiā luna defecisset. sed audacter ceptū opus prosequens victo atq;
expulso tiranno Siracusis potitus est: sed nos ad instituta redeamus forte ita casus
tulit. vt nullū tunc peritū vatem apud se Nicias haberet. Stiliides enī cuius opa
& consilio plurimū vtebatur paulo ante interierat atq; signū illud fugientes pro-
sperum magis q aduersū vt Philocorus inquit nō recte interpretabanť. rebus enī
quas cū metu & formidine gerimus quo facilius latē possint amicissime tenebre
putāť contraq; maxime obesse lucē arbitramur. Taliū autē iterpretacōnū ignarus
Nicias alterū lune circuitum expectandū censuit non animaduertens illā post ī pri-
stinā claritatem reuersurā cū eam celi partē que terre interuentu adumbrata tene
batur pertransisset. Itaq; omnibus fere a se dimissis & rū paucis admodū relictus
sacra quedā īmortalibus diis faciens: eousq; consedit quoad superuenientes hostes
illū ferre oppressere qui maximis terra mariq; copiis instructi aduenieban & ter
restri quidem exercitu murū & castra atheniensiū obsidere: nauibus vero in latum
ordinē directis portus fauces occupauerant Nam innumerabiles vndiq; conuene-
rant naues & piscatorias etiā cimbas pueri cōpleuerant. Itaq; portus aditibus oc
cupatis athenienses probris omībus atq; conuiciis lacessebat. Interea adolescēs He-
raclides claris admodū parentibus oriundus triremi qua vehebatur aliorū statō-
res pretergressus. in athenienses licentius insultabat: huic atheniensis vna nauis
insecuta perparum aberat qui retro ad suos fugientē conprehenderēt: eius igitur
periculo cōmotus Pollicbus auunculus suus cū triremibus decem quibus preerat
in altum delatus auxilio venit: tum ceteri de Pollichi salute metuentes vno ɔsensu
aduersus hostes processere pugnaq; ingenti cōmissa longe superiores fuere Siracu
sani & Eurimedon vna cū aliis preclarissimis viris interfectus. ex hoc magno ti-
more perculsi Athenienses non vltra in his locis permanendum vociferabant: sed
terrestri itinere vt se deducerent ab imperatoribus flagitabant. Nam portus fau
ces & vt ante diximus Siracusani eo modo clausas tenebant vt nulla penitus ad-
eundi facultas daretur. At vero Nicias eiusq; familiares hoꝝ sentencie nequaq; cō
tenderdum putabant: graue enim admodū videbatur onerarias naues ac triremes
circiter ducentas hostibus relinquere Igitur ex omni exercitu robustissimis mili
tibus lectis precipue vero sagittariis & iaculatoribus decem supra cētū triremes
Athenienses compleuere. Alii nāq; propter armamentorū penuriam nauigationi
inutiles habebanť. Inde reliquā exercitus turbā iuxta mare in ipso littore Nicias
ɔstituit. desertis maximis castris: que iuxta famā Herculis posita fuerant: his ita
compositis sese ad nauigationē cōparabat. existimās nullū Siracusanos īpedimētū

allaturos: quod nautarum ductores ob cõsueta sacra quedam Herculi persoluenda e nauibus descendissent. Verum illi cognito Nicie cõsilio repente ad naues redierãt presertim cũ vates portendi victoriam nunciassent: quia nõ vt inferrent bellũ: sed vt vlciscerent̃ illarum ad pugnam veniebant. Idem etiam Herculem ipsum cuius tunc sacra celebrabant̃ facturasse: qui illatas iniurias vlciscendo vniuersũ orbẽ peragrauerat. Siracusani igitur his admonitiõibus excitati alacri animo pugnã inere que maximo ardore animorũ sũmaqꝫ vt nunqꝫ antea contenciõne gesta: nõ spectãtes minusqꝫ pognantes ad varios rerũ euentus diuersis perturbaciõnibus excitati afficiebant qui de propria salute sollieiti exitum rei sedentes expectabant. Ita dubio marte aliquãdiu pugnatũ est: multasqꝫ in vtrãqꝫ partem varietates fortuna p̃bait. Tandem superati Atheniẽses fuere: quibus suimet apparatus non minus qꝫ hostis attulit detrimenti. Cũ enĩ naues omnes in aciem struxissent: ipsimet sibi inuicem concursantes turbationem ingentem cõcitabant. grauibus preterea nauibus cõtra leues & expeditas & ad omnem motũ aptissimas pugnabãt. Insuper lapidibus tãtũ nec vllo alio telorum genere Siracusani vtebant̃: qui quoquo modo iacti essent vel suo tantũ pondere grauissimos ictus infligebant. Athenienses vero iaculorum & sagittarũ contortione certabant: quas recte dirigere maritimorũ fluctuũ cõcitatio prohibebat. Id Ariston Corinthius gubernator prestantissimus Siracusanis consiliũ dederat atqꝫ ipse inter primos acerrime dimicans interfectus est: iã victores Siracusanos relinquens. Namqꝫ in fugam athenienses conuersi magna suorum parte ãmissa ad littus remeabant ac maritime fuge spe sublata terrestri quoqꝫ itinẽ nullam aut sane prodifficilem euadendi viam cernebant. Igit̃ animi fracti neqꝫ hostes cũ relictas in littore naues abducerent prohibuere: neqꝫ suorũ ciuiũ corpora ad sepulturam pecierant: quod eos longe maior angeret sollicitudo illorum scilicet qui egroti aut vulnerati viuentes adhuc relinquenda erant: que omnia ante oculos posita cũ intuerent̃: longe tamen deteriorem condiciõnem iudicabant suam: qꝫ eorum qui pugnantes in acie cecidissent: cũ & sibi tandem post innumeros labores ac dolores exhaustos eedem tamẽ essent subeunde calamitates: post hec variis sentẽciis agitatis: oẽs i hoc vnũ consensere vt proxima nocte qꝫ occultissime fieri possent discederent. Id cũ Gilippi milites animaduertissent & Siracusanos epulis ac potaciõnibus ob partam victoriam deditos neqꝫ monitis persuaderi neqꝫ facile imperio cogi ad arma capienda possẽ conspicerent: se ead insequendos hostes parabãt: neqꝫ enim longiorem cunctationem cũ illi iam abire cepissent causa postulabat. Verum Hermocrates huiusmodi fraudem machinatus iam ceptã profectionẽ retardauit. Viros enim quosdam ad Niciam ire iussit: qui se ab illis missos dicerent quibus cum clandestinos habere sermones Nicias vt antea diximus consueuerat: atqꝫ eorum nomine admonere ne proxima nocte discederent Siracusanos pluribus locis insidias posuisse: atqꝫ aditus omnes militibus septos teneri: hoc nuntio facile deceptus Nicias: noctem illam in castris substitit: ne iterũ nocte pugnare cogeretur. At Siracusani repente luce exorta angustos quosqꝫ ac difficiles aditus cesis arboribus desuper congestis lapidibus obstruxere: atqꝫ omnes fluuiorum alueos clauserũt pontesqꝫ illis superposito rescidere: que vero per apertos campos ferebãt itinera armatis equitibus obsiderũt: ita vt nullus omnino absqꝫ pugna euadendi locus Atheniẽsibus pateret. Quapropter cum per omnem diem illum ac noctem etiã insequentẽ in eisdem locis permansissent: postera luce non tanqꝫ hostile solum relinquentes sed veluti e sedibus patriis migrarent flentes mestiqꝫ castra mouerũt: qꝫ iam rerũ oĩm penuria oppressi nõ vltra in locis illis permanere possent: grauiorẽ vero discessum faciebat egrorũ Sauciorũqꝫ multitudo. qꝫ in castris relinquere cogebant̃: attamen hec tolerabilia quoquo modo putabant pre illorum qꝫ se passuros arbitrabant̃ grauitate

Cũq; multa passim in exercitu miseranda cõspicerent: nullum tristius tamen: aut miseratione maiore dignius spectaculum ꝙ Nicias ipse cernebat: qui nondũ satis ex aduersa valitudine recreatus famem tolerare cogebatur: cum minima queq; ad victũ necessaria iam deessent: attamen ea perferebat que ne robustissimis quidem corporibus milites poterant tolerare atq; in exercitus oculis ꝙ minime se prebere conabatur: nõ quia melius aliquid fore speraret: sed ne militibus merore suo tristi-ciam augeret & cum in cõmuni omniũ luctu lacrimisq; interdum & ipse conlacri-mare cogeretur facile apparebat nõ tam sui causa moueri ꝙ cladis ignominieq; im-minentis exercitui: quem ipse gloria & opibus florentem reducere in patriã posse sperauerat. Nec eius tantũ aspectus misericordiã cõcitabat verũ & contionis sue recordacõ: quam Athenis vehementissimã habuerat cũ populũ a suscipiẽdo bello dehortaretur: tanto enim indignior presenti calamitate putabatur quanto magis contra sentenciã suã nauigare coactus fuerat: quin etiã diis ipsis tacite quodãmõ succensebant: aĩaduertentes virũ pietate ac religione isignẽ: nihilo meliore con-dicõne esse ꝙ eorũ qui tunc in exercitu militarent scelestissimũ queq; & flagicus omnibus inquinatissimum Ipse vero frontis hilaritate & cõmuni salutatione: tum dextere ad obuios quosq; porrectione calamitatis sue sortem dissimulabat & se ꝙ optimo esse animo significabat atq; sepe cũ hostibus cõgressus sepe etiã hostili ma-nu vulneratus octo dies vniuersi belli molem sustinuit: quoad ĩperator alter De-mostenes cũ omnibus quas secũ habebat copiis ab hostibus circũuentus captusq; ẽ Nã cũ se ita cĩcũsessum vndiq; aĩaduertisset vt nulla euadendi potestas esset nuda-tum gladiũ in pectus adegit: nec tamen eo vulnere mori potuit: quod repente sup-uenientes hostes gladiũ e vulnere deduxerunt. Hec postq; a Siracusanis nunciata sunt Nicie atq; ipse missis ad inspiciendũ equitibus captã exercitus partẽ cõperit Gilippum sũmis precibus rogabat ut abeundi e Sicilia potestate. Athenensibus facta: obsides acciperet: quoad Sirocusanis tantundem pecunie soluerẽt quantum in eius belli sumptibus exhausissent: has cõditiones cũctis nõ accipiendas censuere & cõtumeliis affectos legatos minis etiam superadditis dimiserunt. Nõ tamẽ his malis deiectus animo Nicias quãuis omnia ad victũ necessaria deessent proximã noctẽ & sequẽtis diei maximã partẽ supra omniũ opinionẽ tolerauit. Inde ad flu-men quod asinarũ vocant traiciendi cõsilio mouit castra: cumq; iã permulti flumẽ ingressi essent: hostes superuenere & dispersos ac palentes cũ offendissent: magnã stragem ediderũt: nõnulli etiã atheniẽsiũ propter sitis quam diu tolerauerãt mag-nitudinem quasi furentes in fluuiũ sese precipitabant & miserabilis erat sane rerũ facies: cũ alii in medio flumine iugularentur: alii permixtum aque cõmilitorũ sang-uinem potarent. Tandem Nicias ad Gilippi genua procumbens: miserere inquit victor: nõ mei quidem qui per hasce calamitates & infortunia nomen & famã pe-perisse mihi perennem videor sed Atheniẽsiũ reliquorũ marteq; cõmunem & belli variam fortunã reminiscere. Neq; enim te latet ꝙ clementer atheniẽses cõt Lace-demonios victoria vsi sunt. Talibus verbis deprecante Nicias cõmotus cũ aspectu tum oratione Gilippus apprehensa dextra illũ subleuauit & lacrimantẽ miseratus est: sciebat enĩ per omne tempus ipsũ Lacedemoniorũ partibus fauisse. Preterea maximã sibi gloriam fore putabat si duos clarissimos imperatores captiuos Lace-demonẽ duceret preterea quãuis sero vt a cedibus abstineretur imperauit Iam enĩ maior occisorũ numerus erat ꝙ eorũ qui superstites remanserant: quanq; per mul-tos milites ipsi clam e turba captiuos subripuissent omnibus inde qui cedi superãt in vnũ coactis ac spoliatis ingentes arbores que plurime in ripa fluminis aderant captiuoꝝ spoliis exornarunt. Post hec Siracusani coronati omnes: tum equis etiã suis coronis impositis: captos vero ex hostibus equos detonsis crinibus ducentes

in vrbem velut triumphantes rediere: superato tandem certamine omniũq; inter
se greci certauerint splendidissimo sũmoq; labore ac preclara sue fortitudinis sig
nificatione uictoriam cõsecuti. Post hec Eurides Siracusanorum pretor tocius
populi necnon etiam sociorum aduocata concione rogationẽ huiusmodi tulit. Pri-
mo ut dies in quo Nicias superatus esset sacer atq; ab omni opere imunis haberetᷣ
Vtq; sacra diis immortalibus quot annis eius victorie gratia fierent: & celebrita
tem hanc a fluuii numine Asinaram nuncuparent. Est autem dies hic quartus suᷣ
vigesimum eius mensis quem illi carneum Atheniensis Methagimonẽ vocant: lati
ne uero maium arbitror appellari: tulit preterea ut captiui omnes qui Athenien-
sium serui aut socii extitissẽt dimiterentur incolumes. Ipsi uero Athenienses & sicu
lorũ qcũq; in eoꝝ exercitu capti fuissent p lapidicinas ad opus faciendũ distributi
sũma diligentia obseruarẽtur. imperatores uero ultimo afficerẽtᷣ supplicio huic re
gnacõne cum vehemẽter populus assentiretᷣ assurgeẽs Hermocrates non minoris
inquit virtutis esse arbitror Siracusani parta victoria bene vti q̃ vincere. Vtrum
eius oratio strepitu ac tumultu repressa est Gilippus vero iampridẽ Siracusanis
odiosus cũ propter acerbam nimis in imperando seueritatem: tamen propter insi-
tum Lacedemoniis omnibus fastum Cum sibi Atheniensiũ imperatores dari ex-
posceret non modo nõ auditus sed cõuiciis etiã lacessitus & contumeliis grauibus
affectus est huius glorie atq; auctoritati plurimũ obfuisse timens refert cupidita
tis opinionem & animi modicitatem quandam de minimis etiam atq; vilissimis re
bus sollicitam: quos morbos velut hereditarios a patre accepisse constat Cleandri-
dẽ enĩ Gilippi patrẽ ferunt acceptis aliquando a Siracusanis muneribus aufugisse
eundemq; cũ mille talenta a Lisandro missa spartam deferret triginta surripuisse
tradunt: atq; in intima domos parte defodisse Demũq; per inclites pa efacta sũma
cũ ignominia restituere coactũ esse Verũ hec in his que de Lisandro scripta sunt
latius enarrantur Demoscenẽ ac Niciã ñ fuisse a Siracusanis interfectos Timeus
refert quãuis illi ita fieri decreto etiã facto statuissent vt Philistus & thutidides
scripsere. sed cũ Hermocrates nondũ contione dimissa ad eos occidendos proficisce
retur: occurisse quendã carceris custodẽ ait ac retulisse propriis manibus illos sibi
met concisse mortẽ eorũ sane corpora ante fores carceris proiecta diutius iacuere
vt cuiq; aspiciendi potestas fieret. Accepi autẽ in hodiernũ etiã diem clipeũ Sira
cusis in templo eius positũ: quẽ nicie fuisse dicunt auro purpuraq; mira arte intex-
ta ornatissimũ Atheniensiũ qui per lapidicinas distributi fuerant magna pars cũ
morbo tum victus asperitate interiere. Nihil enĩ preterq; ordei duas & vnã aque
cotilas: id autẽ mensure genus est in singulos dies accipiebant. multi quoq; a custo
dibus clanculũ subrepti atq; ad colendos agros dimissi sunt. Plerisq; etiã abeundi
facultas tacite permissa non nulli quoq; pro seruis venditi: quibus equi caractere i
frõte iurebãt: qđ seruitutis volebãt argumẽtũ esse sed igenuitatis & pudoris quã
p se ferebãt significatio: eorũ plurimis adiumẽto fuit: empti enĩ aut subito a dñis
manumittebantᷣ aut in magno honore habiti apud dominos permanebãt Aliquot
etiam propter Euripidem poetã salutem adepti sunt. Cuius pre ceteris grecorũ
poetis carmina Siculi admirabantur & si qua a captiuis vllis audire poterant lite-
tissime perdiscebant. Multi igitur captiuoꝝ athenas reuersi Euripidem salutatũ
accedebãt suis se carminibus saluatos esse dictitantes Alii enĩ cũ illa dominos do
cuissent: subito ab eisdem mercedis loco manumissionẽ acceperant. Quidam vero
post commissam pugnam varii per ciuitates dispersi: victum carminibus eiusmodi
decantandis quesiuerant. Athenas autem ferunt tante calamitatis nũciũ sero ad
modum peruenisse: ac primo propter auctoris nuntiantis varietatem minime ad-
hibitam fidem fuisse hospes enĩ forte in Pireum diuertens cũ in tonsoria taberna

consedisset: De his que in Sicilia contigerant quasi iam pridem atheniẽsibus nota
essent condolens referebat ea cum tonsor audisset: citato cursu in vrbem veniens
rem omnẽ ad magistratus detulit. Inde per vniuersũ populum sermones eiusmodi
manarũt ita magno tumultu ac pturbatione exorta vt in re tanta cõtigere necesse
est magistratus populo conuocato tonsorem in contionem introduxit qui interro-
gatus vnde hec audita referret: cũ certe nil respondere videret. ĩ carcerẽ cõiectus
est: eo consilio vt grauioribus postmodũ suppliciis afficeretur q̃ de tantis rebus in-
certos rumores in vulgus proferens: sedicõnem propemodũ in ciuitate cõcitasset
atq̃ ita sane longe spatio seruatus est: quoad certi nuntii superuenere qui rẽ omnẽ
quo gesta fuerat ordine exposuerũt adeo athenensibus incredibile videbat: ea Ni
ciam fuisse perpessum: que ipso multo ante ventura predixerat.

ARCVS CRASSVS patrem habuit cũ honoribus plu-
rimis cũ triumpho censuraq̃ insignem parua in domo tenui
q̃ censu vna cũ duobus fratribus parce admodũ educatus ẽ
hi viuis adhuc parentibus cũ vxores duxissent: vna tamen
domo & mensa simul omnes vtebãtur: vt vel maxime ea de
causa videatur in omni victu modestiã & frugalitatẽ Cras-
sum cõsecutũ. Postmodũ altero e fratribus mortuo Crassus
illius vxori congressus filios aliquot procreauit. Nec inuito
post accusatus est: q̃ cũ licinia vestali virgine rem habuisset. que tamen facile iudi
cio liberata est. quãuis grauiter Plotinus accusacõnem vrgeret. erat huic mulieri
suburbanum egregie ornatũ quod cũ paruo precio ad se trahere Crassus optaret.
humilius colere mulierem eiq̃ quoad poterat gratificari cepit: quapropter facile
in eam quã dixi suspicõnem incidit. sed cũ res vt erat iudicibus innotuisset & aua-
ricie potius q̃ amoris causa factũ aĩaduerterent: facile suis sentẽciis Crassum libe
rarunt. q nõ antea ceptũ erga Liciniã cultũ omisit: q̃ concupite rei potitus ẽ apud
romanos omẽs cõstat virtutes quas plurimas Crassus habebat vnius auaricie sordi
bus obscuratas fuisse. Hoc enĩ in ipso precipuũ viciũ cetera que ĩ eo fuerãt longe
superauit Cuius rei clarissimũ testimoniũ prebet magnitudo diuiciarũ: quas breui
admodũ tẽpore sibi cõparauit. Nã cũ tricenta solũ talenta ex paterna hereditate
accepisset: prius tamen q̃ aduersus Parthos exercitum duceret: septem milium &
centũ talentorum sũmam coegisse tradunt: cũ etiam decimam facultatum suarũ
partem Herculi consecrasset & publicum epulũ dedisset populo ac tres minas in
singula ciuium capita contulisset. harũ diuiciarũ maximã partem si verũ profitere
licet ex ciuilibus bellis atq̃ incẽdiis comparauit. calamitatibus publicis ad priua-
tas vtilitates abutens. Cum enim Silla victor vrbe potitus interfectorũ a se ciuiũ
bona quasi predam iusto bello ex hostibus captam venderet: cuperetq̃ q̃ plures ex
potentioribus ciuibus illarũ quasi contagione inquinare: nihil vnq̃ Crassus vel lar-
gitionis vel emptionis nomine accipere recusauit. Multas preterea ciuitatis par-
tes incendio consumptas & deformes tantũ parietes quasi domuũ cadauera dere-
licta cũ vidisset: quotquot earum potuit paruo admodũ precio mercatus est cum
illarũ domini partim metu partim egestate compulsi nihil petẽti negare auderẽt
Hoc itaq̃ pacto magnam vrbis partẽ sui iuris fieri contigit: seruos preterea circiter

quingentos emit fabrilis artis & architecture peritos: nec his tamen nisi ad ꝓprie
domus extructionem vsus est. sed ciuibus edificare volentibus eorum operas mer
cede locabat: ac simul aree spacium cuiq; pro arbitrio suo ad edificandū vendebat.
Cūq; signati argenti maximā copiam & agros mirifice cultos: & in eis cultorum
ingentē numerū possideret: minimi tamen hec omnia facienda videbanť pre maxi
ma seruorū turba: quo a variis artibus instructos habebat Lectores. Scribas Pi
ctores. Argentarios Procuratores. Mensarios: quos ipsemet sūma diligencia cu-
rare & discentibus assistere: plerosq; docere consueuit Aiebat enī precipuā domini
curam erga seruos esse oportere. cū sine rei familiaris tanq; animata instrumenta
Atq; hoc recte Crassus & iudicare & dicere videbatur: aliis enim in rebus admi-
nistrandis familiariū ac domesticorū opera vti decet: ipsos vero seruos ac domesti-
cos curare propriū domini munus & officium putandū est. Iconomice enim disci
pline pars que circa inanimata versatur pecunie tantū parande studiū cōtinet: que
vero circa homines gubernandos intendit politicam quandam scienciā sapere vi-
detur. Illud vero non recte ab eodem diti consueuerat. Neminem omnino diuitem
aut dici aut existimari debere: qui facultatibus propriis exercitū alere non possit
bellicorum enī sumptuū nullus est modus: nulla mensura bellum nutriť vt inquit
Archidamus. Itaq; diuiciarū que ad illud alendum sufficere valeant infinitam esse
magnitudinē oportet: laudabilior itaq; in hac re sentencia videtur: qui cū agri qua
tuordecim iugera singulis amicorū donasset permultos tamen his minime contē
tos & plura querentes animaduertisset: illorū cupiditatem castigans: nemo inquit
Romanorū sit qui parum se possidere arbitretur cum tantum habeat soli quod ad
victū prebendum abunde sufficiat. Erat Crassus in amicos liberalis adeo vt omni
bus semper eius domus pateret: Pecunias insuper sine vllo fenore mutuo tradēt
quas tamen ab eisdem cū repetendi tempus aderat. adeo acerbe exigere cōsueuit
vt magis plerūq; gratis eas accepisse noceret: q̄ si ab aliis ad vsurā & fenus eas ac
cepissent. Ad cenas atq; conuiuia populares homines vt plurimum ex media plebe
vocare consueuit: cum esset in omni victu vt antea diximus frugalis & modestus



Fuit autē Rethorice facultatis perstudiosus ac vehemēter circa illam elaborauit
Cūq; ad dicendum non satis idoneus natura videretur: studio tamen ac diligencia
tantum profecit vt eos etiam qui natura aptissimi ad eam disciplinā habebanť: faci
le superaret: nullam enim causam adeo tenuem aut tam contemnendā fuisse tra-
dunt ad quam peragendam impremeditatus accederet. Cūq; Pompeius persepe
ac cesar Cicero etiam nonnullas a se causas quasi parū se dignas reiicerēt ipse earū
patrocinium suscipiebat. quamobrem a populo maximā graciam consequi meruit
q̄ in causis accuratus & diligens. Preterea facilis ad opem indigentibus ferendā
haberet: sūmaq; in appellandis ciuibus ac salutandis humanitas gratissimū illum
populo faciebat nemini enī tam sordido tanq; humili Romanorum occurrebat cui
salutatus ipse salutē non redderet ac proprio nomine cōpellaret. Fertur etiā histo-
riarū fuisse peritissimū atq; in philosophie studio plurimū temporis & opere posu
isse. cū maxime Aristotelis disciplinā sectaretť ī qua preceptorē habuit alexandrū
Virū temporibus illis celeberrimū quiq; humanitatis & contemnende glorie pre-
clarissima exempla de se prebuit in ea quā cū Crasso habuit consuetudine. Nec enī
iudicari facile potest vtro tempore pauperior vixerit an cū primo ad Crassum ac-
cessit an cum postea in eius amicitia ac familiaritate permansit. De quo hoc vnum
dixisse satis erit q̄d cū nūq; a Crasso discederet solusq; ex amicis aliquando cū illo
peregre profectus esset in itinere pileum poposcit eūq; statim ex itinere reuersus
Crasso restituit. O sūmā atq; admirabilem viri continentiā que solā paupertatem
incorruptibilem atq; insuperabilem esse putauit. Sed de his alias. Cum Cinna &

Marius rerũ potiti non ad patrie vtilitatẽ sed ad inimicorũ vlcionẽ & optimatom
perniciẽ victoria vti velle viderent & iã plurimos ex nobilitate occidissent. inter
quos Crassi pater ac frater fuere. vix Crassus ipse quãuis adhuc adolescens mortẽ
effugit. nã cũ se vndiq̧ custodibus septũ diligentius tirannorũ iussu ad mortẽ ob-
seruari sentiret: tribus tantũ comitibus & decẽ seruis assumptis sũma celeritate ĩ
Hispaniã cõcessit vbi iampridẽ sub patre ĩperatore militans permultos sibi amicos
cõparauerat: quos cũ vehementer Marii timore perculsos offendisset eiusq̧ absen
tis imperiũ nõ secus atq̧ instantis perhorrẽtes: nulli eorũ sese credere aut aperire
ausus est: sed in Iubii Paciachi cuiusdam agrũ qui mari finitimus erat secedens in
spelunca que maxima in eo erat delituit. Inde cũ iã que secũ tulerat alimẽta defice
rent Vnũ e seruis ad Iubium mittit qui illũ quonam pacto erga se res habeat cerci
orẽ faceret: eo nuncio accepto vehemẽter letatus Iubius. Diligentius locũ in quo
delituerat & sociorũ numerũ percontatus. Ipse quidem ne rem patefaceret: ad eũ
visendũ nõ accessit sed seruũ eius agricultorem iuxta locũ in quo Crassus latebat
adducẽs singulis diebus paratã cenam eo deferre precepit: eaq̧ supra saxũ q̄d ibi
aderat posita cũ silentio discedere iubet nec quis accepturꝰ esset aut qua de causa
id fieret vlterius exquirere: & mortẽ delicti penã futurã minatus est si quid vltra
q̃ preceptũ fuerat attemptasset: recte vero mandata exequenti libertatis premiũ
pollicitus est. Erat spelunca nõ procul a mari constituta: quã rupes ingentes ac lo-
cis pluribus rimose claudebãt: tenue lumen ac leuẽ aurã suscipientes Intus vero la-
titudo maxima pandebat Pluraq̧ inter se peruia & quasi industria fabricata habi
tacula Atne quid omnino deesset quod vsui necessariũ fore videret perennes aq̃ꝝ
fontes ex ruptis saxis decurrẽtes inde interfluebãt. atq̧ inde per scissurã petre:
q̃ maxime lumini patebat ingressus in mare deferebãt. hoc itaq̧ in loco cũ Cras
sus habitaret: quotidie que ad victũ necessaria essent deferebãtur. a viro quinam
essent: q cibos acciperent: penitus ignoro. Nec eni eos qui in spelunca erãt cõspice-
re poterat: cũ tamen ipse ab eisdẽ optime cerneret: qui aduentus sui tẽpus & horã
diligenter obseruabant Atq̧ omnia nõ modo ad vsũ sed ad voluptatẽ quoq̧ suffici-
entia abunde suppeditabant: cũq̧ in omnibus quoad posset Crasso gratificari Iu
bius niteretur: cũq̧ in adolescencie medio constitutũ aĩaduerteret: vt voluptatum
etiã quas etas illa desiderat copiã prestaret: ancillas duas egregia forma & etatis
flore prestantes ad eam spelunce partem: que ad mare conuersa est ducit & per ob
rupta saxa ascensũ demostrans maximis premiis propositis speluncam audacter in
gredi iubet. eas igitur per obrupta saxorũ venientes. amici qui cum Crasso erant
conspicati. Primo re proditus ac patefactus esset locus timuere. Deinde quidnã
querentes aut cuius rei causa venissent percontati: cum ille vt a Iubio instructe fu
erant: dominũ illic latentem se querere respondissent. Intelligens Crassus Iubii er
ga se colendum amorẽ ac diligentiã leto animo puellas suscepit ac deinceps reliquũ
omne tempus quo in spelunca versatus est Crassus secũ ꝑmansere sepius ad Iubiũ
siquid vsus posceret mandata deferentes: ex eis vnam iam etate confectã se vidisse
Fenestella testaẽ: sepiusq̧ hec omnia vt acta fuerant ordine ab eadem narrata au-
disse. Octo igitur menses eo modo Crassus in spelunca delitescens permansit. Po-
stea cũ de Cinne morte nunciũ accepisset spelunca degrediens magno ad eũ facto
concursu: sũma alacritate exceptus ẽ Inde duorũ miliũ & quingentorum hominũ
exercitu coacto plurimas Hispanie ciuitates perlustrauit. & earũ vnã Malacham
nomine militibus diripiendam concessit: vt quidam Historici tradidere: quis ipse
talia negare grauiterq̧ aduersus eos qui id dicerent irasci cõsueuerit Post hec
nauibus collectis in Libiam traiecit: & ad Metellum pium virũ per id temporis
insignem se contulit: q cũ exercitu validissimo Libiam tenebat. Nec diutius ibidẽ

cõmoratus sediciõne cum Metello facta ad Sillam profectus honorifice admodum exceptus est. Cumq; in italiam redire Silla statuisset: omnes qui secum erant adolescentes negotio aliquo implicare cupiens alia aliis peragenda mandauit. Crassum vero in Marsos ad parandã expeditionem proficisci iussit Cũq; ab eo Crassus in itinere custodes peteret: erat enĩ sibi nõ procul ab hostibus iter faciendũ subiratus aliquantulũ Silla: ego tibi inquit custodes esse iubeo patrẽ ac fratrẽ tuũ: amicos ĩsuper & affines quos iniuste a cõmunibus hostibus interfectos ad p̃sẽs vlcisci cõtendimus His vocibus vehemẽter accẽsus & irritatus Crassus a Silla digressus est: & per medios ferme hostes ad que tendebat loca profectus validissimũ cogit exercitũ: cuius egregia opera Silla postmodũ maximis ĩ periculis vsus ẽ. Atq; ex his rebus q̃s circa Sillã vterq; gessit laudis & glorie adipiscẽde causa emulationẽ inter Crassum & Pompeium exortam ferunt. Erat enĩ Pompeius minor q̃ Crassus patre insuper ortus infami: quiq; extremo odio ciuibus suis perosus fuerat: nihil tamen his aduersantibus indies maior & clarior habebatur & ei Silla honores plurimos q̃uis admodũ iuueni exhibebat q̃s equaliũ suorũ nemini ferme l' paucis omnino impendere consueuerat. Nam & venienti Pompeio assurgere & caput aperire & imperatorem appellare dignabat̃. Que res Crassum vehemẽter angebãt atq; eius indies augebant indignationẽ: quãuis merito preferendus Pompeius iudicio omniũ videret̃. Primo q; in rebus gerendis nõ satis expertus Crassus habebat̃: tũ q; magnã suis factis graciã innata sibi vicia adimebant auaricie scilicet morbus & in minimis etiã rebus supra q̃ satis esset habita ratio vtilitatis sue. Cũ enĩ Tudertum Vmbrie ciuitatem cepisset. multa clanculũ subripuisse compertus est: ex quo magnam Sille indignacõnem ĩ se contraxit In ea vero pugna quã maximã & eandem extremam Silla circa Romam pugnauit: cũ ea parte cui Silla preerat loco mota acies pelleretur: Crassus alterius cornu prefectus egregie aduersarios superauit fugiẽtesq; ad noctem vsq; insecutus est inde in castra reuersus: victorie nunciũ ad Sillam misit qui rem omnẽ quo gesta fuerat ordine enarraret ac militibus suis ab eodem cenam exposceret. In proscripcõne quoq; ciuiũ Romanorum & bonorum publicatione magnam infamiam subiit: res multas ac preclaras exiguo admodũ precio mercatus & muuera ab omnibus acrior exigens: si qui nulla de causa eius opera indigerent. In bruciis vero diuitis cuiusdam bona proscripsisse fertur ignaro ac minime id iubente Silla: qui cũ re iam peracta negociũ resciuisset: grauiter indignatus nullũ ad negocũ publicum deinceps Crassum adhibere constituit Fertur & hoc sibi natura insitũ fuisse quod cũ esset ipse omniũ auarissimus grauiter tamen maledictis auaros insectari & odisse sui similes homines cõsueuit. Vehementer autẽ eius animũ cruciebãt autem ingentes honores ad Pompeium delati & assidua sine interuallo magistratuũ gerendorum concessa potestas & anteaq; in senatũ legeretur permissa triũphandi licencia magniq; a ciuibus vltro cognomen delatum. Itaq; cũ aliquando ex Romanis quispiam dixisset: iam aderit Pompeius magnus & quantus nam inquit arridens cũ indignacõne Crassus cum se igit̃ militari gloria inferiorem aĩaduerteret: ciuilibus studiis q̃ maximã posset auctoritatem & potenciã comparare nitebatur. Itaq; potentibus omnibus presto aderat officiis patrociniis: pecuniaq; etiam mutuis dationibus quoslibet ex populo adiuuans vt sibi vires & gloriam quereret quibus Pompeii conatibus posset obsistere: magnam enĩ Pompeius a militibus quibus prefuerat imperator beniuolenciã consecutus erat: & absentis nomen indies maius habebat̃ ob insignem rei militaris periciam: presens vero nonnunq; a Crasso ĩ honorũ peticõibus superatus est: propter sũmã quã sua p̃sencia concitabat inuidiam cũ ex forma & habitu corporis fastus quandam significationẽ pre se ferret nec facile multitudini cõgrederetur. operam

vero suã ac patrociniũ difficilius cuiq̃ p̃staret quasi vires ad res maiores obeundas
sortitus: q̃ vt supplices aut damnatos in iudicio defenderet. Crassus autem in his
studiis assidue versabat̃ & freq̃ues in contione ac foro aderat atq̃ omnibus facilẽ
& peraffabilem se prestabat: adeo vt in medio etiã rerũ gerendarũ cursu poscenti
bus aliquid amicis aut clientibus aurem nõ grauate preberet. Corporis autẽ dig-
nitas ac sermonis elegancia tum frontis hilaritas quedam facile ad se amandũ ho-
mines alliciens par in vtrosq̃ fuisse tradit̃: ambicio q̃q̃ & honorũ cupiditas eadẽ
que emulacõis cuiusdam nõ tamen odii aut maliuolencie causas prebuit. Dolebat
enim frequenter Crassus Cesarem sibi Pompeiumq̃ in honoribus p̃ferri nec eam
sane inter sese animorũ alienationem dissimulare penitus poterant. Itaq̃ Cesar in
Asia a predonibus captus & in vinculis & custodia detentus magna voce vt a ple-
risq̃ audiretur clamauit: quantas inquiẽs Crasse predonibus habebis gracias: cũ
de captiuitate mea certior factus fueris nõ multo tamen post amicicia coniũcti sũt
& inuicem in gratiã rediere. Cunq̃ in hispania Cesari profecturo pecunie quas ex
ercitibus daret defecissent: fenatoribus tantũ pecunie Cesaris nomine credere re-
cusãtibus: atq̃ ea de causa profectionem differre Cesar cogeret̃ Crassus octingẽ-
torũ ac triginta talentorum sponsor fenatoribus intercessit. Cũq̃ vniuersa ciuitas in
partes tres diuisa esset: quaꝝ vna Cesaris altera Pompeii tercia Crassi appellabat̃
Nam Cato magis iusticie & bonitatis opinione q̃ potentia valebat Cũq̃ oẽs q
optimi ac sapientes habebantur Pompeii partes sequerent̃: turbulenti vero & qui
maximam in ciuitate licenciã habere cupiebant Cesaris opibus fauerent Crassus:
inter vtrosq̃ mediũ sese gerebat. At modo huius modo illius partibus inherens
sepe in reipublice administracõe mentem sententiãq̃ mutauit: cũ nulli ĩ amicitia
satis firmũ nec rursus apertũ nimis inimicũ se prestaret sed facile admodũ ac leui
momento vt magis in rem suam conferre arbitrabat̃ amorem simul & odiũ permu
tabat Itaq̃ eoꝝdẽ hoĩm patronũ & accusatorẽ & legũ earũdẽ suasorẽ & dissuasorẽ
breui temporis interiecto spacio fuisse compertũ est· timore autẽ magis q̃ gracia
ad populum posse existimabat̃: quapropter sollicitudines maximas incuciebat his
qui sub sua potestate tenebantur quociens magistratũ aliquẽ gereret Vnde & Si-
cinius multa in quoscũq̃ ꝓbra iacere cõsuetus· aliquando rogatus cur soli Crasso
in conuiciis parceret: fenum enĩ inquit in cornu gerit Mos autẽ Romanis fuit vt
cornupetarũ bouum cornua feno circũligarent: quo obuiã procedentes sibi ab illo
cauendũ esse monerentur. Interea gladiatorũ seditio per id temporis excitata est
& eorũ per omnẽ italiam discursus predaburdus insecutus quem plerıq̃ spartacũ
bellum appellarũt: atq̃ illũ huiusmodi habuisse principium ferunt. Lentulus qui-
dam cognomine Battiatua magnam gladiatorũ familiam capue nutriebat quorũ
maxima pars ex Galatia & Thratia erant oriundi: nõ ob aliquod perpetratũ ab ip
sis scelus sed tantũ propter emptoris impietatem necessario gladiatoꝝ exercere co
acti ex eis aliquot fugiendi consiliũ cũ iniissent anteq̃ fuge constitus dies aduenis
set: proditi ac patefacti fuere. Duo tamen & octuaginta cũ reliqui timore impli-
citi cunctarentur effugere atq̃ e coquinaria taberna verubus ac bipennibus abrep
tis cum cetera arma deessent e ciuitate digressi sũt: forteq̃ in currus gladiatorũ
armis onustos: que ad aliam ciuitatẽ deferebantur incidere: illa igitur auidissime
rapientes seipsos armarũt: cunq̃ munitum locum quendã occupassent tres inter se
duces constituere: Quorũ primus Spartacus vocabatur: vir ex Thracia oriundus
ac nõ minus prudentia quã corporis robore & viribus prestãs: facilitate insuper ac
mansuetudine: tum virtutibus omnibus supra fortune & condicõis sortem orna-
tus vt grecus potius q̃ barbarus videri posset· fertur cum primum Romam vena
lis delatus est: draconem subdormientis capite in spiram complicatum apparuisse;

quem Thracia itidem mulier conspicata: cum vaticinandi peritissima haberet: & Dionisii sacris esset iniciata signum hoc esse dixit magne cuiusdam & formidabilis potencie future Que tamen exitum habitura esset infortunatum: eã semper ad se mulierem & conuiuiorũ deinceps & itinerũ comitem Spartacus habuit. Concursu igitur primũ ab his qui Capue fuerãt ad spartacũ facto. ac subinde paulatim confluente multitudine: cũ sibi armorũ copia ex oppidis: que ceperant suppeditaretur: gladiatoriis armis tanq̃ Berbaris & inutilibus abiectis sese militaribus armis instruxere aduersus eos cũ tribus milibus armatorũ Clodius missus imperator in monte quodã asperrimo deprehensos obsedit. Erat mons vndiq; vastis atq; abruptis rupibus septus in quem vna tantum ex parte peruius aditus atq; is satis angustus patebat. Eum locũ Clodius egregie custodibus operibusq; muniuit: reliqua vt dictũ est abscisse rupes ac precipites claudebant: que cũ dumis asperrimis tum agrestibus maxime vitibus vestice: digressum penitus negare videbãt. Verũ qui obsessi erant cũ iam acrius necessitate rerum omniũ premerẽt: rum cesus vitium palmites mutuis nexibus colligasset: sese per arruptas rupes expeditos dimisere: vno tantum derelicto qui digressis ceteris arma paulatim cum deiecisset: ipse quoq; ad suos descẽdit incolumis. Inde Romanos nihil tale suspicantes circũuecti a tergo inuaserũt ac repentino timore perculsos facile in fugã vertere castra quoq; nullo ferme labore ceperunt. huius victorie fama vulgata multi ad Spartacum vndiq; ex agris cõfluxere: pastores bubulci fures homicide ac variis sceleribus homines inquinati: e quibus aliquot Spartacus armis instructos in milites elegit: quosdam vero inermes & expeditos ad precursandum esse voluit. Romani interea. P. Vatinium secũdũ aduersus Spartacum imperarorẽ fecere: cuius legatũ Furium cum duobus milibus armatorũ proficiscentem aggressi hostes in fugam verterũt Inde Cossinium alterũ legatũ maioribus copiis contra se missum obseruãs. Spartacus quod se apud Salinas plerumq; lauare consueuerat: nonmultum abfuit quin viuũ atq; inermem caperet: cũq; exercitum deducens incolumem vix periculũ euadere potuisset. Hostes impedimentis omnibus potiti sunt. Inde Spartacus fugientem exercitum prosecutus magnam stragem intulit. Ipse etiam Cosinius in ea pugna occisus est. Postremo imperatorem ipsũ Vatinum leuioribus antea preliis nonnullis supetatum vna tandem ingenti pugna vicit atq; fugauit & lictores omnes atq; equũ quo imperator ipse vehebatur cepit. Tantis igitur prospero euẽtu rebus gestis magnum iam atq; terribile apud omnes Spartaci nomen habebatur. Ipse vero secundis rebus modum adhibere volens cũ esset suarũ viriũ conscius non eousq; cũctandũ arbitrabatur quoad omnem in se Romanorũ potenciam concitaret. Itaq; ad Alpes exercitũ admouere constituerat: eo consilio vt superatis Alpibus exercitũ dimitteret. Atq; alii in Galatiam alii in Thrariam ad suas quiq; domos remearent Verũ milites multitudini iam & viribus suis fidentes eius verbis obtemperare noluerũt sed mediam peruadentes italiam incẽdiis & populacõibus cuncta vastarũt: quod postq̃ Rome auditũ ẽ indignacõne maxima patres atq; omnem populũ accendit non tam rei turpitudine atq; indignitate cõmotus sed imminens etiã reip. periculũ formidãtes. Itaq; tanq̃ ad maximũ ae difficilimũ bellum Cõsules ambos pficisci decreuere: e quibus Gellius parum caute in host es ruens cũ plurimũ germanorũ viribus fideret: e quibus maxima pars exercitus sui constabat omnes fere copias amisit. Lentulus vero alter Consul circũducta exercitus parte medios hostes clausisse putabat. Verũ illi a tergo consulem adorti: cõmissa pugna legatos superarunt & castra eum omnibus simul impedimentis cepere. Inde ad Alpes vt ante statuerant proficisci contendunt quibus venientibus Cassius qui circa Padum oram Gallie cum exercitu Pretor obtinebat: obuiã profectus ẽ: ac pugna

Cassius ipse vix euasit incolumis. hec Ro
cōmissa pluribus e Romanis interfectis
mam vt gesta fuerant per nuncios dilata: magna aduersus consules iracundia sena
tum incendere atq; illis bello abstinere iussis Crassum imperatorem contra Spar
tacum delegit: cuius gratia & amicitia nobiles quidam adolescentes cōmoti secū
ad exercitū ire comites statuerunt. Profectus igit̄ Romā Crassus in agro Piceno
substitit: veniente Spartacum ibidem cōmoraturus. Interea Mumium legatū cū
duabus legionibus hostē a tergo circūuenire iubet & eius vestigia q̄ maxime pos
set sequentē a pugna sese penitus abstinere precepit. At ille cum primū ad hostes
peruenit magna suarū virium opinione inflatus pugnam conseruit: in qua multis
Romanis cesis: reliqui abiectis armis fugientes euasere: qui cū ad Crassum perue
nissent: grauiter admodum sūmaq; ignominia excepti sunt ac Mumius presertim
qui pugnandi auctor extiterat: Militibus tamen Crassus iterum arma concedens
sponsores ab eis seruandorū armorū postulauit & ex eis quingentos qui primi fu
gam in acie ceperant: quiq; aliis timendi fuerant auctores in quinquaginta decuri
as partitus est: inde ex earū qualibet vnum sorte delegit: quem in tocius exercitus
oculis vltimo affecit supplicio: peruetustū sane Romanoꝝ puniendi morem cōsue
tudinem reuocans qui non minorem damno ignominiam continet: plurimisq; aspi
cientibus horrorem incutit. Eo modo confirmatis multis animis: ad hostes exerci
tū ducit Spartacus vero sub eius aduentu per Lucaniam paulatim retrocedēs ad
mare se contulit. Forte per id temporis pirate Cilices in Siculo freto versabantur
quoꝝ opibus & auxilio Spartacus fidens. Duo milia e suis in Siciliam transmittē
cogitauit: qui vix dū Sopitum illic seruile bellum excitarent: qđ sane non multis
egris stimulis videbatur: pacta igit̄ mercede Cilices quicquid vellet se facturos
spoponderūt. Inde mercedis parte & muneribus insuper acceptis. abrupta quam
dederant fide abierūt. Spartacus igit̄ ea spe destitutus rursus a mari digrediens
ī regionē Chersoneso exercitū statuit Est autē Chersonesꝰ tra ī īsule modū mari
circūadta. Vno tantū eoq; angusto spacio qđ Ischinus appellat̄ continenti adiunct
Igitur adueniens Crassus & loci naturam diligenter contemplatus Ischinū mur
claudere & illos a continenti disiungere statuit vt simul hostibus egrediendi faci
tatem & militibus suis ocium adimeret. Erat opus magnū sane atq; difficile: att
men glorie cupiditate incensus Crassus rem tantā aggredi non dubitauit ac brei
tēporis spacio ex transuerso Ischini vtrinq; ad mare pertingentē triginta stadio
fossam quindecim pedū latitudine atq; altitudine totidē duxit: superq; eā mūr
constituit robore atq; altitudine mirandū. Ea primo Spartacus contēpnere ac ni
hilius omnino momenti ducere simulabat. Inde vero deficientibus cōmeatibus cu
iam nihil in Chersoneso superesset: quod ad victū suppeditaret: noctem obseruā
nebulis obscurā & vehementer ventoꝝ flatibus turbulentā non magnā fosse part
abscissis arborū ramis ac super iniecto aggere compleuit atq; eo pacto iam terci
Romanos exercitus frustratus euasit. Quod postq; Crassus aīadnertit citato itin
abeuntis vestigia prosecutus est. Veritus maxime ne Romā petendi voluntas illi
& animus subiret: cū precipue ad id agendū impelli viderent̄ qđ sibi magis ī die
singulos vires augebant̄. cū plurimi ex Crassi militibus propter ortam seditionem
ad eum confugissēt: multi etiam ex finitimis agris ad illū cōfluerēt. Interea Spar
tacus iuxta Leucanidis paludem consederat: quā variatis temporū vicibus modo
dulcē atq; potabilē modo salsū atq; amarū prebere saporē ferunt: apud hanc igi
Crassus hostes assecutus eos a palude submouit atq; eorū vagas discursiones & ce
des aduentu suo compressit. Cumq; arduū omnino atq; difficile videret̄ Spartacū
superare: quod illi fugiendo magis q̄ pugnando bellū gereret & modo nusq; cōspe
ctus subito īspiratus adesset. Romam litteras ad senatum misit: opus esse dicens

Lucullum ex Thratia & ex Hispania Pompeium accersiri. Ipse interim quoad po
terat ante eorũ aduentũ bellum conficere nitebat̃ nec enĩ ignorabat his aduenien-
tibus perfecti belli gloriã ad se non peruenturam Cũ igit̃ omnino sibi pugnandũ
esse statuisset militibus quibus. C. Cassius & Canmius preerant & seorsũ a reliq̃
exercitu castra habebant precepit vt cũ sex milibus armatorũ locũ quẽdam insi-
dus aptissimũ occuparent ibiq̃ q̃ occultissime possent delitescerent. Illi vero dili-
genter admodũ mandata seruantes cũ galeas frondibus operuissent ne earũ fulgo
re deprehendi possent ad constitutum locũ deuenere nec eos omnino quisq̃ preter
duas mulieres conspexit que cũ rem ad hostes detulissent in extremũ discrimen il-
los adduxerant: ni prope Crassus cũ exercitu superueniens asperrimam pugnã in-
iisset. In qua duodecim milibus ac tricentis hostibus cesis duos tantũ a tergo vul-
neratos fuisse compertũ est: reliqui cõuersis in Romanos frontibus & in acie stan
tes cecidere Spartacum vero post eam pugnã ad petilinos montes fugientẽ Quin-
tus Crassi legatus & Scrofa questor prosecuti sunt. In eo Spartacus magna vi cõ-
uersus oẽs in fugã vertit & grauit̃ Saucius questor vix e manibus hostiũ a circũ-
stantibus ereptus est. Hec res egregie ac prospero euentu a Spartaco gesta euer-
sionis sue causam prebuit: fugitiuorũ enim seruorũ manus: que maxima sub eo mili
tabat: nimiũ iã de suis viribus sperare ausa: vlterius iã fugiendo bellũ gerere &
imperatoris dictis parere indignabat̃: cũq̃ in tuta iam loca euasissent prefectos vt
se retro per Lucaniam contra Romanos ducerent coegere: vt q̃ primũ soli Crasso
congrediendi copia fieret. Iam enim adesse Pompeium nunciabat̃: multiq̃ eorum
qui Rome comitiis aderant eius belli victoriam Pompeio deberi dictitabant: q̃d
statim suo aduentu bellum confecturus putaretur. Coactus his de causis pugnare
Crassus cũ locandis castris fossam & aggerem statueret irruẽtes magno impetu
serui intentos operi milites inuasere ac primo leuis pugna cepta est. Inde superue-
nientibus vtrinq̃ militibus augeri preliũ cepit: tandem vrgente necessitate Spar-
tacus copias omnes in aciem deduxit. Cunq̃ sibi ex astantibus quidam equũ ad-
duceret gladium educens. Victor inquit plurimos & optimos ex hostibus equos
habiturus sum: victo autẽ ne huius quidem mihi opus erit His dictis equũ gladio
transuerberatũ interemit. Inde in Crassum per confertissimos hostes ruens multis
perfossus vulneribus: Crassum contingere minime potuit. At vero Centuriones
duos qui iuxta illum astabant interfecit. Tandem omnibus qui secum aderant
in fugam versis cũ solus derelictus fuisset ingenti circa eum globo Romanorũ fa-
cto multis vndiq̃ inruentibus telis laceratus ẽ. Itaq̃ cum crassus bellũ tam graue
confecisset: corporis etiam proprii subisset periculum non tamen Pompei gloriam
potuit obscurare. Nam qui Crassi opibus aduersabant̃ res quoad poterant gestas
verbis minuere tentarunt & Romam ad senatũ scripsere: nõ nisi fugitiuos aliquot
aperta pugna a Crasso fuisse superatos Pompeius igitur de Hispania atq̃ Serto-
rio splendidissimũ triumphum duxit. Crasso autẽ permissum vt ouans vrbem in
traret perindignum esse enim ducebant de superatis seruis triumphare: quid vero
triumphus ab ouatione distet & vnde vtriusq̃ ductum sit nomen in ea quã de Mar
cello scripsimus vita disputatũ est. Post hec autem cum ad consulatum Pompeius
Romã accerseret̃ Crassus vero collegam se illi fieri vehementer cuperet nec om-
nino propter eam quam ad populum habebat graciam diffideret: attamen quo fa-
cilius quod optabat assequeretur: suppliciter ad hanc rem peragendã a Pompeio
auxilium implorauit qui & si Crasso nõ mediocriter infensus esset: studium tam ẽ
suum & operam egregie impendit atq̃ in contione palam retulit non tam se de a-
dipiscendo consulatu sollicitum esse q̃ vt Crassum in eo magistratu collegã habe
re liceat. Ambo igitur Consules facti non diu in ea quam simularant beniuolentia

permansere sed in omnibus rebus adinuicem dissidentes: ferme desertam esse rem
publicam passi sunt. Eaq̧ de causa nihil ab eis in consulatu memoria dignū gestū ē
Preterq̄ q̄ Crassus Herculi sacra faciens populo Romano epulū publice dedit :&
tres minas in singula ciuiū capita contulit. Cum iam ad finē peruenissent consu,
latus & comitiorū habendorū causa in campo Martio consedissent. Gnatius Aure
lius vir quidem ex equestri ordine oriundus Vita autē omnium rudis atq̧ agrestis
habitus maxima celeritate in forum accurrens clamauit Iouem sibi in somnus mo,
nuisse vt hoc palam ad populū ferret: ne ante Consules magistratu se abdicare pa,
terent q̄ simul in graciā amicitiāq̧ redussent Hec ille sūma voce cū e pulpito vocife
ratus esset ac populus in gratiam redire consules iuberet: Pompeius nec voce nec
loco mutatus est: At vero Crassus assurgens & college vltro dextra porrecta: ni,
hil humili inquit arbitror aut parū me dignū facturū Quirites: Si prior ad amici,
ciam gratiamq̧ cū Pompeio conciliandam surrexero quem vos adhuc impuberem
magnū cognominastis Cuiq̧ nondū in senatoꝝ ordinē accito triumphū decreuistis
atq̧ hec amisso in consulatu gesta sunt. que quidem digna memoratu visa fuerint
Censurā q̄z ab omni officio īmunem atq̧ ociosam gessit. Neq̧ enī senatū lustrauit
nec equitum notauit quēq̧ aut eorū omnino rationē habuit non etiā ciuium capita
censuit & in eo magistratu collegam habuit: lucta tantū Catulum virū Romanoꝝ
omniū mansuetissimū Itaq̧ cū Crassus initio magistratus acerbissimū se futurum
declarasset & Egiptum tributariam Romanis facere tentasset: sūma audacia Ca,
tulus obstitit: quapropter orta inter eos seditione sponte sua non multopost ambo
sese magistratu abdicauerunt Coniurationis eius que Catilina auctore cepta: omnē
pene funditus euertit rempublicam conscium atq̧ participem fuisse Crassum non
parua suspicio fuit. Nam ex cōiuratis quidā magna voce Crassum compellās audi
tus est. Attamen eius verbis nemo fidem adhibuit: &. M. Cicero eius cōiuracōis
vindex aperte satis in oratione quadā in Crassum & Cesarem coniurationis illius
non minima ex parte causam refert: eam tamen orationem nunq̧ nisi post vtriusq̧
morteem edere ausus est. In illa vero quam de suo consulatu habuit Crassum ad se
noctu venisse refert: epistolam a Catilina missam tenentē: qua illū quasi conscium
ad firmandā coniurationē hortabatur. atq̧ hac de causa semper in posterū Cicero,
nis inimicus Crassus est habitus q̄d vero palam illum non insectaret filius impedi
mēto fuit: qui cū studiorū ac discipline amātissimus esset: vehementer Ciceronem
diligebat: eiusq̧ congressu ac familiaritate plurimū vtebat̄: adeo vt cū exilio dam,
natus esset Cicero: Publius Crassi filius Vna cū eo vestē mutauerit: atq̧ alios ado
lescentes cōplures idē facere cōpulerit: tandem vero patrē etiā Ciceroni concilia,
uit. Cum Cesare prouincia reuersus consulatū petere statuisset: aīaduertissetq̧
Crassum & pompeiū inuicē consulatus gracia certaturos: Ipse ne alteri fauens al
terius in se offensam contraheret sūma contentione illos inter se concordes facere
laborauit: admonens nihil aliud eos inter se dissentientes efficere q̄ vt Ciceronis
& Catuli tamen etiā Catonis vires ac potenciā augeant: quorū opes nullū pondus
habiture sint si ipsi inter se cōcordi animo atq̧ amicorū atq̧ affinū adhitis auxilus
remp. gubernare voluerint. His illi verissimis rationibus cōmoti rursus in gratiā
atq̧ concordiā redire. Itaq̧ horū triū veluti quadā conspiracōne facta inuicta q̄dā
& inexpugnabilis constituta ē potencie magnitudo que senatus & populi Roma,
ni vires cōminuit atq̧ perfregit. Nec tam illoꝝ vires cesar confirmare tentauit: q̄
eorū opibus sese tutissimū ac maximū constituit. statim enī vtriusq̧ consensu crea,
tus consul magnū in populo nomen & gloriam consecutus est. Nam cū egregie cō
sulatū gereret imperator factus & prouinciam galiā sortitus quasi ī arce ciuitatis
ab eisdem impositus est, Ipsi vero se in arbitrio facturos nullo aduersante opinabāt

si cesaris q̄ maxime potenciam augerent & Pompeium quidem immensa Ambitio ad hec incitabat. ad Crassi vero veterem auaricie morbum triumphorum ac tropheorum summa cupiditas accesserat. q̄ preclarissima cesaris gesta omnium fama & consensu celebrata excitauerant: quibus cum sese inferiroem esse cum ceteris in rebus superior haberetur haud equo animo ferre Crassus poterat nec ante cupiditati hunc finem imposuit q̄ se ad turpissimam mortem summa ignominia ac detrimento populi Romani precipitauit Nam cum cesar e gallia lucam venisset: multi ad eum visendum Romam profecti sunt inter quos enī Pompeius & Crassus venere. multaq; inter se remotis arbitris collocati maiora iam animis concipientes. vt omnem in se Romani imperii potentiam transferrent agitare ceperunt. quod ita se demum consequi posse arbitrabantur: si cesar quidem vt ceperat cum imperio in armis permanerent. Crassus atq; Pompeius quicquid super esset exercituū & reliquas prouincias inter se partirētur ad quod vna tantum patere via videbatur secundi scilicet consulatus Pompeio Crassoq; peticio. cui maxime cesarem fauere posse animaduertebant. hanc igiẗ ingredi cum statuissent. Romam cesar ad amicos hac de re litteras scripsit. & ex militibus q̄ plures vt comitiis interessent eodem misit: multi enim ex his qui sub Crasso militabant eadem de causa Romam venere: quapropter magna apud omnes ciues est exorta suspitio: & iam creberrimus in populo rumor versabatur: quem illi inter se diuturnum congressum fecissent. nihil reipublice bonū aut salutare futurum continere. Cunq; i senatu Marcellinus ac Domitius pompeium rogassent an proximis comitiis consulatum petiturus esset: ille dubium responsum dedit forte inquiens petam: forte non petam. rursus vero itidem interrogatus: a bonis inquit ciuibus petam a malis vero minime. Cunq; hec super he nimis & ambigue responsa viderentur: multasq; audientium animis suspitiones inferrent: Crassus eadem rogatus: siquidem inquit reipublice profuturum esse iudicauero: petā sin minus a peticione desistam. hoc cuius responso nonnulli excitati: petere enim & ipsi statuerunt: inter quos precipue Domitius extitit. Nam cum alii Pompeii Crassiq; minis & occultis denuntionibus territi ab incepto destitissent: Domitius Catonis hortationibus confirmatus in sentencia perstitit: Cum illum Catho suis viribus non diffidere sed audacter pro cōmuni libertate contedere iuberet. Neq; enim consulatum sed: tirannidem Pompeiū Crassumq; petituros descendere. nec vero magistratus aut honores sed prouinciarum atq; exercituum diripiendorum facultatem affectare. Hec atq; huiusmodi Cato palam ad populū vociferans inuitum pene Domitium candidatū in comitia deducebat: quē primo aduentu multi comicus assurgentes circunstetere nec parua sane admiratio plerosq; tenebat. que nam causa ad secundam consulatus peticionē duos illos pricipes ciuitatis impelleret. Deinde cur ambo tamen etiam cur pene soli peterent: cum in ciuitate complures essent digni: qui cum Crasso aut Pompeio magistratū gererent. hos rumores cum Pompei fautores accepissent: candidatorū neminem palam prohibere sunt ausi. sed occultis attibus inuadentes: illos ab incepto desistere compulerunt. Domicium vero noctu cum amicis in campum descendentē aggressi seruū qui lumen preferrebat trucidarunt multisq; ex circunstanribus vulneratis: inter quos etiā Cato fuit: reliquos intra domū retrusere & custodibus ne egredi possent circa fores appositis comicia habuere. Quibus Pompeius & Crassus consules renuntiati sunt: qui deinde initio magistratus armati in campū venientes non nullis eorū qui suis voluntatibus aduersabanẗ interfectis & Catone extra contionem eiecto. Cesari

imperium in lustrū alterū prorogauere Sibi vero Siriam & Hispaniam prouin
cias decreuerūt quas forte demū inter se partiti sunt. & Siriam quidē Crasso
Pompeio vero Hispania obtigit. fuit autē omnibus inuisa pompei sorticio: neq;
enim illā procul ab vrbe ab esse multitudini placebat: & ipse magno vxoris amo
re incensus domi perlibenter versabatur Crassus vero sua sorte vehementer ex
ultans nihil sibi per id temporis fortunatius accidere potuisse arbitrabatur: tā
q̄ in alieno solo magis q̄ domi & in externis potius rebus q̄ in domesticis inuē
turus quietem. Multa igitur inania ac puerilia preter auctoritatis & etatis di
gnitatem iactans: cum minime ad ea vicia natura propensus esset: non Siriam
aut Parthos felicitatis sue terminos statuebant sed quasi puerilem ludū fuisse
dictitās: Luculli aduersus Tigranem & Pompei contra Mitridatem bella per
acta ad Bactras vsq; & Indos vltimos extremi fines occeani ingentē animi spem
prolatauerat. Itaq; cū tanta flagraret Crassus eundi cupiditate: multi profe
ctioni eius aduersabantur quod nihil ea lege que de consulatu eorū lata est: de
peregrinis bellis gerendis cautū esset: magna preterea suspitio plerosq; tenebat
eū tantopere ad hoc bellū Crassus properaret: tum quod etiam e Gallia Cesar
ad Crassum scribens pluribus verbis animi fortitudinē laudabat: ac sūmo stu
dio ad peragendum opus hortabatur. Hec igitur vt ante dixi populo suspectam
Crassi profectionem faciebāt. Itaq; cū iam vrbem egressurus esset. Acteius tri
bunus plebis profectionem impedire egressus est multosq; secū e populo fauto
res ducebat: qui grauiter indignabātur: quod Crassus imperādi cupiditate ad
eos populos oppugnandos proficisceretur: qui amicitia & societate cū populo
Romano coniuncti essent. horū igitur videlicet Crassus pertimescens Pompeiū
vt secum progrederetur orabat Magna erat enī Pompei apud multitudinem
auctoritas. Itaq; cū plurimi Crasso aduersaturi & voces edere grandiores inci
perent: placido vultu atq; hilari fronte respiciens ad eos Pompeius: tumultum
omnem sedauit. ita vt facile abeuntibus iter prestarent. Acteius tamen obuiā
veniens: voce primū retinere Crassum atq; obtestari nitebatur. Inde vbi se nihil
eo modo proficere animaduertit. viatorem ad Crassum conprehendendū misit
Id cū alii tribuni prohibuissent: acteius in vrbem citato gradu accurrens: in via
per quā Crassus iter facturus erat: succensam cratem constituit. Cunq; ad eum
locū Crassus peruenisset. adsistens acteius & sacra quedā ac Libationes faciens
diras admodū atq; horrendas execrationes obnuntiauit. deos quosdam inaudi
tos antea & horrendos nomine compellās. Has imprecationes Romani Ditas
appellant. & iam quasi vetustate obsoletas: hanc videlicet obtinere aiunt: vt qui
illis obnoxius fiat grauissimas penas dare cogatur. & maximo infortunio affici
necesse sit. quamobrem non temere in quenq; nec leuibus de causis illarū vti ob
nunciacione consueuerunt. multiq; preterea acteiū grauiter incusabant: quod
ob eam quā priuatim cū Crasso simultatē gerebat: tanta mala reipublice esset
imprecatus eāq; tam dura atq; inexpiabili relgione abstrinxisset. attamen Cras
sus Romā profectus: Brundusium venit. Cunq; nondū satis ab Hibernis tēpe
statibus mare pacatū esset: Cunctari tamen aut diutius morā trahere noluit.
sed milites q̄primū nauibus impositos traicere properauit & nōnullis nauibus
amissis copias omnes in littore deposuit incolumes. Inde supplementis firmatū
exercitū per Galatiam ducebat. Cunq; Deiotarū regem extrema iam senectute
confectū: nouā tamen vrbē edificantē comperisset: talibus verbis in eū iocatus
est. O rex inquiens quidnam hoc est negocii quod tibi duodecima iam diei hora
cum adsit: nouā vrbem edificare incipis. ad hec subridens Deiotarus: Tu vero

inquit imperator cũ sis haud quaq̃ satis vt videre videor matutinus: tamen in
parthos cum exercitu properas: Sexagesimũ autẽ per id temporis annũ etatis
sue Crassus agebat. sed longe vetustiorem pre se ferebat etatem Cum itinere
confecto ĩ hostiles terras peruenisset: eam rerũ conditionem offendit que maxi-
me eius animum ad spem summam incendere atq; excitare posset: primum enim
ponte super Eufratem constituto: facile vniuersum traiecit exercitum & mul-
tas Mesopotamie ciuitates vltro sese dedentes in fidem recipit. Vnam vero que
Xenodotia a grecis dicta est: Cui tirannus Appollonius dominabatur per vim
captã militibus diripiendam concessit. & captiuos omnes vendidit: cumq; ob id
a militibus imperatorem se appellandum fore putasset: eiusq; spes frustrata esset
incredibile est: quãtum animum demiserit: quanq; ad maiora etiam capescenda
languidior factus sit: Inde presidio ciuitatibus que ad se disciuerant imposito:
ipse in Siriam ad hibernandum concessit: filium ibidem moraturus qui e Gallia
a Cesare veniens mille equites lectos & alias quasdam copias deducebat: atq; id
primum inter Crassi errata connumeratur: cum plurima in ea expeditione de-
liquerit. nam cum maturato accelerare opus esset: & Babiloni aut Seleutie pri
mi Parthorum ciuitatibus exercitũ admouere: atq; hostes imparatos inuadere
Duminani otio tempus conterit colligendi animum ac sese parandi spacium ho
stibus dedit. omne autem quod in Siria temporis versatus est cogẽdis pecuniis
magisq; militari disciplina exercitum cohercendo consumpsit. neq; enim recen-
sendis militibus aut eorũ corporibus aliquo studio exercendis intendebat: sed
acer hiusa ciuitatibus exigens vectigalia & omnium etiam minimorũ rationem
subducens: quanto poterat studio pecunias coacceruabat. Cumq; finitimis popu
lis atq; principibus militum quos ad se mitti vellet numeru imperasset accepta
pecunia mil[i]cia in illis remittebat. Itaq; segniter omnia ac sũma negligencia mi
nistranti prodigia enim non satis faustum euentum portendere: quorum prima
eademq; clarissima seu Venus seu Iuno ab incolis deã nuncupata: que nascẽtibus
rebus principia conferre putatur haud obscuris ambagibus dinoscenda monstra
uit. Nam cum peractis sacris eius templum Crassus egrederetur: filius ante fo
res templi offenso grauiter pede prostratus concidit. quem statim pater eodem
casu lapsus secutus est. Cum iam ex Hibernis copias educeret. legati ab arsace
breuia quedam in hanc fere sententiã mandata portantes superuenire. Si qui-
dem a senatu populoq; Romano missus contra nos exercitum ducis: ingens pro-
fecto bellum & sũmo odio atq; omnino ĩfensis animis gerendum censemus: quod
si aduersante atq; inuita patria vt audiuimus: priuate tantũ cupiditatis ac lucri
causa parthis intulisti bellũ & iam regionis nostre particulã occupasti: non sane
tuas vires aut exercitũ magni facimus Itaq; moderatius tecũ acturũ & senectu
tis tue rationem habiturũ Arsacem nunciamus & Romanis cordonaturũ viros
quos in Mesopotamia inclusos magisq; aliena custodientes habeat. Hec sibi ab ar
sace vt nunciarent atq; sciscitarentur mandata fuisse. ad ea indignatus & iacta-
bundus Crassus in Seleutia se responsũ his mandatis daturũ dixit. Tunc Agisis
legatorũ vnus qui ceteros etate & auctoritate anteibat: sublata manu mediam
palmam ostentans: prius in hac palma sete nascentur inquit q̃ tibi Seleutiam cõ
spiciendi sit potestas. His dictis legati discessere: & Orodem regem abeuntes
virũ per ea tempora bellice virtutis gloria insigrem ad bellum capescendũ com
pulere. Interea milites nonnulli ex vrbibus. que in Mesopotania Romanorum
presidiis tenebantur ad exploranda hostiũ consilia dilapsi: haud aspernanda que
dam ad Crassum detulere. hostiũ enĩ multitudinẽ innumerã parari nunciabãt

quoꝝ extremum robur ac fortitudinem in vrbium expugnatione experti essent
quodq; fugientes magisq; insequentes essent timendi preterea ꝙ temere ab eis
missa tela oculos hostiũ quasi de industria peterent & priusq; conspiciat vitari
posset corpus intimũ penetrarent: equites vero Catapbractos mirum inmodum
instructos babere: qui ad maxima queq; subeunda pericula paratissimi essent.
hec in exercitu passim audita vehementer animos Romanorum turbarunt: atq;
omni spe & audacia destitutos reddidere. nihil enĩ antea Paribos ab arn enus
aut Capadocibus differre putabant: quos arbitrio suo Lucullus agens aut vex-
ans fatigabat. Cumq; precipuam belli difficultatem itineris longitudinem fore
iampridem animis destinassent: tunc certaminis ac periculi imminentis magni-
tudine terrebantur Ita vt multi Romanorũ ac precipue Cassius questor Crassi
ab incepto desistere suaderent. Multa enĩ vates in sacris dira portendi nuncia-
bant: quibus omnibus neglectis Cassius his solis aures prebebat qui aduersus
hostes ꝙprope ducendum exercitum esse suadebant: maximeq; in hac eum sen-
tencia rex armeniorum Artuasdes confirmauit. qui sex milia lectorum equitum
ducens ad Crassum in castra venit: eas circa se custodie tantũ causa semper tene-
re dictitans: decem milia insuper Catapbractos equites ducturum se pollicebat
ac peditum electorũ triginta milia quos assidue domi nutriebat. Is Crasso per-
suadere nitebatur vt per armeniam ducens in Parthos tranceret: facile enim se
cómeatuum copiam prestiturũ. Iter preterea tutissimum fore: Atq; equitibus
ea parte maxime peruium: cũ aliunde assiduis vndiq; altissimorũ montiũ iugis
Parthorum regio claudatur que cum aditus vix equitibus accessibiles prebeat
magnum Parthorum regioni tutamen prestant: ac Crassus benigne auxiliorũ
pollicitatione suscepta: ac regis erga se beniuolencia collaudanda: per Mesopo-
tamiam traducere exercitum constituisse respondit. quod illic magnam & opti-
mam copiarum suarũ partem dimisisset. His igitur auditis Artuasdes domum
discessit. Crassus vero ex Hibernis exercitum mouit: cumq; ad fluuiũ quedam
peruenisset ac milites facto ponte trancerent. mire magnitudinis exorta toni-
trua & in aduersa militum ora micancia fulgura quasi transitu prohibere mili-
tes videbantur Ventorum insuper magno impetu ruens procella: pontem quẽ
ad traiciendum militem ratibus iunxerat disiecit & pluribus in locis perfregit
Castris etiã ponẽdis destinatus locus duobus fulminibus percussus est. Equus
preterea imperatorius egregie faleris pre ceteris ornatus: quasi percitus furo-
re quodam sũma vi contra nitente Auriga in fluuiũ desilit ac subito fluctibus
obrutus & astantium oculis subreptus nusq; apparuit. Traditur enim qui pri-
mã aquilam in exercitu ferebat nullo reuocante retrocedere cepisse. Cũq; Cra-
ssus apud exercitum cõtionem baberet: Vox horrenda quedam exaudita tocius
exercitus animos vehementer turbauit. Iubebat enim vt quem in fluuio pontẽ
fabricauerant: subito rescinderent neq; eorũ penitus regredi posset. preterea cũ
Crassus vt moris erat sacrificio instituto lustraret exercitum. porrecta ab Aru-
spice viscera e manibus cecidere. quod cũ grauiter omnes qui adstabant pertur-
basset: arridens Crassus: talia nobis inquit incomoda senectus affert: attamen
arma nunq; e manibus ceciderunt his peractis Crassus secundum flumen duce-
bat exercitum. Erant autem peditum legiones septem & equitũ quatuor milia
ac totidem velites. Interea exploratorum qui premissi fuerant aliquod ad exer-
citum redeuntes nunciant regionem se vbiq; hominibus vacuã comperisse. plu-
rima vero quasi fugientium equorũ offendisse vestigia: hoc nuncio magnopere
letatus Crassus: passim apud milites Parthorum ignauiam & imbecillitatem

criminabatur: quasi manus conferere aut secum congredi trepidantium. At vero exercitus principes qui Crasso aderant longe contraria sentire ac iugiter admonere ut in ciuitate aliqua earum quas suis presidiis firmatas habebat exercitum ex itinere fatigatum reficeret: quoad certi aliquid exploratum de hostibus haberet. Sin minus id consilii placeret: saltem iuxta fluminis ripam iter faciens ad urbem Seleutiam duceret sic enim facilem commeatum copiam fore tutius quoque iuxta flumen iter futurum: cum nulle ex parte fluminis essent insidie metuende. Cum Crassus huiusmodi sententias agitaret & quid sibi potissime agendum esset cōsultaret Arimanes quidam Arabum princeps ad eū venit vir quidem ad fallendum aptissimus: & omnium que contra Crassum fortuna parauerat vltimum ac supremum exercitum futurum hūc multi eorum qui sub Pompeio militauerant amicum illius fuisse recordabantur. & quasi Romanorū amatorem precipuum colebat. Is tunc a Partorum regibus ad Crassum missus fuerat ut eum quam procul a flumine dimoueret: & in uastas solitudines & patentes campos deduceret. omnia enim parthi facere ac perpeti malebant quam cominus collata pede cum Romanis pugnare. Arimanes igitur ad Crassum ueniens: ut erat in dicendo promptus atque ad persuadendum aptissimus Pompeium uehemēter laudare: ac patrem & benefactorem appellare cepit: Tum Crassi vires ac potentiam extollere. Cunctationem vero ac moram in apparando exercitu accusare: quasi armis utendum arbitretur ac non potius manuum & pedum velocitate contra eos viros: qui cum omnibus rebus suis ac liberis etiam & coniugibus in Sythas aut Hiromos fugere pre timore iam pridem cogitauerint. summa igitur velocitate properandum priusquam omnes vires in vnum parthi coegissent manus consereret. Summa enim & Sillacem cum magnis equitum copiis ad reliquum exercitum proficisci quos facile si velit intercipere posset. Cum alteri Parthorū exercitui eorum aduentus ignotus sit. hec autem omnia falso nuntiabat. Hirodes enim ac Sarinas statim ab initio copias inter se ita partiti fuerant: ut Hirodes Artuasdi armeniorū regi bellum inferret: Surinas vero cōtra Romanos proficisceretur. Id non ea de causa ut quidam ferunt Hirodes instituerat: quod Romanos contemneret Crasso presertim imperatore: qui tunc facile inter Romanos principes eminebat sed periculi magnitudinem reformidans cum Artuasde bellum gerere maluit: Surinam vero Romanas vires experiri. Erat Surinas nō humili sane aut obscuro loco īter Parthos oriundus. Sed qui diuitiis genere atque gloria secundus a rege numerabatur: corporis autē robore ac fortitudine etatis sue parthorum omnium potentissimus. forma vero ac magnitudine corporis supra ceteros omnes admirabilem magnaque in castris pompa & apparatu utebatur. Siquidem mille cameli impedimentis que suo dumtaxat vsui seruiebāt onusti quacumque iter faceret sequebantur ducebat etiam pellices circiter ducentas mille preterea Cathaphractos equites ac totidem leuiter armatos custodiendi corporis gratia circa se continuo detinebat: peditum uero ac seruorum ingentē numerum hic pulsum domo Hirodem in regnum restituit. eiecto rege qui per fraudem parthorum regnum occupauerat. primusque in pugna que apud Seleutiam gesta fuit ciuitatis murum conscendit atque urbem ipsam captam Hirodi tradidit. Hec vero consilio minus calliditate quam robore valebat. multum etiam animo atque audatia poterat quibus rebus non minus quam viribus Crassum superauit Interea suis artibus Ariamnes a flumine procul distractum Crassi exercitū in patentes campos ac vastas deduxerat solitudines: via quidē leni primo ac perfacili: sed que indies asperior atque intolerabilior fieret. Iā enī in arenas profūdissimas

veniebant :& campos aquis herbis arboribusq; carentes quorum nullus usq; ter
minus conspiciebatur : ut non solum itineris labore ac siti conficerentur: verum
intuitu ipso miserabili deficerent cum nullus usq; tumulus nullus fluuius nõ de
niq; virescens aliquod germē aut herba apparet. sed uaste tātū solitudines exitu
intollerabili eos exciperent. Tunc igitur Arabis dolos ac fraudes agnoscere qui
cum Crasso erant cepere. legati etiam sub idem tempus ab artuasde armeniorū
rege superuenerunt nuntiantes Artuasdem ingenti bello ab Hirodo oppressum
auxilia mittere nequiuisse. Verum pro veteris amicitie ac beniuolentie iure mo
nere atq; hortari Crassum ut relicto quo ceperat itinere per Armeniam profici
sceretur : atq; coniunctis secum copiis contra Hirodem bellum gereret. quod si
id facere nollet campestria saltim in proficiendo loca vitaret. & ꝙ proxime vici
nis montibus iter faceret :ad ea Crassus ira atq; indignatione furens nihil aliud
respondit ꝙ sibi tunc otium non dari ut Armeniis digna responsa preberet. Ve-
rum non multo post in armeniam se venturum ut debitas proditionis penas a re
ge reposceret: hoc tam superbe tamq; inhumaniter responsum omnes qui cum
Crasso aderant perindigne tulerunt. & verbis quoad poterant ipsius iram leni-
re conabantur seorsum autem grauiter ariamnem accusabant : quis te dicentes
malus demon scelestissime nobis proposuit qui quasi veneficiis quibusdam atq;
incantationibus imperatoris mentem peruertisti ut peruastas ac desertas soli-
tudines iter faceret : nõ quasi Romanus ac discipline militaris peritus impera
tor sed tamq; latronum ac fugitiuorum ductor. Hec in se uulgo iactari cum Bar
barus audisset ut erat ingenio & calliditate promptissimus uarie pro cuiusq; mo
ribus talia iactantibus respondebat. & aliis quidem auxilium leuamenq; pollice
ri : alios verbis lenioribus consolari : non nullos etiam grauius accusare. quosdā
vero iocis ac salibus agredi an vos inquiens per campaniam facturos iter putaba
tis ubi & fontium & riuorum ingens copia vos exciperet. balneis quoq; multifa
riam emanantibus & variorum fructuum copie abundaretis non vos in assirioꝝ
atq; arabum fines peruenisse meministis : his atq; huiusmodi verbis diutius ex
ercitum atq; imperatorem frustratus anteq; dolus palam cunctis innotesceret
fugam arripuit: non occulte quidem a Crasso digrediens sed ad hostes se ꝑfectu
rum dictitans : ut eos artibus quibusdam ac dolis peruertēs facilius in eius ma
nus ac potestatem deduceret. Fertur eo die Crassum non purpureum ut Roma
norum imperatorum mos erat sed magistrum paludamentum inductum ad mi-
lites processisse. Idq; admonitum ab amicis subito permutasse. Interea ex his
qui exploratum premisse fuerant citatissimo cursu pauci quidam redeuntes nū
tiant : ceteros qui secum ierant ab hostibus interfectus fuisse se vero illorum
vix potuisse manus effugere. eosq; magno impetu ad pugnandum paratos irrue
re : & numero & robore formidandos. hoc nuntium vehementer animos militū
perturbauit. Crassus vero stupore ingenti ac repentino tumultum vix mentis
compos huc atq; illuc furibundus excurrens vix satis imperatorium munus ex
equebatur. primo igitur milites in ordine statuens ut eorum voluntati morem
gereret : ꝙ latissime poterat aciem extendit. & campi ꝙ plurimum complecti
nixus est : ne facile ab hostibus circumueniri posset equites preterea in cornib9
vtrimq; collocauit. Inde mutato consilio paulum acie contraxit. & spacia quedā
militibus uacua tamq; portas aliquas pluribus in locis reliquit & vniuersam aciē

in ordines duodecim partitus est· atq; turmam equitũ cuiq; ordine tribuit: ne qua
pars cq̃stris esset expers auxilii. Cornu autẽ vnũ cassio dedit: alteri vero iuniorẽ
Crassum filiũ suũ prefecit. Ipse mediam aciem tutandã accepit. Sic igr̃ instructi
Romani procedentes ad fluuium qui Balissus dicit̃ peruenere: cuius occursus ex-
ercitui pergratus extitit ingenti estu atq; siti laboranti quã diu ꝑpter aque inopiã
perpessus fuerat. Plurimi igr̃ ex his qui cum Crasso erant ibidem castra ponere
ac pernoctare suadebant· quoad de viribus & numero hostium certi aliquid explo
rarent. vtq; in diem posterũ pugnã deferrent hortabantur. Ac Crassus filio & his
qui secũ erant equitibus ab ordinibus nõ discedere: atq; vt in acie stantes cibũ ca-
perent iussit. Interim non penitus dissolutis ordinibus nec satis ad pugnã rursus
dum instructis: sedato gradu ductabat exercitũ quoad hostes improuiso ante ocu-
los apparere neq; numero primũ neq; aspectu formidabiles. hos de industria Suri
nas ante acies incõpositos premiserat & vestibus aut pellibꝰ super iniectis armoꝝ
fulgorem iusserat occultare: Vt primũ igitur Romanis appropinquantes pugnãdi
signum ab impetatore acceperunt: horrendo clamore: vniuersos campos cõpleuẽ
neq; enim cornibus aut tubis sese ad pugnandum animare parthi consueuerũt: sed
ingentia timpana & ferrea quedam tintinnabula quacientes tum clamores eden-
tes horrisonos audientiũ animos turbare soliti sunt. hoc igitur sonitu Romanorũ
animis preculsis· cũ vestes quibus arma tegebãt deiecissent. Galeas ac Thorachas
margiano ferro micantes subito ostendere: equi etiam ferreis atq; eneis tegumen-
tis protecti apparuere. Surinas vero inter ceteros magnitudine ac specie prestans
Medorũ more atq; habitu ornatus longe mollius q̃ virum deceat perfricata facie
atq; ad normam discriminatis comis versabatur: Cũ parthorum ceteri sicut Sci-
the penitus incultis atq; intonsis de industria crinibus vtant̃ quo aspectu etiam &
facie maiorem videntibus terrorem incutiant. cũ iam igitur ad manus ventũ esset
primo grauibus contis Romanorum aciem propellere parthi tentarunt sed postq;
clipeorũ densatam testudinem ac virorũ stabilem & ad pugnandũ firmissimam aci
em tum etiam ad soluendos ac de integro restaurandos ordines paratissimam con-
spexere: q̃ poterant occultissime circunuenire aciem tentauerunt· At Crassus
primo leuiter armatos milites in hostes emisit: qui multis sagittis vulnerati subi
to retrocessere & reliquis turbationis atq; timoris dedere principiũ: cum telorum
ingentem impetum ac vires intuerentur que perfossis armis totum etiam corpus
penetrabãt atq; adeo viris densata erat Romanorũ acies vt ne volenti quidẽ fru-
stra sagiptandi potestas esset. Itaq; procul astantes parthi vim maximam sagiptaꝝ
effundebãt: que fortium atq; magnorũ arcuum viribus contorte grauissimis Ro
manorũ corpora vulneribus sauciabant ac sorte peribant miserabili. Stantes enim
in acie vulnerabãtur: nec manus conserendi facultas aderat Si quando enim in ho-
stes impetum fecissent: illi subito terga vertentes fugiebant nec fugientes minus
q̃ stantes inferebant calamitates. namq; in fuga etiã sagiptas emittere parthi con
sueuerunt: Idq; post Scithas omnium optime facere norunt. Romani igr̃ quoad
eos faretras exhausisse putarunt immota acie permansere. Cum vero camelos plu
res sagiptis onustos animaduertere: vt affatim quibus tela deessent suppeditarẽt
nec vllum parthis sagiptãdi finem adfuturũ vehemẽtius trepidare ac suis rebus
diffidere ceperunt. quod pergrauiter ferens Crassus ad filium nunciũ misit iubẽs
vt impetu facto parthorum aciem prorumpere conaretur priusq; corona ab eis cir-
cunuenirent̃. Iam enim plurimum obequitauerũt parthi: & circuruenire Roma
nos parabant. audito igitur patris monitu iuuenis mille ac tricentos equites capi
ens inter quos & illi erant qui a Cesare fuerant missi quingentos insuper sagipta-
rios & scutatorum cohortes octo & q̃ latissime poterat illos circũducens in hostes

impetum fecit: Parthi siue timore percussi siue illi vt filiũ ꝙ procul a patre disiun-
gerent retrouersi: fugã arripuere. tum spei & alacritatis plenus adolescens fugi-
entes hostes magnis incusare vocibus cepit Quin statis inquiens & virorũ cõgres-
sum nõ tolleratis. Erant vna cũ adolescente comites. C N. plantus & . C. censori-
nus quorũ hic quidẽ consilio atq; prudentia ille robore & animi magnitudine plu-
rimũ: poterat preterea beniuolencia & etatis equalitate coniunctissimi erant ado-
lescenti Crasso: nunꝗ illum casu aliquo deserere parati. magno igit̃ impetu equi-
tibus hostes insequentibus: ne pedites quidem ociose sequebant̃ sed alacritatis &
spei magnitudine incensi illorũ pene celeritatem adequabant & ad omnes casus pa-
ratissimi aderant ac se iam fudisse hostes ac vicisse arbitrantes eousq; persecuti sũt
quoad non vltra fugientibus parthis: tandem illorũ dolos ac fraudes agnouere.
Conuersi enim in eos parthi qui eatenus fugam simulauerãt atq; vndiq; superue-
nientes alii sese ad pugnã parauerunt. atq; equites Cataphractos Romanis equi-
tibus opponentes: reliquũ equitatum nullo ordine passim Romanis circunfudere
Ita vndiq; per planiciem discurrentes ingentem vim pulueris excitabant: vt neq;
se mutuo videndi nec ad inuicem colloquendi Romanis facultas esset. sed mutuis
etiam vulneribus seipsos interimerent. Multi etiam attrahendi spiritus angustia
pene suffocati & sagiptis insuper confossi miserabiliter in puluere volutabantur:
nec vulneratis eximendi teli potestas aderat: siquidẽ ruruatis vncis instructe sa-
giptarum cuspides nõ sine maxima neruorũ & carniũ laceratione diuelli poterant
cumq; nõ multi admodũ eo pacto interficerentur: ceteri metu atq; horrore torpe-
bant. Cũq; pedites Publius in catafractos equites impetum facere hortaret̃: impli-
citas manus clipeis ostentantes pedes vero arene cumulis altius inherẽtes: neq; ad
pugnandũ neq; ad insequendũ satis idoneos se esse monstrabant quapropter ad e-
quites conuersus Publius. eos quanto potuit impetu in hostes immisit. Erat autẽ
pugnandi forma omnino dispar. cũ galatarum milites quorũ precipue viribus Ro-
mani nitebantur: paruis & debilibus hastis ferreos thoraces aut ex coreo fabrifa-
ctos incassum peterent. ab hostibus vero grandioribus contis petiti nuda pene cor-
pora aditus preberent: qui vero grauiter armati pugnabant cunctorũ ictibus ex
equis deiecti immbiles humi iacere cogebant̃: multi etiam sponte sua ex equis desi-
lientes media illorũ viscera profodiebant qui vulneris dolore perciti huc illuc furi-
bundi currentes se fores pariter & hostes cõculcando perimebant Interea Galathe
estu de siti quorũ ea gens est impacientissima vehementer difficiebant & eoꝝ plu-
rimi ex equis desilierant. Acriter igit̃ instantibus Parthis referre pedẽ cogebant̃
& sese in secundam aciem recipere presertim ꝙ publium grauiter vulneratũ & iã
in extremis laborantem ex hostium manibus eripere conabant̃: Itaq; tumulum ali-
quanto supra reliquã planiciem eminentem conspicati ad eũ confugere. & equis in
medium coniectis clipeis vero quasi pro muro exteciori ex parte circũpositis faci-
lius barbarorũ impetũ euasuros esse arbitrabant̃. Verũ id longe secus illis euenit
Nam cũ in edicto loco constituti essent: primi nequaꝗ posteriores occultare aut ꝓ-
tegere poterant sed omnes pariter propter loci inequalitatem in hostiũ conspectu
positi: ac nullo tegimine protecti parebant ad vulnera: fugiendi preterea nulla da-
batur facultas. Itaq; passim sagiptis cõfossi interficiebant̃. ea tantũ de causa iniquo
animo mortem oppetentes ꝙ manus cõferendi potestas nõ aderat sed tanꝗ ignaui
ac desides trucidabant̃. erãt circa publium greci duo Hieronimus & Nicomachus
qui per id temporis a Carris habitabant: hii publium quibus poterant rationibus
hortabãtur. vt secum in ciuitatem Romanis amicã que Ichne vocabatur: atq; inde
nõ pcocul aberat fugã arriperet: quibus ille collaudatis: nullum est inquit tam gra-
ue mortis genus quod iam Publius reformidet aut cuius metu viros optimos qui

pro me in acie ceciderant relinquere velim postea illos amicissime amplexatus a
se dimisit. Ipse vero manus ambas grauiter vulneratus cum illis vti non valeret:
armigero transuerberandũ latus prebuit. eodem modo Censorinũ obiisse ferunt.
Plancus vero sibiipsi mortẽ consciuit. Idem & optimatum fere omnes fecere. In
reliquos autẽ Barbari irruentes multos contis vulneratos interficere: adeo vt vi-
uos non amplius quingentis in hostiũ potestatem venisse tradunt. Parthi demũ
Publii & optimatũ qui simul ceciderant capita contis superfigentes: magna cele
ritate ad Crassum contendere: qui postq̃ a filio fugatos hostes audierat eos qui se
cum audatiores factos animaduertens quoad poterat suos in vnũ cogens impatẽ-
tissimos campos dimiserat filiũ ab insectatione hostiũ iamiam reditur ũ expectans
Interea citatissimo cursu nuncii a Publio veniẽtes aderant sũmo illũ in discrimine
versari afferentes: ni magna subito mittantur auxilia Atq̃ hos iam sero ac pene re
confecta venisse constat. Primi enĩ quos miserat Publius vt ĩminens periculum
nunciarent ab hostibus intercepti fuerant. posteriores quoq̃ cũ in hostibus inci
dissent: vix eorũ manus effugere potuerunt. Multa igitᷣ Crassum turbabant ita
vt mente nihil prospicere: aut recte consulere posset. Nam & de tocius pugne me
tuebat euentu & filio quoq̃ opem ferre cupiebat. tandem vero in vnũ vires cogẽ
statuerat: vt filio q̃ celerrime ferret auxiliũ: vix ea satis animo firmarat cũ subito
clamore horrisono cuncta complectens hostes aduenirũt & maximus timpanorum
strepitus Romanorũ aures circũstrepebant atq̃ id alterius pugne inicium fore ar
bitrabantur. Illi vero publii caput haste infixũ portantentes aderant: & Romanis
q̃ proxime accedentes contumeliose quonam ortus genere publius fuisset sciscita
bantur: neq̃ enĩ ex imbelli atq̃ ignauissimo patre tam generosum atq̃ omniũ vir-
tute preditum filium ortum esse posse. Hoc tam dirum spectaculum supra omnia
que in ea pugna calamitosa contigerant Romanorum animos perfregit: nec tamen
ad iram & vlcionem vt par erat excitabantᷣ: sed horrore ac timore perculsi obtor-
puerant. at Crassus nihil tanto dolore deiectus omnem que in eo bello gesserit pre
clarissimum hoc virtutis testimonium prebuit. omnes enim ordines circumuectus:
meus est hic priuatus dolor Romani clamitabat. mea hec calamitas meus hic ac ꝑ
prius luctus. Publica vero ciuitatis salus & gloria in salute vestra posita est: quod
si qua vos tanto taliq̃ filio patris orbati miseratio tangit: hanc in vlciscendis hosti
bus patefacite. auferte ab eis tanto celere partam leticiam vindicate tam efferam
immanitatẽ: nolite malis succumbere. aut animos dimittere: & si qua vos magnaꝝ
rerum gloria permouet recordemini neq̃ tigranem a Lucullo nec a Scipione anti-
ochũ sine cede & vulneribus fuisse superatos. Ducite in memoriã maiores nostros
mille nauiũ pro adipiscenda Sicilia iacturã fecisse multosq̃ in italia duces impera
tores atq̃ exercitus amisisse. quorũ nulli nisi relicto spiritu victoriam hostibus con
cedere voluerũt: nec vero tam fortune prosper euentus Romanorũ potentiã auxit
q̃ egregia virtus ac sũma in laboribus asperisq̃ rebus tollerancia aduersis casibus
succunberet nescia. Hec atq̃ huiusmodi vociferans Crassus ac milites excitans: nõ
multũ animos cõmoueri illorũ sensit Cũq̃ illos clamorẽ tollere iussisset: postq̃ dis-
sonum ac debilem sublatũ audiuit: grauiter exercitus ignauiam accusans rebus iã
suis diffidere cepit. at parthi clamore ingenti excitato pugnam renouarũt atq̃ ex
transuerso latere inuecti equites sagiptarũ copiam ĩmensam profundere. qui vero
in prima acie pugnabant: contis ingentibus aduersus ferientes in angustũ spaciũ
Romanos cogebant: e quibus pauci admodũ in vnum conglobati ĩ confertissimos
hostes irruere & cominus pedem conferre tentabãt. verũ iaculorũ ac sagiptarum
multitudine obruti: partim etiã contis transfixi cito perire: tantus enĩ erat telorũ
impetus. vt idem sepe iaculum eodem ictu duos etiam viros interficeret. hoc itaq̃

modo pugnantes Barbari: cũ vsq; ad finem diei certamen protraxissent discessere
vnius noctis spaciũ ad lugendum filium Crasso concedere se velle dictitantes: nec
procul tamen ab hostibus constituti noctem cantibus & tibiis in somnem ducebãt
Romani vero multis curis anxii neq; sepelliendis mortuis animam adhibere: neq;
saucius curandis intendere sed quisq; propriã sortem ingemiscens magno cum ti-
more futurũ diem expectabant: Tandemq; ex eo loco migrare statuerunt sed mag
nam atq; ambiguam curam sauciorũ multitudo prebebat: nam neq; secum deferre
posse animaduertebant quod magnã fugientibus moram & impedimentũ allaturi
essent: nec relinqui facile posse videbãtur quod clamore atq; vociferatione abeũtes
alios essent predituri. Crassi preterea quãuis maloꝝ omnium causa esset vocem ac
iussum omnes desiderabant: ac ipse solus in abdito atq; obscuro loco iacebat: ingens
vulgo instabilis fortune: sapientibus autem stoliditatis & ambitionis futurus ex-
emplum: quibus vicius agitatus non satis esse putabat si inter tot hominũ milia ꝑ
ceteris excellentissimus haberetur sed quia duobus tantũ aliquanto videbatᷣ infe-
rior omnia sibi deesse arbitratus: tantas res aggredi non dubitauit. Tunc igitur
Cassius & Octauius ipsũ circunstantes excitabant & bono animo vt esset horta-
bantur: quem postq; omnino fractum & desperantẽ animaduerterunt. ipsi centuri-
onibus atq; ordinũ ductoribus cõuocatis. postq; abeundi consilium ab illis probari
senserunt: quanto poterant silencio Castra mouere & res primo quidem egregie
procedebat. Ar postq; Saucii & hii qui ad proficiscendum inhabiles erant se dere-
linqui: atq; hostibus prodi intellexere. clamoribus atq; vlulatibus omĩa complerũt
magna igiť proficiscentes turbatio multusq; terror procedentes inuasit. Itaq; sepe
velut imminentibus hostibus vertebant ordines sepe etiam quasi paulopost pugna
turi struebant aciem. Sauciorũ autẽ quicunq; vadentes sequebantur alios suscipi-
ebant: aliosq; tollere non possent: relinquebant. Atq; ita maximã profectioni tardi
tatẽ afferebant. Inter hec. L. egnatius cũ tricentis equitibus qbus ipse profectus
erat media nocte Carras vrbem preteruectus: Romano sermone custodes appellãs
Componio vrbis profecto nunciari iussit magno prelio Crassum cum Parthis con-
flixisse: nec plura locutus aut se quisnam esset prodere volens cito cursu ad pontẽ
quem supra fluuiũ reliquerant peruenit: seq; ac suos seruauit incolumes. Attamen
iusta reprehensione nõ caruit: ꝙ imperatorem atq; exercitum deseruisset: nec sane
parum eius vox Crasso attulit adiumẽti Cum enim Componio renunciata fuisset
nichil illam prosperi fuisse arbitratus: propter nuncii breuitatem ac festinationem
suos ꝙ primũ arma capere iussit atq; vt primum Crassum aduentare sensit: obuiã
ꝓgressus illũ excepit: & Castra intra vrbem ponere suasit. Parthi autem quamuis
nocturnam Romanorũ fugam sensissent: non tamen illos noctu insequi voluerunt
sed cum iam dies illuxisset primo ad Castra Romanorũ venientes: quatuor milia
ferme sauciorũ qui relicti fuerant interfecere: multos deinde per desertos campos
errantes consecuti peremerunt: quatuor etiam cohortes que itineris errore a re-
liquo exercitu discesseranr & legato Varguntelo duce tumulum quendam occupa
uerant ad vnum perdidere preterq; viginti viros qui nudatis gladiis per medios
hostes vadentes: Cum illi eorũ audaciam & fortitudinem admirarentur Carras in
columes peruere: Interea falsus ad Surinã rumor delatus nunciarat Crassũ cũ toci
us exercitus robore fugam arripuisse: reliquam vero inutilem turbam atq; imbellẽ
Carris consedisse. Ratus igiť victorie premium e manibus ereptũ esse. nec tamen
rumoribus satis credens: rei veritatem perquirere cõstituit vt quid sibi potissime
agendum esset statuere posset an scilicet intra carras Crassum obsideret: an vero
carris obmissis: Crassum insectaretᷣ. Igitur ex familiaribus quendã vtriusq; lingue
peritũ ad muros ciuitatis submittit: qui Surine nomine Crassum ad colloquium

vocet: Hec cum amici qui circa Crassum erant accepissent: leto animo colloqui ob/
lationem suscipere: nec multopost duo arabes a Barbaris missi ad muros venerunt
qui se Crassum & Cassium egregie nosse asseuerabant. hi cū muris superstantem
Cassiū fuissent conspicati dicunt Surinā sacris faciendis occupatū nunciare iussisse
pacē se cū Romanis facere velle: cūq; regis amici Romani habeantur: nihil aliud ab
eis petere q̄ vt relicta Mesopotamia discedāt. hoc enī vtrisq; magis expediens vi/
deri q̄ extremā pugnandi necessitatē experiri. Has Cassius suscipiendas condicio/
nes arbitratus: locū & tēpus in quo Surinas & Crassus ad colloquendū coirent sta
tuere iubebat. id se ita facturos Barbari dictitantes abiere. Surinas igit̄ cū Cras/
sū in ciuitate clausū accepisset: sese ad obsidionē parans: postero die instructos mi/
lites ad pugnandū menia duxit: qui multa in Romanos conuicia iacentes Ita demū
pacem impetraturos predicabant: si Crassum & Cassium vinctos Surine tradidis/
sent. Itaq; metuentes Romani & Carrensium fidei non satis cerdentes: quid sibi
agendum esset vehementer dubitabant. Nam ab Armeniis que sola sperari pote/
rant: auxilia expectare: longū sane nimiū videbatur: Itaq; fugam omnes si qua in/
sciis Carrensibus euadendi preberet̄ occasio suadebant. Inter hec Andromachus
vir omnium perfidissimus: cum huiusmodi consilia Romanos agitare sensisset: ad
Crassum veniēs se itineris ducem fore pollicetur. Hoc igitur duce Crassus noctu
cum exercitu ciuitatem egressus est nec eorū quicq; omnino Parthos latuit. cum
omnia ad illos Andromachus detulisset: sed quia noctu pugnare religiosum apud
Parthos habetur: nihil se loco mouerunt: Verum andromachus nunc huc nūc illuc
agmen circunducens: nec quicq; tamen in itenere progrediens. & alias aliis causis
nectens tandem in altas paludes & loca magnis anphractibus circunsecta: eos qui
secuti fuerant perduxit Multi enim iam ab inicio nihil recte ab andromacho fieri
suspicati & itineris perplexitatem veriti modo huc modo illuc agmen circūuertē/
tis ipsum prosequi noluerunt: sed Cassius retro vnde discesserat Carras redierat
Cumq; arabes quos itineris duces habebat: ibidem morā trahere iubebant quoad
luna Scorpii signum relinqueret: at ego inquit sagiptarum magis formido. Inde
in Siriam cum quingentis ferme equitibus traiecit. Plurimi vero fidos itineris
duces sortiti ad montes qui Sinnacha vocant̄ peruenere. ibiq; tuto constituti diem
expectarunt: fuerūt vero ad quinq; milia hominū quibus vir optimus Octauius p̄
erat Crassum vero insidiis andromachi oppressum tum angustiis & circunstantis
paludis impedimento circūuentum superueniens dies offendit. aderant secum co/
hortes quatuor ac pauci admodū equites ac lictores quinq;. His copiis comitatus
cū iam adesse hostes nunciarentur & ipē duodecim tātū stadiis ab Octauio procul
abesset: in tumulū quendam consedit equitibus sane inaccessibilem & longo verti/
ce Sinnachis coniunctū atq; subiectū: Ita vt ab eis qui cū Octauio erant facile con
spici posset: qui cū imminens periculū Crasso intueretur: primus Octauius mag/
na voce milites compellans relinqui deinceps alter alterius ignauiam castigantes
e superiori loco impetu facto hostes loco dimouerunt: Crassumq; in mediam reci/
perūt aciem & clipeatis militibus extrinsecus quasi pro muro constitutis: non pri/
us ad imperatoris corpus tela peruentura clamitabant q̄ omnes ad vnum sagittis
confossi cecidissent. Surinas igitur magno suorū detrimento futuram esse pugnā
conspicatus: simulq; noctis aduentum pertimescens: ac ne Romani montes capesse
rent veritus: vbi difficilis admodū esset insecutio: dolis iterū Crassum statuit cir/
cūuenire. Quosdam igitur qui secum in exercitu fuerant dimittēs in Romanorum
castra nunciare iubet: audisse se huiusmodi apud Parthorū principes haberi collo/
quia: nequaq; regi placere: inexpiabile cū Romanis bellū esse sed pacem facile con/
ciliari posse: modo Crassus regis amicitiā non asperraret̄. Interea Surinas pugra

suos reuocauerat & cũ primoribus ĩ aduersum tumulũ profectus remissum arcũ
ante pedes proiecerat & inermem dexteram protendens nomine Crassum appella
bat atq; vt secũ loqui vellet hortabatur. Eatenus enim regis vires illum expertum
fuisse: nunc autem benignitatem & mansuetudinem erga salutem propriam si vo-
luerit probaturũ. Has voces magna contentione Surina clamitante omnes qui cũ
Crasso aderant letis animis excipere. at Crassus nihil eorũ fidei credendum ratus
quoq; sepius iam esset perfidiã expertus: cũ tam repentine mutacõnis nullã subesse
causam animaduerteret pugne intentos milites suos esse iubebat. illi vero vna re-
clamare atq; in Crassum conuicia iacere ceperunt: eius ignauiam accusantes: qui
ne inermibus quidem hostibus congredi audeat quibus armatis eos velit obiicere
trucidandos cũ ad ea respondere Crassus pararet ac reliquũ diei spaciũ tolerare
precaretur: quoad superueniente nocte in montes euadendi daretur facultas: vbi
locorum presidio tuti futuri essent: ac manu simul viam ostentaret: qua non procul
in pacato loco & amica transitus pateret: beneq; de salute sua sperare hortaretur:
illi altius iam vociferari. Tunc perterritus metu Crassus eorũ parere voluntati &
ad colloquium proficisci statuit: Atq; inter eundum ad suos conuersus: Octaui in-
quit tuq; Petroni ceteriq; quotquot adestis Romani ciues profectionis mee neces
sitatẽ ꝯspicite: meq; meorũ militũ violentia ad hoc fuisse coactũ mihi testes apud
deos atq; homĩes estote. Verũ supstites dicite: non me a meis ciuibus ꝓditũ: sed
hostili fraude deceptum interisse. His dictis ceptum iter ad hostes prosequebatͭ
Tunc Octauius quiq; secũ aderant solum proficisci nõ vltra sustinuere sed e tumu
lo descendẽtes illi se Comites adiunxerũt sequentes autẽ vna lictores Crassus a se
remouit: cũq; nõ multũ spacii progressus esset: duo ex mixto Parthorum & Gre-
corũ genere oriundi illi obuiam venere atq; ex equis desilientes per benigne Cras-
sum greco sermone salutarũt & aliquos premittere hortati sunt: qui Surinam &
omnes qui secum aderant inermis aduentare intuerentur. ad ea Crassus. si vel mi-
nimam inquit vite mee rationem duxissem: nũq; profecto me vestris manibus aut
fidei credidissem. Duos inde fratres Roscios nomine premisit intuituros quot se-
cũ Comites Surinas duceret & simul aliquid ad eum nunciare mandans eos ad
se cũ venissent deprehendi & victos retineri Surinas iussit. Ipse interea cum Par-
thorũ optimatibus equo insidens ad Crassum veniebat. Cũq; iam haud procul ab
esset. quidnam hoc rei est Surinas ĩquit: pedes ne cũ Romanis imperator gradiatͭ
ego equo vectari paciar. His dictis equũ Crasso adduci iubet At Crassus illũ con
scendere nolens: nemo inquit nostrorum aberrauit. cũ primo vterq; more & cõsue-
tudine seruata ad colloquium venerit. Tum Surinas certum iam nobiscũ Hirode
fedus & pacem esse minime ambigatis Romani velim sed ad proximũ fluuium de
scendentes equas pacis conditiones perscribamus oportet: neq; enĩ omnino pactoꝝ
memores estis Romani. His dictis dexteram porrigens cum Crassus equũ a suis
posceret nihil opus est illo Surinas inquit: hunc enim & velocitate & pulcritudine
prestantẽ tibi rex Hirodes dono mittit & simul equũ faleris aureis atq; aureo fre-
no insignem adduci iubet. atq; in hunc Parthi qui circũ aderant pene vi sublatum
Crassum imposuere Inde stimulis equũ grauiter vrgere ceperunt. At Octauius
prius habenis comprehensis equũ retinebat: itidemq; petronius facere cepit. At ce
teri quicũq; ex Romanis aderant globo facto Crassum circumstere: equum sepius
perfodere conati: & simul Parthos: qui vtrinq; Crassum vrgebant. quoad poterãt
submouentes. Turba itaq; primo & contentio post etiam pugna exorta est. Nam
Octauius Barbari principis aurigam gladio traiecit: retro vero Barbarorũ alius
adsistens Octauium perfodit: Petronius autem qui thoraca indutus processerat
multis incassum Barbarorum telis petitus incolumis tamen in equum prosiluit. at

Crassum parthos quidam Pomaxartes nomine interfecit Licet alii non ab hoc in-
terfectum Crassum: sed iacenti cadaueri capud & dexteram abscissam tradunt:
quanq̃ hec conicere magis q̃ pro veris asserere licet. Nam eorũ qui pugne inter-
fuerunt: alii circa Crassum pugnantes cecidere: alii statim pugne exorto principio
retro in turrulum vnde discesserant rediere: ad quos Parthi venientes Surine no-
mine referunt: Crassum quidem meritas audacie ac sceleris penas dedisse. Reliqs
perbenigne salutem indulgeri ac liberos abire permitti. Eorũ verbis nõnulli fidẽ
adhibẽtes cum e tumulo descendissent a Barbaris capti & in vincula coniecti sunt.
Alii noctis aduentum in tumulo expectantes passim per agros vt cuiq̃ visũ est sese
sparsere: quos errantes Arabes equites insecuti ceciderunt: ita vt pauci admodũ
incolumes superfuerint. Ferunt̃ ĩ eo bello viginti ferme hominũ milia interempta
& decem milia capta fuisse. post hec Surinas Crassi caput & dexteram ad Hiro-
dem: qui tunc in Armenia bellum gerebat misit. Quosdam vero Seleuciam profi-
cisci iussit: qui non occisum sed viuũ captũ esse Crassum passim vulgarent & illum
nõ multo post Seleuciam captiuũ venturũ. Interea pompam ridiculam sane verũ
magno rerũ omniũ apparatu constituit: quam ignominie causa appellauit trium-
phum. Quendam enĩ ex captiuis Pacianum nomine facie & habitu corporis Cras-
so persimilem Parthice mulieris vestem indutũ equo insidentem circumagi iussit.
Huic omnes qui circumaderant parere & imperatorem appellare precepit Ante
ipsum Tibicenes & lictores aliquot camelis vehebantur: sacculos quosdã fascibus
appensos gestantes. His proxime sublimibus hastis infixa nobilium Romanorum
capita portabantur. post hec Seleucie meretrices veniebant: multa in Crassi molli-
ciem & imbecillitatem inconditis quibusdam carminibus decantantes. Seleucioꝝ
deinde senatũ Surinas cogens libros quosdam ostendit Aristidis qui milesii appel
lantur de luxuria & deliciis compositi. atq̃ multa in mores Romanoꝝ contionatus
est: qui nec etiam in exercitu talibus lasciuiis abstinerent atq̃ eiusmodi secũ libros
in castris etiam gestarent. Fuerunt enim inter Ruscii cuiusdam impedimenta re-
perti. Interea Hirodes pacem cũ Artuasde armeniorũ rege composuerãt. eiusq̃ so
rorem Pacaro filio coniugem desponsauerant. multaq̃ inuicem conuiuia summa
lasciuia ac maximo rerũ omniũ apparatu celebrabant plurimaq̃ in eis Grecorũ mo
re cantantes neq̃ enĩ Greci sermonis ac litterarũ Herodes ignarus erat: Artuasdes
vero Tragedias etiam scripsit & orationes plurimas edidit: historiã etiam compo
suit. quaꝝ aliqua in hodiernũ vsq̃ diem superextant. Cum nuncius a Surina mis-
sus qui Crassi caput ferebat ad Hirodem peruenisset: forte regem conuiuio accu-
bantẽ offendit & Iason Trallhensis fabularũ actor remotis iam mensis Euripidis
fabulã de furiis aganes actitabat. cũq̃ ab omnibus sũma iocunditate ac leticia pro
barentur Sillaces Crassi caput in mediũ proiecit & magno clamore a Parthis pro
pter leticiã sublato. Sillaces regis iussu a famulis e medio submotus est. Iason ve-
ro dimissis que tunc in manibus gestabat luctus insignibus Crassi capite in mani-
bus sumpto quasi furens debacchari cepit ac multis caput illud telis perfodit: ver-
sus e tragedia huiusmodi decantans: ferimus e montibus iuuili predã felicissimã.
atq̃ hoc spectaculo vehementer omnes qui aderãt gauisi sunt: multis inde alternis
versibus decantandis quidã ex his aliqui chorũ agebãt magna voce clamauit. Me-
us est hic honos: tunc in mediũ prosiliens Pomaxartes: qui forte inter cenantes
aderat: Crassi capud in manibus sumpsit ac se maxime talia verba dicere testatus
est. Hirodes igitur premia que pro talibus gestis more patrio preberi cõsueuerũt
liberaliter illi largitus est. Iasonem vero talento donauit. Hũc finem igit̃ Crassi
expeditio quasi tragedia quedam sortita est. Non tamen ita multo post & ĩmani-
tatis Hirodes & perfidie Surinas debitas penas dedere. Nanq̃ Hirodes Surine

glorie inuidens eum dolo peremit. Ipse autē cū filium Pacborum expulisset quod bello a Romanis fuerat superatus ī morbum incidit idropicū: cui filius alter Fraates insidias machinatus venenum quasi medicamentum ad leuandū morbū tradidit. Quod cū ꝓfuturū egretudini videret: iāq; corpus nōnihil cōualescere cepisset breuissimā interficiendi viam aggressus ꝓpria manu spiritu ꝑcluso illū suffocauit.

ELIQVVM EST VT de Nicie & Crassi ad inuicem comparatione pauca dicimus. Ac primo quidem si quis vtriusq; in diuiciis parandis modum animaduerterit. Niciam longe minus vituperabilem comperiet. Si quidē eius diuicias ex metallorū effossione in qua captiuos barbaros permultos absumpsit incrementi plurimū accepisse constat. Crassus vero si ad Sille īmanitatem conferatꝰ: humanior sane videri poterit. Cū tamen ex eius incēdiis atq; proscriptiōibus quasi ex fenore aut agricultura lucrū palam quesierit. Maximorū autē criminū: quibus obnoxiū fuisse Crassum permulti asserunt: queq; ipse acerrime denegare consueuit: ne minima quidem suspitio Niciam attigit: neq; enī lucri causa sententiam in senatu dixisse: aut facinorosos homines subtraxisse iudiciis aut sociis auaricie causa bellū intulisse ne calumniator quidē vllus vnq; Niciam insimulauit: quod vero maximam pecuniā timiditatis causa calūniatoribus Nicias dederit: & si Pericli aut Aristidi nō conueniens opus esse merito videri potest: sibi tamen necessariū fuisse iudicabitur: cū ad tollerandas inimicicias in re p. non satis animi ac roboris a natura sortitus esset. In eo quoq; Ligurgus orator multis post annis gloriari etiam ausus est. Cui cū ab aduersario fuisset obiectū quod se pecuniis a calumniatore redemisset: minime inficiatus est. sed inter orandum maxima voce populū appellans: bene se habet inquit viri Athenienses quando quidē per tot annos in rei p. administratione versatus non accepisse me sed dedisse pecuniam obtrectatotes criminantur. In sumptibus faciendis melior & ad ciuilem vsum accomodatior Nicie q; Crassi racio videtur. ille enim in exhibendis populo spectaculis & in deorū cultu celebrādo & Gimnasiorū & Palestrarum conducendis preceptoribus pecunias maximas erogauit. Hic autē tā multis hoīm milibus publice epulū dedit ac insuper ad quotidianum victum copiam suppeditauit vt omnes in vnum coacti Nicie sumptus: ne minima quidē experte sunt Crassi sumptibus comparandi. Igitur cū hoꝝ virorum mores animaduertā: vehementer ab illis dissentire cogar: qui vicium inequalitatē mentis ac diffidentiā esse negant: cum tamen hosce homines vidiant tam turpiter in parandis diuiciis versatos: In erogando tam faciles ac benignos esse Et de diuiciis quidem hactenus. In rei p. vero administratione nihil vnq; callide nihil iniuste nihil velociter a Nicia factum reperitur. Sed cū esset Alcibiadis potentia & fraudibus circumuentus: sūma cum modestia ad populum quasi iniuriarum vindicem futucum confugit Crassi vero magnam in permutandis amiciciis perfidiam deprebendere licet. Consulatum autem per vim vsurpasse ne ipse quidē negare consueuit quippe qui milites mercede conduxerit qui Catoni atq; Domitio manus afferrēt. Inferenda quoq; de sortiendis prouinciis rogatione: cū multi vulnerati fuissent quatuor etiam interfecti: Crassus ipse Luciū Mallium cogationi aduersantem pugno grauiter in faciem percussit: multoq; sanguine fedatum coegit e turba discedere: atq; vt Crassus vituperandus videtur q; violentum quendā ac Tirannicū in administranda re p. morē teneret. sic Nicias pauidus & supra q; deceret formidolosus & vilissimis quibusdam hominibus obnoxius iusta profecto reprehensione nō caret. accedebat ad hec quod nō aduersus Cleonem paruis de rebus Crasso

certamen erat: sed aduersus recẽtissimã Cesaris gloriam & tres Pompei triũphos
decertans nulli eorũ cedens vtrũq; superare nitebatur. & Pompeium quidẽ cen
soria dignitate superauit: q magnam proculdubio laudem meretur Oportet enim
in maximis rebus & rerũ p. administrationibus non penitus inuidiam formidare:
sed magno animo ad preclarissima queq; adniti & virtutis ac potencie magnitu
dine inuidiam superare. Quod si cui penitus omni periculo carentem securitatem
atq; animi requiem sectari placet & Alcibiadis in contione vehementiam reformi
dat aut in terrophilis Lacedemonum erumnas aut in Thracia perdice labores
extimescit: Latissimus in ciuitate pater campus ad otiandũ. vbi Gnanus cõsidens
atq; ocoisus signicie coronam suo capiti cõtexere possit vt sophistarũ quidã dicere
consueuerunt in quo genere forte Niciam aliqui connumerarent. fuit enĩ pacis &
ocii amantissimus: & soluendis aut componendis bellis aptissimus: que virtus pro
pria Grecorum esse videtur. atq; in hoc nulla ex parte Nicias est Crasso comparan
dus. qui Caspium pelagus atq; indicum occeanum Romani imperii terminos fore
destinauerat. neq; vero decet cũ te virtute ac patere iam superiorem intelligas de
terioribus cedere. Neq; principatum indignes viros ad gubernandũ rem p. adsci
scere: neq; maximis de rebus improbis atq; infidis viris fidem prestare. In quibus
omnibus delinquisse Niciam nõ obscurũ est. qui Cleonem garrulum sane & clamo
sum rabulam impudentissimũ preterea atq; audacissimũ virũ magni exercitus im
peratorem deligi fecit. nec Crassi in bello Spartaco celeritatem laudo: qui festina
tionis magis q̃ securitatis rationem ducẽs manus conserere properauit. ne super
adueniens Pompeius perfecti iam propemodũ belli gloriam auferret. Vt Mũmi
us Metello apud Corinthũ bellum gerenti abstulerat sed: illud Nicie non parum
delictũ videri debet quod nõ aduersariorũ opibus aut potencia deterritus sed mi
litandi laborem ac periculũ reformidans: maluit cũ res sua si tuto collocasset rem
publicam periclitari q̃ suo periculo salutem rei p. querere. quãuis Themistodis fa
ctũ intueri possit: qui bello persico cũ nõ idoneum imperatorem creatũ animaduer
teret atq; illum rei gerende imparem indicaret ne demens vnus atq; improbus vir
tocius ciuitatis salutem in discrimen adduceret pecunia data sese vt imperio abdi
caret effecit. Cato autẽ quo tempore motus maximos ac perturbationes rei p. in
star conspiciebat: tribunatũ petiuit Nicias vero contra Minuma & Cithecam ac
Milesios imperatorem se fieri passus Contra Lacedemonios bellum gerere noluit
sed imperium exuens paludamentũ Cleonis demencie atq; audacie: viros. arma na
ues & tocius reipublice imperium cõmittens: nõ modo propriã gloriam sed defen
sionẽ patrie atq; salutẽ neglexisse videtẽ Quapropter nõ ita multo post inuitus atq;
reluctans contra Siracusios bellum gerere coactus est: cũ non vtilitatis aut digni
tatis causa sed animi mollicie atq; desidia quãtũ in se esset obstare videret quo mi
nus potentissima Sicilie ciuitas athenensiũ imperio subiceret. quare q̃ hoc nõ mi
nus ignauie ac secordie q̃ imense virtutis & bonitatis testimonium videri potest.
Quod cũ semper ab illis gerendis fuerit alienus. cũq; semper imperãdi munus de
tractauerit nunq̃ populus quasi virũ optimũ ac peritissimũ ducem ad maxima q̃q;
bella suffragiis diligere cessauit. at Crasso cũ belli semper & imperii fuisset auidis
simus nunq̃ nisi bello seruili populi sponte imperiũ accipere contigit. quod per id
temporis Pompeius Metellus atq; ambo Luculli bellis aliis implicati tenerentur
& tunc tamen opibus & potentia magnus Crassus habebatur. Verũ illud comici
poete dictũ preclare sibi conuenire etiam amicissimi fatebantur. Verũ illũ ceteris
in rebus q̃ in clipio gestando optimũ esse. Neq; satis tamen hec opinio Romanis p
fuit. amicorũ multitudine & ambitionis excessu maximũ exercitũ sibi tradere co
actus. athenienses enim inuitũ ac renitentem Niciam ad bellum impullere Crassus

vero inuitos ac abeuntes Romanos eduxit ad bellum: & propter hunc quidē ciui-
tas: ille autem propter ciuitatem maximum infortunium subiit: Atq3 magis in his
rebus ladare Naciam ꝙ vituperare Crassum licet. Ille enim prudentis imperato-
ris ratione vtens suorum ciuium spem non frustrabatur sed metus causa vt ab Si-
cilia abstinerent hortabatur hic autem tanq3 facillimum opus bellum parthicū ag
gressus vehemēter quidē ab eo quod propo suerat aberrauit: magno tamen animo
concepisse iudicatus est. Cumq3 Cesar occidentis populos celtas Germanos & Bri
tanniam insuper domuisset: ipse ad orientis imperium comperandum intenderat
animū: & Asiam omnem Romanis subdere conabatur. quod etiam Pompeius affe
ctabat. Lucullus vero vtriq3 aduersabatur. Itaq3 cū Pompeio Asie imperiū a popu
lo mandaretur senatus obstitit. Cesarem quoq3 cū trecenta Germanorum millia ce
cidissent. Cato hostibus dedendum atq3 eius capite omnē deorū iracundiam ob vi-
olata federa contractam expiandā censuit. At vero populus Catonis sententia con
tempta quindecim dierū supplicationes in eius victorie honorem decreuit. Quan-
tam igitur futurā leticiam quantaq3 sacrificia arbitramur: si Crassus ex Babilone
litteras ad senatum mittens mediam persidem Hircaniam Susas & Hactra Ro-
manorū prouincias esse nunciasset: oportet enī vt Euripides inquit: eos qui in ocio
degere quiq3 suis rebus esse contenti nequeunt: quando aliis iniuriam inferre vo-
lunt non Scandiam aut Mendim vilissimas insulas inuadere nec patriam fugiētes
Eginetas & tanq3 aues regionem imitantes persequi: sed magna iniusticie premia
querere: quibus iusticie facta iactura: non quidem parue aut contēnende rei pen-
setur: nec ille satis recte iudicare videntur: qui cū Alexandri laudent expeditionē
Crassi audent vituperare conatus: Neq3 enim decet ex euentu rei iudicia facere
sed nos ad instituta redeamus Niciam permulta in bello preclara facinora edidisse
constat: multis enim prebis hostes superauit & a capiendis Siracusis paulum quid
abfuit: nec que errata sunt: omnia sua culpa euenere. magnum enim rebus gerēdis
aduersa valitudo impedimentum attulit plurimū etiam ciuium qui domi erant in
uidiam accusare licet. Crassus autem propter innumeram erratorum multitudi-
tudinem: nullum fortune vituperande locum reliquisse videtur atq3 sola eius appa
ret accusanda stulticia: quam non tantum Parthorum virtute quantum aduersa
Romanoꝝ fortuna superatam fuisse putandum est. Preterea cū nullū diuinationis
signum Nicias aliquando neglexerit: hic autem omnia penitus deorum portenta
contempserit. vtriusq3 tamen idem ferme exitus fuit. Difficilis sane res ad iudicā
dum. licet illi minus vituperandi videantur: qui pernicacie & superbie crimen fu-
gientes veterum opinionem atq3 auctoritatem secuti propter nimiam religionem
delinquunt. in morte vero Crassus laudabilior qui nunq3 timori aut laboribus suc-
cunbens sed amicorum precibus & voluntati obtemperans. tamen etiā hostili frau
de deceptus interiit. Nicias autem turpi & infami spe salutis ductus: supplex ad
hostium genua procunbens turpiorem sibimetipse mortem effecit.

EPISTOLA Ant. Tudertini poete lauriati in vitam atq; gesta Agesilai Incipit feliciter.

OLEO PLERVMq; mecum tacitus admirari humanissime presul inanem spem falsamq; nonnullorũ hominum opinionem qui dum ex libris a se compositis gloriam aliquam venari student eos virorum opibus quidẽ aut imperio pollencium: sed a litteris prorsus alienorũ nomini dedicant: extimantes scilicet sola eius libri inscriptione gloriosos se & in vita & post mortem futuros. Sed ea in re meo iudicio vehementer falluntur. Quid est enim per deum ĩmortalem cur doctrine gloriã apud eos qui nullã doctrine partẽ attigerunt consequi se posse sperent: Cũ vel prouerbio illo quod vulgo apud grecos: vt nosti iactitari solet: erroris sui facile admoueri possint .Ego vero longe aliter sentio & tam maiorũ sane laudem existimo que a viro magis doctrina q; potestate prestanti proficiscitur cuius etiã sentẽcie Neuianum illũ Hectorem esse video: qui nõ tantũ laudari vult sed addit a laudato viro Quod si forte ab eo laus ipsa prouenit: q ceteros virtutis pariter & potestatis splendore antecellat. Ego illam tantifacio vt nullam digniorem nullam excellentiorem inueniri posse mihi facile persuadeã· Quo circa si inter varias occupationes fortasse aliquid ingenioli mei vires excuderint. nemo miretur velim si id excellẽcie tue nomini destinauerim. Non enim video cur dignitatẽ in te requirat quispiam: quem Taruisina prius & ecclesia & vniuersa ciuitas nõ dicam pastorem sed parentem optimum cognouit: ita vt nemo fuerit qui te discedentem lacrimis nõ sit prosecutus. Accessisti deinde ad huius nostre ciuitatis ecclesiasticã gubernationem: tanq; ad maius dignitatis fastigium euectus quam ita pie: iuste: sancte: liberaliterq; administrasti & administras. vt omnes te quasi numen quoddã celitus ad se missum arbitrentur & ĩdies magis magisq; non modo diligant. sed vt par est obseruant colant venerentur. Nec sane immerito: cũ te pupillis viduisq; tutorem ei protectorem. altercantibus equissimum arbitrium. Egenis atq; mendicis certissimũ refugium: omnibus denique parentem: ac postremo parietibus ipsis iam vetustate ruentibus instauratorẽ prestiteris & assidue prestare nõ desinas: Vnde cũ vniuersi laudes tuas vulgo predicent: parietes ipsi easdem taciti testantur. Quid autem de doctrina tua loquar cũ omnibus plane notũ sit. te a teneris primũ annis sub patentis mei institutione. Neq; enim mihi verendum est: vt apud te loquens qui tali preceptore palam gloriari cõsueuisti arrogantie crimen incurrã. at deinde sub patruo tuo Francisco barbaro qui non tantũ senatus veneti sed & tocius italie splendor extitit: tam grecis q; latinis litteris apprime eruditum fuisse: & maturiori deinde etate: in florẽtissimo Patauie vrbis studio tam accuratã pontificio viri operam indulsisse vt q; breui tẽpore doctoris insignibus ornari omniũ iudicio atq; consensu dignus habitus fueris. Cuius quidem tam varie multiplicisq; doctrine cũ preter ceteras animi tui dotes plurima multis in locis vel scribendo vel scriptorũ nodos interpretando testimonia prebuisses: effectum est: vt celeriter quidem pro virtutibus tuis immaturas dignitates istas sis consecutus. Tuam igitur excellenciam humanissime presul: cũ a meis omnibus tum a me ipso propter eximia tua in nos merita maximi fieri. & si pluribus iam argumentis te & cognoscere & credere existimem: tamen eiusdem rei iudicium cũ alias vt spero prebiturus sum: tum hoc ipsum in presentiarũ omnibus certissimũ constituere volui: q ex omnibus delegimus nomini tuo meorũ grece lingue studiorũ primicias dedicarem. Nam cũ a quotidianis lectionibus aliisq; rei familiaris occupationibus nõ nihil ocii nactus essem:

decreui Agesilaum virũ sane ĩmortalitate dignũ: nostratibus pro mea virili cogue-
tũ facere. Non equidẽ ea causa ꝙ mihi ipsi ꝑsuadeam posse me accepta a grecis in-
liora facere Ciceronis auctoritatẽ secutus qui latinos ait aut ꝑ se inuenisse sapien-
tius ꝙ̃ grecos aut accepta ab illis meliora fecisse. Neqꝫ enim is sum qui sperẽ. Xe-
nophontis eloquenciam: quem prisci musam Acticam cognominauerũt: a me ex-
gui sane ingenii homine posse superari. Sed meũ semper fuit iudiciũ: idqꝫ quantũ
etas mea patitur rem plerisqꝫ expertus sum: linguã grecam quibꝰ ea aut naturalis
nõ sit: aut longo iam insuper quã familiaris: nisi assiduo studio conseruetᷣ memoria
facile delabi. Itaqꝫ cũ ab amantissimi parentis mei fontibus nõ nullam litterarꝫ gre-
carũ cognitionem hauserim ne ea prorsus effluat: libellũ hunc in latinũ conuertere
aggressus sum. Id enĩ optimũ in ea lingua proficiendi genus & existimo & a peri-
tis vt tu quoqꝫ nosti iudicari video. Quem quidẽ ore pro innata tibi benignitate in
omnes hilari: vt cetera consueuisti fronte suscipias: meũqꝫ in re tenui erga tuam ex-
cellentiam contempleris animũ delectaberis vt spero eius libri lectione: tum homi-
nem omnibus vt aiunt virtutis numeris accumulatum intueberis & Xenophontis
eleganciam in illius describenda percipies: ita vt plane verũ videri possit quod ad
Lucerium scripsit Cicero Agesilaũ noluisse quidem aliquam sui corporis imaginẽ
neqꝫ fictã neqꝫ pictã reliquere. Sed tamen vnũ Xenophontis libellũ in eo rege lau-
dando facile omnes imagines hominum statuasqꝫ superare. Valeat excellencia tua
cui me plurimum cõmendo.

Plutarci Historiographi greci de Vita atqꝫ gestis Agesilai Traducti in latinum linguagiũ per Ant. Tudertinum Incipit feliciter.

ON SVM EQVIDEM nescius difficillimũ esse: Agesi-
lai virtuti & glorie parem cõmendacõnẽ inueniri posse Ve-
rũ tamen aggrediẽdũ esse censeo: quoniam rationi minime
consentaniũ foret: eũ nec inferiorem laudẽ assequi debere:
propterea ꝙ ad summũ perfecte probitatis culmen peruene-
rit: de sui igitᷣ generis nobilitate quid maius? quidue pre-
stantius dici posset ꝙ̃ qđ maioribus suis in hodiernum vsqꝫ
diem nomine denumeratis & eis quidẽ nõ priuatis viris sed
regibus: regum filiis quotus ab Hercule fuerit memoria facile colligitur Neqꝫ ta-
men de his quisqꝫ hoc nomine queri possit: quod regnũ quidẽ possideant. Sed vr-
bis parũ illustris. Nam sicut eorũ genus tocius patrie honestissimũ est: ita & vrbs
ipsa vniuerse grecie celeberrima: adeo vt nõ inter secundos primi sed inter princi-
pes pricipatũ obtineant. Illud quoqꝫ haud est silentio pretereundũ: quod ad com-
munẽ & patrie & sui generis laudẽ pertinet: quod scilicet nũqꝫ ciuitas eorũ regnũ
excindere conatus sit: ideo ꝙ ipsos honore ceteris anteferri inuidia torqueretᷣ Nec
ipsi reges maiora nũqꝫ affectauerũt: ꝙ̃ ab initio regni sui possedissent. Quocirca cũ
nullam adhuc gubernandi rationem cognouerimus: neqꝫ popularẽ: neqꝫ paucarum
potestatũ neqꝫ tirannidem neqꝫ regiam dignitatẽ: ꝙ̃ stabilis & absqꝫ interruptione
ꝑseuerauerit Hoc tamen solũ regnũ assidue successiueqꝫ durare cernimus Agesilaũ
vero etiã anteqꝫ regnũ sit adeptus: imperio dignũ fuisse. hoc fac facile argumento
dignoscitur. Quod cum rex agis diem suũ obisset. Latichidasqꝫ hinc vt agidis. hinc
Agesillaus vt Archidimi filius pro regia dignitate cõtenderent. Vniuersa ciuitas
agesilaum & genere & virtute minus repulsa dignũ iudicauit & eundem regem
constituit. Quare cũ in vrbe potentissima ad excellentissimũ d'egi munus ab op-
timis meruerit: nulla alia coniectura opus est eius virtutem qua etiam ante regni

adeptionem preditus erat comprobare Queecũq; autẽ in regno suo gesserit: iam de-
inceps q̃ breuius potero percurram Nam ex rebus gestis ipsius quoq; mores opti-
me: vt opinor spectare licebit. Cum igitur Agesilaus iuuenili adhuc etate florens
regnum assecutus esset: haut longo post tempore vulgatum est: Persarum regem:
tanq̃ aduersus grecos ingẽtem terra mariq; exercitum cogere. Qua quidem de re
consultantibus Lacedemoniis sociisq; agesilaus si sibi Spartaros quinquaginta: in-
geniorũ quos illi Neodomadas vocant tria milia: confederatorũ vero sex milia tra
didissent: in asiam traiecturũ & faciende paci operam se daturũ recepit vel si bella
re barbarus maluerit. tantũ se illi negotiũ exhibiturũ vt ei contra grecos exercitũ
mouere nequaq̃ otium superet. Quo audito hilari statim animo plurimi concupi-
uerũt: vt postq̃ rex antea in greciam traiecerat: eodem modo aduersus ipsũ copie
transportarentur & id eligendum vt ab inuadente potius q̃ expectante cũ eo de-
pugnaretur atq; hostium pocius q̃ grecorũ agri bello vastarentur: quodq; omniũ
maximũ videbatur vt nõ de grecia sed de asia dubiũ certamen cõstitueret. Postq̃
vero in asiam cũ exercitu nauigauit: quemadmodũ imperatoriam artem exercuit
haud quaq̃ ego dulcedinis q̃ cõmemorãdis rebus gestis replicari posse arbitror. In
asia igitur hoc primũ gestum est Tissaphernes agesilao iure iurando affirmauit: si
secũ inducias tantisper vellet dum rediret quos ad regem mitteret oratores: ei se
effecturũ vt grecorũ vrbes que in asia erant libere ac suis legibus degerent. Cum
contra agesilaus inducias integra fide facturum se iurauit Prefinito tamen ad id
agendũ: triũ mensiũ spatio. Sed Tissaphernes que iurauerat statim oblitus est
Nam cũ de pace auctorẽ se promisisset ingentẽ a rege exercitũ preter copias quas
secũ habebat depoposcit. Agesilaus vero & si hec omnia presentisceret. federa ta-
men apud se inuiolata esse voluit. Quapropter hoc primũ ab eo egregie factum mea
sentencia iudicari debet. Quod cũ Tissaphernem periurum esse demonstrasset: ef-
fecit vt apud neminẽ fidem mereret. Cumq; se ipsũ & iusiurandũ magnifacere: &
conuentiones minime fallere: aperte iam declarasset eo peruenit: vt nec greci nec
barbari quocũq; iure secum inire fedus vererentur. Ceterum cũ recepto nouo exer
citu Tissaphernes elatior factus. Agesilao nisi ex asia decedent bellum induxisset
& confederati & Lacedemonii qui ibi aderãt nõ mediocriter tristari videbantur q̃
agesilaum regio apparatu viribus imparẽ esse censerent. Agesilaus vero hilari ad-
modum fronte per legatos Tissapherni nunciat: ei non paruam se graciam habere
q̃ periurio suo deos sibimet infensos vendicasset: grecis vero propicios & suarũ par
tiũ fautores reddidisset. Militibus dehinc tanq̃ in expeditionẽ castra mouere im-
perat. Vrbibus vero ad quas sibi cũ exercitu cariam petenti perueniẽdum: erat vt
cõmeatus preparent edicit. Similiter in omnibus eolibus & hellespontiis p episto-
lam iubet: vt socios ad se in ephesum mittãt: Tissaphernes igr̃ tum quia agesilaus
equites nõ habebat. Cũ equitatu caria minime sit permeabilis. tum quia sibi prop-
ter fraudem iratum esse censebat: existimãs reuera in suam: que in Caria erat: de-
mũ facturũ impetũ omnes quidẽ pedestres copias eo transmisit. Equites autẽ ad
Meandri campũ circumegit: sperans se grecos prius equitatẽ circũuenturũ. q̃ ad
loca equis ĩ via peruenissent. Sed agesilaus cũ Cariam petere predixisset: mutata
statim sentencia in Phrigiam vero conuertit. Assumptisq; sociorũ copiis in itinere
ei occurrebãt & vrbes subuertebat & ante expectatũ inuadens infinitam pecuniã
diripiebat. Quare hoc quoq; imperatoriũ nauasse mihi videt̃: quod postq̃ indictũ
est bellũ: & aduersarii crimine factũ ẽ: vt iam & sancte & iuste decipere licet Tissa
phernem quidem puerilis simplicitatis hominẽ esse fraude illa demonstrauit Ami
cos vero eodem in loco prudentissime ditauit. Nam cum ob prede magnitudinem
gratis ferme omnia venderẽtur: amicos vt ea emerent monuit: significans se mox

cũ exercitu ad mare descensurũ. Ipsis vero spoliorũ vendendorum prefectis iussit
vt quanti quisq̧ emeret scripture quidem mandarent: precium tamen in presentia
remitterent: eo pacto amici eius nihil persoluentes: nec tamen publicũ defraudan
tes maximã pecuniarũ vim conseruati sunt. Si qui preterea ad regem · vt verisimile
est transfugientes bona sua clam subducerent · ea per amicos suos deprehendi cu-
rabat: vt ditiores simul & gloriosiores euaderent: quibus quidem rebus q̃z pluri-
mos eu estigio amicitie sue auidos effecit. Ceterũ cũ cognosceret depredatũ ac de-
solatum agrũ diu exercitui substẽtare nõ posse: frequẽtem vero incolis ac semina
tũ perpetuo sibi cibũ suppeditaturum studere cepit: vt nõ tantũ aduersarios vi ca
peret verũ etiam benignitate ad se alliceret. Nam sepe militibus suis in contione
predixit · ne captiuos vt iniustos cruciarent: sed vti homines seruarent: Sepe etiã
dum castra transferret si paruos mercatoꝝ infantes: quos milicia aut portandi in-
cõmodo aut alendi inopia vendebant: derelinqui audiret eos aliquem in locũ com-
portari curabat. Eodem modo & captiuorũ qui ob senium destituerentur cura su-
scipi mandabat: ne a canibus lupisue erepti discerperẽt. Quibus quidem ex rebus
effectũ est · vt eos nõ modo qui hec audirent sed etiam captiui ipsi maxima beni-
uolentia prosequerẽtur · Quascũq̧ vero vrbes vendicarent: iis seruilia omnia detra
hens: ea instituebat: in quibus liberi pricipibus parere consueuerũt. Ita menia q̄ e
nulla vi capi poterant humanitate: suas in manus dirigebat. Postq̧ vero in Phri-
gia exercitum ductare propter Pharnabaci equitatũ nõ valebat: sibi quoq̧ equites
comparandos esse duxit · ne tanq̧ subterfugiens bellare cogeretur. Omnibus igr̃
vrbium illarũ opulentis viris vt equos alerent imperauit: quicũq̧ tamen vt equũ
& arma & peritum virũ prebuisset: hinc vt a milicia ipse vacaret licere edicto pre
fatus est: nec secus ad hoc prompte faciendũ singulos induxit. Ac si quis pro se al
terũ libenti moriturum animo indagaret vrbes etiam instituit: ex quibus parare
equites oporteret existimans vrbes in quibus aluntur equi statim vel maxime ob
equitatum elatiores fidentioresq̧ fieri. Miro igr̃ quodãmodo equitum euestigio
& validissimũ & strenuum habuit. Postq̧ autẽ nec appetebat omnẽ exercitum in
ephesũ cogit quẽ cũ exerceri cuperet: turmis si quis optime equitaret peditibusq̧
si quis egregio corporis robore prestaret: premia proposuit. Scutatis itidẽ & sa-
gittariis munera declarauit: q̧ se ad debita opera maxime idoneos demonstrassent
Hinc cernere erat ginnasia viris se exercentibus & equorũ stadia equitandi studio
decertantibus referta. Iaculatores vero & sagittarios in ordinem procedentes cõ
tinebat: totam vero vrbem spectaculo dignã reddidit Nam & forum variis armis
equisq̧ venalibus plenũ erat. Et erarii fabri ferraru corriarii fullones omnes bel-
lica parabant instrumenta ita vt vere vrbem illam quasi quandã belli officinam exi
stimare. Illud quoq̧ cuiusq̧ animũ non mediocriter ad bene sperandũ confirmasse.
Cum primũ quidem Agesilaum ipsum: deinde reliquos milites intueri liceret: cũ
e ginnasiis regrederẽtur: corona quibus coronati fuerant diane offerentes. Nã vbi
viri deos colant. bellica autem exerceant & imperatoris obedientiam meditentur
nonne ibi verisimile est omnia spe bona repleta esse. Existimans preterea ex hostiũ
contemptu robur quoddam & fiduciam militibus ad pugnam ingenerari: per pre
cones palam edixit vt barbari qui a predonibus capti essent nudi venderent. Quo-
circa milites cum eos qui nunq̧ exuerentur candidos: pingues vero & ad laborem
inertes: quia curribus assidue veherentur esse cernerent nihilo seruis differre bel
lum censuerunt q̧ si contra feminas pugnandũ foret. Hoc quoq̧ militibus ꝑdixit
statim q̧ breui itinere ad munitissima eius regionis loca cum exercitu ꝓfecturum
vt hi iam illic veluti decertaturos & animo & corpore paratos se preberent. Tissa
phernes vero hec ab eo fingi ratus est: tanq̧ rursus decipere & vere nunc in Cariã

facere impetũ vellet. Ideoq; pedestres copias vt prius transmisit in Cariã & equitatum in Meandri campo collocauit. Nec tamen Agesilaus mentitus fuit Sed vt predixerat confestim Sardianum locũ occupauit: triduumq; deserta hostium permeans multum exercitui cõmeatum suppeditauit. Quarto autẽ die hostiũ equites contra processerunt: eorũq; dux impedimentorum prefecto pactolum erat icere: & trãs fluuiũ castrametari iubet. Ipsi cũ grecorum aliq̃t pedites circa predã occupatos cernerent: illos magna ex parte trucidarunt: ꝙ cum agesilaus intelligeret: ab equitatu opem afferri imperat Perse auxilium conspicati sese in vnum cogunt & vniuersas equitum turmas contra explicant. Agesilaus cum peditatum hostibus nondum adesse sibi vero nihil ad huiusmodi rem agendũ deesse cognosceret: conferẽde pugne tempus si fieri posset esse dixit. Facta igitur re diuina in equites ex aduerso collocatos phalangem recta ducit: e x militibus quoq; pubes vna secũ concurrere. Scutatos itidem incursare & equites inuadere iubet Ita factũ est vt cũ vniuersus eum subsequeretur exercitus. Primum qui persarum validi erant equitum impetũ exciperent. Sed cũ aduersa & extrema eius omnia incumberent ipsorum acies inclinauit Eorum alii statim in flumen irruere alii fugã capescere. Insequẽtes greci castra capiunt scutati: ut par erat. ad predam conuertuntur Agesilaus cum iam & amica & hostilia omnia quaq ua versũ possideret castra posuit: cũq; inter se hostes turbari audiret: adeo ꝙ rerũ gestarum culpam sibi inuicem imputarent: confestim contra sardis mouit. Ibiq; circa vrbem omnia igni vastat & populatur: simulq; per precones clara voce pronuntiari iubet si qui sũt qui libertatis egeant vt ad se tanq; sociũ confederatũq; cõueniant Si qui vero asiam suã asserant: ii pro libertate armati ad certamen prodeant. Postq; neminem cõtra exire videt iam intrepidus vltra progredit cũq; non nullos cerneret grecos qui antea adorare coacti erant: nunc ab eisdem a quibus contemnebantur honorari: & alios deorum quoq; cultum sibi vendicare: haud indignum existimantes effecit: vt ii grecos ne intueri quidẽ recta facie substinerent cũq; amicorum agrum a preda direpti omnibusq; immunẽ prestaret hostili sic fruebatur vt bienni spatio delphis plura q̃ centum talenta deo decimam cõsecrarit. Ceterũ Persarum rex horũ malorũ causam in Tissaphernem cõferens Tithraustam misit: qui eius caput obtruncauit. Barbarorum tamen res ex illo tempore in peius semper fieri. Agesilai vero indies melius validiusq; se habere ab omnibus enim gentibus pro ineunda amicitia legati mittebantur. Multi quoq; libertatis auidi ad eum desciscebant: adeo vt iam nõ grecorũ modo sed barbarorũ innumerabiliũ dux esset. Agesilaus ob hoc etiam ipsius continentiam vehementer admirari licet quod cum infinitas incontinenti vrbes suo imperio subditas habere insulasq; non paucas quandoquidem ciuitas ei classem addiderat: cumq; ad sũmum & glorie & potentie culmen euectus esset. possetq; multorũ ac robustissimorũ ope ad quancũq; rem vti. rem preterea arduam magnificamq; versaret animo sperareto; exercitũ funditus tollere qui prius aduersus greciam militauerat. a nulla tamen harũ rerũ est superatus. Sed vbi a magistratibus ei nunciatũ est vt patrie succurreret ciuitati nõ secus paruit ac si in lectica solus apud quinq; viros fuisset constitutus. Illud apertissime declarans ꝙ neq; vniuersum terrarũ orbem patrie. neq; nouos & nuper vendicatos amicos veteribus neq; turpia absq; periculis lucra honestis & laboriosis anteponeret donec autẽ in magistratu permansit. hoc etiam regis laude dignissimũ opus nauauit ꝙ cũ vrbes reciperet ad quas imperaturus enauigabat quia mutato statu. Postq; regere athenienses desiderant seditionẽ mouebãt Curauit vt dum ipse adesset absq; exiliis & cedibus in concordia & felicitate summa degerent. Itaq; qui in asia erant greci nõ vt principe sed vt parente & socio suo abeunte tristabantur. quodq; non fictam erga ipsum amicitiam gererent apertis

demum iudiciis ostenderit. Eo namq; pro Lacedemonione auxilia petente plerūq;
prestituerunt quando etiam aduersus potenciores pugnandum esse nō ignorarēt
Rerum igitur in Asia gestarū hic finis extitit. Postq; autem Hellespontum traiecit
per easdem gentes proficiscebatur per quas infinita iam classe Persarū rex iter ha
buerat & quā vno anno viam barbarus confecerat eandem breuiori q̄ mēsis spatio
excedit Agesilaus studens ne post necessitatem patrie succurreret. Sed cum ex
Macedonia in Thessaliam transiret: ei officiebant insequētes a tergo Larissei Cra
nonii Scotusenses Pharsalii qui Boeciis confederati erāt: omnes preterea Thessali
preter illos qui ea tempestate exulabant. Ipse interim quadrato agmine ductabat
exercitum dispartitis & a fronte & a tergo equitibus. Ast vbi incumbentibus a
tergo Thessalis vltra pergere prohibebat: & anteriorem exercitus partem & nō
nullos e stipatoribus suis trāsmisit ad posteriores. Postq; vtrinq; structe acies Thes
sali haud conueniēs esse rati vt contra pedites equitatu decertarent auersi grada
tim retrocedere. at illi temere insequi. Sed agesilaus cū vtrorūq; errorem intellige
ret: ex equitū numero q circa eius latera constituti erant validiores premittit: vt
& reliquos secum ire iubeant & ipsi omnibus viribus insequantur ita vt fugienti
bus hostibus nulla detur retrouertendi copia. Quos ex insperato super ingruentes
cū Thessali conspicati essent: alii nullo pacto reuertebantur: alii conuertere se cona
ti superuenientibus ex obliquo equitibus comprehendebantur. Vnus tamen equi
tum prefectus nomīe Polichamus Pharsalus & se retrouertit & vna cū suis diu
pugnās tandem interimitur. Quo facto indecens & ineffrenata fit pugna alii ce
dunt alii viui comprehendūtur nec prius substitere q̄ Manthratiorū montes se
contulerunt. Tunc Agesilaus antracium atq; nartketium tropheum constituit ibi
demq; mansit nō mediocriter ea de causa exultans q̄ eos qui equitatu maxime glo
riantur: cum equitibus a se primum comparatis superasset. Postridie Achaicos
Phicie vrbis montes emensus ad Boetiorum vsq; confinia per amicas regiones
processit. Ibi cum intercelusum iter a Thebanis Atheniensibus Corinthiis e ma
nibus Euboicis & vtrisq; locris offendisset nequaquam cunctatus ex aperto aciem
contrastruxit: cū vnū & dimidiū tantum Lacedemoniorū ordinem: confederato
rum vero eius loci Phocenses solum & Orchomenios ac deinde reliquū qui ferat
exercitum secum haberet. Nec tamen hoc dicturus venio q̄ parua manu in bellic
oribus militibus confluxerit. Nam si hec dicerem & Agesilaum temerarium & me
ipsum stultum declarare mihi viderer: si eum qui grauia pericula absq; causa inua
deret laudibus extollerem imo magis hoc admiratione dignum arbitror q̄ nō infe
riores hostibus copias compararit amaritq; ita vt omnia erea omnia purpurea ap
parerent. Curaritq; vt laborem milites ipsi sufferrēt & eorum animos tanta auda
cia compleuerit vt aduersus quencūq; pugnam nō reformidarent Suis quoq; emu
lationem quendam iniecerat vt cuisq; fortissimus videri studeret. Spem insuper
omnibus fecerat fore eos multarū ac preciosissimarū rerum ditissimos. Si virorū
fortium officio fungerent. Militibus enim hinc ī modum animatis promptissime
validissimeq; manum cū hostibus conserturum se existimabat nec eum sane fefellit
opinio. Narrabo igitur pugnam ipsam cui parem etas nostra nullam vidit. Conue
nerant enim in campum Coronie adiacentem. Agesilai quidem milites a Cephiso
Thebanorum vero ab Helicone equales vtrinq; phalanges inter se conspiciebantur
equitatus itidem vtrinq; numero fere par erat. agesilaus dextrum cornu curabat
Orchomenii in sinistro extrema tutabantur. Contra Thebani a dextro argiui a si
nistro stabant. Congredientibus illis mirum vtrinq; silentium tantisper fuit dum
ad stadii interuallū abessent. exinde vero Thebani sublato clamore cursu comminus
ferebātur. Cumq; iam tribus iugeribus dirimerentur Ex aduerso procurrerunt ab

agesilai acie domestici milites quibus Euripides preerat successiueq; Cirioꝝ aliqui & Iones & eoles & Hellespontu: usq; omnibus ad teli actum appropinquantibus qui oppositi erant in fugam vertūtur. Argiui haud quanq; agesilai militem excepere sed proximus in Heliconem confugerūt hoc in loco extremi milites Agesilaū coronarunt: cui interea nunciatur Thebanos cesis Orchomeniis impedimenta versari. Is acie flexa ad illos ire pergit. Sed Thebani cū suos in Heliconem ꝓfugisse cernerēt enixe ad eūdem salutis auidi sese conferūt. Hic agesilaum vere magnanimū sine controuersia licet appellare qui tutissimam rationem minime secutus est Nam cū fugientes cadentesq; insectari & facile manu capere posset a fronte preuenire & in Thebanos irrumpere maluit confligētes phalanges impellunt pugnāt interimunt cadunt clamor nullus erat nec tamen silentium sed mox qualem ira simul & pugna ederet. Thebani maiori ex parte in Heliconem fuga secedūt. Multi tamen inter secedendum opprimuntur. Postq; in agesilai parte victoria stetit: sauciusq; ipse ad phalangem relatus est . Citi equites denunciant circiter octoaginta ex hostibus armatos in templo esse. Ille tametsi vndiq; vario teloꝝ genere cōfossus esset. deos tamen minime neglexit sed quo vellet dimitti & ab iniuria seruari iussit iussitq; insuper equites qui eos in tuta comitarentur. Finito deinde certamine cernere erat quo in loco manum conseruerant sanguine concretam terram iacentium & sociorum & hostium promiscue cadauera contritos clipeos perfracta inuicē tela pugiones euaginatos aliquos humi quosdam in ipsis cadaueribus nō nullos adhuc in manibus Cum autē iam aduesperasceret cito ferme corpora procurarūt. Prima deinde luce. Sillo belli profecto imperat exercitu instructo tropheum constituere vniuersos in dei honorem coronari thibicenes omnes modulari. Que dum ab ipso geruntur. Thebani per preconem inducias fieri & suorum cadauera sibi sepelienda reddi postulant. Factis itaq; induciis : agesilaus domū redit magis videlicet cupiens in quibus licitum esset domi imperare & in aliquibus parere q̄ in asia potētissimus esse. Sub idem tempus cū aduertisset argiuos rebus suis frui : & Corinthum tanq; bello gaudentes sibi vendicare aduersus eos exercitū agit depopulatoq; ipsorum agro ad Corinthium angustias transcēdat & muros ad Lecheū usq; protensos occupat. Patefactisq; Peloponensi portis domū ad iacinthia reuersus: q̄ in loco a chori prefecto institutū fuerat vna cū reliquis deo peana cecinit. Subinde cum in pereo Corinthios armenta omnia custodire ipsumq; pereum seminare & ex eo fructū colligere audiret maximū id esse ratus quod Poetii quotiens ex Creusi motum pararent facile Corinthiis adiungi possent: pereo exercitum admouit : quē cum a multis nō secus ac si ciuitas intromissa esset asseruari cerneret. Sumpto prādio ad ipsam vrbem copias traduxit sed vbi vniuersos sub noctem ex pereo vrbi succurrere sensit. Reducto rursus exercitu pereum ipsum iam presidio destitutū predamq; omnē prima luce rapit & prostratis muris in patriam regredit. Acheis post hec ad societatem prompte inclinatis rogantibusq; vt eis contra Acharnanam opitularetur. Cum enim acharnanes ipsi per angustias inuaderent ipse missis leuis armature militibus loca que supra illorum caput erāt occupat & collato marte obtruncatisq; plurimis tropheum statuit. Nec prius destitit q̄ acheis amicos acarnanas & bolos argiuos: sibi vero ipsi socios confederatosq; reddidit. Deinde cum ab hostibus de pace legati missi essent. agesilaus tantisper aduersatus est dum Lacedemonios qui ea tempestate exulabant a Carinthiis & Thebanis domum reduci coegit. Posterius etiam Phliasos qui Lacedemoniorum causa extorres erant: ipsemet militum vi intra Phliuntem restituit. Que si quis forte ratione alia quapiam reprehendere voluerit saltem que socioꝝ gracia fecit vera & aperta esse fatebitur Etenī cū Lacedemonis fautores qui intra Thebas erāt aduersa factio interemisset

eis succurrendi studio exercitum contra Thebas mouit. Sed cũ iter & fossis & ti-
gnorum obicibus munitum interclusumq; comperisset. Cirocephalas trangressus
omnem agrum ad vrbem vsq; ferro atq; igni deuastauit: assidue faciẽs & in plano
& in montibus Thebanis pugnandi copiam. Sequenti etiam anno rursus contra
Thebas bellauit. supergressusq; ad scolumi fossas simul & vallum reliquum boecie
depopulatus est: hactenus igitur ipse cũ ciuitate que retulimus fideliter gessit Si
quid vero ex eo tempore sinistri accidit nemo erit qui Agesilao duce id gestũ affir
met. Accepta igitur in leuctris clade cũ amicos hospitesq; eius qui in tegni erant
aduersarii vna cũ mantinensibus trucidassent: conspicantibus iam insuper boecis
omnibus archadibus & e'eis statim cum sola ciuitate vindicaturus illuc perrexit:
multis existimãtibus Lacedemonios agrum suũ diu post nõ egressurus nec antea
domum rediit q; eorum qui amicos trucidauerunt agrũ penitus deuastauit inua-
dẽtibus. Post hec Lacedemonia archadibus vniuersis. Argiuis eleis boecis & cũ
his vna Phorensibus & vtrisq; locris Tessalis atq; e manibus atq; a carnanibus &
euboicis seruis insuper rebellãtibus multisq; finitimis vrbibus: cum ex ipsis quoq;
sparciatis nõ pauciores in leutrica pugna occidissent q; superfuissent vrbem tamen
& quod maius est nullis cunctam muris ab impetu hostium tutatus est. Nam vbi
prerogatiuam hostes haberent: minime prodibat. Vbi vero ciues omnĩo ꝑualituri
essent: audacter in aciem descendebat putans si in apertum exiret vndiq; se ire cir
cundatum. Sin autem in angustiis & commodissimis locis expectaret se prorsus
fore superiorem Postq; vero exercitus rediit seipsum suamq; operam ad ciuitatis
vsum benignissime prestitit Nam licet eum seu pedestrem seu equestrem militare
senecta prohiberet. Patriam autem ad euocandos belli socios pecuniarum indigã
cerneret: ad hos tamen suppeditandos seipsum preparauit. Domi etenim quecũq;
poterat excogitabat & conabat. vbi vero opus esse t peregre vagari nõ recusabat
nec verebatur: si publice vtilitatis gracia qui imperator esse consueuerat legatus
proficisceretur. Quãuis tamen in legatione ipsa sũmi plerũq; imperatoris functus
fuerit officio. Nam & antephradates cũ in asso ariobarcanem societatis iure La-
cedemoniis colligatum obsideret. Agesilai aduentu territus profugit & Cocis
cũ Seston ariobarcanis itidem imperio subiectam circũsederet dimissa obsidione
recessit. Itaq; nõ iniuria & in legatione de hostibus trophеum statuere potuisset
Mausolus tamen cũ vtraq; hec loca centũ nauibus obsideret nõ equidem agesilai
terrore sed persuasione cũ omni classe domum discessit. Rem igitur admiratione
dignissimam perfecit vt & qui beneficium ab eo suscepisse se existimabant: & qui
eius metu profugerant vtriq; pecunias cõtribuerint. Ipse quoq; Mausolus hospicii
iure quo agesilao coniunctus fuerat Lacedemoni pecunias contulit. Hiq; omnes e-
gregio comitatu cum domũ dimisere annos deinde circiter octoaginta natus cum
animaduertisset egiptiorum regem per se bellum inferre cupientem multosq; &
pedites & equites ac infinitas pecunias possidentem: non moleste tulit ab eo se ac
cersi: maximũ cũ summũ exercitus imperium sibi polliceretur. Eadem enĩ opera
& egiptio pro beneficiis ab eo pro Lacedemoniis collatis gratiã relaturũ. & gre-
cos qui in asia erant rursus liberaturũ se arbitrabatur. Ipsi vero persaꝝ regi penas
irrogaturum & priorũ facinorũ & q denuo socium se esse predicaret. vt Medus
desisceret tentabat. Ceterũ vbi egiptius qui eum accersiuerat exercitus imperiũ
dare denegauerat. agesilaus vt vehemneter deceptus quidnam agendũ esset aĩo
versare: cum .cccc. externi primum egiptiorum milites ac deinde reliqui omnes
a rege deficiũt Rex ipse in sidona phenicie metu profugit. at egiptii seditione tur
bati duos deligunt. Hic agesilaus cum diu multumq; cogitasset si neutri faueret
gentrum grecis mercedem persoluturum neutrũq; cõmeatus prebiturum & vter

victor euaserit: hunc sibi fore inimicum: vtri vero opem ferret hunc accepto bene
ficio vt par est. amicum futurũ et tandem adhesit qui grecis magis beniuolus esse
videbatur & vna cũ illo pugnãs infensum grecis alterum prelio superior captiuũ
facit: alterum rem constituit eoq; in amicitiam Lacedemoniu cõiuncto recepta pe
cuniarũ vi non parua domũ media quãuis hieme repetit studens ne futura estate
contra hostes patria torpesceret: hactenus que plurimis testimoniis egit narraui
mus. Talia enim nequaq̃ egent argumentis sed ea solum commemorare sat est: &
statim credunt. deinceps autẽ animi virtutẽ per quã hec agebat & p quã honesta
appetebat & turpia fugiebat ostendere aggrediar. Agesilaus sic diuina colebat vt
hostes q̃q; iusiurandũ induciasq; eius fideliores q̃ suas ipsoz amicitias esse censerẽt
Nam in contrahendis inter se rebus plerumq; in vnum conuenire formidabant. In
agesilai manum se ipsos sponte subiiciebant. Qi od ne quis incredibile forte opine
tur: volo ex his clarissimos recensere. Spiehridates siquidem persa sciens q̃ phar
nabagus regis filiã pro vxore accipere tractaret. suã vero absq; matrimonio vellet
Contumeliam hanc esse ratus seipsũ cũ vxore & liberis cũq; omni potẽtia agesilao
tradidit. Cocis paplagonium dux regi quidem queq; pollicenti: haud quaq̃ pa
roit veritus ne postea ab illo captus vel pecuniacum vim magnam persolueret
vel interiret. Hic tamen agesilai fretus inducus & in eius castra peruenit: & socie
tate inita cum eo militare elegit: tametsi ipse duo equitum peltiferorum vero qua
tuor milia suo sub imperio gubeenaret. Pharnabacus quoq; cũ agesilao in collogum
venit eiq; aperte profiteri ausus est nisi tocius exercitus imperator constitueretur
a rege se defecturum. Si vero imperator eligeretur se cõtra agesilaum q̃ maxime
suppeterent vires validissime bellaturum: que rũ diceret confidebat tamen nihil
se contra indutias passurum: adeo magna pulcraq; est possessio: cum omnibus reli
quis: tum maxime viro quondam imperaturi: pium fidelemq; & in presenti esse &
in preterito fuisse cognitum ac de rebus quidem ad religionem pertinentibus ha
ctenus. de iusticia vero circa pecunias quenam is maiora iudicia afferri possent.
Nunq̃ enim ab Agesilao quisq̃ se spoliatum est criminatus. Multi tamen ab eodẽ
beneficiis se affectos sepe sunt testati qui autem res suas ad hominum vtilitatem
erogare delectetur: quonam pacto velit. Hic cũ dedecore aliena suscipere. Nam si
pecuniarum foret auidus: multo sane facilius esset suas seruare q̃ alienas depredari
Rursus qui gratia neminem velit fraudare. Cui abnegare nulla constituta est pena
quonam modo velit hic ea que legibus prohibentur auferre. at Agesilaus nõ solũ
gratiam non referri verum etiam si potentior maiorem nõ redderet iniustum esse
censebat. Rempublicam vero depeculatam esse: quis cum merito accusabit: cum
eas que sibi debebantur gratias ad patrie fructum vtilitatẽq; conuerterit. Quãdo
insuper patrie & amicis beneficiũ pecunia propria prestare vellet cũ eisdem pro
desse alieno ere liceret nonne id maximũ est in pecuniis continentie argumentum
bene sane Nam si gratiam vendidisset vel beneficia mercede fenerasset ea nemo se
quicq̃ debere existimasset. At qui gratis beneficia recipiunt ii benefactori semp
libenti animo deseruiunt & quia secum bene actum sit & quia digni sint habiti qui
gratia depositum seruarint Similiter qui generose minus q̃ iniuste plus possidere
deligit nonne verisimile est hunc vehementer lucri turpitudinem effugere. Cum
igitur a ciuitate iudicatum fuisset vt omnia que agidis fuerant in eius marũ per
uenirent. Ipse cum cognatis suis quos pauperrimos videbat omnia ex equo benig
ne diuisit que quidẽ vera esse vniuersa Lacedemoniorũ testis est ciuitas. Pollicẽte
enim innumerabilia munera. Titrauste si ex eius agro decederet Agesilaus hunc in
modum respondit apud nos o Titrausta preclarus censetur si exercitum magis
q̃ se ipsum imperator ditauerit elaboraritq; vt ab hostibus spolia potius q̃ munera

eapiat. Nemo est preterea qui ab vlla voluptatum quecunq; mortalibus dominant̃
super a stum noterit agesilaum qui ab ebrietate & gule improbitate cibisq; intem
pestiuis non secus atq; ab ingenti flagitio abstinendum esse putabat. In conuiuiis
etiam cum duplo maiores acciperet epulas non itidem illis vescebatur sed eas di
stribuens neutram sibi ipsi partem relinquebat Existimans videlicet regibus non
sacietatis gratia sed vt hac etiam re quos velit honorare valeant: epulas duplicari
Somno quoq; vtebatur non domino sed actionum suarum subdito ac nisi vilissimũ
omnium aliorũ lectulum haberet apertissima pudoris edebat indicia. Arbitrabat̃
quippe oportere principem nõ mollicie sed tolerancia priuatis esse superiorẽ: non
tamen pudebat si ĩ estate caloris in hieme frigoris maiorem partẽ sufferret. Nam
si quando exercitui laborare cõtingeret laborẽ ipse super alios sponte subibat. Hec
omnia nõ mediocri militibus ɔsolationi esse indicans: atq; sũmatim prestrigã. A
gesilaus laboribus quidem gaudere: otium vero & segnitiem penitus fugere: de
sua vero in veneris continentia si nulla alia ratione saltem admiratonis gratia di-
scernendum esse renseo Temperare enim se ipsum a rebus quas minime cõcupiue-
rit humanũ sane dixerit quispiam. ast cum ipse Megabate Spitridatis filii amore
teneretur: vtpote ad summã pulcritudinem diligendam naturali quodam ductus
instinctu: velletq; Megabates eum osculari de persarum more qui eos osculant̃ q̃s
honorant omnibus viribus illum ab osculo reiecisse: nonne continentie etiam vel e
mentissime & quasi insane maximũ est inditium. Ceterum vbi Megabates iniu-
ria se affectum ratus nequaq̃ deinceps osculari tentabat. Agesilaus vnũ ex illius
sociis rogat vt Megabatem ad se rursus honorandum verbis inducat. Interrogan
te autem socio, si forte Megabate persuasum id fuerit an osculũ sit ipse admoturus
Hic agesilaus cũ aliquantum reticuisset hunc in modum respondit: neq; si statim
oĩm hominũ pulcerrimus validissimusq; atq; celerrimus essem euasurus. Rursusq;
eodem modo repugnaturũ me deos omẽs testor potius etiam q̃ velle omnia que
ĩtuear mihi fieri aurea. Scio plerosq; hac d̃ re suspicaturos ideo ꝙ facile plures re
periãtur qui hostes q̃ qui talia superare valeant. Ceterum ea cum pauci testes ad
sunt multis non credere licet. At hec neminem fugisit quoniã que ab amplissimis
viris aguntur ea minime in obscuro tacere possunt. Verũ si quis agesilaũ tale ali-
quid perpetrãtem aut vidisse aut imaginari se affirmasse nequaq̃ fidem meritus
esset. Nunq̃ enĩ in domo aliqua ve in priuata quidẽ peregrinatione hospitatus est
sed semper vel in templo vbi talia agere impossibile est vel in propatulo vbi cũctoꝝ
oculos modestie sue testes habiturus esset. Que si ipse mẽtirer vniuersa gratia op
positũ cognoscente nõ vtiq; illum laudari sed me potius vituperatione dignũ dep-
hendi censerem Fortitudinis quoq; nõ obscura prebuisse mihi videtur indicia: qui
assidue contra validissimos & patrie & grecie hostes bellandi negotiũ suscipiebat
Preterea in preliis vbicũq; hostes cũ eo confligere vellẽt in aciẽ primus prodibat
nec hostibus in fugam terrore conuersis victoriam assequebantur. Sed in pugna
aduersa fortiter vincens Tropheũ constituebat. Qua quidem ex re cum ĩmortalia
sue virtutis monumenta posteris relinqueret: nõ minus tamen sibi ipsi certissima
virilis pugnanda animi testimonia vendicabat: ad vt eius animũ nõ ab eis qui au
dissent sed spectassent probare liceret. Agesilai trophea nõ quot ipse statuerit: sed
quotiens militauerit dignum esset computare. Nam quod hostes interdum cũ eo
confligere nollent: nõ ideo minor hec erat victoria sed patrie ac sociis & tutior &
vtilior. In agonibus enĩ hoc idem obseruari cernimus vt nõ minus corona donetur
qui aduersarium nõ inueniunt q̃ qui certãdo victores euaserint. eius sapientiam
nulla nõ ipsius facta declarãt: qui patria sic vtebatur vt sociorum auxilio vbicunq;
opus foret promptũ se exhibens paratissimos & nulla excusatione tergiuersantes

amicos vendicaret. Erga milites vero se talem prestabat. vt eorũ obedientiã pariter & beniuolentiam facile consequeretur. Nullo enĩ pacto validiorem effici phalangem intelligebat ꝙ vt propter obedientiam ordinem seruet & per suã in ductorem beniuolentiam fidelis existat hostes sui non eum quidem vituperare poterant sed odisse cogebantur. ideo ꝙ socios illis potentiores: semper efficiebat decipiens vbi locus esset: preueniens vbi celeritate opus fuerat: latens vbi id cõduceret. Rerum contrarietates aduersus hostes magis quã contra amicos exercebat Nã nocte tanꝗ die: rursusq; die tanꝗ nocte vtebatur: ignoratus sepenumero vbi esset: quo intenderet: quid ageret: adeo vt que munita erant: immunita hostibus redderet aliqua: aliqua cõmittẽs: aliqua transcẽdens: aliqua occulte diripiens Quotiens iter suscipiebat: quia pugnandi copiam intereundum fieri hostibꝰ cognosceret: exercitum ita structum ducebat vt maximo sibi ipsi auxilio esse posset. Quiete tanꝗ modestissima virgo procedebat: putans eam re tranquilitatem securitatem ꝗ esse nullum metum: nullum tumultum nullum errorem nullũ difficilimum denique insidiis aditum Que cũ faceret: hostibus terrorem: suis fidutiam & robur generabat. Ita vt ab inimicis minime contẽptus nulla a ciuibus iactura nullis amicorũ querelis insectatus: plurimũ ab omni mortalium genere dilectus plurimũ ꝗ laudatus vitam ageret. Quantopere patriam diligeret longũ sane esset per singula recesere. Nullã enim rerum ab eo gestarum: que ad hoc nõ spectat: esse arbitror atq; vt breuiter perstringam: nemo est qui ignoret. Agesilaum vbicunq; patrie si profuturũ speraret. nõ labores omisisse: nõ pericula detractasse: nõ pecuniis pare. sse: nõ corpus nec senectã excusasse: quinimo regis optimi officium esse ducebat: quã plurimis subditos beneficiis afficere. In rebus quibus maxime ciuitati prosint id queque non in postremis locandũ censeo quod cum in patria potentissimus esset legibus tamen seruire apertissima cognoscebatur. Quis enim reluctari auderet vbi regem maxime obtemperantem cerneret? Quis munus se habere existimans nemini quid moliri aggrederetur? vbi regem sub legibus se contineri nõ aspernantem cognosceretur? Ad eos quoq; qui in ciuitate inter se disceptant: tanꝗ patrem se prebebat. Si quid errarent increpare si quid bene agerent honore prosequi si qua calamitas accideret Consulari nullum ciuem habere inimicum collaudare omnes vniuersos seruari lucrum existimabat. Si quis enim minimis interiret in danno reponebat. Si vero in legibus quieti degerẽt felicem semper fore ciuitatem apertissime ratiocinabatur Tunc autẽ validissimam cũ grece modeste sese gererent Si vero pulcrum est ab eo qui grecus sit grecos diligi quem ducem excepto Agesilao nouimus qui urde predam speraret vrbes nollet capere vel qui de bello quod aduersus greces cogeretur victoriam reportare minimũ esse censeret. Ille igitur cum nuncius esset allatus ꝗd in prelio apud Corinthum gesto Lacedemoniorũ octo tantũ Corinthiorum vero decem fore milia desiderata essent nullum leticie iudicium pre se tulisse visus est. Atq; adeo in hec verba prorupit heu certe miserã gretiam quando qui nũc periere ad Barbaros penitus delendos viui satis esse potuissẽt Transfugis deinde Chorinthiorũ effecturos se vt vrbes dederetur pollicentibus Machinasq; quibus capi meniacũcti sperabant ostendentibus eam tamen inuadere noluit asserens grecas vrbes nõ in seroicium redigi sed castigari oportere. Nam si nostros inquit peccantes deleamus videndum est ne postea desit quorũ auxilio Barbaros superemus Rursus si pulcrum est Persarum regem odisse tum quia superioriiam tempore exercitũ eduxerit tanꝗ greciam redacturus ĩ seruitutem Tum quia nunc iis potissimũ iungeretur. quoꝝ societate magis se nociturũ speraret. Illis autẽ donaret quos acceptis muneribus plurimũ grecis obfuturos crederet et postremo pari faueret: ex qua nosmet ipsos inuicem bello decertaturos putaret cũ hec vniuersi cognoscerent.

Nemo tamen vel quo pacto natio aliqua a rege disceret vel que desisset: quo pacto
incolumis perseueraret vel omnino quemadmodū cū rege sic male ageret vt grecie
negotiū non exhiberet. Nemo inq̧ preter Agesilaum curam adhibuit: qui etiā tum
cū aduersus grecos patria bellaret: grecorum tamen rem communem minime ne-
glexit Sed quantis potuit viribus Barbarū vlturus enauigauit. Dignū est gratio
sos etiam ipsius mores silentio nō inuoluere. Eum siquidem cū honore potentiaq̧
preditus esset. at insuper regnū: nec id quidem insidiis attentatū: sed omnibus ac-
ceptum possideret: elatum nemo cognouit: omnibus autē rebus contentū & ami-
corū cultorē esse etiā nō querentes plane intelligere potuissent. Nā et iocosis ser
monibus libentissime vtebat̄: & amicis quibuscunq̧ in rebus presto aderat. Quia
vero bone spei & assidue hilaris erat: effecit: vt multi non modo vnius cuiuspiā rei
perficiende sed tocius vite iocundius indies traducende gracia sibi adhererēt. Cū
de se nunq̧ magnifice loqueretur. Lactabundos tamen & seipsos laudantes nō in-
iquo animo audiebat: putans se nihil eo iure illis nocere & polliceri eos viros fore
primarios. Quā tempestiue tamen animi altitudine vteretur: nō est obmittendū
Allatam siquidem a rege epistolam quam vir persa vna cum callea Lacedemonio
de hospitalitate amicitiaq̧ cū eo iungenda attulerat: aperte venit allatoremq̧ insu
per hec regi nunciari iussit: nō oportere priuatim vllas ad se litteras mitti. Si enī
Lacedemonii amicus vniuerseq̧ gratie beniuolus esse palā intelligeretur: ei se om-
nibus viribus amicum fore. Sin autē insidias inquit exercere deprehēdat̄ nequaq̧
me sibi amicū neq̧ si infinitas accipere epistolas futurū existimet. Ego igitur in
agesilao id sane cōmendo q̧ vt grecis placeret: regis contempsit hospitalitatē. Hoc
tamen nō minus admiror q̧ nō vter plures pecunias possideret. pluribusue homini
bus imperaret sed vter melior & esset & haberetur maiorem iudicandū esse duce
bat. Illud quoq̧ sue prouidentie vehementer probo q̧ vtilissimū existimans si com
plures Satrape a Rege ad greciam dificerent: nullis muneribus: nullaue regis
potentia vt ei hospitalitate iungeretur vinci potuit. Sed id semper obseruauit: ne
rebellare volentibus infidus deprehenderetur. Hoc vero quis nō admiratione pro
sequatur: q̧ cū Persarum rex animū induxisset: si maximā pecuniarū vim haberet
suo se omīa subditurū imperio ac propterea quicquid inter mortales auri: quicqd
argenti: quicquid preciosissimarum rerū esset cogere apud se conaretur. Agesila-
us tamen contra sic domū parabat vt nihil tantūmodo deesset. Que si cui forte in-
credibilia videantur: intueatur quali domo contentus erat: eius fores inspiciat. Il-
las profecto esse opinabatur quas aristodimus Herculis filius cum suo in reditu
comperisse extruxit. Interiori quoq̧ ornatum tentet inspicere. Cognoscat quēad-
modū in sacrificiis coronabatur Audiat vt super ciuili iumento sarcinario Amicl-
las vsq̧ perrexit. Sic etenim sumptus prouentibus accomodans nihil cogebatur
pecuniarum gratia iniuste agere. Preclarum equidem michi videtur menia hosti
bus insuperabilia expugnare. Multo tamen preclarius iuditio animū suū & pecu-
niis & voluptatibus & timori insuperabilem constituere. Quemadmodū etiā mo-
res suos regis insolentie opposuerit: Iam modo explicabo. Primum ille in hoc sibi
placebat si raro conspiciendus exiret. Agesilaus vero assidue in propatulo & oīm
oculis versari gloriabatur: putans videlicet obscenis actionibus tenebras cōuenire
honestate aūt vite lucem maiori esse ornamento. Deinde difficilem ad se aditum
prebere gloriosum ille censebat. Hic omnes intromitti gaudebat. Ille in rebus lente
peragendis sibi ipsi molliter nimis indulgebat. Hic tamen maxime letabatur: tum
eos qui se adirent statim voti compotes remitteret: quanto etiam facilius copiosi-
usq̧ omnia equo animo agesilaus tulerit: haud indignum est recensere. Quod enī
Rex iocunde bibat vniuersum terrarū orbem inquirendo pererrabāt infiniti etiā

quid iocunde comesturus sit arte preparabant. Vt autē molliter dormiat quanto-
pere elaborēt: difficile dictu esset. Agesilaus vero quia laboris esset patiens: omnia
que aderant iocunde bibere omnia sine discrimine iocunde manducare: vt autem
suauem caperet somnū quisq; locus id efficere aptus erat. Nec solū hec cū faceret
gaudebat. Verū etiam cū animo cogitaret: in media se rerū iocunditate & volup-
tate versari: vehementer exultabat. Nam regem videbat si haud duriter victurus
erat oportere ab vltimis terrarum finibus suaue viaticum vna secū cōuehere. Hac
etiam re nō mediocriter delectabatur q rebus quas dii ī mediū preparassent absq;
vlla molestia frui se posse. Illum vero propter animi molliciē: tum calores: tum fri-
gora euitātem nō virorū fortiū sed beluacū debilissimarū vitā imitari intellige-
bat. Illud quoq; & splendidi & magni animi vnicuiq; videri debet: q cū ipse quidē
domū suā virilibus operibus & possessionibus ornaret: multosq; venaticos canes &
bellicosos equos aleret: Sorori vero Cunisce ceruos educare persuaderet: Tamen
tidem declarare nō desinebat: q si victoriam reportaret: nutricatio illa nō probita-
tis inditium sed diuiciarū foret ostentatio: q; prudenter & hec pro sui animi gene-
rositate putauit: q licet priuatos curuli certamine superaret nō ideo maius nomen
consequeretur: sed si ciuitatem supra reliquos beniuolam: multosq; preterea p totū
terrarum orbem amicos excellentes sibi vendicaret: si patriam sociosq; beneficiis:
hostes autē vindicta superaret. quoniam eo pacto pulcerrimorū haud dubie magni-
ficentissimorūq; certaminū victor esset gloriosus & in vita & post mortē futurus
esset. His igitur in rebus agesilaum cōmendo: que non eiusmodi sunt vt si quis forte
in thesaurum incidens opulentior quidem sit sed melior paterfamilias minime aut
si peste hostilem exercitum vexante victor euadat fortunatior quidem: nō tamen
artis bellice peritior fiat. At ille cum primas tolerantie partes vbi laborandum
erat subiret: fortudinemq; vbi viribus agendum esset & mentis atiem vbi con-
silio foret opus exerceret. Merito mihi videtur omni ex parte vir optimus iu-
dicandus. Si vero preclarum inuentū apud homines est: examen beneuiuendi &
regula quedam agesilai vtiq; virtus eximium bene operari volentibus censeri debet
exēplar. Quis est enī qui cū vel deorū cultorē imitetur impius: vel iustū iniustus
vel modestum violator vel continentem incontinens euadat: Neq; tam reliquis q
sibi īperare nec tam aduersus hostes q ad omne virtutis genus ciuibus se ducē esse
gloriabatur. Ceterū nemo sermonem hunc meū quia mortuus laudaretur: luctum
esse sed laudationem potius arbitretur. Primū etenim que de eo viuente ferebant
eadem & in presentia de ipso exponuntur. Deinde quid magis a luctu alienum est:
q & vita inclita & mors speciosissima. In laudationibus autē quid excellentius q
& victorie pulcerrime & geste res illustrissime. Iure etiā ille beatus appellaretē q
cum statim a puero gloriosus fieri cupiuerit. Id supra ceteros etatis sue homīes e-
gregie assecutus est. quiq; cū a natura honoris fuerit studiosissimus: Postq; regnū
adeptus est inuictus omnino vitam exegit ad longissimūq; humane vite terminum
prouectus & apud eos quorū dux erat & erga hostes absq; omni crimine ad extre-
mū vsq; spiritum vixit. Volo iam nunc sūmarim & per capita ipsius virtutem per-
currere vt laus q in memoria promptius faciliusq; conseruetē. Agesilaus sacra inte
hostes etiam colebat: putans scilicet oportere deos non minus in hostili q suorum
agro secundos & fautores habere deocum supplices: etiam si hostes forent minime
violabat. Haud enī rationi consentaneum iudicabat eos qui sacra peculenē: sacrile-
gos nominari: qui vero ab aris supplices distrahāt eos pios haberi a diuinis himnis
nunq; vacabat vtpote q deos crederet. nō minus sanctis operibꝰ q castis tēplis de-
lectari. Quotiens secunda fortuna vteretur non supra hominē elatus erat sed gra-
tias diis agebat. pluraq; fidēs & in tuto positus sacrificauit q reformidās nouerit

In metu hilaritatem pre ſe ferre. In ſecunda fortuna benignus eſſe conſueuerat eax
amicis nõ eos qui potentiſſimi ſed qui pcomptiſſimi eſſent omni ſtudio cõplecteb
tur. Oderat animo vero eum qui acceptam vlciſceretur iniuriam ſed & qui accep
torũ beneficiorũ imemor deprehenderetur gaudebat aio cũ turpes homĩes inopia
laborantes intueretur: Iuſtos vero diuites redderet. Cupiens videlicet iuſtitiam
iniuſticia vtiliorem conſtituere: Cum varii generis homĩbus verſari quidem. Sed
tamen nõ niſi bonis vti ſolebat quotiens vel laudari vel vituperari quempiam audi
ebat nõ minus eius qui dicebat ꝙ de quo verba fierent mores ſe diſcere opinabat.
Eos qui ab amicis fraudarentur minime carpebat. Qui vero ab inimicis eos omni
bus modis increpabat. Incredulos decipere ſapientie opus cenſebat. Credulos im
pium ab iis probari letabatur: qui & turpia improbare parati eſſent. Audacter &
aperte loquentiũ neminem habebat infenſum mentis diſſimulatores nõ ſecus atq
inſidiatores aſpernebatur. Calumpniatores ꝙ fures maiori odio perſequebat. ma
iorem etenim iacturam eſſe putabat amicis ꝙ pecuniis orbari. Primatorũ errata
quo animo ferebat. Regum intollerabilia rebatur. Ex illorũ enim peccatis pauca
Ex horũ vero ꝙ multa male euenire iudicabat: regie dignitati nõ aſtutiam ſed bo
nitatis excellentiã conuenire putabat. Cũ plurimi vellent ſui corporis ſimulacrũ
gratis effingere: nũꝙ id fieri paſſus eſt. Animi vero monumenta poſteris reliquẽ
nunꝙ deſtitit. Nam illud ſculptorũ Hoc ſuũ: illud diuitũ: hoc bonorũ eſſe opus
arbitrabatur: pecuniis nõ iuſte modo: verũ etiam liberaliter vtebatur. Iuſto enim
ſatis eſſe ſi ab alienis abſtineat: liberali de ſuo quoq ad vtilitatẽ hominũ erogandũ
eſſe credebat: fortunam continue metuebat putans eos qui bene viuant nondum
fortunatos: qui vero glorioſe interierint eos iam beatos eſſe. Maiorẽ cenſebat eſſe
miſeriã a cognoſcente: ꝙ ab ignaro virtutem & bonas actiones negligi. Nullam cu
piebat gloriã niſi eius ipſe propria nauaſſet opera. Non ferre quidẽ ſed equo aĩmo
omnia ſufferre ꝙ pauciſſimi mea quidẽ ſententia faciunt virtutem opinabatur. Le
tari ſane magis quod laudem: ꝙ ꝙ pecuniam conſequeretur: fortitudinem tamen
ſepius conſulto ꝙ temere & cũ diſcrimine oſtendebat. Sapientiã re magiſꝙ verbis
exercebat. Amicis cũ benigniſſimus foret: inimicis tñ horribilis eſſe: cumq labori
bus repugnaret: ſociis tamen libentiſſime obtemperabat pulcrorũ ſcilicet operũ
ꝙ pulcorum corporũ auidior. In ſecundis rebus moleſtum ſe prebere: in aduerſis
bene ſperare nouerat. Gratioſus eſſe nõ ſanctomatibus: ſed morũ lepore ſtudebat
Magnanimitate nõ inferenda ſed remittenda iniuria vtebatur. Elatos itaq con
temnens mediocribus humiliorem ſe preſtabat: ex hoc enĩ ornamentum ſibi quere
bat vt corpus quidem ſuũ tenui apparatu. exercitũ vero ornatu ſplendido inſigni
ret. At vt ipſe quidẽ ꝙ minime indigeret: amicis vero ꝙ maxime prodeſſet: acer
rimus in prelio pugil placabilis & faciliimus victor exiſtebat. ab hoſtibus difficili
me decipiebatur. Amicorũ fidei credulus erat: in amicorũ rebus tute conſtabiliẽ
dis: hoſtiũ vero delendis aſſidue laborabat: eũ cognatorũ ſtudioſum cõſanguinei nũ
cupabant: qui eius opera vterentur inexcuſabilem: qui ei inſeruiſſent memorẽ: qui
iniuriam paſſi eſſent adiutorẽ: qui in eodem periculo vna cũ ipſe obſeruerent. Poſt
deos ſaluatorẽ: hoc quoq ſolus omniũ aperte declaraſſe mihi videtur: vim quidẽ
corporis ſeneſcere: animi autẽ robur in preſtantibus viris inſeneſcibilem pmanere
Itaq magnã & honeſtam gloriã appetere nunꝙ defeſſus eſt. animi ſui magnitudi
nẽ corpus etiã ſuſtinere poterat. Quo effectũ eſt vt iuuenilem etatẽ ipſius ſenecta
ſuperauerit. Quis enĩ viridi adhuc etate florẽs tanto fuit hoſtibus terrori: quãto
ageſilaus cũ ad longiſſimũ etatis ſpaciũ prouectus eſſet: Quis morte ſua tantũ ho
ſtibus leticiam prebuit: quantũ ageſilaus & ſi iam in extrema neceſſitate obiiſſet.
Quis tantam ſociis fiduciã fecit ꝙ ageſilaus etiam in vite obitu poſitus qd magis

Pompei

noui amici optauerunt ꝙ̃ agesilaũ tametsi senex defunctus esset: demum vir ille tam conducibilem patrie vitam egit vt etiã post mortẽ nõ parum ciuitati vtilis in eterna habitatione permansurus sit: uirtutis quidem sue monumenta per totũ terrarũ orbem adeptus. Regale autem in patria sepulchrum consecutus.

Plutarchi historiographi greci de Vita atq̃ gestis Pompeii traducti In latinum linguagium. per Ant. Tudertinum Incipit feliciter.

RGA POMPEIVM mox ex ipso initio videtur populus Romanus affectus: quemadmodũ Prometheus Eschili aduersus Herculem. apud enĩ Eschilum liberatus ab Hercule Prometheus inquit. Inuisi patris hoc mihi dulce est pignus. Nullum quippe aut maius odiũ aut acrius Romani in alium ducem ostenderunt: quam ĩ partem Pompeii strabonem. Dum enim vixit eius potentiam armis partam extimuere. Nã vir fuit bellicosissimus: cũ vita cessisset fulmine ictus ellato funere: eius cadauer e lecto abstraxere ac ĩ summis ꝓbris habuere Nõ tamen populi beniuolentiam: aut citius inceptã: aut validiorem in rebus letis: aut in labentibus diuturniorum Romanorũ quisq̃ habuit ꝙ̃ Pompeius. Illi odii causa vna est habita inexpleta auaritia: huic beniuolentie plures vite continentia: armorũ peritia lingue persuasio: morũ fides & conueniendi modestia. Vnde absq̃ tristicia neminẽ rogauit: absq̃ alacritate nulli obsecutus. Aderat enim eius gratus: nihil cũ fastu dare nihilq̃ nisi ãple suscipere. a puericia ipsa aspectum habuit: non mediocriter populari gracie accomodatũ & qui vocem ipsam anteiret. Quod enim in eo ad amorem alliciebat nõ sine dignitate & ꝑgrata humanitate fuit Cũ iuuenili flore ret etate: extemplo mores & verendi & regii elucere nisi ipsius coma paululũ protensa. Ex oculorũ liniamentis ac lenitate ad simulacra regis Alexandri licet dictu magisq̃ prospectu similitudinem reddidit. Vnde in ipso initio nõ effugit quĩ alexandri nomen pleriq̃ sibi adiicerent Quidam etiã postea per iocũ alexandrũ eũ appellauere. Ex quo. L. Philippus vir cõsularis in quadam Pompeii defensione nihil inquit sese indignum agere: cũ si Phippus: si Philalexandros sit. Floram meritricem dicunt: iamiam senescentem grate atq̃ pie semper meminisse consuetudinis: quam cũ Pompeio habuerat dicentem ꝙ ab ipsius concubitu sine morsu abire eum non erat. Narratur preterea eam retulisse Geminium Pompei familiarẽ ꝙ amore suo flagraret: solicitudo molestias plurimas sibi intulisse. Sed ea respondente ob Pompeium haud siilli obsecuturã. Geminius Pompeio rem aperit quo obsecutus Geminio. Deinde consuetudine & aspectu Flore obstinuit: licet sedulo eam amare videretur Quod Flora nõ meritricio dolore tulit sed ex ingẽti mesticia viriq̃ desiderio nõ paruum tempus elanguit. Hoc scortum aiunt formositate sua adeo effloruisse. adeo etiam fuisse celebre vt cũ Cecilius metellus statuis picturisq̃ Castoris & pollucis templum ornaret: illius simulacrum pulcritudine insigne affixisse. Demetrii coniugem qui Pompei libertus: plurimũ apud ipsũ poterat: qui ve censum trium miliũ talentorum reliquerat. Pompeius preter nature sue mores nõ humane: non liberaliter habuit: timens ne ab illius pulcritudine: que vulgo inexpugnabilis habebatur victus videretur Sic ergo Pompeius. cũ ĩ iis longe prouidus percautusq̃ esset: nõ tamen ab emulis effugit infamiam sed in nuptiis male audiebatur: quarũ gratia in republica omisisse multa fertur. De viuendi sobrietate aq̃ facilitate Hoc ex eo memoratur. Medicus languenti ipsi & ad cibũ se male habẽti turdum dari mandauit. Hunc autem cũ venalem nõ inuenirent nũ enim tum eos ferebat tẽpus

cognitũ a quodam est: apud Lucullum ipsos inueniri posse: qui eos per integrum
annũ alebat. ad que inquit Pompeius: sine Luculli illecebris ipse nõ viuã. Inde di-
misso medico: ex cibis facillime comparatis quoddã sumpsit Sed hic postea adhuc
omnino adolescens sub patre militans qui aduersus cynnam ductabat exercitũ. L.
Terentium Comitẽ contubernalemq; habuit Hic Terentius perunus a cinna per-
suasus Pompeiũ ipse interfecturus erat: Cuius rei iudiciũ cũ circiter cenã a Pom
peio haberetur: nil exterritus ẽ: sed per hilaritatẽ potiq; Terentium habens: mox
vt ad quietem vertendũ fuit: clam e statione se proripuit: latuitq; Presidiũ deinde
cũ circa patrẽ locauisset accubuit. Terentius vt oportunitatem adesse existimauit
ense stricto imminens Pompei veluti dormiẽtis cubiculo q̃ plures frustra adegit
ictus. Inter hec ob odium ducis fit maximus motus & ad defectionem magnus mi
litum impetus contubernia passim armaq; diripientiũ. Dux tumultuantiũ metu
coram haud profectus. Pompeius in mediũ sese ingerens: illacrimansq; furori finẽ
orare. Tandemq; ante valli ipsius portam se prosternẽs se obicem furentibus dare
cũq; gemitu sese pessundari ab egrediẽtibus iubere. Quilibet ergo pudore captus
cessit: omnesq; preter octingentos milites: mutatis animis tum duci conciliati sũt
Defuncto Strabone exẽplo patre. Pompeius peculatus accusatus ẽ. Qui cũ pluri
ma ex ablatis reperisset: libertum etiã vnũ nomine alexandrum, qui multa surripu
erat pretoribus detexit. Ipse in retia quedam venatoria librosq; quos ex asculo ra-
puisset criminabatur Sed hoc capto asculo ab ipso patre susceperat que postea ami
sit in reditu cinne: cum illius Satellites Pompeii domũ diripuissent. In huius cau
se iuditio. in accusatorem nõ pauci Pompeio consertauere: inter quos & perspicax
& preter etatem adeo compositus visus est vt cũ gloriam gratiã beniuolentiamq;
reportaret. Ex quo Antistius pretor qui cause presidebat Pompeii beniuolentia
captus eius filiam vxorem illi spopondit. Deinde pro eo necessarios amicosq; per-
orauit. Quod cũ suscepisset Pompeius & occulta quedam federa inter ipsos inita
essent: tamen ex diligentia studioq; Antistii plecosq; res ea nõ latuit Sed cũ sentẽ-
tias tandem iuditiũ efferret: turba veluti premunita nuptiale illud verbũ Thalassi
um ex vetusto ritu acclamauit. Mos hic inde inicium cepisse memoratur. Cũ Sa-
bine que ad Romana spectacula venerant a primoribus vrbis rapte fuissent igno-
biles quidam viri: opiliones ac bubulci: puellam per magnam eximie pulcritudinis
adducentes captam: ne a quoq; e primis obuiam forte facto preda spoliarentur cursi-
tando Thalassium acclamauere. Erat Thalassius vir inter omnes notissimus: atq;
lepidissimus Vnde eius nomine audito cũ plausu letitiaq; exultabant omnes: alacri
clamore Thalassium repetentes. Ex hoc dicunt cũ Thalassio id coniugiũ maxime
felix fuisset voce hac faustum simileq; connubiũ cũ risu iocoq; nouis nuptiis optari
In his que feruntur ex clamore Thalassii: hoc magis credendũ est. Paucis deinde
diebus post Pompeius antistiam duxit. Ad exercitũ cinne profectus ex illico quo
dam crimĩe falso licet calumniaq; metu actus: clam inde abscessit. Quo in exercitu
haud esse cognito crebruit inter milites rumor: adolescẽtem Cinnam interfecisse
Quare qui veteri odio in Cinnam extuabant: impetũ in eũ fecere. Diffugiens ergo
Cinna a quodam comprehensus est qui insidias ipsi locauerat: quiue stricto ense eũ
persequebatur. Captus ante genua persecutoris procubuit bullamq; quam preci
permagni habebat illi obtulit. Sed ille insolenter nimis non inquit venio fideiussi
onem obsignaturus sed de scelerato & iniquissimo tiranno iudicaturus moxq; eũ
trucidauit. Ceso Cinna: Carbo crudelior q̃ Cinna Tirannus rebus successit. Tũq;
ob presentia mala desideratus a plerisq; & Silla erat. Non enim parum fore bonũ
existimabant quod mutarẽt dominus. Eo nanq; ciuiũ clades vrbem impleuerant
vt desperata libertate seruitutem mitiorem quererent. Pompeius hac tempestate

apud Picetum diuertebat. Possidebat enī illic agros. preterea quod maius erat beniuolentiam ac amicitiā ciuitatū quā a patre sibi relictam consuetudine presen- cie sue adaugebat. Illic itaq; aspiciens ciuiū: optimos clarissimosq; propria deserē & vndiq; in castra sillana veluti ad portū quendam confluere sese indignū ratus est quod veluti fugitiuus consilii haud expers presidiiq; nō inops quietem ageret: neq; tanq; vir cui benemerita aderant: cū copiis splendide ad Sillam iret. Picenum igit̄ omne cōmouit pretentans virorū animos Sed hi auide sibi paruere proq; Carbone pfectos haud admisere Qua ī re dicēte video q ex ludo pedagogi Pōpeius populi priceps confestim emicuisset: adeo illoq; mētes indignatione mote sunt vt impetu in eum facto ipsū necauerint. Pompeius iam tum tertium & vigesimū annū agens ptor a nullo designatus in anximo ciuitate qppe ampla se ipsū in subsellio medio in foro poni iusso constituit. deinde geminos fratres ventidios qui primores in ea vr- be fuerant: qui ne carbonis partes asserebant. cū ciuitate damnatione sua eiecisset delectum militem habuit Centuriores hinc Decurionesq; iusta milicie ornamenta cum perfecisset delectui: ceteras circum ciuitates pari opera ambiuit. Ex quo cū cederens ii qui hacterus cum carbone senserant & voluntarii alii cum se Pompeio cōmitterēt: parua mora legiones tres cōparauit. Quibus cū cōmeatū vasa currus ceterosq; apparatus necessarios apparauisse. Ad Sillam contendit: nō quippe pro- perans q ea latere haud optabat sed in itinere ipso moram agens: acerrime hostes insequendo. Preterea quocūq; per italiam iret omniū animos sollicitando vt a car bone deficerent. Tantisper igitur tres simul duces simulq; hostes in Pompeiū sur- gunt Carinnas. Celius. Brutusq;. Hi nō ab vna fronte impetum parant sed tripar tito agmine Pompeium ambire conātur veluti ipsū suaq; laceraturi. Nō extimuit tamen ille sed cunctis copiis aduersus Bruti agmen equitatū eduxit: In quo ducis partes ipse egit. Ceterum cū pariter & ab hoste gallicus equitatus irruisset: pre- fectum equitum vnū eundemq; robustissimū preueniēs Pompeius cū graui hasta ictum strauit. Ceteri tum in fugam versi peditatum adeo turbauere vt idem oīm fuge esset impetus Ob hec ducibus in seditionē versis: quo sors dedit abierūt om- nes. Pompeio dissipatis metu hostibus cesserunt ciuitates Deinde cū Scipio qui cū erat consul. Pompeium adorietur: anteq; phalanges: sub ictum telorum issent: milites Scipionis Pompeianis salutatis a duce defecerunt. Scipioq; ipse fugā ar- ripuit. Carbone demū iuxta Arsum fluuiū: frequentes equitū alas aduersus Pom peium concitante cū robore obiectus illi Pompeius terga dantes omēs in angusta quedam equiti in via prosequenndo egit: Ex quo illi salutis spe amissa cū armis se dedidere. hec ad aures Sille nondū peruenerant sed primū nunciū rumoreq; Pom peio timens tot tantisq; ducibus hostibusq; implicito approperat auxilium laturus. Pompeius appropinquare Sillam cū audisset: omnes copias in armis militariq; ap paratu esse iussit vti pulcerrime splendideq; se venturo imperatori ostentent. Pre mia nanq; magna honoresq; amplos ab eo sperabat quibus etiam maioribus postea potitus est. Vt ergo Silla venientem Pompeium aspexit milites q; incredibili asta re robore & ob pugnas strenue gestas: elatos hilaresq; esse: ex quo exiliens & im- perator de more appellatus Pompeium & ipse imperatorem cōtra salutauit. Q ð preter omniū spem fuit vt viro iuueni nec dum in Senatū admisso. id nomen Silla cōmunicaret: pro quo cū Scipionibus mariisq; certauerat. Cetera colloquii ac beni uolentie Sille haud fuere his dissimilia sub assurgētis aduenienti Pompeio caput q; enudantis. que erga aliū haud facile fieri cernebant: licet iuxta se pl̄es & opti mates viri tū circū adessent. His tn̄ Pompeius nihil elatus est sed confestim in cel- tiberiam mittitur: quā prouintiam habebat tum Metellus nihilq; in eo apparatu suo dignū egerat. In hac prouintie designatione ferūt Pompeiū dixisse equum nō

esse virũ seniorem & gloria clarũ priuari exercitu Sed si metellus annuerit iusse-
ritq; vt cure socius sit. tũ se id prompte suscepturũ. Quod cũ suscepisset metellus:
eũq; pficisci scriptitasset Põpeius ꝓuintiam adortus: preclaris suis gestis floruit
vires preterea metelli quas hactenus feruentes audacesq; pugnando habuerat tũ
ob senectam extinctas excitauit calefecitq;. Quemadmodũ era ab igne liquefacta
si frigido firmoq; eri infundantur magis q̃ ignes illud molliũt dissoluuntq; Sed vt
in athleta qui princeps inter fortissimos habeatur agonesq; vndiq; gloriose vicerit
nulla habet ratio pueriliũ certaminum que alicuius memorie digna nõ existimãt
sic gestaq; tum gessit Põpeius per sese admiranda stupendaq; pre magnitudine co
pia ve eoꝝ que postea egit obscura ac obruta sunt. Ea igit̃ prosequi timeo ne his im
morando inicis: ab illis ascendamus que amplissima mores & habitum viri maxi
me ostendant. Cũ ergo vicisset italiam Silla ac dictator fuisset appellatus ceteros
quidem exercitus sui prefectos insigniuit meritis: hos ad diuicias alios ad dignita
tes magistratusq; prouehens alios vt quẽq; decuit habũde donis erexit. Pompeiũ
vero virtutem admiratus magnũq; presidium sibi fore eũ existimans affinitate ip
sum iũgere sibi curat. Cui rei cũ Metella vxor suo nutu cõsilioq; fauere. Pompeio
suadent vt antistia dimissa. Emiliam Sille priuignam: e Metella Scauro genitam
ducat. Hec nuper viro copulata fuerat & ex eo grauida erat. Vnde hoc coniugiũ
tirannicum magis q̃ tempestati sillane congruẽs q̃ Pompeio visũ. Ad se ipsũ ergo
per domesticũ quendam Emilia ducta est: repudiata antistia improbe misereq; q̃
nuper ob virum orbata patre fuerat. Iugulatus nanq; antistius nuper in senatu ex
titerat: quod ob Pompeium sillanam factionem sequi videbat̃. Hoc repudium cum
antistie mater agnouisset: mortem sibi consciuit. Vnde noua quedam in tragicorũ
materia: Ne nuptie vise sũt cũ etiam nupta ipsa apud Pompeium mox e partu obi-
isset: Inter hec per pennas nuntiatur occupauisse vi Siciliam & ĩ sillanam factionẽ
insulam hanc propugnaculum quoddam preparari: Carbone illic cũ Classe instru-
cto & domitio in Affricam irruente: aliisq; etiam illuc fugitiuis affluentibus ma-
gnis atq; preclaris viris quotquot Sillanam proscriptionẽ preuenere. Ad hos mo-
tus comprimendos cum amplo apparatu Pompeius missus est. Ex q̃ extẽplo per
pennas Sicilia cessit Pompeiusq; ciuitates afflictas ad se recepit casq; omnes ꝓter
messanam clementissime habuit. Mamertinis enim ius dicendum a Pompeio petẽ
tibus ex eorũ institutis antiquis a populo Romano concessum Non definitis inqt
Pompeius instituta recitare: succinctis gladiis Visus est etiam Pompeius in carbo-
nis clade immitius se extulisse. Si enim oportebat quemadmodum forte oportuit
eum occidere extemplo captum perdere dicũt: iubentisq; id opus videri poterat
Sed Pompeius illum iunctum produxit in medium virum triplici insignem consu
latu: eumq; coram statem. Ipso tribunitio subsellio sedens: dannauit. Hoc grauiter
qui aderant indigneq; ferẽtibus dannatũ deinde procul adductum interfici iussit
Hic quippe Carbo cum ad cedem duceretur fertur vt ensem strictum sibi immi-
nere conspexit: locum & horam per breuem orauisse quod onere ventris molesta-
retur. S. Opius vir Cesari consuetus: memorat Pompeium etiam minus pie. Q.
Valerium habuisse. Cum enim ipsũ nouisset virum philosophum imprimisq; erudi
tum vt coram adductus est: factis simul quibusdam spaciis & percontante Pom-
peio. viroq; respondente: mox satellitibus iussit vt inde abductum occiderent. Sed
Oppio de hostibus cesarie haud beniuolis narranti: nimiũ percaute credendũ est.
Pompeius hostes Sille gloria datos ac manifeste comprehensos: necessariis affecit
suppliciis: alios quotquot licuit latere passus omisit. Quosdam etiam nõ sine presi-
dio suo abire iussit. Vni reorũ vrbem cum mulctare censuisset: quia cũ hoste sen-
serat. Stenis eius populi pricẽps petita ad defensionem venia: nõ inquit Pompeiũ

fuire facturũ ſi nocentes dimittat & condemnet innocuos. Hunc autem cũ interro
gaſſet Pompeius quem nocentem diceret: me ipſum inquit: qui beniuolis ciuibus
meis hec perſuaſi inimicos vero coegi. Admiratus tamen Pompeius viri fiduciã
ac dignitatem: eum crimine primũ liberat: ceteroſq; deinde omnes. Poſt hec audi-
ens Pompeius milites ſuos cũ iter agerent inepte & abſq; ordine ire omnium gladi-
os obſignauit: quiq; ſignum nõ obſeruabat illeſum: mulctabatur. Dum hec in Sici
lia ciuiliter adminiſtrat: decretum Senatus: ac a Silla littere date quibus iubebat̃
in Affricam traiicere omniq; manu oppugnare domitium apud quem omnes he cõ
uenerant copie: cũ quibus nuper Marius ex Affrica in italiã rediens rerũ potitus
erat: tirannus ex exule factus. Extemplo igitur Pompeius omni apparatu in ex-
peditionem extructo: prefectum Sicilie Monimium ſororis ſue virum inſtituit e
q; inſula ipſe ſoluit: Cum viginti & centum nauibus longis: onerariiſq; ad frumẽtũ
tela: pecunias atq; machinas Octingentis. Hee cum partim ad vticam partim ad
Carthaginem applicuiſſet ſeptem milia hoſtiũ ad Pompeium defecere: qui & ipſe
ſex integras legiones ducebat. Rem hic perridiculam ſibi actigiſſe memorãt Qui-
dam enim milites vt aliquando aſſolet: cum a Bruto cuidam Theſauro incidiſſent
frequentes pecunias inde nacti ſunt. Eo cognito: viſum reliquis omnibus eſt: eum
locum plenũ eſſe pecuniarum: quas Carthaginenſes quondam exactis cladibus tra
condidiſſent. Ex quo pluribus diebus nulla ſuorũ militum opera frui Pompeius põ
tuit: omnibus ad perquirendũ theſaurum vacãtibus Subridens uero eos ambitat
aſpiciens tot ſimul virorũ milia: ea loca perfodere eaq; vndiq; incredibili ferme im
petu euertere: feſſi tandem & ſpe eluſi ſeſe vt quocunq; dux eos ducete vellet pre-
buere: vt qui ſtulticie ſue penas daturi eſſent: Domitius autẽ contra inſtructo ex
ercitu: vallem quãdam grauem & aſperrimam ſuperaturus: ab imbre validiſſimo
ventoq; qui matutinus ſpirabat detentus eſt. Vnde ea die pugna deſperata a do-
initio ad ſtationes reditũ eſt. Sed Pompeius ratus id tempus ſibi conducere ag-
mine citato vallẽ euadit. Tum hoſtes tumultu facto nullo ordine manere neq; om-
nes plane ſubſiſtere. Ventus preteria circum iſtabat. procellamq; corã propellebat
Nihil tamen minus & ea hiems Romanum perturbauit ꝙ ſeſe mutuo aſpicere haud
poterant. ipſe etiam Pompeius quod ferme incognitus fuiſſet: fere periit ꝙ togan
ti militi ſignum tardius dediſſet. Cum hi tamen cede multa hoſtem vrgerent. Fe-
runtur enim ex viginti militibus hoſtiũ tria tantum milia effugiſſe. Pompeius imͣ
perator appellatus eſt. Sed dicente eo honorem hunc haud ſe ſuſcepturũ quouſq;
vallum hoſtile ſtaret ſiq; dignũ ſe tali appelltione exiſtimarent: illud deiicerẽt mox
impetu facto. in vallum irruere. Quo ĩ conatu Pompeius priori periculo monitus
abſq; galea certauit. Vallum tãdem captum eſt: periitq; domitius Ciuitatum alie
confeſtim paruere: alie vi capte: Iarbas rex tum comprehenſus qui cũ domitio bel-
lum inierat: cuius ſceptro deinde Iempſal ſucceſſit. Proſpera ergo fortuna Pompe
ius fretus ac robori militũ fidẽs Numidiam impetit. In qua quod diebus pluribus
peragrandum erat: agmine concitato excurrens: ea ſubegit omnia quibus obuiam
eſt factus. Cũq; barbaris eius regionis populum Romanũ extimeſcẽdũ oſtendiſſet
& potentiſſimũ non oportere inquit feras: affricam incolentes felicitatis roboriſq;
Romani expertes liqui. Vnde in venationibus leonum elephantũq; dies: licet non
multos triuit. Omne vero belli africani tempus atq; victorie ex quo domitius hoſti
bus regionem ſubegit: quadraginta dierũ fuit. Quo in ſpatio frequens etiam ĩter
reges factus arbiter. multa iudicauit Annũ tum quartũ & vigeſimũ agens etatis
Reditu in vticam facto: littere ſibi a Silla ſunt reddite. quibus iubebat̃ vti reliquo
dimiſſo exercitu cum vna legione ſucceſſorem expectaret: in quibus tacite ipſe tri
ſtatus eſt: egreq; id tulit: ſed manifeſto totus exercitus indignatione eſt motus:

deinde orante Pompeio iussa perfici: obtrectare Sillam cepere: Pompeiusq; haud
permiserat: vt absq; sese abire sperarat: tiranno credendū non esse aientes. Tentauit
primo Pompeius eorum animos mollire admonereq; vt iussis cederēt. Sed postq;
suadere id nequiuit: e subsellio descendens in stationem mestus illacrimans q; cessit
Sed arreptū milites ī suggestu reponūt Hac ī alteratione plurima diei pars assūp
ta: iubentibus illis manere eū ac imperare Pompeioq; contra exhortante: vt Sille
iussis absq; seditione cederent. Tandem non desinentibus illis sed acrius vrgenti-
bus precesq; cū clamore admiscentibus. Iurauit Pompeius se ipsū interfecturum si
vim afferent. Quo etiam pacto eos vix acquiescere cogit. Ceterū ad Sillam primū
nuntiū allatū est Pompeiū defecisse. In quo ad domesticos versus dixisse fert: fato
vtiq; sibi imminuisse vt seni cū pueris certandū esset. Quod ad Marium iuniorem
etiam dictum cōmemorant a quo grauia q; multa pertulerat & ferme ad extrema
fuerat compulsus. Re postea certius cognita compertoq; vt aduenientem Pompeiū
vndiq; viri omnes exciperent ex q; beniuolentia cū ampla pompa prosequerent pre
uenire eū accelerauit. Profectus ergo & illi obuiam factus: q; latissime dexteram
iunx't eiq; ingenti voce magnū salutauit iussitq; omnibus qui tum aderat vt simi-
liter magnū eū appellarent. Alii dicūt cognomen hoc primū in affrica vniuerso ex
ercitu illi inditū. Deinde vim atq; consuetudinem ex hac Sille affirmatione habu-
isse. Pompeius tamen ipse omnium postremus longoq; tempore post proconsul in
Iberiam aduersus Sertorium missus: se in epistolis suis actisq; magnū Pompeium
inscripsit: Iamiam enī ex ipsa consuetudine id cognomen inuidia carebat Vnde me
rito quis admirari maxime potest: Romanorū priscos non hos soles qui preclara cō
fecerant bella: quiue strennue manu vsi fuerant sed eos etiā qui reip consiliis virtu
tibusq; suis decorarunt: huiusmodi cognomentis sepe exornauisse. Duos enī popu-
lus Romanus cognominauit maximos: Valeriū quod patres ab plebe dissidentes
conciliauit Fabium Rullum quod diuites quosdam viros e libertis genitos e Sena
tu admouit Pompeius deinde triumphum petit: Cui se obiicit Silla Consuli enim
aiebat aut duci triumphum lege tantum permitti. Vnde superior Scipio magnis
& arduis preliis cum in Hispania superauisset Carthaginenses: triumphum nō po
stulauit. Non enim tum erat consul: aut id bellum suis gerebatur auspiciis. Adde-
bit preterea Pompei triumphum: qui vix pubescebat: qui ve ob etatem nec dum ī
Senatu admissus fuerat: omnino gloriam inuidiosam illi pariturum principatumq;
suum ab vniuersis ciuibus egre perferendum Hec aduersus Pompeium Silla col-
loquebatur veluti illi nō assensurus sed contētione sua impediturus cogatione. Nō
tamen ob hoc territus Pompeius est Sed Sille subiecit. Plures eos esse qui orientē
venerarentur solem q; occidentem veluti potētia sua tum cresceret. Silla vero mi-
nui & extingui videret. Que Silla plane animaduertit sed cum adstantes vidisset
& ex vultu & ex gestu in admirationem actos dictum esset rogauit. Quo cognito
admiratus Pompei fiduciam bis acclamauit: ergo triūphato. Qua in re tum indig
natio plures caperet grauiterq; id ferret optans Pompeius grauiori mesticia eos
afficere: conatus est curru quatuor Elephantibus ducto triumphum ducere: Inter
alia enim que ex affrica adduxerat: Horū nōnullus captiuos duxerat: Angustiori
tamen porta vrbis prohibitus equis visus est. Inter hec milites quod non potirent
que superauerant cū molestiores fierent & appararentur ad tumultum nihil cure
sibi esse Pompeius inquit: triumphum mittendum magis q; eis blandiendū. Ex q
seruilius homo clarus: quiue Pompeio in triumpho obstiterat Tunc inquit se vidē
Pompeium merito magnū & triumpho dignissimū. manifestū quippe tum etiam
fuit Pompeium si voluisset in Senatū tum potuisse admitti sed neglexisse hoc fer
tur: rem gloriosam cupiens ex minus gloriosa venari. Non enim id erat nouum ob

etatem: expertem Senatus enim esse sed pergloriosū & splendidum virum nondū
Senatorium triumphum agere. Quod etiam sibi popularem beniuolentiam quam
multum attulit. Peracto enim triumpho copiosus plebis numerus Pompeiū inter
equestres iuuentum laudibus maioribus ornare sibiq; cōgratulari. Silla tum q̄dem
tristari inspiciens ad quem potentie tumulum atq; glorie ille ascendisset. Sed pu-
dore captus impediendi silentium agebat. Vt tamen & inuito eo Pompeius lepi-
dū ad consulatum euexit Comitia quippe habuerat & plebis suffragia que sibi ipsi
inuigilabant: lepido inclinauit. Quo facto cū aspexisset Silla Pompeiū multitudīe
septum per medium abire forum: video te inquit adolescēs ob victoriā letari. Quo
modo non magna & pulcra hec sunt. Catulo virorum optimo lepidum omniū mi-
serrimū in consulatu prelatum fuisse: te suffragia etiam prebente: caue ne dormias
quin rebus animaduerte. Validiorem enī aduersarium tibi constituisti. Maxime
etiam ostendit Silla se minus beniuole cum Pompeio habere ex testamēto. Aliis
enim munera legauit alios filii curatores instituit sed Pompeium omnino omisit.
Tulit tamen hoc Pompeius modeste nimis placideq;. Vnde obstante Lepido cete-
risq; nonnullis ne in campo martio Silla tumularet: neue publica efferret impensa
Pompeius presidiū suo gloriam simul defensionemq; funeri attulit. Defuncto Sil-
la postq; eiuiū presagia ac coniectationes palam fuere & Lepidus confestim se Sil-
lane factioni caput prestitit nec id ficte aut simulante seu indagine quadam sed pa-
lam arma efferēdo priores seditiones reliquie que diu exangues Sillam preterie-
rant ab ipso collecte cōmoteq;. Eius collega catulus saniorem vrbis partem patrū
q; plebisq; afferebat. Homo enim erat auctoritatis integritatis equitatis: tum ciui-
um omnium primus. Videbatur autē hic vir ciuilibus negotiis q̄ rei militari com-
modior & res ipse desiderare Pompeium agnoscebātur. Quare Pompeius qui ex-
templo bonis sese addiderat: aduersus lepidum dux declaratur Hic enim iam tum
in italia multa occupauerat & citeriorem galliam per Brutum superatam vi deti-
nebat. Cetera Pompeius facile vicit Sed cum rediret Brutum per longiusculam
morā mutine obsedit. Quo in spatio Lepidus ad Romam vectus extra menia loca-
tus secundum consulatum petit: metu ac tumultu non paruo intra vrbem iniecto.
Pauorem tamen hunc Pompeius per epistolam soluit. nuntians se absq; congressu
hostium victorem esse. Nam Brutus seu sponte seu a militibus proditus mutatis
ad defectionē aīmis salutem suā militūq; Pompeio cōmisit. Deinde equitibus q̄-
busdam premissis ad quoddam castellum iuxta padum abscessit eoq; post diem vnā
cū Geminius Pompeius iussu peruenisset Brutus occisus est. Cuius cedis Pōpei-
us crimen haud euitauit In ipso enim mutationis initio ad senatū scripserat Brutū
se voluntariū dedidisse. Deinde confosso eo alias per epistolas acrius Brutum cri-
minabatur. Ex hoc Bruto genitus est Brutus ille: qui cum Cassio in Cesarem
conspirauit: vix quippe patri similis qui nec pugnans nec vita fessus obiit vt antea
diximus. Amissa igitur italia Lepidus in Sardiniam fugit vbi morbo interiit: mē-
stior nō ex aduersa vt aiunt fortuna sed quod in litterulam quandā incidit ex quo
adulteram vxorē agnouit. Ceterū Sertorius qui tum Hispaniam tenebat Lepido
dissimilis ac timēdus Romani populi hostis: erigitur veluti vltimus intestini belli
morbus Pompeio destinaret. Multos enim minores duces cū superasset Sertorius
Appio Metello tum implicitus erat viro quidam claro ac bellicoso Sed qui tunc
ob senecte grauitatem: pigrius pugnandi occasionem consequebat̄. Celeritate q̄p-
pe & impetu Sertorii belli cōmoda plerūq; Metello ablata ex impulso cū & tāq̄
ad latrocinū Sertorius Metello obiiciebatur: preterea insidiis ac incursionibus vi-
rū inquietabat: legitimum athletam certaminū & exercitus grauis firmiq; ducem
Pompeius itaq; cū ī armis esset: animū inclinabat ad p̄sidiū Metelli sese destinādū

Quod suadente Catulo a spe non absint sed in armis circa urbem sedulo esse materiam querere: neq; desistere: quousq; exoptata ei cura mandata est. L. philippo in senatu orante Qua in re fertur cũ inter patres admirarẽt quis: rogaretq; Philippum an dignũ existimaret Pompeium in proconsulem in Hispaniã mitti: nõ pconsulem inquit sed proconsulibus veluti tum vterq; cõsul nullus esset Cũ Hispaniam Pompeius attigisset: qualia ad iunioris ducis rumorem cõtingere assolent: vulgo efferebãt. Sed spe hostes elusi. Populos Sertorio parum beniuolos cũ sollicitaret & quosdam ad defectionem cũ adduxisset fertur Sertorius isolentissime Somnia id protulisse virga & lotis opus sibi esse ad puerum ni vetulam extimesceret. De Metello sene locutus. hec verba licet iactitaret: factu tamen premiũ erat solito cautior: metuq; Pompei cautius in hostem ferebatur. Metellus enim q incredibile ferme: erat: deliciis omnibus ac voluptati propemodum frena laxabat ingẽsq; in ipso suisq; rerum erat mutatio: ex subito luxu magnoq; impẽse profluuio Unde crescebat Pompei gloria ac beniuolentia: in ea disciplina milites tenẽtis: que haud permagno egebat sumptu. Natura enim sobrius fuit & capiditatibus longe abstinẽs. Ceterum est enim fortuna belli varia nõ parum indoluit Pompeius Sertoriũ Lauronem vrbem vi cepisse. Existimarat enim se hostem circũuenturumq; hec gloria elatus mulcta iactauerat cum confestim ipse circũobsessus est. Castra ergo mouere extimescens vrbem suo in conspectu inflammatam aspexit. Cũ Erennium atq; perpennam viros preclaros magnosq; apud Sertorium duces: qui ad eũ confugerant: illiq; se belli addiderant socios: apud Valentiam vrbem fudisset vltra decẽ milia hostiũ cecidit. Qua elatus victoria mox in ipsum festinat Sertoriũ ne gloriã Metello impartiretur. Iuxta ergo Sucronem amnem: sole iam vergente copias ad pugnam ambo instruxere duces: timentes vterq; ne prelium preueniret Metellus Pompeius vt certaminis solus gloriam haberet. Sertorius vt cum solo pugnaret. Cõmissa itaq; pugna est: tandẽq; equo marte direpta. Vterq; enĩ alterũ cornu strauit. Verum ex ducibꝫ maiori gloria eluxit Sertorius. Nam solus aciem oppositam in fugam vertit & Pompei cornu vir permagnus in peditatu Sertorii: tum eques aggressus est. Postq; cũ Pompeio ipso ad ictum ensium venit: vterq; gladius: dissili tamen plaga in manũ vtriusq; corruit Pompeius Sautius tantum est. Sed hostis manus amputata. Hic tamen cũ in ipsum pleriq; e Pompeianis impetum facerent: & suorũ fuga iam cepta esset se ex inspirato recepit equo hostibus dimisso phalerisq; auratis ac ornatu quo amplissimo fulgebat: Que cum sortirẽtur milites non absq; mutua militum pugna relicta sunt. Quam primũ vero postea illuxit dies ambo duces: iterum struxerũt acies: proxime pugne victoriam quisq; suam fuisse asserens. Sed aduentu Metelli soluto exercitu: abiit Sertorius. Hi digressus: congressusq; iterum virorũ horum extitere. Sepius enim Sertorius nũc solus errare nunc veluti turbulentus torrens quindecim ferme milibus militum coactis in acie structa esse: Pompeius ea peracta pugna: cum obuiam Metello fuisset iamiam cõuenturus lictori fasces summittere iussit. Metellum velut ampliori dignitate venerandum sibi concilians Sed ille & id vetuit & in hoc & in ceteris omnibus equis bonisq; vir nihil sibi plus dari passus q̃ q veluti consiliari viro & seniori signũ: cũ equum imperium esset ab se vno prodiret. Persepius tamẽ binis metebanẽ castris Seiungebat enim ipsos: hostis varius vagusq; ac parua in mora solitus: se diuersis in locis ostendere & eos ab vno prelio confestim in aliud traducere. Tandem hos duces Sertorius cõmeatu prohibens vndiq; regionem depopulatus preterea quod pelagi esset potẽtior vtrũq; cogit ea parte Hispanie quã obtinebant excedẽ. His itaq; angustus victi in aliena puintia se recipere Ceterũ Pompeius rẽ puatim quã multa ad hoc bellum exposuisset: pecunias a Senatu postulat addens ni mittant:

se cum copiis in italiam reuersurũ. Lucullus tum consulatum gerebat: qui vir li-
cet a Pompeio dissentiret: quoniam in mitridaticum mitti bellũ affectabat: in mit-
tendis stipendiis studet. timens ne Pompeio redeundi materia esset: qui dimisso
Sertorio etiam querebat Mitridatum inuadere: regem gloria splendidum hostem
& vt videbatur perfacile tractandum. Inter hec Sertorius moritur. a domesticis
dolo cesus: inter quos Perpennas excellentior est habitus: in illum & alias id per-
ficere conatus sed eisdem quibus Perpennas innixus viribus eisdemq; apparatu ac
partibus studens. quo id fieri commode posset nõ habuit. Pompeius igitur exem-
plo exercitum eduxit cognitoq; q Perpennas rebus excellentissime timeret decẽ
cohortes in escam hostiũ iussit paulatim per agros in aspectu Perpẽne euagari Ex
quo cũ Perpennas rerũ inscius illas passim insequeretur. Pompeius stricta acie ir-
ruens cõmissa pugna omniũ victor fuit. Pleriq; hic primorũ tunc absumpti. Perpẽ-
nam ad sese ductum Pompeius occidit nõ ingratus aut corũ immemor que in Si-
cilia obtigerant quemadmodũ a nõnullis criminatus est. In huius captura maxima
arte in oĩm salute Pompeius est vsus. Perpennas enĩ cũ in potestatem litteras om-
nes ceteraq; Sertorii monumenta habuisset epistolas quorũdam clarissimorũ ciui-
um Romanorum propalauit qui ad res vrbis innouandas clanculum studentes in
italiam Sertorium vocabant. Pompeius ergo timens ne ex his maiora suscitarentꝛ
bella quã que iam restrinxerat: Perpennam trucidauit & epistolas omnes minime
inspectas incẽdio tradidit. His peractis Pompeius cum apud Hiberos diuertisset
quousq; tumultus oppressisset innatos incendiaq; rerũ extinxisset: in italiam duxit
exercitum: peroportune vtiq; delatus: cũ bellum seruile iam cũ maioribus viribus
fluctuaret. Vnde Crassus qui dux id gerebat bellum manus conserere accelerauit
letoq; euentu potitus est. hostium duodecim milibus atq; trecentis gladio cesis: his
tamen preclaris gestis fortuna que Pompeium sibi adoptauerat. Pompeiũ abesse
noluit: cũ hostium quinq; milia qui a pugna euaserant illi mittendos reseruauit: q-
bus assumptis pompeius ad senatum scripsit. Crassum in acie gladiatores fudisse
se vero bellum ab imis exstirpasse. Norat enim Rome ingenti assensu: hec audiri
celebrariq; Hispaniam atq; Sertoriũ nemo vel iocando aliũ preter Pompeiũ vicisse
dicebãt: eiusq; omne id fuisse opus asserebatur. In hac tamẽ tam excelsa viri & glo-
ria & expectatione suspitio metusq; fuit ne exercitum dimissurus esset Sed plane
per exempla Sille: dominationẽ armis occupaturus: quare pauciores ob metũ quã
ob beniuolentiam obuiam sibi salutatũ prodibant. Sed postq; eam suspitionem ab
animis illorũ exuit se aiendo: post triumphum velle exercitum ponere vnũ obtre-
ctatoribus tantũmodo liquit sese magis plebi. q̃ Senatui patribusq; dedere. Silla
nempe cum dignitatem Senatus oppressisset. Statuit Pompeius obsequiis suis:
gratiam plurium venari. Quod vtiq; clare compertũ erat. Non enĩ insanius quic-
q̃ animi plebis exoptare visi q̃ dominationem illam iterũ aspicere Vnde hoc ciuilis
administrationis tempus longe fortunatum Pompeio fuit qui nullo munere alio
beniuolentiã plebis recuperaturus erat si eaã alius quis ei ꝑripuisset decret o autẽ
secundo triumpho ac consulatu non ob hoc magnitudine prestans visus est. Sed il-
lud eximii splendoris insigne habitum est: quod Crassus tum vir omnium ditissi-
mus maximusq; qui Pompeium ipsum ceterosq; omnes fastu exuperabat: cõsulatũ
petere non ante est ausus q̃ petendi veniam a Pompeio flagitasset. Qua ĩ re Pom-
peius summe letatus cessit: materia ante diu ꝑquesita qua benigne cũ illo ageret
Dexteram ergo Crasso cum auide iunxisset plebis suffragia illi orauit manifeste
nuntians se nõ minus gratum habiturum se Crassi collegam creari q̃ magistratũ
assequi. Cum ambo tamen consulatum iniissent contentiones graues inter ipsos dis-
sensionesq; varie emersere. Apud patres potentior erat Crassus: Sed apud plebem

Pompeius Tribunatum nanqꝫ plebi restituit: iudiciaqꝫ que ad equestres iterũ transf
lata fuerant. Dulcissimũ etiam plebi spectaculum ipse fuit cum bene acte milicie
iuditium subisset. Mos nãqꝫ Rome apud equestres est: cum per legitimum tẽpus
a quoquam militatũ sit: equũ per mediũ forum duci coram viris duobus publice p̃
sidentibus quos censores nuncupant. Illisqꝫ quemlibet ducum ac imperatorum sub
quibus militatum sit recẽseri. Deinde Censorum iudicio subici: qui iuxta cuiusqꝫ
meritum vel laudem vel infamiam tribuũt. Huic prefecti cure tum erãt censores
Gellius & Lentulus viri dignitate ornatuqꝫ insignes: insidebãtqꝫ curuli. Ad hos cũ
equites quidam subituri iudicium ritu prodissent: cognitum est Pompeium de
scendere qui alia sui magistratus insignia ferum afferens equum tamen manu per
ducebat. Vt vero appropinquans notior est factus: iussit lictores cedere equumqꝫ
iuxta curulem sistit. Erat tum ingens populo admiratio ac silentium: censores ad
tante rei conspectum & reuerentia & leticia opprimit. Deinde eorũ alter qui seni
or erat incipit: Interrogo te Pompei magne: militias omnes iuxta disciplinã absol
uisti. Tum Pompeius permagna voce: omnes inquit iuxta disciplinam militarem
absolui omnesqꝫ sub me ipso ĩperatore. Quod cũ audisset circũfusa plebs acclamauit
Non enim ob ingentem leticiam iam tum voces reneci poterant. Vnde surrexere
Censores domumqꝫ illum prosecuti sunt: plaudenti plebi assequentiqꝫ congratulan
tes. Iamiam cum consulatus prope instaret finis & cũ Crasso discordie in diẽ acte
fuissent. S. Aurelius vir ex ordine equestri natus: cui per otiũ vita fuerat: frequẽ
ti in concõne pro costris inquit: per quietem Iouem sibi alloquutũ: iussisseqꝫ vti con
sulibus referret: ne antea magistratu se abdicarent q̃ in mutuam beniuolentiam
redissent Quibus expositis: stans Pompeius silentiũ duxit. Crassus porrecta Pom
peio dextera colloqui ĩ hoc cepit. Nichil o ciues nihil mihi puto turpe: ne nihil in
dignum existimo si priorem me Pompeio ingero quem vix dum pubescentẽ: vos
magnum appellauistis: cui ve nondum in senatum admisso binos decreuistis triũ
phos Ex hoc in amicitiam redintegrati magistratu se abdicauere. Crassus quem
viuendi morem hactenus tenuerat: illum plane seruauit. Pompeius defensionum
causas quibus permultis vexabatur repulit: forumqꝫ paulatim deseruit & in curi
ãm perraro proficiscebatur cũ multis vero semper priuatim erat iamiam enim non
facile erat absqꝫ magno eius comitatu: sibi obuiam fieri ipsumqꝫ conspicere. Statis
simus multis & in ampla corona semper dulcissimus inspectus est: vetustatẽ vultu
grauitatemqꝫ preferens. Cum multis autem conuenire publicis in locis & cõsue
tudine publica frui haud oportere existimabat ad dignitatem illesam ample tutã
dam. Vita nanqꝫ togati ciuis gloria armorũ efflorentis an ignobilitatem atqꝫ contẽ
ptum lubrica est. Preterea populari equalitati iniquior. Hi enim quemadmodum
in exercitibus ita & ĩ foro se primos esse dignum existimari indicauit Sed vulgus
id quoqꝫ maius: igitur intollerabile eis fit. nihil eos apud turbam preualere. In fo
ro enim cum virum bellis preclarum triumphisqꝫ ornatũ suscipiũt consuetudine ac
familiaritate mansuetum ipsum efficiũt eũqꝫ deuiciunt. Hominum vero qui ab hoc
vulgi frequentia se abstineat parte glorie decus potentiaqꝫ absqꝫ inuidia conseruat
Hoc res ipsa post paruũ tempus plane aduersus Pompeium ostendit. Piratarum
nanqꝫ vis docuit. Hec e Cicilia primũ erupit initium paruũ & ferme incognitum
nacta: fastum vero & audatiam bello mitridatico sumpsit: regiis fieta remigiis.
Romani deinde exules ob intestinum bellum cum vsqꝫ portas ipsius vrbis irruerẽt
Paulatim illi allecti productiqꝫ sunt Deserto mari presidiis. Hi iamiam nõ solum
nautas inuadere ausi sed in insulas vrbesqꝫ littoraqꝫ ampla infesti. Vnde iam homi
nes diuiciis clari & genere splendidi ac dignitate imprimis habiti. Ad hec latroci
nii commertia ingressi se socios addidere ceu gloriam quãdam decasqꝫ hoc facinus

pareret. erant iam in locis pluribus ipsorum Piratarum stationes: naualia maritima etiam presidia munita. ad hos iam tote confluebant classes: non tantũ ex strenuorum virorũ copiis: nõ ex gubernatorum artibus: non ex ipsarũ leuitate atq; celeritate nauium vel exercitatione timende sed quod terrorem exuperabat omnem incredibili luxu fastuq; intollerabili execrande. His enim aurati erant rudentes: vela purpurea remi subargentei veluti nequitiam hanc deliciis omnibus obtegerent facinusq; suũ egregia ambitione oenarent. Buccine cantus ebrietates: per omĩa passim litora audiri: ingenuorũ corporum principumq; rapine & captiuarum vrbium redemptiones vndiq; aspici que omnia in contumeliam dedecusq; imperii Romani esse. Ad hoc tam nephandum latrocinium: naues vltra mille haberi capte ciuitates ab ipsis quadringente teneri. Templa hactenus inuiolata: Asila. ad itaq; vastare Clarium Didimeum Samocratium In hermione Phanum Telluris. In Epidauro Hesculapii & in Istino & Tenaro atq; Calabria neptuni. In actio & laucade appollinis In Samo: argisq; ac Lucania Iunonis. Ipsi noua quedam sacra apud Olimpum agere: Misteria cũ arcano quodam ritu inire: Horum que apud Mithium adhuc seruantur. Hinc initium accepisse memorant. Contumelias Romanis & alias plures contulere. E pelago enim egressi: vias earum quasdam infestauere preda: nõ nullas villas ipsi vrbi vicinas vastauere. Pretores duos Sextilium & Belinum in ipsis pretextis cũ ministris lictoribusq; ac ceteris eius magistratus insignibus captiuos adduxerũt. Filiam etiam Anthonii triumphalis viri in agrũ euntem rapuere: quã multo cẽsu postea redemptam reddidere. Hoc autem maxime contumeliosum habitũ est. Aliquando enim e captiuis quis cũ se Romanũ esse diceret nomenq; proferret: terrore metuq; ingẽti simulato: femur percussi: coram captiuo ꝑcidere veniamq; perhumiliter petiere. Persuadebãt tum captus & supplices illos orantesq; aspiciens letabatur. Inter hec alii calceos alii togam ipsum induere: ne forte iterũ incognitus fieret: cũq; per nõ modicũ spatium: viro per ludibriũ sic freti fuissent ad medium tandem pelagus scalas extendebant iubebantq; illũ has letantem ascendere: abireq; volentem. impulsu ipsi suo obruebant: Occuparat potẽtia hec passim omne interius mare. Vnde nemini cõmertia libera sed omnia inuia: omnia clausa erant. Maiorem tum in modũ: Angustie victus ad animaduersionem tante rei Romanũ impulit ipsaq; annone caritas ac expectatio in diem peior animos mouit: ad Pompeium mittẽdũ qui Piratis mare expurgaret. Sabinius igitur vir Pompeio beniuolus ragationem tulit qua nõ naualis princeps creatus est. sed Imperator potestate ãplissima in homines vniuersos omni prouocatione libera. Iuxta eñi legem maria omnia vsq; gaditanum fretum: in prouintiam illi cessere. Preterea quicquid continẽtis. qđ a littoribus quingentis abesse stadiis: quod spatiũ ꝑpauca Romani imperii loca exuperabant. Vnde maximi populi: maxime nationes potentissimi reges sub eius imperio includebãtur. Ad hec viros quindecim senatorios potestas elegendi data. quos quocũq; oporteret: fas fieret legatos destinare. Deinde censũ ex eratio vectigalibusq; in potestatem habere ducente hinc naues quas de luctu militum remigibusq; cõmuniret Hec recitata cũ fuissent. audissime a plebe suscepta sunt: Maximis vero patrũ optimisq; hoc omni inuidia maius visum est: metuq; dignũ: immensam potestatem licentiamq; tribuere. Vnde preter cesarem rogationi obstitere: his enim legi suffragia tulit parum ob Pompei gratiam Sed plebi ab initio ipso obsequi cupiens illamq; sibi conciliare. alii Pompeiũ probris lacerare. Vnde alter ronsulum dicere. Pompeium per exempla Romuli gradientem: eundem finem non euitaturum: que cũ plebi nota forent ferme consul discerptus est. Catulo autem rogationi aduersante: primo ob pudorem a plebe silentium factũ est. Sed postq; is permulta benigne & absq; inuidia in Pompeiũ orasset: dixissetq; sentẽtiã

vti viro parēdum: neqꝫ eum tot periculis totqꝫ bellis obiciendū adderetqꝫ ꝑterea
si Pompeium admitterent in quo alio spes reponerent vnanimiter indignati sunt:
omnesqꝫ vna voce in te ipso murmurauere. Catulus deinde plebe haud persuasa cō
ticuit. Inde Roscius cum orare cepisset: a nullo auditus est. Digitis vero is osten-
dit Pompeium non primum sed secundum ducem creandū esse: Ex quo ferunt ple
bem indignatione motam: ita acclamasse: vt superuolās coruus oculis captus in me
dio foro ceciderit: Vnde manifeste noscitur ex aeris scissione ex qua forte vacuum
fit: volatilia haud labi sed potius ab ictu vocis percussa: cū vehementior pulsu ve-
loci in aerem perfertur. Ex his tum soluta frequentia est. Qua deinde die cum pro
lege prouulganda iterū conuenissent Pompeius in agrum profectus est. Cū vero
legem intellexisset prouulgatā: noctu in vrbem redut: inuidiam ex incredibili mul
titudine que sibi obuiam fieret vitans: vt autem illuxit dies in medium profectus
sacra egit. In contionem deinde productus: operam dedit vt alia legi adderentur
apparatu propemodum duplici. Quingente etenim naues ei cōplete peditū centū
& viginti milia equitum milia quinqꝫ. E senatu profectos legatosqꝫ quatuor & vi-
ginti ipse delegit. Questores duo traditi. Ob hec venalia que in precium equius
iam tum redacta fuerant: lete plebi sermonem prebuere quod solo Pompei nomine
bellum dissolutū esset. Nihilominus maria partitus Pompeius: omne interius pe-
lagus in tribus & decē regionibus diuidit & parti cuiqꝫ naues ducemqꝫ dedit: Vn
de copiis circūlocatis piratas insecutus extemplo venatoris exemplo aggregatos
ambiuit. Sed illi disiungi accelerantes veluti apum examen. ab omni parte Ciciliā
repetunt: aduersus quos Pompeius ipse sexaginta nauibus lectis instructis fertur.
Non tamen in ipsos antea nauigatqꝫ omnino cetera ipsorum latrocinia deleuisset:
mareqꝫ Tirennium Libicum. Sardoum Cirneum. Siculumqꝫ lustrauisset. Que
omnia diebus quadraginta confecit sese labori indefesso subiciens. prefectisqꝫ vtēs
diligentissimis. Interea in vrbe consul Piso: iracundia atqꝫ inuidia permotus appa
ratum naualem soluit militesqꝫ stipendiis liberat. Vnde Pompeius classe ad Brun-
dusiū missa per Eutruriam Romam accedit. Eius in aduentu omnes vndiqꝫ a me-
nibus vrbis effusi sunt veluti nō paucis ante diebus eum nō fuissent prosecuti: Cul
men vero leticie ipsis fuit tante victorie inspirata celeritas oīmqꝫ cōmeatuū copia
Ex Pompei profectu ferme Piso consulatu se abdicare coactus est. Sabinio iamiā
rogationem scriptam afferente Sed hoc vetuit Pompeius: qui cū etiā alia quedam
benigne clemēterqꝫ egisset vt opus fuerat Brundusum delatus hinc nauigat Inde
tempori rebusqꝫ solicitus: cum ciuitates ceteras pretermittetet: Athenas tamen
insalutatas non dimisit. Vrbem enim ipsam ingressus rite rem sacram egit & po-
pulo pro contione habito extemplo abiit pernotatis duobus versibus sibi ipsi in fo-
ribus vrbis inscriptis. Horum alter qui in aspectu interioris vrbis erat latine trans
latus hic fuit Quantum vltra viros cernis tantum deus ipse es. alius qui ab exteri
ori parte value figebatur sub his erat verbis. Te moramur & te vidimus comita-
mur colimus. Ceterum cum piratas quosdam adhuc per maria vagantes precib9
victus clementer habuisset: eorūqꝫ nauibus corporibusqꝫ deditis nil eos offendisset
reliqui spe ducti: alios euitare duces: Pompeioqꝫ petito cum liberis coniugibusqꝫ
se illius potestati mandauere. His omnibus impunitas data perqꝫ hos maxime vi
ros vestigia reliquorꝫ hostium latebreqꝫ perscrutate: veluti qui se ipsos certe cog-
noscerent. Plurimi tamen horum & hi potentissimi proles suas substantiasqꝫ ꝑte-
rea turbā bello inualidam in presidiis castellisqꝫ munitissimis: apud Thaurū mon-
tem condiderunt ipsiqꝫ munitis nauibus apud Coracesium Cilicie aduenientē Pō
peium exrepere: cum quo inita pugna profligata: obsessi sunt. Tandem sūma ope
salute petita: sese ac vrbes insulasqꝫ quas presidiis artibusqꝫ firmissimas preterea

accessu difficillimas tenebant dedidere. Confectum itaq; hoc bellum est: horum la
trociniis vndiq; assumptis haud longiori trium mensiũ spatio. Naues ceteras quã
multas: rostratas vero nonaginta cepit. Viros qui plures viginti milibus erant p
dere nõ censuit: mittere vero sparsos qui egeni & bellicosi se iterum iungerẽt arma
rentq; haud vtile existimauit. Ratus igitur Hominem natura animal nõ indomitũ
nec omnino insaciabile: sed qui preter ingeniũ malicia vteretur: qui ne ex locorũ
& victus mutatione mansuesceret: quemadmodum fere que ex consuetudine vite
mitiores asperitatem ac forociam ponunt: viros statuit e pelago ad terrestrem vi
ctum traducere illosq; ad agroꝝ cultum habitationemq; vrbium que dulcioris vite
sunt assuefacere. Quosdam ergo ipsorum parue & subdeserte quedã ciuitates Ci
licie suscepere ipsisq; regionis sue loca promiscue partita sunt. Soliorum vrbem ꝑ
pemodũ a Tigrane armeniorũ rege: ciuibus vastatam Pompeius assumens illorũ
multos ĩ ea locauit. Multis etiam Dimem ciuitatem Acheorum: cum cultoribus
viduam & agri vbertate fecundam Coloniam dedit. Hec non nulli obtrectatores
tamen improbauere & gesta que Metellus in Creta egerat: licet etiã Metellum
ipsum minus amarent laudibus efferebant. His enim Metellus illius necessarius
qui equo imperio cũ Pompeio in Iberos pugnauerat: a senatu fuerat prius ĩ Cretã
missus: quam aduersus Piratas Pompeius designaretur. Hec enim insula post Ci
lices: fons secundus Piratarũ erat: multosq; in ea predones a se comprehensos Me
tellus perdiderat: multiq; etiam cũ in ea adhuc erãt superstites qui obsessi & in de
ditionem Pompei venire flagitantes supplices ad insulam Pompeium aduocabant
veluti ea prouintie sue pars foret & vndiq; sub maritimo eius imperio decernerẽt
His igitur in curiam susceptis: Pompeius Metello scribit vti ab eorum impugna
tione sese abstineret. Ciuitatibus etiam insule mandat ne Metello pareãt: Legatũ
preterea e prefectis suis. L. Octauium eo mittit. Quo cretam appulso: menia ob
sessorum Piratarũ cũ presidiis ingressus: cũ ipsis aduersus Metellum pugnat seq;
non solum grauem atq; molestum hostem Metello prebuit: sed Pompeium virum
ridiculum ostendit: qui cum scelestis & nefandis viris nomen suum immacularet
& gloriam veluti veneno quodam inficeret: ex ambitione & immoderata iñ Me
tellum inuidia. Non enim aiebant Achillem viri opus agere: sed insani cuius
dam adolescẽtis & omnino ad gloriam attoniti cum ceteros probiberet ferire He
ctorem: ne ablata cedis Hectore gloria ipse posterior fieret. Pompeium vero di
cebant. cõmunium hostostium salutem esse vt triumphum Metello auferret: impe
ratori claro & cui ĩ ea ipsa cura labores permulti obuenerant. nõ tamen cessit Me
tellus sed obsessos ad deditionem compulit deq; eis supplicium sumpsit. Octauiũ
vero in castris per contumeliam & ignominiã habitum: postea dimisit. Hoc confe
cto bello & Pompeio ad vrbem Romam reducto: cum deinde per otium vicinas
ambiret ciuitates. Mallius tribunus plebis rogationem tulit: vti quotquot loca in
prouintiam Lucullus obtinebat: ea omnia Pompeio obuenirent cũ omnibus illius
copiis. Preterea Bithinia cui tum Gabrio preerat: accepta aduersus Mitridatem
regem atq; Tigranem dux belli gerundi Pompeius declararetur: additis etiã sibi
maritimis viribus: naualiq; apparatu quẽadmodum proximo Piratico bello forti
tus fuerat. Quod nihil erat aliud q̃ vniuersum Romanum imperium sub vnius po
testate fieri. Pronuntiare enĩ que sibi ex priori lege minime obuenerant: Phrigiã
Licaoniam Salatiam Capadotiam Ciliciam Cholchidem superiorem ac Armeniã
ex noua legis rogatione obtinebat. Quibus addebantur exercitus & copie omnes
quibus Lucullus Mitridatẽ atq; Tigranem ferme debellauerat. Hac in rogatione
cũ Lucullus rerum a se gestarum gloria priuari videretur & magis successorem
triumphi q̃ belli censerẽt habiturus: nulla permulgande legis apud optimos ratio

acceptabatur. Iniusta enim & iniqua eũ virum perpessurum norat. Preterea poten
tiam Pompei grauiter ferebant veluti inmanifestã euasuram Tirannidem Consti
tuerunt igitur inter sese priuatim prouu'gationi obsistere neq; ferre libertatẽ pu
blicam prodi. Verũ cũ rogationi dies affuisset: alii plebis metu animis fracti: silen
cium egere Sed Catulus multa in legem inuehens: legemq; dissuadens nõ vno cri
mine sepius pro rostris acclamauit: Iubendo & hortando patres vti maiorũ exem
plo montem reposcerent ob libertatem publicam vindicandum. Promulgata tamẽ
omibus vt ferẽ centuriis lex est: & oĩa ferme quecũq; armis belloq; hactenus Sille
delata fuerant: sub potestatem Pompei congesta sunt. Hic tum ab vrbe absens cũ
decreta hec ex litteris senatus accepisset circũgratulãtibus amicis supercilũ con
traxisse fertur crureq; a se percusso velut qui dominari grauiter ferret principatũ
q; abhorreret heu infinita inquit certamina. quam satius fuerat ignobilem nasci. si
a militari cura nunq; desinendum est siq; hac exutus inuidia in agro degere cũ vxo
re fas non sit: Quo in sermone eius proximi: Ironiam nõ admisere sed cum nosceret
dominandi cupiditatem natura illi insitum fomitẽ esse contentionis aduersus Lu
cullum exorte summe letabant: illum simulate dolere existimantes. Et quippe res
ipsa ipsius animos extemplo detexit. Quocunq; enim litteris confestim missis: mili
tes ad se vocare curauit. Principesq; ac reges omni studio sibi allexit. Regionẽ ho
stilem ambiens: nihil ex Luculli actis inniotum liquit. Mulctas plerisq; remisit
aliis premia abstulit & omnino singula agebat que palam Lucullum nullius fuisse
auctoritatis ostenderent. Que cum quereret Lucullus cũ vtriusq; beniuolis: visũ
salubre est vt ambo conuenirent. Vnde iuxta Gallitiam conuentum est. Sed o im
peratores maximos: qui maxima preclare gesserunt: lictores laureas & erectos fa
sces vtrinq; ferentes: alteri alteris occurrerũt. Lucullus ex amenis & vmbrosis ac
cesserat locis. Pompeius per aridam & arboribus sterilem tellurem forte erat pro
fectus. Lictores ergo Luculli cũ vidissent Pompeianorum frondes pallere: ferme
q; esse aridas: euntentibus suis recentibusq; Luculli fasces exornauere circũq; illos
frondibus impleuere Que permatatio portendere visa est: Pompeium proficisci p
mia atq; victoriam Luculli sibi acquisiturum. Erat quidam Lucullus in ordine cõ
sulatus Põpeio prior ac etate senior: Sed Põpei dignitas clarior: duobꝫ insignis tri
umphis. In prima tamen salutacõne sicut decuit: amice comiterq; mutuo locuti sũt
Alter alterius letari gestis eaq; extollere & strennuitati congratulari. Verũ inter
longiorem orationem ambo in nihil modestum: nihil salubre irruere. Hic Lucullũ
auaricie incusat: Lucullus Pompeiũ ambitionis sicq; ĩ aperta ita proditum est iur
gia vt vix ab amicis disiuncti fuerint. Lucullus galatiam veluti prouintiam a sese
captam administrauit: munera honoresq; quibus voluit partitus. Pompeius haud
longa distantia metatus castra prouintiam patere illi vetabat: militesq; preterea
omnes preter mille ac sexcentos illi abduxit. Hos ob animorũ pertinatiam sibi in
utiles & Lucullo difficiliores fore existimauit. Luculli preterea facta detrahens: il
lum dicebat tragicum & vmbratile quoddam bellum cũ regibus gessisse: sibi vero
certam atq; sobriam hostium vim ad expugnationem reseruatam esse cum Mitri
dates ad clipeos ad enses & ad equos confugisset Ad que Lucullus simulacra & vm
bras belli: Pompeium accessisse expugnatum aiebat: suetum veluti volucrem alie
no cadaueri celerem aduentare: reliquiisq; bellorum insurgere. Sic enim Sertorio
& Bruto & Spartanis insurrexisse eũ dicebat: cũ illa Crassus: alia Metellus: alia
Lepidus bella strennue egisset. Vnde se non admirari inquiebat si homo illo gloriã
Armeniorum & Ponticorum certaminum extenuaret: quod se ipsum fugato qui
dem hosti triumphũ ingesserat. Post hec Lucullus inde traiecit. Pompeius vero
postq; tota classe omne pelagus quod inter Phenitiam & Bosphorũ pandit̃ psidis

firmasset :aduersus Mitridatem contendit: qui cum triginta milibus peditũ duc-
busq; equitũ milibus munitus erat: Sed qui pugnam conserere haud audebat eius
aduentu Mitridates: editum atq; inexpugnabilem quendam collem: in quo cũ co-
piis forte insederat ex aquarum angustiis liquit. Hunc Pompeius mox occupat cõ
iectansq; ex fructibus natura ibi pullulantibus. Preterea ex recentibus spissisq; fos
sis: locum subterraneis manare fontibus: iussit vndiq; eum fodi. Ex quo confestim
exercitui aquandi copia data admiratusq; Pompeius est omni in tempore hoc Mi-
tridatem latere potuisse. Deinde hostem circũueniens muro cinxit. Sed ille postq;
quinq; & quadraginta diebus clausus fuisset clanculum cũ robore effugit: imbelli
bus egrisq; ante cesis. Hunc insecutus Pompeius eum ad Eufratem adeptus est:
Castraq; illi vicinora posuit: deinde extimescẽs ne preueniret ille: Euphratemq;
transiret mediam per noctem copias aduersus hostem producit: quo scilicet tẽpore
ferunt Mitridatem per quietem imminens iamiam fatũ manifeste precognouissẽ
Videbatur enim secundo vento ponticum nauigare pelagus & iam inspecto Bos-
phoro congratulari nauigantibus veluti ex certa atq; preoptata cõmuni salute ala
crior. Deinde extemplo omnium vacuus parua quadam scapha vehi visus: qui dũ
talia in somnio agitaret: a proximis cum tumultu expergifactus est. Pompeiũ im
minere ferentibus. Necessitate ergo inire pugnam pro ipsis visum est castris Qua
re cum produxissent copias duces: acies struxere. Sed Pompeius hostiũ apparatu
cognito dubitauit ob nocturnas tenebras se periculo obiicere. Quamobrem cen suit
salubrius fore hostem circũambire vt fugam interluderet. Deinde prima luce om
nibus copiis eos adoriri: spei certus: quoniam exercitu preualebat se illos expug
naturũ. Dum hec mente agitat: seniores castrorũ tribuni militum moram pugnã-
di improbant Pompeiumq; exorãt vti signum belli canat: nõ enim omnino nox te-
nebrosa erat: sed luna in occasum vergens adhuc tenuem licet corporum vmbram
porrigebat. Quod quippe regis milites magis magisq; elusit. Dum enim eos mi-
les Romanus inuadat habens a tergo lunam iam subeuntem occiduum: corporum
vmbreq; longissime in aduersos protendebantur hostes. Vnde illi distantiam Ro
mani irruentis haud clare intueri poterant sed in vmbras pro corporibus missilia
iactantes frustra vtebantur viribus. Quod cũ Romanus intellexisset ingẽti clamo-
re in ipsos concitacius ircuit eosq; nihil manere ausus sed terga ꝑbentes ita passim
cecidit vt longe vltra decem milia hostium trucidata furint Castra preterea cap-
ta. Ipse Mitridates ab initio ipsu prelii cũ octingentis equitibus in confertissimos
sese hostes intulit eosq; euasit. A quo disiunctis ceteris palatisq;: ipse cum solis tri
bus relictus est. Inter quos erat Hipsicratia eius pellex: femina quidẽ semper viri
lis: audaxq; ob quod Hipsicratem Rex eam appellabant. Hec tum viri persici habi
tum habens equumq;: neq; ex longo cursu corpore fatigabat neq; ad regis corporis
curam: regisq; equi segnior: quousq; ad castellum in oram ir quo regis gaza condeba
tur: peruentum est. Hinc Mitridates vestes haud ignobiles sumens: eas partitus
his ast: qui ex fuga ad eum concurrerant. Proximo preterea cuiq; mortiferũ ferre
venenum dedit vt nemo nisi voluntarius in potestatem hostiũ veniret. Deinde ad
Tigranem regem in Armeniam mouit Sed ille cum a Mitridate desciuisset & ta-
lenta centum preciũ ipsius cedis statuisset. Mitridates fontes Euphratis exupe-
rans: fugam per Cholchidem agit. Pompeius tum Armeniam petit: a Tigrane iu
niore accersitus. Hic enim iam a patre defecerat iuxtaq; Araxem fluuium obuiam
Pompeio est factus. Id namq; flumen ex eisdem quibus Euphrates oritur locis sed
ad ortum solis versus: in mare Caspium effunditur Hi ergo vna progredientes: &
castella vrbesq; passim captabãt. Rex vero Tigranes a Lucullo ferme in extrema
deductus: audita Pompei clementia moribusq; vrbanitate egregia refertis in aulã

arcemq; regiam necessarios & quosq; proximos locat. Ipseq; vt Pompeio se dedat
adit: vt Pompeianis castris regē iamiam adesse nuntiatū est. Lictores duo Pom-
peiani egressi: ipsum ab equo descendere pedestremq; proficisci iubent neminem
nanq; aiebant in romanis castris equo insidentem tempore aliquo inspectum. His
facile paruit Tigranes. Preterea ensem quem tum euudauerit illis tradidit. Tan
dem cū ante ora Pompei accessisset: e capite cidati sumpta: eam iuxta illius pedes
propere ponit. deinde quod turpissimum fuit: se ad genua Pompei declinabat ni
preuenisset Pompeius: qui eum dextra porrecta erexit: iussitq; apud sese equa cū
sella insidere: filio deinde ī parte altera locato: ipse medius ceterum inquit Lucul
lum incusare liceat: ab illo nanq; Siria Phenitia Cilicia Galacia Sophene nobis ab
late sunt Que ab eo ipso nobis conseruasse fas fuit: ea integra babetote: multa sex
milium talentoꝝ ob violatum fedus Rome soluit. Sophene preterea filium regna
re iubeo: His Tigranes grate acquiescens clementiam approbat. Inde Romanis re
gem eum salutantibus letior factus se dono daturum pollicitus est: multi argentei
nummi dimidium: centurioni argenteos denos tribuno militari talentum. Que fi
lius cum egre perferret: ad cenam vocatus non inquit sibi opus esse Pompeio: qui
tam magna impensa bec existimaret: Romanorū alium se facile inuenire posse zit.
Quibꝰ dictis extēplo victus est & ad triūphū decretus. paruo deinde tēpore post
Phrahartes particus ad Pompeium misit: adolescentem repetens vt sibi generum
addens: se dignum existimare Romanos imperii ipsorum finem in Euphrate po-
nere. Ad que Pompeius respondisse fertur: Tigranem patri magis cure fore q̄ so
cero: finem autem Romani imperii sese equum impositurum. Presidem binc arme
nie cum statuisset Affranium: perculta Caucasi montis loca: Mitridatem prosequi
tur. Maxime in bis finibus gentes Albani & Iberi sunt. Sed Iberi montē incolunt
taurum & in pontum vsq; vergunt: Albani eum tenent & ad mare Caspium in-
clinantur. Hi primum postulanti Pompeio transitum dedere Dein decū in regione
exercitum biems comprebendisset saturnalibus diebus Romanos inuadunt: amne
Ciduo exuperato: qui ex Iberorum montibus cadens: araxe ab armenia labente su-
scepto: duobus & decem bostiis in Caspium pelagus funditur. Pompeius licet im
pedire posset ne fluuium euaderent: id neglexit transitūq; tacite pertulit. Post ca-
ptato tempore in confertos eos irruens cum strage maxima eos in terga coegit.
Rege deinde pacem orante: legatis missis Pompeius iniuriam mittens fedus per-
cussit: hincq; in Iberos contendit qui neq; pautiores numero & longe albanis belli-
cosiores habiti qui ne enixius: Mitridatis gratia in Pompeium bello accingbantur
Hi quippe nō medis persis ve vnq; paruere. Macedonium etiam dominatione eui-
tauere: alexandro q̄ cicius Hircaniam egresso. Hos tamen Pompeius acri cōmissa
pugna fudit: cesiq; ex eis sunt ad nouem milia capti ad milia decem. Quibus expe-
ditis dum in Colchos fertur apud phasim amnem seruilius ei occurrit cū nauibus
quas ad ponti presidium habuerat. Verum bic Mitridatis fuga quod inter Bos-
phoranas ac Meoticas gētes se proripuisset. Pompeio angustias plures intulit. al
banos preterea a pompeio defecisse nunciatum est. ī quos & iracundia & indigna
tione Pompeius versus Cidum vix astu arteq; exuperat a Barbaris enī quam lon
gissima eius ripa. sudibus vallisq; premunita fuerat. Vnde aquarum angustia qui
bus Pompeium intercludebant ferme inuium prebebat iter. Sed Pompeius decē
milibus vtrium aqua plenis castra in hostes mouit. quos tandē apud abaurens flu
uium ad sexaginta milia peditum & equitum duo & decem milia nactus est. atto-
nitos armatosq; vilissime. ferarum quippe dorsa plerisq; pro armis babita. Horum
dux regis frater erat & Cosis nomine appellabatur. Is cōmissa pugna impetu sese
in Pompeium agens telo qua duplex erat thorax Pompeium ferit: sed Pompeius

ferro stricto eū aduersus ipsum incendit. In hac pugna dicunt Amazones Barbaris
commilitasse: a montibus profecte: qui flumio Termodonti superiacent. Dum enim
Romanus miles ī spoliis Barbarorum obuersabatur: Amazonice Pelte Coturniq;
reperti sunt. Muliebre tamen corpus nullum inuentum. He Caucasum montē ha
bitāt qua parte ad Hircanum protenditur pelagus: nō Albanis finitime sed Gele
ac Leleges media vtriusq; gentis tenent. His que ille quot annis ad menses binos
eodē repetito loco: apud Hermodontem admiscentur. Deinde digresse: & ad pro-
pria reditu acto solitam vitam repetunt. Expedita ea pugna. Pompeius in Hirca
niam ad mare Caspium castra mouit. Sed cum ab optato trium dierū itinere iam
abesset: ex copia pestiferorum reptilium retroactus: ī minorem armeniam iter te-
nuit. In quam cū Elimeorum Medorūq; reges ad eum legatos misissent: amice re-
sponsum tulerunt. Parthum vero quod in Gordianam hostiliter excurrisset: infe-
staretq; Tigranis populos: per Affranium cum copiis missum fugauit: eumq; vsq;
Arbielitica persecutus est. In his preliis ex quotquot Mitridatis pelicibus: que
capte fuissent nulli se miscuit Pompeius: sed omnes aut eorum parentibus aut ne
cessariis illibatas remisit. Plereq; autem filie aut coniuges magnorū ducū aut pri
cipum erant. Straconice vero que maxime in primis dignitate precellebat: queue
ditissimam omniū arcem: gazaq; ingenti refertam in curam habebat: istrionis cu-
iusdam: haud alias bonis fortunati Senis autē filia fuit. Hic quod eam regio po-
tuit assidere nosset Regemq; ī ea oblectari ipsam ei adduxit. Ex quo letior factus
Mitridates: quietem duxit: senem autem obmisit mestum grauiterq; ferentem:
quod Rex eū nihil grate clementerq; habuisset: is tamen vt circiter primam lucem
somno experrectus apud se interius vidit mensas argenteis atq; aureis vasibus onu
stas strepitum etiam seruorum: enuchos atq; domesticos intellexit vestes ingentis
precii ad sese ferre. Preterea equum ante portas splendide sibi ornatum adstare:
veluti ex amicis regis & ipse esset credens ludibrium hoc esse iocūq; cum impetu
portas ad fugam poscit. Sed ipsum peruenientibus seruis dicētibusq; quid diuite
quodam nuper defuncto: Rex illius domū sibi donauerat: quodq; ea omnia parue
essent primitie reliquarum diuitiarum vix persuasus purpuream vestem induit.
Equum deinde insiliens per vrbem & concitatius ea omīa sua esse clamitans. Inde
ad irridentes versus non id mirandum esse dicebat sed potius quod obuios lapidi-
bus nō feriret pre alacritate insaniens. Huius generis huiusq; sanguinis stratonice
fuit. Hanc ille ciuitatem Pompeio postea tradidit: munera preterea multa adiecit
quorum omnium Pompeius ea tantum que ad ornatum sacrarū & ad triumphi de
cus fore aspexit sumens. Stratonicem reliqua habere permisit. Rege pariter Ibe-
rorum: spondam mensam sedemq; que ex auro erant ad Pompeium mittente oran
teq; vt ipsas vsui suo sumeret redigendas in erariū questoribus dedit in noua eius-
dem loci arce quibusdam arcanis scriptis epistolisq; Mitridatis Pompeius incidit.
Que cū effectum Regis apperirent non sine voluptate a Pompeio periata. Ibi enī
cōmentaria deprehensa venenorum quibus & multos & ipsius filium Arriaritem
necauerat: Alcenumq; preterea Sardianum: quod in agitatione equorū is regem
improbauerat. Somniorum etiam interpretationes reperte partim que ipse Rex
partim que femine quedam viderant. Preter hec impudice quedam epistole Mo-
mines peramate mulieris ad eum quedamq; regis ad ipsam date. Memorat Theo
phantes in his repertum esse orationem qua Rutilius Mitridatem exhortabatur
ad cedem Romanorū qui tum in Asia fuerāt. Quod plerique plare existimabāt asiū
Theophanis fuisse nō ob Rutilium quem Theophanes odisse non videbatur. sed
decentius ob Pompeium cuius patrem Rutilius in eius historia virū iniquū osten-
derat. Ceterum Pompeius hinc ad Amisum profectus ex ambitione in odiosam

affectum incidit. In multis enim improbarat Lucullum inquiens viuente boste nõ
decere prouintiam ordinari munera bonoresq; partiri que confecto bello victores
facere consueuissent. Que & ipsum apud Bosphorum Mitridate preualente & ma
iores struente copias prouintias ordinasse munerãq; diuisisse ac si bello finẽ dedisset
egisse contigit multis ducibus multisq; principibus duodecim preterea Barbarorũ
regibus ad ipsũ confluentibus. Vnde & borũ gratia ad Partborum regẽ scribens
eum quemadmodum ceteri regẽ regũ appellare baud dignatus est. Ipsũ etiã cu
piditas quedã inuasit: Siriam occupare atq; per Arabiam mare rubrũ attingere:
vt vndiq; qui orbẽ cingit Occeanus tropbeis suis impleret. Etenĩ primus in Libia
vsq; exterius progressus ẽ pelagus. In Hispania apud Atlanticũ mare fines Roma
ni imperii protendit. Tercio bic Albanos persequens ferme ad Hircanũ pelagus
egressus est. Veluti ergo orbis ambitum coniuncturus exercitum mouit. Mitrida
tem nanq; armis male comprehendi posse videbat illumq; fuga q̃ prelio grauiorẽ
Ex quo ratus validiorem illi bostem famem futuram quam exercitum nauales ca
pias instituit aduersus negotiatores qui per Bosphoranum nauigarẽt fretũ necẽq;
incomprehensos edixit. Deinde frequentibus copiis exercitus sui assumptis iter
cepit. In quo obuiam bis factis: qui cũ Triario aduersus Mitridatem infeliciter
dimicauerãt: qui adbuc inbumati fuerãt: eos splendide decoreq; tumulauit. Quod
cũ neglexisset Lucullus: nõ iniuria odii materiam est nactus. Inde cũ affranio duce
Arabas qui iuxta Amanum incolunt in potestatem egisset & inde descendisset in
Siriam regionem banc veluti legittimis carentem regibus: prouintiam populi Ro
mani egit. Hinc iudea subacta: regem eius Aristobolũ cepit. Ciuitates & quasdã
condidit aliasq; seruitute liberauit earum tirannis supplitio affectis. Plurimũ aũt
tempus triuit: dũ arbiter inter vrbes regesq; iudicat. Quas in partes ipse non ibat
beniuolos eo destinabat vt ad Armenios Partbosq; qui de finium litibus iudicarẽt
Tres enĩ arbitros eo misit ad eos conciliandos: magnam enim vim tum nomẽ Pom
pei babebat: nibil etiam minor & virtutis & bumanitatis rumor. Quibus omĩbus
plurima domesticorum atq; beniuolorum suorũ delicta obruebantur. Non enim a
natura ipsi datum probibere aut suppliciis delinquentes afficere. Se ipsum bis cũ
quibus versabatur talem prebebat vt eorũ cupiditates grauesq; affectus tollera
ret facilime. Qui plurimum apud ipsum poterat. Demetrius libertus probibetur
nõ in ceteris adolescens inurbanus sed nimium fortuna insolenter vsus. De eo boc
memoratur. Catbo pbilosopbus adbuc annis iunior: sed expectationem permagnã
de se prebens famaq; tam insignis & dignitate in Antbiocbiam profectus est: cupi
dus absente Pompeio: eam vrbem studiose diligenterq; inspicere. Hic quemadmo
dum semper consueuerat: tum etiam pedes ibat: eius proximis qui inter illud secum
agebant equo inuectis. Cum autem ante eius vrbis portas: bominum cobortem in
niueis astare vestibus vidisset: & a parte altera Ephebos: ab altera pueros inter se
se lectos: indignatione motus est: existimans bec ob bonorem quendam sibi appre
parari. qui borum nibil optaret. Nibilq; presciisset. Comites tamen ab equis iussit
descendere secumq; ire. Cum vero appropinquasset: tum iuuentutis illius Magi
ster: qui ea omnia componebat: coronam virgamq; gerens: obuiam venientibus fa
ctus vbi Demetrium dimiserint rogat & quando ipse venturus sit. Tum Catonis
beniuoli in risum omnes effundi. Cato o miseram inquit ciuitatem: aliud ni
bil respondens preteriit. Sed alius quidem bunc Demetrium Pompeius minus
inuidiosum reddidit: fastum eius illecebrasq; indignatione nulla perferens. Dicitur
enim cũ Pompeius sepius in amicorum crebris salutationibus staret: ac alios atq;
alios immorando susciperet: illum tum molliter insolenterq; iacuisse: capud vsq; au
res obtegentem. Hic nondum in italiam profectus: Amenisiam Rome suburbana

est nactus. Preterea diuersoria pulcerrima ortos etiam precii multi possedit: qui
Demetrii nuncupati sunt: atq; Pompeius ipse vsq; ad terciu triuphu modice atq;
incomposite habitauit. Pulcrum deinde cu illud Theatrum a Romanis longe dif-
famatum construxisset splendidiorem domum veluti a Theatro appendicem edi-
ficauit: quia etiam ab inuidia intactus est. Vnde post Pompei excessum eius do-
mus possessor eam ingressus in admirationem venit rogauitq; vbi Pompeius mag
nus cenauisset. Hec ita feruntur Ceterum rege eorum Arabum qui apud petram
Arabie circumincolunt: nulla hactenus existimatione Romanoru facta: non paruu
rum in modum metuente scribenteq; quod in omnibus obsequi Pompeium statu-
isset. Pompeius vero mentem experire volens: castra ad petram mouit: no sine fer
me omnium querela. Putabant enim Mitridatis persecutionem Pompeiu euitare
& in Mitridatem ipsum fore dignius vt totis viribus conuerteretur: veterem sci-
licet & precipuum hostem qui vt nuntiabatur redintegratis animis viribusq; per-
scitas: ac peonas in italiam expeditionem preparabat. Sed Pompeius existimans
sese aut facile illius potentiam absumpturum: si pugnandi copia fieret aut fugien
tis potestatem habiturum: nolebat frustra in persequendo tempus terere. Vnde a
lia bella no obtractabat nec mutus moram trahebat. Verum fortuna omnia soluit
Non enim a petra longius aberat: cum positis castris inter equestre certamen: qd
iuxta exercitum ludi gratia agebat: apparuere tabellarii qui litteras leta nuntian-
tes e ponto efferebant. Cognito extemplo hi fuere grata nuntiari ex iaculoru cu-
spide. Lauri enim frondibus coronabantur. His visis milites q primu ad Pompei
um cursitare ipsumq; precingere. Sed eo agonem imperfectum deserere volente:
cum acclamarent illi equo dissilit litterasq; suscepit. Eminentior tum aberat sug-
gestus & miles in illius structura haud peruenerat: fieri quippe is solet excisum
cespitem: exciso accomulando cespiti: Propere ergo iumentorum sellas afferens mi
les: edictum erexit tumultum quem cum ascendisset Pompeius ex litteris recitat.
Mitridatem per filii pharnacis seditiones mortem sibi consciuisse: ac omia que ip-
se possiderat Pharnacem sibi sortitum deq; his gestis Pharnacem ad se Romamq;
scriptitasse quibus auditis ois exercitus vt fas fuit summa alacritate effusus est. In
sacris deinde coiunctuq; obuersari ceptum veluti in vno Mitridatis pectore innu-
meri hostes extincti essent Pompeius postq vidit gestis & expeditioni sue ferme
ex insperato caput datum: confestim ex Arabia exercitum mouit statimq; medias
egressus regiones ad Amisum peruenit vbi munera q multa a Pharnace splendi-
dius ornata accepit multa etiam corpora ex regiis assumpsit Ipsu etiam Mitridate
apprehedi iussit: defunctum: & ex facie ipsa haud plane notum. Latuerat quippe
ministros: illius cerebrum liquefactu fuisse. Ab exploratoribus tamen: excitatri
cibus plene precognitis. Ipse vero Pompeius: illum minime intueri tollerauit sce-
lus abbominans: defunctum ad Sinopem misit. Quam vero portabant vestem: ar-
morumq; magnitudinem splendoremq; admiratus est. Gladii Chream quadringe
torom impensa talentorom instructam. Publius furatus: eam Ariarithi vendidit
Cidarini Caius Mitridatis comensalis clam fausto Sille filio potenti dedit. Erat
hec admiradi & incredibilis operis. Hec cu Pompeium latuere. a Pharnace vero
postea coperta re: q hec abstulerut pe ius affecti. Popeius rebus illic compositis pa
catisq; iter sumpsit festos continuo agens dies: ad Mitilenem profectus: Theopha-
nis gratia ciuitatem liberat: vbiq; Scenicos portas inspexit: iam tum ipsius gesta
materiam habentes. Hic Theatri formam admiratus eius similitudinem Tipumq;
stilo expressit: per simile Rome conditurus: licet maius atq; speciosius cum Rhodi
adesset professores liberalium omnes audire curauit & preceptori cuiq; talentum
dono dedit. Hinc Possidonius philosophus ad Hermagoram oratorem scripsit:

Pompeiū se audiuisse singulaq; vir ille narrauit q̄ tū in ea contētione quesita fuere
Eadem in Athenis circa philosophos egit: inde ad ornatū vrbisq; eius Architect-
ram quinquaginta talentis dimissis in italiam festinans sperans omnium splendi-
dissimus illam attingere sed quod fieri solet plerisq; inter preclara hominū gesta vt
fortuna semper infaustum quiddam afferre curet: id iam diu preparatum fuerat:
ad illius reditum tristius agendum. Matia enim post Pompei abscessum ignomia
domum turbauit. Pompeiusq; dum in remotis ageret: id neglexit: sed italiam cū
iam attigeret impensiori cura rumori insistens quod vt opinandum est causam ma
gis apprehendit: repudiū illi dedit neq; tunc neq; postea cur eam repudiasset fas-
sus. Huius tamen rei causa apud epistolas Ciceronis patet. Ceterū de reditu Pom
pei: varii rumores vrbem compleuere: tumultusq; hinc nō paruus exhortus: quod
ducturus hic in vrbem esset exercitum & Monarchia extemplo ineunda. Crassus
etiam liberis pecuniisq; ad se receptis ab vrbe abiit seu vero cōpulsus metu seu vt
magis creditum est ad prestandum rumori & obtrectioni fidem inuidiamq; in Pō
peium exasperandam. Pompeius autem italiam ingressus: militibus ad cōtionem
vocatis: cū eos ornasset laudibus: rei accōmodata locutus p ciuitates ac municipia
disiungi iussit & ad propriam quemq; verti: admonens tamen triumpho omnes cō-
uenire. Sic ergo solato exercitu admiratio omnium animos oppleuit. Ex quo cū
viderent vrbes Pompeium magnum armis positis: cum paruo proximoq; suorum
comitatu: prodeuntem nec expeditionem eam perferentem. beniuolentia effuse cū
maioribus copiis Romani assecuti sunt: enixius parate seu mouere bellum ipse cu-
peret seu rebus studere innouandis. Ex lege deinde cū cautum esset: neminē ducē
ante triumphum vrbem ingredi ad senatum oratum mittit: vti consularia comitia
differtent summa ope postulant vt liceat presenti sibi cū Pisone comitia inire: cui
rei cū obstitisset Cato: Pōpeius animis frustratus est. Admiratus aūt Catonis au
datiam atq; constantiam quibus manifeste equitatis gratia vsus ille fuerat ipsum
sibi affinitate coniugem curauit. E sorore ergo Catonis cum essent gemine: sibi al
teram filioq; alteram vxorem postulat: Sed Catone rem suspectam habente: veluti
perditionis sue materiam quod illius affinitas dolo comparetur: cōiunx sororq; id
grauiter tulere Pompeium magnum affinem haud repellendum aientes. Inter hec
optauit Pompeius ad consulatum Affranium prouehere. Vnde pro inclinādis suf-
fragiis: argentum centuriis impensum est. Idq; suscepisse eos qui tum ipsius Pom
pei ortos ingressi essent: cognitum est. Itaq; cū res hec passim vulgaretur in Pom
peium obloqui ceptum quod amplissimū cū magistratū in quo tot strenua egisset
venalem illis instrueret. qui virtute assequi eū non possent. Hec Cato mulieribus
refert ostenditq; in quā incidissent contumeliam: si cū Pompeio affinitatē iissent
Quibus auditis petiuere veniam plane salubrius Catonis fuisse consilium fasse. Ce-
terum triumpho licet eum in binas dies partitus esset nō satisfecit tempus sed ap
paratuū tot in eo pretermissa sunt quot alteri triumpho sat fuissent pre illorū dig-
nitate ornatuq;. Ex prenotatis autem litteris clare cognoscere erat ex quo genere
gentium triumpharet Erant quippe religiones hec Pontus armenia Cappadotia
Paphlagonia Media Colchis Iberia. albania Siria Cilicia Mesopotania. Preterea
hi qui circa Phenitiam & Palestinam incolunt. Iudei. arabes Piratarum etiam q̄t
quot genera terra mariq; debellata erant. Inter hec notabatur. Castella haud pau
ciora q̄ mille capta. Ciuitates ferme noningente Piratice naues octingente Vrbes
presidiis Romanis firmatas esse vnde quadraginta His quoq; addebatur vniuersa
Romane vrbis tributa ante id bellum quinquagies decies centena milia fuisse Cū
his vero que populo Romano ipse quesiuit. Octuagies & quinquies deciescente-
na milia. In aerarium preterea vasa aurum argētumq; signatum ad viginti milia

talentorum: preter que militibus diuisa sunt. Quorum qui minus accepit mille &
quingentos ereos tulit. Captim post principes Piratarum in triumpho ducti. Ti-
granis Armenii filius: cũ vxore filiaq; ipsius regis Tigranis Cosmie coniunx. Rex
iudeorum Aristobolus. Mitridatis soror: cũ liberis quinq; Scitharũ quoq; ꝗ̃ mul
te mulieres. Albanorum & Iberorum ac regis Comagenorum obsides ducti. Tro-
phea quoq; ꝗ̃ plura notata: omnia preliorum munera equa que aut se duce aut per
legatos adeptus erat. Maximũ vero ac splendidissimũ fuit & quod Romanorũ ne
mini hactenus obtigit quod trinum e trina vniuersi orbis parte triumphum duxit
Nam licet tres ex hac vna parte antea triumphauerint: ipse tamen primũ ex Affri
ca: secundũ ex Europa: tercium hunc vltimum ex Asia ducens triumphum quodã
modo visus est ex vniuerso ambitu orbis triumphasse. Eius tum etatem. qui ipsũ
alexandro persimilem dicunt eiq; illi in omnibus equare innitũtur nondũ quatuor
& triginta annorum fuisse tradunt. Sed quod est verius quadragesimũ tum attin
gebat annum: o ꝗ̃ ipse satius si quousq; Alexandri fortunam nactus fuit: vita exces-
sisset. Vlterior enim etas felicitates ipsi inuidas & clades quoq; intollerandas at-
tulit. Quam enim potentiam ex eius virtute digne comparauerat: hac iniquius in
alios vtens: quantum virium illis ipsis addebat: tantum gloriam sibi abstulit. Vn-
de inscius robore ac magnitudine sua clam repulsus. Quemadmodum enim va-
lidissime ac munitissime ciuitatum partes: hostes admittunt adiciunt hosti-
robur: Sic ex Pompei potentia: elatus Cesar his armis quibus in ceteros vtebatur
eisdem Pompeium auctorem euertit. Res namq; sic acta est. Lucullus ex Asia cum
redisset a Pompeio per contumeliam habitus a senatu splendide exceptus ẽ. Qui
deinde ab optimis monitus. Pompeio etiã presente animũ ad remp. iniecit: huius
enim robur a natura ipsa iamiam obtundi frigereq; negotia inerti otio opumq; de-
licus dedita. Cum autem Pompeium iniquitate cepisset & recta in eum versus. a
cta que Pompeius rescideret sanari obtinuisset: Catone secum in senatu certante.
reiectus Pompeius confugere ad tribunos plebis coactus est & sese adolescẽtibus
addere. Horũ in primis detestandus & omniũ audacissimus erat Clodius: q Pom
peio suscepto eũ plebi subiecit. Inde per medium forũ eũ habens iuxta sese preter
q; dignitatẽ ipsum circumducens in suffragiis eo vtebatur & in gratia blandimen
tisq; plebis mercedem etiam ab ipso expostulauit veluti non ex probris sed ex bene
ficiis Pompeius obnixius illi foret. Solutum id postea precium est: cũ Pompeius
Ciceronem virũ sibi amicum atq; beniuolum & qui plurima Pompei arbitrio in re
p. gesserat: neglexit. Cum enim Cicero extremo ĩ periculo Pompei orasset auxiliũ
ille Ciceronem coram venire haud passus est. Sed vestibulo accidenti clauso: ipse
postico egressus clam est. Inde Cicero iudicii metu in exiliũ abiit. Inter hec Cesar
milicia functus reip. sese ingessit. Vnde hic rerũ status: tum beniuolentiam maxi
mam & in posterum potentiam permagnam sibi attulit. Pompeium vero maxime
oppressit. Consulatum deinde Cesar petit. Qui animaduertens Pompei Crassiq;
contentiones quodq; sibi alteri ipsorum amicitia iungeretur alteri inimicus fieret
ad amborum conciliationem vertitur: opus alias pulcrum ciuileq; sed ex vili causa
compositoq; dolo patratum. Vrbis enim potentia quemadmodũ in Cimba: cuius
onera vtrimq; equata sunt: in vnum congesta vnaq; facta. robur omne ciuitatis qđ
in diuersis altercationibus scindebat. Cesari addidit. Ex quo Cato in ciuili postea
bello inter Cesarem & Pompeiũ conflato: falli eos dicebat qui horũ discordias di-
cerent causam euersionis reip: esse. Non enim illorũ seditionem non illorũ inimici
ciam sed illorum conciliationem atq; cõcordiam. Primum & maximum hoc ciuile
malum vrbi peperisse. Ceterũ Cesar consul designatus: confestim ad pacandos in-
opum & egenorum animos cõuersus de deducendis Colonis agrisq; diuidundis:

rogationem tulit: egrediens quodammodo magistratus dignitatē & ad tribunatum
consulatū ducens. Cui rei cum collega Bibulus obsisteret & Cato in suffragiis va-
lidissime cū bibulo sentiret: Cesar manifeste ad rostra Pompeiū produxit: ibiq; eū
appellans: ab ipso quesiuit an legem probaret. annuente Pompeio: quid inquit Ce-
sar si quis aduersus promulgationem vim afferat: nonne ad plebem auxilium la-
turus accedes. Accedam equidem ait aduersus eos qui cū ensibus vobis imit-
tētur: ensem & clipeum feram. Hoc dicto Pompeius vsq; eam diem neq; acerbius
cuiq; dixisse neq; fecisse visus. Vnde eius beniuoli purgare eum parati: verbum il-
lud aiebāt ex improuiso Pompeium effugisse. Post hec tamen manifeste cognitus
est: omnino in reip. se tradidisse Cesari. Iuliam etiā Cesaris natam: Scipioni pactā
iamq; nuptui ducendam: id nemine sperante: Post dies paucos Pompeius vxorem
duxit & ad placandam Scipionis iracundiam: filiam fausto Sille filio antea locatā
ipsi tradidit: ipse vero Cesar Calphurnam duxit Pisonis filiam. Ex hoc tempore
Pompeius repleta vrbe militibus rem omnem vi tenuit. Decedente in forū Bibu-
lo cū consularibus insignibus Lucullo ac Catone comitantibus: irruētes hi desup
fasces illi effregere. Ex his etiam aliquis fimi cophinum in verticem & ora bibuli
iecit. Duo preterea tribuni qui comitando precesserāt consules saucii. Sic ergo ab
his foro deserto: atq; ab aliis qui legem impugnaturi erant: de diuidundis agris p-
mulgatum est. Ex quibus animi plebis illecti: ad omnia illorū gesta quiescere. ni-
hilq; animo obuersari ceptum. Sed silentio rogationes quasq; perferre sententiasq;
annuere. Acta ergo quibus Lucullus in Pompeium altercabatur: decreta. Cesari
vtraq; Gallia cū Illiricis ad quinquenniū in prouinciam cessit cum quatuor legioni-
bus. Creati in proximū annū consules sunt Piso Cesaris socer ac Gabinius vir īter
oēs Pompei adulator egregius. his pfectis Bibulus se domi claudens: octo mensi-
bus consulatus curam omisit: litteras vero dabat. obtrectans criminansq; Cesarem
Pompeiumq;. Cato veluti veris admonitus somniis & diuinatione certa imminē-
tem vrbi atq; Pompeio cladem predicere in senatu. Lucullis curis fessus: ocietem
agere veluti reip. ineptus ciuis. Ex quo id a pōpeio manauit: cōmodius esse seni de
liciis obuersari q̄ rerū administrationi. Extemplo tamen & ipse amore sponse leni
tus nupte q̄ maxime cessit agris ortisq; cū ea victitans: neglecto foro & reip. cura
Vnde Clodius tum tribunus plebis: audacissimus intentus rebus: illum omittit.
Cū enim eiecisset vrbe Ciceronem & Catonem captata prefecture materia in Ci-
prum destinasset Cesaremq; expeditionem in prouinciam agentem videret: plebēq;
in omnibus haberet obsequentem: cū in eius gratiam sua in magistratu studuisset
Extemplo quedam ipsius Pompei acta rescindere conatur. Qua in re Tigranē quē
e vinculis dimiserat comitem habet. Beniuolis preterea quibusdam Pompei: cri
men inicit: in ipsis Pompei potentiam experiri volens. Deniq; cum Pompeius de
fensioni cuidam forte adesset. Clodius sceleratorum & impudicorū hominū multi
tudine septus: in edito loco se collocat: deinde sic rogat. Quis imperator in pudici-
cia laborat? Quis vir virum querit? Quis vno digito caput scalpit? Ad que illi ve
luti chorus quidam cum plausu discutiente Clodio togam ad vnumquodq; magno
clamore. Pompeius respondet. Hec ingenti mesticia Pompeium afficiunt: insolitū
male de se audire & huiuscemodi pugne inexpertum. Tristabat etiam magis qd
senatum nouerat: hac in causa contumelia letatum: Ciceroniane proditionis penas
exprobantem. Hinc cum in foro plagas vsq; ad vulnera prodisse contingeret. Et
quidam ex domesticis Clodii turba summota se ad Pompeium tulisset gladiū a cir-
cūstantibus inferre cognitus. Pompeius quousq; Clodius magistratum eū gessit:
in forū haud ingressus est. Causam absentie: Pompeius hanc forebat. Sed clodii
iurgia & obtrectacōes. certior erāt vt ferē testis: vt Pōpeius in publicū nō pdiret

Domi ergo se continens. cũ amicis consultabat: qua ratione iracondiam Senatus
posse exuere. Dicente Culleone: Iuliam dimittendum esse & ab amicitia Cesaris
ad senatum redeundum non acquieuit. His veru qui censebat Ciceronem ab exilio
reoocandum: quod vir esset Clodio inimicissimus Senatuiqꝫ pergratus annuit. Vn
de Ciceconis fratrem cũ ĩ medio foro magna mano produxisset: cesis ibi quibusdã
non nullisqꝫ sauciis. Clodium superauit. Quare Cicero ex. S. C. redijt qui cõfestim
Pompeio Senatum conciliauit: quiue deinde pro lege orans fromentaria quodam
modo iterum omnis terre omnisqꝫ pelagi populo Romano subiecti. Potestatẽ Pom
peio integram dedit. Etenim lege portus omnes negotiatorũ conuentus. frugum
dispensationes & vnieo nomine: omnia nautica atqꝫ terrestria Põpeio subdita. Clo
dius legem hanc Senato prodisse: ob Arnone caritatem aiebat. Sed angustiam an
none emanasse vt lex promulgaretur veluti non ferente Pompeio potentiam suam
contingi sed ex nouo quodam magistratu excitare eam semper queritante. alii di
cunt hoc consulem Spinterem machinatam esse: conantem ad maiorẽ magistratũ
promouere Pompeium vt ipse ad regem Ptolomeum auxilio mitteretur. Verum
Canidius rogationem ad tribonos plebis tolit vti Pompeius sine exercitu cum ge
mino lictore ad Ptolomeum cũ alexandrinis consiliandũ destineretur. Cui rei Põ
peius non graoiter besisse visus sed Senatus id omisit. causa boneste reddita: quod
viro timeret. Ceterum in Senatu & apud forum: proiecte qoedam littere reperte
sunt: quibus notabatur Ptolomeũ orare vti pro Spintere Pompeius dux ad se mit
teretur. Timagnes vero Ptholomeum sponte inquit fugisse & reliquisse Egiptũ
Theophanis suaso qui matetiam querebat vt Senatus Pompeium cũ exercitu eo
destinasset: noua bellandi causa perquesita Sed hoc ipse astus Theophanis: nõ tam
credibile fecit quantum natura ipsa Pompei incredibile: qui ambitionem non tam
vafram neqꝫ tam seruilẽ habebat: Designatus itaqꝫ Pompeius rei frumentarie dux
diuersa in loca legatos amicosqꝫ mittit. In Siciciam ipse atqꝫ Sardiniam: Deinde ĩ
africam nauigans vim permagnam frumenti apparauit. Repetiturus Romã: cũ
mare procellis infestaretur & gubernatores se alto committere timerent: primus
nauem ingressus ancoram solui iussit Clamitans nauigare est necesse viuere ne
cesse nõ est. Hac audatiam & animo vsus: leta cum fortuna omne forum frumẽto
& omẽ mare nauibus impleuit vnde & ceteris extra vrbem incolentibus. Hic ap
paratus superabundans etiam fuit veluti e fonte quodam immensa frumẽti copia
manasset. Inter hec res gallica maxime Cesarem extulit qui in remotissimis locis
cum esset & bellum aduersus Belgas Britanosqꝫ conseret. ob dignitatem & hu
manitatem suam non animaduereente Pompeio. apud populum grauissimarũ etiã
reip. rerum coram gerebat Corpore quidem circa rem militarẽ non aduersus bar
baros Sed veluti venator in agonibus se frui videbatur & sese inexpognabilem ti
mendumqꝫ preparare. aurum argentumqꝫ spolia cetérasqꝫ diuitias ex hostibus par
tas: tanta horum aderat copia magno in numero Romam misit: horum deinde lar
gitionibus animos eimũ tentans edilibusqꝫ ad spectacula tribuens. Preteribos qꝫ
atqꝫ consulibus cotumqꝫ donans vxoribus multos sibi alexit. Quare in reditu supe
ratis alpibus, cum apud ciuitatem Lucanam hibernaret omniom vicorũ & matro
narum magnum numerũ eo accessisse memorant cum plausu leticiaqꝫ ingenti sese
offerentiũ. Consulares viri eo profecti sunt ducenti inter quos Pompeius & Cras
sus fuere. Proconsulum qooqꝫ ac pretorum Centum & viginti fasces ante Cesaris
fores inspecti. alios quippe omnes spe donisqꝫ repletos Cesar dimisit. Cum Crasso
autem atqꝫ Pompeio fedus initum vti petant ipsi consulatum. Cesarqꝫ eis auxilio
sit ad suffragia frequentes mittens milites. Deinde cũ declarati consules fuissent
vt exẽplo prouintias exercitusqꝫ decernerẽt. Cesariqꝫ gallias in alıud obsignarẽt

quinquennium. Hec cũ vulgerentur grauiter ab optimis habita. Ex quo Marcellinus magna in populi frequentia: ambos coram interrogat: an consulatum proximis in comitiis petituri essent. Cui cũ a plerisq; respondere iuberentur: prior inq̃ Pompeius se forte petiturũ aut nõ: Crassus Mitius respondisse fertur: inquit enĩ se facturũ quod in vsum reip. fore existimaret. Marcellinus itaq; cũ nõ esset equo in Pompeium animo: sed vehemens obtrectator fieret: quod minus grate responsum sibi fuisse videbatur: omnium inquit Pompeius. Marcellinũ iniustissimũ esse gratiam non habet quod ex muto eloquens factus sit & ex famelicolico crapulam exhalans. Ceteris deinde a petitione consulatus absistentibus. L. Domitiũ Cato exhortatus est ne cederet. Non enim pro magistratu aiebat sed pro libertate publica cũ tirannis esse certamen. Vnde Pompei fautores: hunc Catonis tonũ extimescentes & ne omnis Senatus illi inclinaret: plebisq; immutaretur animi nõ permisere Domitium in forum descendere. Sed viros armis munitos mittentes ipsi obuiam Melitum qui cũ lampade preibant trucidauerunt aliosq; verterũt in fugam Cato fugientium ultimus dextrum cubitum Saucius abiit uictus dum Domitium palam uindicat Hac igitur via dominationem aggressi non honestius cetera administrarunt. Sed primum cũ Catoni preturam populus decerneret: sententiamq; proferret. Pompeius incusatis auguriis cõtionem dimisit. Antiam postea & Vatiniũ corruptis & largitione centuriis elegecũt. Deinde tribuno plebis Tribonio rogationem tulere: vti Cesari. Hoc enim ei ex priuato federe debebant: secundum quinquenniũ in gallias decerneretur. Crasso Siria & expeditio in Parthos. Ipsi Pompeio Affrica & vtraq; Iberia cũ quatuor legionibus. Quibus peractis. Pompeius ex his legionibus petenti & oranti Cesari: duas ad bellum gallicũ concessit. Crassus consulatu dimisso in prouintiam profectus est. Pompeius constructo theatro: Gimnasia alia atq; alia sed in eius cõsecratione musicum exhibuit: venationes preterea quibus quingenti leones cesi. Eleuantes deinde horrendum quippe dirũq; spectaculum. Ex his iterũ in admirationem populi atq; beniuolentiam ductus permagnam in se conflauit inuidiam quod veteribus amicis militiam prouintiasq; discernens ipse per amena italie loca tum hic tum ibi vxori cedebat. Non enim siue amãs siue amatus disiungi patiebatur. Hoc quippe ferebatur vulgatumq; erat sponsam virum precimium amare que immature carere eo nequibat. Sed huius causa fuisse videtur viri continentia: qui nõ nisi illi admisceret: modestia etiam consuetudinis domestice: res quippe pergrata & qua mulierum genus maxime oblectatur. Continentie vero credendum erat: in flora ipsa scortum periurio criminatur: fertur comitialibus ludis: cum Sauciι quidam cesiq; nonnulli ad Pompeium venissent: eiusq; sanguinis contactu cruentasset vestem mutandam pecusse. Qua in re cũ tumultus seruorum illam portantium cursusq; permagnus fieret: sponsaq; tum erat grauida toga inspecta cruenta: collapsa semianimis est vix id tulit. Ex hac turbatione metuq; immature fecunt partum editum. Qui ergo Cesaris atq; Pompei amicitiam querebantur mulieris amorem maxime incusabant. Iterum ea grauida facta feminam peperit atq; e dolore pariendi mortem obiit. Nata etiã nõ multos post dies matrem secuta. Pompeius cũ coniugem apud Albanum tumulare appararet a plebe coactus in campum Martium funus extulit: in quo magis sponte miseratio cognita est: q̃ Cesaris seu Pompei gratia. Verum ex duobus his magis absenti Cesari q̃ presenti Pompeio honoris tribuni visum est Confestim enim tumultuari ciuitas cepit: resq; omnes insano discordiq; sermone versati veluti hactenus magis occuluisset ingeniũ q̃ extinxisset virorum horũ affinitas Non multũ deinde post Crassi clades apud Parthos accepta Rome nunciatur. Is quippe cum magnus esset obex belli intestini: defunctus viris frena laxauit. Ambo enim eũ timuerant eaq; viuẽte

quisq; viri insidebat: vt vero fortune obstaculum illud certaminis abstulit: extẽplo
vt inquit Comicus: alter in alterum vngitur & in arena manus fricat. tam parum
fortuna humane nature confert. Ea enim nihil cupiditatem implet vbi tanta impe
rii amplitudo: diuersarumq; magnitudo nationũ locorũq;. duobus sat non est viris.
Audientes legentesq; omnia ab eis tripartita quondam fuisse: ac vnum quęq; sua
fortitum accepisse Romanum imperium sibi nõ sufficere arbitrati sunt. At qui
Pompeius pro contione se inquiebat: magistratũ omnem antea assecutum ꝙ spera
uisset eũq; deposuisse citius ꝙ speratum esset. Et Hercule certissimũ sibi testimo
nium erant exercituũ dimissiones. Cum vero Cesar copias dimissurus non videretur
quereбat Pompeius publicis magistratibus aduersus Cesarem se munire. Aliud ni
hil tamen innouabat volens omnino non credere sed despicere magis ea negligere
q;. Ceterũ vt dilata comitia sũt ciuibus largitione corruptis Pompeiusq; inter re
gnum despexit. Rumor extemplo ad dictatorem exortus in vrbe ẽ Hunc Lucilius
tribunus plebis primum efferre est ausus: plebi suadens vti Pompeium dictatorẽ
declararẽt. Verum cũ bis obsisteret Cato. Lucilius fere se tribunatu abdicare co
actus est. Pompeium tum amicorum multi excusauere: quod magistratũ illum nõ
quesiuisset: pro eo nil obsecrauisset: eũq; haud voluisset. Que cũ laudauisset Cato.
Pompeium exhortatus ẽ ad resp. corã recapessendam. Ob eue veritus Catonem
ille ad priorem ornatũ vrbis versus est: creatiq; consules sũt. Domitius ac Messala
Sed cũ postea res ad interregnum redisset sermonesq; multi de dictatore iterũ ex
citarentur vim extimescens Cato: censuit legitimum quendam magistratũ Pom
peio dandum & impuram illam dictatoris potentiam atq; tirannidem abolendam
Qua in re Bibulus Pompeio inimicus prior in Senatu rogationem tulit vt vnicus
cõsul Pompeius decerneretur. aut enim inquit resp. ab instante turbine salua fiet
aut optimo parendum erit. Hec sententia cum propter oratorem monstruosa vide
retur surgens Cato: expectationem prebens quod Bibulo contradicturus esset: si
lentio acto eidem immixus est: a sese illam inquiens minime afferẽdam fuisse sed ab
alio illatam comprobare iubereq; in ipsam in quemcũq; magistratum magis eligẽs
ꝙ neminem Pompeiumq; existimans ea tempestate salubrius ꝙ alium esse ꝑfectu
rum. Quo a senatu suscepto. Decretum est vti Pompeius consul creatus solus ma
gistratũ gerat: siq; collega opus esset: nõ ante duo menses experimento doctus col
legam sumeret. Sic ergo per Sulpitium interregem Pompeius consul factus. Ca
tonem grata beniuolentia salutat gratias se illi habere fassus eũ orauit: vti priua
tim in eo magistratu consilii curam secum gereret. Sed Cato Pompeiũ gratias sibi
habere haud dignum existimauit. Ob eũ enim nihil se dixisse respõdit sed ob reip.
causam. Priuatim vero rogatus consultor fieri: & si minime id rogetur: publice se
dicturũ inquit que in remp. fore iudicauerit: huiuscemodi in omnibus erat Cato.
Pompeius ĩ vrbem profectus. Corneliam Metelli Scipionis filiam duxit: nõ virgi
nem sed viduam nuperrime relictam: a Publio Crassi filio qui apud Parthos defũ
ctus eam virginem duxerat. Aderant quippe puelle: preter etiam formositatem:
multe amoris gratie. Circa enim litteras pulcre perita: cirra fides circa geom etri
ca Preterea consueuerat philosophicis sese saluberrime prebere. Mores deinde oĩ
fastu & importunitate mundi: que duo iunioribus obuersari feminis solent in eas
dem disciplinas ductis. Pater & genere & gloria haud pudendus. Id tamen cõiu
gium quia incongruũ etate videbatur. multe improbauere: filio enim Pompei illã
fore magis copulandam ea etas admonebat. Honestiores vero ciues rem Romanã
tum a procellis nectam a Pompeio despici aiebant: quem populus liberatorem vr
bem constituerat: eũq; vnicum ei cure prefecerat. Sed ipse sertis inquiebant coro
natur nuptiasq; celebrat cũ cõsulatũ ipsum rem infortunatam sibi fore: existimare

deberet quod haud sibi ita preter legem mãdatus esset: si floruisset patria Ceterũ
cum in reos ambitus ac ex largitione corruptos presideret. leges scribens per quas
iudicia ferebantur: in ceteris se honestum integrumq̃ seruauit. Presidiũ ornatũq̃
simul quietemq̃ i curia suo consensu suisq̃ armis prebens In Scipione tantũ socero
qui rum damnari videbatur crimen nõ effugit. Apud enim sese sexaginta ac tricẽ
tis iudicibus domi conuocatis auxilium illi attulit. Quare accusator ab rei impeti-
tione destitit. Cũ Scipionem vidisset medio in foro a iudicibus precomitatũ. Iterũ
& male de se Pompeius audiuit quod cũ lege statuisset: ne pro eis laudes fierẽt: ip
se ad iudices ingressus est Plantum laudaturus. In quo Cato: erat enim ex iudicũ
numero aures manibus obstruens nõ velle inquit sese habere laudes preter legem
auditurum. Vnde Cato prius q̃ sententiam ferret eiectus est. Plantus tamen iu-
dicũ senrent is est damnatus: non sine Pompei robore. Post paucos etiã dies: Hip-
seus vir consularis iuditium vitans: cognito Pompeium ad cenam lotum proficisci
eius genubus accubuit: eũq̃ obsecrare cepit. Sed Pompeius cum fastu eũ preterut
illum inquiens cenam sibi disperdere aliudq̃ conclusit nihil. Sic ergo iniquior esse
visus probris laceratus est. Cetera autem omnia ordine composuit: collegamq̃ si-
bi socerũ ad reliquos quinq̃ menses delegit. Deinde decreto senatus prouĩtie sibi
in aliud quadriennium dato: milleq̃ talenta quotquot annis sumere quibus exerci-
tum teneat alatq̃. Quibus cognitis amici Cesaris dignum existimauere & de Ce-
sare rationem habẽdam esse: qui pro Romano imperio tot bella tractabat. Aut enĩ
dignum eum dicebant: secundo potiri consulatu aut militie tempus sibi prorogan-
dum. ne dux alius ei succedens gloriam laborum ipsi auferret sed ipse honoris pre-
mia iniret. Circa id cum altercatio orta esset Pompeius veluti ex beniuolentia pro
Cesare inuidiam esset excusaturus se litteras habere a Cesare inquit quibus opta-
bat successorem & se ab expeditione liberari. Ius tamen petendi consulatum dari
sibi licet absenti: equum esse censere. His cũ obsisteret Cato Catonisq̃ factio iube-
rẽtq̃ Cesarem dimisso exercitu priuatum inuenturũ quod cõmode obtinere posset
Pompeius nulla contentione facta sed veluti victus suspitionem de se maiorem pre
buit quod egre in Cesarem sentiret. Misit deinde pro legionibus quas Cesari cõ-
modauerat eas repetens rebus Parthicis simulatis. Sed Cesar licet noscet quibus
ex causis milites repeterentur ipsos remisit: grate ampleq̃ donatos. Inter hec cum
Pompeius apud vrbem Neapolim: cum vite periculo elanguisset conualuit. Hinc
Praxagore suasu eius vrbis ciues sacra pro ipsius salute duxerunt. Quos cũ imita
rentur finitimi & deinde cum res hec sic italiam omnem ambiret queq̃ magna &
queq̃ parua ciuitas dies q̃ plures festos egit. Preterea vndecunq̃ sibi sic obuiam
proditum est vt pro numero nullus satis esset locus sed vie oppida portus omnes:
passim victimis ac libaminibus repleri Multi preterea sertis ornati sub lampadibus
eum suscepere floresq̃ in eum iacere gradiẽtemq̃ vsq̃ comitari. Vnde ipsius cultũ
profectumq̃ pulcerrimum ac spendidissimum spectaculum esse. Quod inter alias
belli causas nõ minimam fuisse ferunt. Subiit enim fastus illi exuperans cũ magni
tudine simul leticie omnem agendorum rationem Preterea felicitates gestaq̃ sem
per tuto in loco ponens ob quid desinens cautior esse in impuram audatiam conten
tumq̃ incidit de Cesaris viribus quod non armis nõ aliquo industrio opere sibi o-
pus foret sed multo facilius Cesarem esset absumpturus q̃ eũ antea sublimauisset
His addebãt Appii reditus qui legiones Cesari cõcessas Pompeio e Gallia addux
erat Is enĩ maxime res gallicas Cesaris extenuauit & in Cesarem maledicacem ex
ercuit linguam ipsũq̃ Pompeium dicebat suarum se viriũ nominisq̃ ignarum esse
qui aliis armis i Cesarem muniretur quem eisdem Cesaris copiis perditurus erat
cũ primum inspiceretur tantum esse odium aiebat quod milites in cesarẽ seruabãt

tantumq; esse desiderium quod aduersus Pompeium tenerent. His ergo Pom-
peius elatus est. Est ac huiuscemodi contemptus ob ingentem fiduciam ita plenior
factus est vt eos qui bellum extimuissent eluderet. Cumq; dicerent quidam ad in-
uasionem cesaris se non videre quibus viribus se Pompeius tueatur subridens mul
toq; profusior eos haud ea cure sibi fore admonuit. Cũ enim inquit terram italie
pede pulsabo: scatebunt pedestres equestresq; copie. Sed Cesar validius iamiam re
bus imminebat: qui cũ nondum longe italiam attingisset sedulo ad vrbem destina
bat milites vt comitiis adessent. multos hic tum ciues pecuniis sibi allexit: multos
etiam primorum munere placauit. Inter quos paulus consul ob mille & quingenta
talenta mutatus est: & Curio tribunus plebis a Cesare ingenti ere alieno liberatus
ac. M. Antonius ob amicitiam Curionis: eorum que Curio debebat particeps. Im
probatus cũ inter hec Cesar est. quod cũ quis ex his qui ab ipso venerãt stans iux-
ta senatum audisset: quod Cesari prorogatio nõ daret: Manu ensis capulo percussa
inqt: at hic dabit gladius. Hec itaq; acta apparatusq; in hanc mentẽ inclinabantur.
Curionis tamen sententie precesq; pro Cesare magis populares videri. E duobus
enim vnum equum fore censebat. aut a Pompeio repetendum exercitum aut Ce-
sarem ab expeditione nõ reuocandum. aut enim priuatos iuxta eos perpessuros di
cebat: aut emulos in his que publice obtinent quieturos. Sed hic alterũ inualidũ
facere moliens: quam timet potentiam geminat. Ad hec cum consul Marcellus prẽ
donem appellaret Cesarem iuberetq; eum a senatu hostem iudicari ni arma ponat
Curio comite Antonio ac Pisone. Senatum redarguere statuit. Iussit enim eos qui
censerent Cesarem tanta arma ponere Pompeiumq; in magistratu esse e loco trans
ferri & maior eorum numerus in alteram curie partem trans latus est. Post autẽ
cum iussisset transferri eos qui censerent ambos ab armis ammouendos nulloq; es-
se in magistratu: pro Pompeio duo & viginti tantum sensere. Curioni vero omnes
hesisse visi. Ex quo hic veluti victor splendidius letusq; ad plebẽ profectus est. atq;
ab ea cum plausu iniectu sertorum florumq; susceptus. Pompeius cũ in senatu non
aderat. Exercituum enim ducibus vrbem ingredi haud mos fuit. Marcellus inter
hec surrexit se inquiens sedendo orationes nõ audire Deinde cum video inquit de-
cem legiones iam Alpium iuga exuperantes: vado & ipse virũ missurus: qui ꝓ pa
tria eis obiciatur. Hinc vestes: veluti publico in luctu mutauere. Marcellus autẽ
ad Pompeium per forum graditur senatu subsequente qui corã illo constitutus: iu
beo te inquit Pompei patriam defendere fruiq; preparatis copiis & aliaꝝ delectũ
habere. Eadem dixit Lentulus alter in proximum annum tum consul designatus.
Pompeius inde cũ cepisset delectum agere alii nõ paruerunt alii & hi pauci: segni
fragiliq; animo dictis acquieuerũt. Plerisq; vero militie solutionem acclamare. An
tonius enim Cesaris epistolam inuito senatu apud plebem recitauit affectus popu-
lari gratie accomodatos continentem. Orabat enim ambos prouintiis excedere &
exercitibus dimissis sub plebe ambos constitui plebisq; inditio subici. Lentulus iam
inito ꝯsulatu senatũ haud habebat. Ceteroq; nuper e Cilitia ꝑfectus conciliationẽ
amboꝝ agitabat. Vt Cesar gallia decedens reliquo dimisso exercitu cũ duabus le-
gionibus apud illiricos alterũ expectaret consulatum. Quibus de dignitate Pom
peio persuasi sũt beniuoli Cesaris alteram legionem etiam dimitti. Sed aduersante
Lentulo iterũq; acclamante Catone falli eos Pompeium decipi concordie finis ne
mo datus. Dũ hec aguntur nuntiatur Cesarem Ariminum ciuitatem amplam italie
apprehẽdisse ac palam cum omnibus copiis Romam impetere. Sed hoc falsũ erat
proficiscebatur enim maiorem nõ habens manum ꝙ tricentoꝝ equitũ & quinq; mi
lium peditum. alias enim copias que trans alpes tum erant non expectauerat irru-
ere extemplo turbatis rebus improuisisq; magis eligẽs ꝙ tempus hosti prebuisse

ad pugne apparatũ. Ad fluuiũ igit̃ rubiconem profectus qui prouintie sue limes erat silentio subsedit mente anceps. Secum enim voluebat magnitudinem audatie Deinde veluti qui ĩ vastam profunditatem a precipitio se inducũt animo mussans & ad ingentem rem stupidus cũ ad adstantes versus hoc solũ grece exclamauisset iacta alea Sic exercitum traiicit. Huius rei rumor cũ primum in vrbem irruisset eamq̃ palam compleuisset metus tumultusq̃ qualis nũq̃ antea terrorem passim iniecit Patres extemplo ad Pompeium delati omnesq̃ magistratus simul cõcurrere odisseq̃ Deinde interrogante Tullo de exercitu deq̃ apparatu & Pompeio subtrepide aiente a Cesare profectos presto se habiturũ putareq̃ priorem delectũ quem celere egerat ad numerũ fore triginta milium exclamauit Tullus elusisti nos pompei legatosq̃ ad Cesarem mitti censuit. Faonius vero in ceteris homo haud improbandus sed licentia atq̃ iurgiis q̃ sepe conatus audatiam Catonis imitari tũ iussit Pompeium terram pede pulsare quas promiserat copias conuocantem. Quam intemperantiam Pompeius modeste tulit. Cato inde cũ pompeium admoneret eorũ que ĩ ipso initio de Cesare sibi predixerat: respondisse Pompeius fertur: diuiniora illa fuisse que Cato vaticinatus fuerat sed mitius ab se peractũ extitisse Hinc Cato sententiam dixit: vti Pompeius dux imperatoria potestate deligeretur: addens huiuscemodi virorum esse magna efficere mala eademq̃ fugare. Hic autẽ extẽplo in Siciliam profectus est. Eam enim prouintiam ipse sortitus fuerat aliorũq̃ q̃sq̃ vt sors dedit aliam sibi designatam petiuit. His ergo omni ferme italia commota: quid agendum esset cuiq̃ in dubio erat. Alii fuga Romam repetiuere: alii ab vrbe foras efferri linquentes vrbem tot procellis tantoq̃ turbine inuectã habenteq̃ q̃d in vsum foret perfragile: quod vero euitandum validius diabusq̃ ipsis perdifficile Non enim fas erat metum soluere neq̃ sinebat quis ratione Pompeium vti sed omnis qua perturbatione affectus fuerat territus aut mestus vel anxius eadem illum opprimebat. Eademq̃ die diuersa innitebatur in consilia de hostibus nil Pompeio audire certum erat cũ nuntiarẽt multi que casu percepissent Deinde quod postea re aliter comperta negaretur fides. Ergo cũ statuisset huiusce turbatiõis certior fieri: omnes iubens partes sequi: premonito quod qui remansisset. vir. Cesaris existimaretur vrbem circiter diluculum liquit. Consules tũ nullis peractis sacris quẽadmodum in bellorum auspitiis fas erat effugerunt. Inter hec ipsa pericula & desideratus Pompeius est magna virorum beniuolentia. Cũ enim multi obtrectarent militiam: repertus nemo est qui ducem odisset sed certum erat plures eos esse qui Pompeium linquere haud possent q̃ qui ob libertatem tutandam fugerunt. Paucis inde diebus post: Cesar Rome cum castra admouisset: clam apprehendit. Qui ceteris placide benigneq̃ pertractis: vni tãtum Metello tum tribuno plebis quod ex erario Cesarem assumere censum vetuisset necem cõminatus est minisq̃ addidit orationem etiam asperiorem. Inquit enim non magis id sibi dictu q̃ facta graue. Ergo Metello cũ inde admoueri coegisset capto pro oportunitate censu Pompeiũ persequit̃ eum ab italia eicere properans anteq̃ ex Hispania copie illi adiungerent̃ Pompeius autem Brundusio suscepto: potitus classe: consules confestim traiicit cũq̃ consulibus cohortes triginta Dirachium permittit. Scipionem vero socerũ ac Sui filium in Siriam misit ad classem construendam Ipse vallo Brundusii portas muniens. preterea in menibus instituens leuis armature quam multos milites. iubensq̃ Brundusinos absq̃ metu domi esse: omnẽ interius ciuitatem effodit vallauitq̃ acuisq̃ sudibus impleuit omnes ipsius vicos preter duos per quos ipse ad mare descẽdit. Tercia deinde die ceteram multitudinem in nauibus magno silentio locatam habuit: quo facto murorum custodibus dato signo cũ eos accelerantes suscepisset: extemplo cum omnibus nauigat. Cesar cũ derelicta ab hoste menia vidisset: fuga-

intellecta parũ ferme abfuit quin ĩ sudes fossasq̧ p̃ceps inferreẽ Sed rẽ aperientibꝫ
Brundusinis Cesar inspecta ciuitate circunq̧ ambita soluisse omnes inuenit: preter
milites paucos qui cũ duabus supersederant nauibus. Alii hunc Pompei abscessũ
inter sua preclara rei militaris opera reponunt. Sed admirario Cesarẽ cepit: q̧ Pō
peius qui ciuitatem permunitam habebat: que copias expectabat ab Hispania pe-
lagiq̧ tum erat possessor ita italia relicta abscessisset. Incusat & ipsum Cicero quod
Themistoclis militiam magis imitatus esset q̧ Periclis: cũ res ipse huius magisq̧
illius geste similitudinem agerent. Inter hec Cesar quoniam tempus aduersũ exti-
mescebat: studiosissima pacis opera ostendit. Capto quippe Numerio Pompei be-
niuolo Brundusium eum misit rogans eq̃o in iure conciliari. Sed Numerios cum
Pompeio adnauigauit. Cesar igitur diebus sexaginta: italia absq̧ cede potitus de
persequendo hoste cõsultat sed ex defectu classis: mutatis animis castra ad Hispa
niam mouet: optans copias que illic Pompeio militabant ad sese ducere. Dum hec
aguntur magne vires Pompeio conuenire. Vis enim maritima ferme inexpugnabi
lis affuit: quingente naues ad pugnam expedite & in ampliori numero speculato-
rie liburneq̧ equitum: Rome ac italie flos milia septem nõ genere nõ opibus nõ di
gnitate infimus: peditum vero quod is promiscuus erat & egebat exercitacõnis
in Hiberia subsidens exercebat non quidem piger sed veluti prima florens iuuen-
tute gimnasiis frui: Magnum quippe tum erat ad animorũ fiduciam Pompeium
magnum aspicere duo de sexaginta annos natum pedites primo deinde equites in
armis exercere nudareq̧ perstrennue ensem equo currenti vectũ condereq̧ popor
tune: preterea in iaculatu non agilitatem tantum sed robur pro tenore ostentare:
quem ex iunioribus plerisq̧ haud exuperabant. Ad ipsum confluxerũt & reges &
nationum principes: atq̧ a Roma tot primorum vt circa se numerus perfecti sena
tus esset. Accessit & labeo Cesare relicto: cum quo longa fretus amicitia in gallos
militauerat. Deinde & Brutus eius Bruti filius qui in gallia cesus fuerat: vir q̃dẽ
magnanimus & qui Pompeio nil de accessu predixerat: anteaq̧ Pompeium nunq̧
salutauerat: ceu patris interfectorem. Sibi tum ille sese subiecit vt duci qui pro li-
bertate patrie arma sũpsisset. Cicero etiã licet aliter scripsisset censuissetq̧ tamen
pudore est captus. non est in eorum numero qui pro patria periculis se obiicerent.
delatus & Sestius hoc est homo etate decrepitus cui alterũ in macedonia crus mu
tilatũ fuerat. Hunc cum ipsũ eluderent ceteri riderentq̧ Pompeius primo in con-
spectu assurrexit occurritq̧ magnum existimans sibi testimonium fore viros p̃ter e
tatem viresq̧ pro libertate cõmune periculom cum ipso subire. Habito deinde Se
natu & Catone sententiam dicente cum statuissent neminem ciuem extra aciẽ in-
terimendum neq̧ ciuitatem Rome sociam diripiendam: tum magis Pompei par-
tes a mari cepte. Quibus enim belli nullum commertium erat: vt quod procul inco
lerent aut quod ex eorum fragilitate negligerentur. Hic cum animis fauore & o-
ratione equitati concertare: putantes deorum hominumq̧ hostem illum esse q cum
voluntate Pompeium victorem esse non optarent. Nihil tamen minus & Cesar be
niuolum sese vincendo prebere: qui Pompei copias cum in Hispania supauisset cap
tiuasq̧ duxisset earum duces abire dimisit milites q̧ sibi adiunxit. Deinde iterũ Al
pibus exuperatis italiam percurrens ad Brundusium delatus est cũ iam dies bre-
uissimi anni forent pelago hinc superato ipse ad Nerricum mouit Iuliũq̧ virũ Pō-
peio amicum captiuum habens ad Pompeium mittit eum prouocans vti in vnũ am
bo cõueniãt tercia inde die copias omnes soluturi amiciq̧ facti iureiurãdo obnoxii
in italiam rediant. Hec Pompeius dolum iterum esse existimauit celerq̧ ad pela-
gus profectus: loca omnia oppidaq̧ apprehendit que vel receptacula ad pedestres
copias haberent vel stationes aut signa quedã nautis essent. Vnde quocũq̧ spirante

vento aut frumentum aut milites aut pecunie Pompeio afferebant. Cesar interim
& terra mariq; locorum angustiis oppressus necessitate victus pugnam exoptabat
Hinc aggressus persepius hostiũ munitiones eosq; lacessens leuibus preliis plerasq;
earum cepit. In his & obtigit vt ferre passundatus Cesar fuit: omneq; amiserit ex
ercitum: Pompeio strennue certamen ingresso ac vsq; omnium fugam cũ cede du-
orum milium persequente: qua in re cũ aut vi irruere: aut congredi aut nõ timere
nesciuisset Pompeius: Cesar dixisse fertur ea die victoriam apud hostem fuisse: si
vincentem habuissent. His itaq; Pompei milites elati: rem omnẽ ferro decerni stu
debant. Pompeius Regibus Ducibus Vrbibusq; externis veluti confectũ esset bel
lum nunciauit. A periculo autem pugne longe abhorrebat putans & tempore: &
angustiis sese viros expugnaturum: viros armis inuictos suetosq; annis ꝙ multis si-
mul vincere & ad aliam militiam erroresq; ac mutationem castrorum fossas muro-
rũq; erectiones ob senectam tardos obq; id congredi manũq; conserere celeres. Ni
hil minus parũper antea Pompeius ad suos versus vt manerẽt exhortatus est. Cũ
vero post pugnam Cesar ob angustias commeatus castra mouisset: & per Thama-
nos Thessaliam peteret: Pompeianorũ animi haud amplius contineri potuere Sed
fugere Cesarem clamantes: alii ipsum mox persequendum: alii in italiam transeun
dum censebant. Seruos alii amicosq; Romam destinauere ad domos iuxta forũ cõ-
ducẽdas veluti confestim magistratus inituri. Voluntarii etiam multi Lesbum ad
Corneliam nauigauere nunciantes bellum finem habere. Illuc enĩ pompeius ipsam
subdestinauerat: frequenter vero Senatu Affranius sententiam dixit italiam fore
tenendam: Eam enim esse maximum belli premium statimq; his qui eã habuissent
aiebat addi Siciliam Sardiniam Corsicam Hispaniam Galliamq;. Preterea omnẽ
ipsiusq; patrie preces plurimum ad Pompeium ferri: manus propemodum ad eum
protendentes: pulcrumq; nõ esse eam dispicere propulsatum famulantemq; seruis
& tirannorũ adulatoribus. Ipse vero Pompeius nõ splendoris sui existimabat Ce-
sarem fugientem nõ persequi fortuna id dante Preterea indignum iniquamq; cen
sebat Scipionem linquere: aliosq; cõsulares viros circa greciam ac Thessaliam: con
festim in potestatem Cesaris venturos cum censu copiisq; permagnis: Rome satis
eos errare inquiebãt qui remotissimis in locis bellum pro ipsa gererent: vt quieta
malorumq; expers: libera vincentem expectaret: hec cum statuisset Cesarem perse
quitur animi quidem certus pugnam nõ inire sed obsidione ambire hostem: ꝓpius
ꝙ insequendo eam angustiis commeatus conterere. Hos enĩ maxime sibi cõducere
& alia ex causa putabat. Sermo enim inter equites sparsus erat: ꝙ confestim profli-
gato Cesare decreuisset: priuatus esse. Dicunt alii Pompeiũ huius rei metu nulla
in re alicuius digna opera Catonis vsum fuisse. sed ꝙ in Cesarẽ proficiscens: mari-
timi apparatus prefectum eũ liquisset: trepidus ne Cesare ceso ab eo confestim co
geretur magistratum ponere. Quietus ergo cũ hostes insequeretur: in crimine ob
tractationeq; erat: quod nõ contra Cesarẽ militiam ducerent sed ĩ patriã senatũq;
vt omni in tempore Dux esset & abesset nunq; ab his qui eum dominari optabant:
ac ministrorum satellitumq; vsu. Domitius autem barbus Agamennonem eum &
regem semper appellare solitus inuidia ipsum perurgebat. Faonios preterea nõ mi
nus infestus erat: vir sũme audatie & maledicati lingua potens. viri enim acclama
bant. hoc non licebit anno. ficus in tusculano carpere: Lucius etiam Affranius: is
qui in Hispania copias amisit proditionis haud intactus: Pompeium tunc aspiciẽs
pugnam detractare. mirari se eos dicebat qui eum incusabant: cur ad institutorem
prouintiarũ profecti animo pugnent. Hec huiuscemodiq; alia multa oblocuti Pom
peium virum fama & pudore aduersus notos inferiorem vi compulere vt optatib;
& illorum spei obsequeretur: optimamq; suam racõnem obmitteret: quod nõ vince

nauis gubernatori: nedum tot militum & copiarũ amplissime potestatis duci tolle randum fuerat. Hic quippe medicos qui nunq̃ cupiditati obsequerentur: laudans longiori ipse milicie cessit veritus ne in salute mestior fieret. Qua enim ratione diceret quis illos fuisse sospites: cum alii iamiã consulatus ac preturas alii per castra circunducti ambibant. Scipioni ac Spinteri Domitioq; de pontificatu Cesaris: cõtentiones: alterationesq; ac conciabula erant veluti aduersus sese Tigranes armenus: aut Nabateorum Rex militaret: nõ Cesar ipse Cesarisq; illius copie: cũ quibus mille vrbes incepit regionesq; recẽtes subegit a gallis germanisq; pugna inuictus qui prelia plura gessit quam recensere quisq; posset. qui decies centena milia hostium persequendo cecidit. Hi tamen pugnam exoptare ausi tumultuq; ei imminere. Cum in Phasalicum atq; campum descendisset Pompeium senatum habere coegerunt in quo Labienus equitum prefectus pro rostris primus se iurauit non antea a pugna reuersurum quam hostes in fugam egisset. Eam & omnes iureiurando affirmauere. Ceterum per quietem visum Pompeio est ad Theatrum se proficisci: ingq; eo plebis vulgus sibi longe applaudere. Ipse veneris victricis templũ multis exornare spoliis videbatur. Ex quibus prebuere hec fiduciam hec terrorem iniecere trepido ve generi Cesaris quod a venere dictum est gloria splendorq; ex sese fieret. Seduli deinde per tumultũ strepitus eum a somnio excitauere. Vltima hinc vigilia ipso in diluculo quietem permagnam agente in castris Cesari ingens flãma emicare visa supra Pompei exercitum aduolauit. Hoc se vidisse Cesar affirmat: cũ vigilias circumambiret. prima deinde luce cum vasa collegi iussisset & cõtubernia raperent milites ac impedimenta premitterent aduenere exploratores nunciatum se arma multa aspexisse in hostium castris circumferri: notum ac tumultũ eũ virorum esse qui ad pugnam mox exituri essent. Post hos affuerunt alii afferentes iam primos in aciem strui. Tum Cesar exoptatam inquiens aduenisse diem in qua cũ viris non cum media nõ cum egestate pugnandum esset extemplo corã cõtubernio tunicam rubram poni iussit. Hoc enim Romanis pugne signum est. Milites cũ id aspexissent cũ clamore atq; alacritate dimissis contuberniis ad arma inferuntur. Ducibus deinde designate intentis aciei quisq; veluti chorus quidã absq; tumultu cũ meditatu quieteq; instruitur. Pompeius dextro presidet cornu quod anthonio oppositum erat. Mediam aciem Scipioni socero locauit: aduersus albinum Luciũ sinistum cornu. L. Domitius tenuit quod robore equitum maxime ceteris pstabat. Huc enim confluxerunt omnes veluti irrupturi in Cesarem & legionem decimam percussuri vt plurimus erat rumor bellicosissimã in qua Cesar ipse instructus pugnare consueuerat. Sed Cesar cũ sinistrum hostium cornu conspexisset tot munitũ equitibus timẽs armature splendorem sex cohortes e legionibus eductas legioni decime a tergo locauit iussitq; eas quietem agere hostibusq; ignotos esse. Sed cum irruerent equites per propugnatores egressos admonuit q̃ neq; vt solitus esset iacerent pila festinantes quemadmodũ robustissimi ad stringendos enses sed ferire altius eos iussit oculosq; frontesq; hostium ad vulnera impetere: non enim permãsuros eos fulgentes floridosq; insultatores inquit neq; contra ferrum inspecturos ĩ oculos illatum. In his obuersabatur. tum Cesar. Pompeius vero acies ab equo animaduertens vt hostes nouit cũ silentio congrediendi tempus ex ordine expectare suumq; exercitum sine strepitu non esse: imo turbulentum & imperitia tumultuantem extimuit ne in ipso pugne initio penitus dissolueretur. Vnde atierum primos monuit vt in congressu stantes mouẽtesq; solidissime hostes exciperent. Cesar vero strato genua improbat. P. agarum enim ictus impetu cursuq; illatos sussitenda restingui inquit insultumq; in multorum congressu hostium furore ac impetu vectũ augere ex clamore cursuq; animos quo ablato molliri ac refrigerari viros cũ cesãt

ferunt viginti & duo milia militum: cũ Pompeio vero multo plures q̃ bis totidẽ
fuisse. Signo igitur ab ambobus & vtrisq; castris dato & tuba vt infererent manus
iam cauere rum cepisset e tuba quisq; vni sibi intentus erat. Pauci vero & hi ciuiũ
Romanorum primi & ex grecis que aderant quidam extra aciem q̃ primum peri-
clitatio incubuit: ambitionem cõtẽtionemq; meditari incepere quo ardorem domi-
nandi afferrẽt. Cognita etenim arma acies fraterne signa cõmunia vnius ciuitatis
robur copieq; inter sese irruere: plane ostendentes humanum ingenium cupiditate
actum cecum quidem furiosumq; esse. Qui te quidem si dominari: fruiq; rebus iam
comperatis voluissent: plurimam optimamq; terre ac pelagi partem habuisse lice-
bat. Si tropheorum ac triumphorum amori: quid vltra tribuere exoptatum esset:
erat & sitim restringere: Parthorum Germanorũq; bellis. Multũ in Scithia opus
supererat: multum & inuidia & ad cupiditatem explendam non in gloria materia
Barbaras nationes assuefacere. Quis Scitharum equis aut que Parthorum sagit-
te: aut quis Indorum census septuaginta virorum milibus ferro instructis obstitis-
set: Pompeio & Cesare Ducibus: quorum nomen prius apud eos auditum fuerat
q̃ Romanum. Sic mixtas sic varias feralesq; nationes victores superauissent. Sed
hic vt simul pugnarent tum ambo conuenire non ipsorũ gloriam ob quam patrie pe-
percerant miserati qui vsq; ĩ eam diem inuicti appellabantur. Eorum enĩ affinitas
& Iulie amores ac ille nuptie extemplo dolose suspecteq;. Pignora nanq; oportune
tum conuentionis non vere cuiusdam amicitie illa fuere. Vt ergo Pharsalicus cam-
pus: viris equis armisq; completus est & ab vtriusq; signa pugne elata prior & Ce-
saris phalange procurit. G. Crastinus decem alarum ductor qui per magnam spẽ
victorie Cesaris dedit. Quem vt primum cesar est rastris vectum prospexit: eum
appellans. Quid de pugna sentiret intertogat: Tum ille dextram protendens cla-
mauit splendidius vinces Cesar. Me autem hodie aut viuum aut mortuũ laudabis.
Horum itaq; memor impetum in hostes fecit multosq; ipsorumq; strauit inconfer-
tissimam aciem inuectus. Cum tamen certando ad enses peruẽtum esset: pluribus
cesis innitentem eum coram obuiosq; concidentem subsistens quis per ora ensem
illi adegit cuius cuspis in oppositum euasit latus. Crastinus itaq; cum e vulnere ce-
cidisset e quo marte pugnari ceptum. Dextrum vero cornu Pompeius nõdũ edux-
erat sed oculos circumuoluens equitumq; operam expectans immorabatur. Illi aũt
iam turmas produxerant. circum obsessuri vt putabãt: Cesarem ac equites prima
in fronte instructos: qui pauci propemodum erant in phalangem impingunt. Sed
a Cesare daro signo equites quidem redeũt: premonite autem cohortes: tria milia
viroꝝ ad circulationem mox procurrere hostiq; aduersarii equitiq; obsistendo quẽ-
admodum predocti fuerant longis iaculis frui frontesq; hostium occulosq; petere.
Tunc illi voluti huius pugne omnino imperiti: quiue id pugnandi genus haud ex-
pectarant prescieurantq; nihil audere nihil plagas in ore oculisq; adactas tollerare
sed aduersi manibus protegendo oculos. fede terga prebuere. Hos fugientes Ce-
saris copie neglexere: confestimq; impeditatum eruperũt qua maxime parte cornu
hostium equitibus nudum circumambire cingereq; eos satagebat. Sed hi pariter
eorum irruptionem vtrinq; actam: preterea impetum decime cohortis: Cesaris a
fronte vectum: haud tulere consistereq; nõ ausi sunt videntes id quod sperant. Ho-
stes quippe circumuenire: sese tum perpeti. His in fugam itaq; versis vt vidit pul-
uerem Pompeius clademq; equitum coniectauit: quo anno fuerit difficile dictu est
simulis autem insano attonitoq; est visus nedum magnum Pompeiũ se exstimaret.
Nemine inde salutato in castra abiit nimium poetico illi congruus. Iupiter ipse pa-
ter currus exterruit alto Aiacis: stetit his ille amens clipeumq; tumentem Tergo
re septeno: post terga immania iecit. Hincq; oculos voluens mestos vertit ab armis

Talis stationē ingressus Pompeius veluti inmitus incubuit: quousq; vlciscendo plu
rimi cū fugientibus simul concidissent: in his vocem tunc vnicam hanc emisit: ergo
ad castra. Aliud nil locutus surgit vesteq; sūpta presenti cladi accomodata: castris
egressus est in fugā & cetere legiones verse: cedesq; in castris permagna facta mi-
nistrorum: eorumq; qui corti berria defenderent: milites tantum ad sex milia ceci
disse refert Asinius Polio qui in ea cū Cesare militauit castris directis. Hostium
ignorantiam leuitatemq; admirari fuit. Omne enim contuberniū mirto coronabatˀ
omne stratum floribus plenum: mense vasis graues crateres vina vndiq; spuman-
tes: apparatus ornatusq; litantiū ac festa ducentium magis is erat q̄ virorū ad cer
tamen se preparantium. Sic ergo inani sua spe elusi perditiq; & insani cuiusdam te
meritatis pleni ad pugnam profecti fuerant. Pompeius cum parum a castris pro-
gressus esset: equum dimittit: paucos propemodum viros circa sese habens vt per
sequentes clam euitaret. Abibat & cū silentio ac meditatu grauis: quemadmodū
virū esse decet annis quadraginta vincere ac subigere omnia solitum & conflictus
atq; fuge tum primum in senectute experiētiam captantem. Is tum etiam cogitās
ex quot certaminibus bellisq; hora vna amisisset auctam gloriam atq; potentiā qui
bus paulo antea tot armis tot equis tot classibus septus fuerat: abit ita renuis nu-
diusq; vt inquirentes plane lateret hostes. Larissam transgressus vt ad tempus p-
uenit. Se in ora prosternens sitibundus e fluuio hausit: indeq; exurgens per tempe
graditur quousq; ad mare delatus est. Hic in tugurio quodā piscatorio per reliquā
noctis partem cum quieuisset circiter diluculum Cimbam fluuialem ingressus est
assumptisq; in ea qui eum sequebantur ingenuis: seruos iussit ad Cesarem ire: nihil
q; timere: deinde nihil iuxta litus delatus permaximam nauem onerariam inspicit
solui iamiam paratam. Huius gubernator Romanus erat homo haud nimium Pō-
peio consuetus sed aspectu notus. Petitius nomine huic proxima nocte obtigetat
per quietem Pompeium vidisse nō quem sepius aspexerat sed humilem mestumq;
secum colloquentem. Quod nautis quemadmodum de huiuscemodi rebus sermo fi
eri solet īter homines otiosos vix narrauerat Petitius cum extemplo nautaꝝ quis
se videre inquit fluuialem scapham a litore remigrare: preterea quosdam vestē ex
cutere manusq; ad se protendere. Subsistens igitur Petitius confestim Pompeiū
qualem ī somnus viderat agnouit. Genas inde percussus: nautas iussit scapham ex
cipere dextraq; protensa Pompeium appellarnam ex gestu percipiens infelicitatē
viriq; mutationem. Nullis deinde precib9 factis nullo acto colloquio sed susceptis
quotquot cum ipso adire Pompeius iusserat. Lentuli quippe vtriq; aderant. ac Fa
onius nauem soluit. Susceptus & parum post Rex Deiotarus est: in litore certare
cognitus. Ceterum cum cene tempus affuisset & apparuissꝫ gubernator que tum
aderant: videns Faonius Pompeium absq; seruorum ministerio seipsum abluere: p
currit: eumq; abluit vnxitq; Deinde imposterum ei sedulo esse: eiq; seruire quem-
admodum serui dominis vsq; ad pedum purgationem ceneq; apparatum haud de-
stitit. Vnde libertatem ministerii nudi ac infecti aspiciens quis: o inquit generosis
quam decora sunt omnia. Sic ergo preter Amphipolim nauigans: ad Mitilenem
transiliit: optans Corneliam filiumq; inde suscipere. Cum insule hesisset iuxta litus
ad ciuitatem nuncium mittit non qualem expectabat Cornelia: pro his que ob gra
ciam scripta nunciaq; sibi fuerant. Sperabat enim ex bello apud Dirachium gesto:
opus Pompeio tantum vno superesse Cesarem fugientem persequi. In quibus eam
aduersantem comprehendit nuntius qui salutare eam minime compos sed plurima
malorum lacrimis magis q̄ verbo exprimēs festinare iussit: si Pompeium aspicere
optaret: naui sola eaq; aliena inuectum. Hec cū Cornelia audisset terre sese strauit
mutamq; in horam amens mutaq; iacuit. Post vix compos mentis rum facta esset

nossetq; id tempus nõ querelarum nec lacrimarum esse: per vrbem ad pelagus ꝓ-
currit Pompeio inde obuiam ei facto eaq; vlnis suscepta sordida terreq; inlabente:
Video inquit vir nõ tue fortune opus sed mee: vna te naui vehi qui ante Cornelie
nuptias quingẽtis nauibus hoc adnauigabas pelagus. Quid me inspicere ꝓfectus
es? Quid me inuise nõ liquisti fortune? que te ipsum clade tanta impleui. Quam fe-
lix quippe fuissem mulier: si ante Publii obitum cui viridis sponsa fui vitam ami-
sissem. Innocens post illum quemadmodum preceps optarum mori debui. Sed Põ-
peio magno vt miseria fierem seruata sum. Hec Corneliã dixisse aiũt. Quibus Pom-
peius vnam quippe fortunã respondit Cornelia meliorem que te eque decepit ag-
nouisti. quod ea me permaius tempus q̃ mores eius sint expectauit. Sed & ista ho-
mines ferre oportet: fortunamq; etiam experiri. Non enim desperãdum est: ex his
cladibus illam erepturam virum in hec infausta precipitatum. Ceterum Cornelia
seruitia pecunias que e ciuitate petitas nacta est. Mitilenei Pompeio salutato: ad
vrbem eũ ingredi petiuere enixius quibus nõ abnuit. Sed eos victori parere suasit
inq; eo fidere. Clementem enim equumq; esse Cesarem inquit. Inde ad Cratippum
philosophum versus. Descenderat enim ille e ciuitate desiderio Pompei: post que-
relas breuia de prouidentia intulit. A quibus subterfugiens Cratippus: eũ ad spẽ
mitiorẽ adduxit ne austerus neue contradicendo maioris mesticie causa illi fieret
Interrogabat enim Pompeius de prouidentia: illeq; contra ostendebat ob reip. ma-
la in Monarchiam res romanas labi oportere. Deinde quomodo inquit Pompei q̃
ne signo asserimus: melius tecũ fortunam egisse: si Cesaris victor fuisses. Sed hec
quidem mittenda sunt: quoue etiam modo se deorũ facta nunc habeant. Pompei-
us suscepta cõiuge amicisq; nauigat sese figens in locis herensq; ad aquandũ cõmea-
tumq; captandum commodis. Primam autem ciuitatem Attaliam Pomphilie in-
gressus est post eius fugam: vbi Triremes quedam sibi obuiam e Cilicia aduenere
militesq; hic quidam aggregati sunt: preterea iterum ordinis senatorii viri sexagĩ-
ta adesse. Inde audiẽs classem adhuc sospitẽ esse Catonemq; militibus multis ad se
collectis: in affricam traiecere: lamentatus cũ amicis est se ipsũ incusans: q̃ inuitus
cũ peditatu concurrisset: quodq; validiores copias absq; pugna nulla in re amisisset
quodq; classem nullo statuisset in loco vt si aduersa terrestris pugna fuisset: extem-
plo maritimas vires copias roburq; tam ingens contra opposuissent. Nullum enim
Pompei maius crimen: neq; Cesaris strategema melius fuit: q̃ id prelium a mariti-
mis abstraxisse auxiliis. Nihil tamen minus coactus ob presentẽ rem qd decernere
agereq; ciuitates circũnunciis sollicitat quasdãq; ipse accedit pecunias perquirens
supplementumq; ad naues. Ceterum hostis ingenium ac celeritatem extimescens
ne apparatu preripperetur inuasus: abscessum fugamq; premeditatur. Prouintiarũ
nulla: tuta cognita est fuga viris animo cuncta euoluentibus. Regionum Pompei-
us ipse asserebat Parthicam in presentiarum ad se suscipiendum aptissimam esse:
eamq; se perfragiles recreare iterumq; erigere posse: plurimisq; copiis in hostes ar-
mare. alii in affricam ad regem Iubam mentem inclinauere: Thophani Lesbio insa-
num quiddam videbatur Egiptum liquere trium dierum nauigatione absentem
Ptolomeumq; nõ adire: etate quidem puerum. Sed beniuolentia beneficiisq; a pa-
tre susceptis: Pompeio obnoxiũ: insanum preterea visum est se Parthis cõmittere
generi infido viroq; Romano quondam affini apud quem si secunda pati posset: ce-
teris prior haberetur: nõ fidere eiusq; modestiam experiri nolle: ac Arsacem ma-
gis dominũ sibi constituere: qui Crassum viuẽtem ferre nõ potuit. Deinde iniquũ
censebat cõiugem iuniorem ad Barbaros duci: e Scipionis genere ortam quod cũ
cõtumeliis ac impudicitia eque licentiam metitur. Si enĩ hec nil paciatur: dũmodo
pati posse videatur: pergraue est inter eos ipsam obseruare qui facere iniuriã posse

videbãtur. Hoc solum vt aiunt Pompeiũ ab itinere Euphratis auertit: si quedam
Pompei ratio: nõ fortuna ipsa inter illud animaduertisse potuit. Igitur vt decretũ
est in Egiptum fuere e Cipro triremem Seleutie cũ coniuge soluit. Comitum hi
in longis pariter nauibus: alii in onerariis simul vehi. Pelagus hinc tuto preteriit:
audiens inde Ptolomeum apud Pelusium cũ exercitu esse aduersus sororem bellũ
gerentem eo erigitur: nuntio ad Regem exorandum premisso. Ptolomeus perni-
mis erat iunior: sed qui regnum administrabat. Photinus senatum primorisq; coegit
Erant enim hi primi quos ipse volebat quibus coactis quid quisq; sentiret dicere
iussit. Graue quippe tum fuit de Pompeio magno consulere: Photinum Eunuchũ
& Theododum Chium preceptorem i facultate oratoria mercede conductũ Achil
lamq; Egiptum. Excellentissimi hi quidem consultores: inter cubicularios ceteros
alumnosq; tum erant: Pompeius horũ decretum ancoris infixis iuxta regionem in-
nixus expectabat: indignus quippe ob salutis gratiam Cesari deberi. aliorũ senten
cie inter sese ita diuerse prolate sunt: vt hi Pompeium expelli iuberent: hi pulcrũ
dicerent virũ suscipi. ad q̃ Thedotus eloquentie vim ostentans: neutrũ satis tutũ
fore demonstrauit: si enim suscepissent se Cesarem hostem habituros: Pompeiũq;
dominũ aiebat si repulissent cũ Pompeio eiectionis crimen subituros: Cesari cau-
sam persecutionis prebere optimum itaq; esse virũ aceitum occidere: beneficiũ eni
inquit huic Cesari se allaturos: metuq; Pompei sese liberaturos. addit p̃terea sub-
ridens vt aiunt hominem mortuum nõ mordere. Hec cũ decreuisset: achille faci-
noris cura mandata est: hic Septimium quendã sub Pompeio duce tribunũ militũ
& Saluium Centurionem cũ assumpsisset socios. Preterea tres aut amplius q̃tuor
satellites: puppem ad Pompeium mouit ad quem tum e suis connauigantibus: pri
mi prestantioresq; omnes descenderant vt rem euentumq; inspicerent. Hi ergo vt
classem nõ regiam nõ cultam non iuxta Theophanis spem Pompeium recipiẽdum
viderent. Sed paucos admodum homines vna in scapha adremigare: cnofestim id
vilipendium habuere suspectum: Pompeiumq; admouere vti nauem in interius a-
geret pelagus extra hostis sagitte ictum Interea scapha iam cum propior esset: p̃
ueniens Septimius surgit romanoq; eloquio: Pompeium Imperatorem appellauit
Achillas Pompeio grece salutato ipsum admonet in scapham conscendere: Limum
enĩ esse q̃ multum inquit nec profundum quod triremi ad nauigandum suppetat
cũ mare perarenosum sit. Vix hec dixerant cum naues quasdam regias instructas
aspexere: litusq; ab armatis obtineri. Vnde cũcta fore inuia ad regressum cognosce
bantur. Preterea ob ascessum: erat & percussoribus ius perstare in scelere: infide-
litatis atq; nequicie persequende: Corneliam ergo que iam viri finem lamentabat
Pompeius cum vltimo complexus esset: duos centuriones i scapham ingredi iussit
& ex libertis vnum Philippum: seruumq; Scem nomine: inde cũ achille Comites
dextris eum suscipere apparerent: ad vxorem filiumq; versus Sophlocheum illud
iambittium protulit. Quisquis domum tiranni proficiscitur: fit illius seruus: licet
liber sit. Hec postrema ad suos locutus scapham ingreditur. Continuo inde spatio
a triremi ad litus interposito vt vox nulla pia humanaq; internauigandum ad ipsũ
est acta ad Septimium inspitiens non ego te inquit commilitonem quondam meũ
agnosco: Ille nulla salutatione data nulloq; grato colloquio: tantum capite annuit
Deinde cum iterum multum fieret silentium. Pompeius paruo in libello orationẽ
ab se grece perscriptam ad Ptolomeum oraturus legere incepit: vt litori propius
fiunt Cornelia que triremi Pompei anxia erat finem tacite animaduertens cũ mul
tos aspexisset ex regiis descendere veluti ob gratiam salutemq; viri conuenissent fi-
dere incepit. Inter hec Pompeius cũ Philippi forte manum apprehendisset vt faci
lius surgẽt Septimius tergo instans: prior ense cũ transfigit. Inde post eũ Saluius

Postq̄ achillas gladios nudauere. Pompeius vtraq̄ manu toga super fronte obdu-
cta: nihil se ipso indignū: aut locutus est: aut fecit: sed tantum suspirans se ictibus
prebuit. vnde sexaginta annos natus. vitam claudens: die natalem suum insequēti.
Qui in nauibus erant vt aspexere cedem vlulatu ad litus vsq̄ emisso ancoris celerri
me eductis effugere. Inde pelago altius petito: ventus adeo vehementior flauit: vt
ab Egiptis persequi satagentibus auerterentur. Ceterum Pompei caput ab hu-
meris vulsum. reliquum vero corpus e scapha nudum in litus eiecere. ac in specta
culum cuiusq̄ relinquere. Iuxta autem id permansit Philippus quousq̄ adstantiū
oculi abunde implerentur. Is postea mari ipsum tum circum abluisset: quadam sui-
met tunica id circumuoluit. Deinde cum ceteris caruisset litore circum inspecto:
reliquias parue scaphe reperit: veteres quidam sed que corpori nudo satis essent: q̄
ve necessariam piram integro totoq̄ cadaueri haud prebuissent. Hec cum afferret
ille struueretq̄: homo currit Romanus etate iam senex: qui ue p̄mas militias quon-
dam iuuenis cum Pompeio simul peregerat. Hic quis o homo inquit es qui magnū
tumulare Pompeium accingeris? respondente illo libertum esse. sed non tibi vnico
dixit: hoc decus obtinget: at me huius piissime sortis in partem habebis: ne in om
nibus peregrinationem meam pro multis miserrimus conquerar. Hinc ergo cū oc-
currerim palpare me hoc finito: manibusq̄ meis circum inuoluere: maximū Roma-
norum omnium imperatorem. Sic tumulatus Pompeius est. Postera vero die. L.
Lentulus horum ignarus e Cipro nauigans. iuxta litus vectus vt funeream piram
inspexit: Philippumq̄ iuxta insidere: nondum eum ab aspectu cognito. Quis vtiq̄
inquit fatis hic quiescit. Parumperq̄ amens factus: ductis post suspirius: forte in-
quit: tu hic es magne Pompei. Deinde paulum cū descendisset comprehensus obiit.
Hic magni Pompei finis. Ceterum nō multo post Cesar in Egiptum sic perturba
tam prouintiam profectus: afferentem Pompeii caput vt scelus execratus est ocu-
losq̄ ab ipso auertit: gemmam vero Pompeii cum suscepisset: illacrimauit: eius
gemme signum erat ensi ferreo. Achillem autem atq̄ Photinum iugulauit. Ipse
Rex pugna victus iuxta fluuium euanuit. Theodotus sophista Cesaris supplitiū
euasit. Egiptum enī cū effugisset: humili miseroq̄ ingestu pererrauit: odii metu.
M. Brutus is qui Cesarē occidit: eū apud Asiam inuentū comprehendit oīq̄ cruci
atu afflictū trucidauit. Pōpei reliq̄e ad Corneliā delate apud albanū posite sunt.

Plutarchi historiographi greci de Vita atq̄ gestis Alexandri historia p̄ Guarinū
In latinum linguagium traducta. Incipit feliciter.

EGIS ALEXANDRI Cesarisq̄ qui Pompeium profli
gauit: vitam in hoc volumine scribere ursi: ob propositam re
rum gestarum magnitudinem nihil aliud q̄ excusationem
lectori prefari ducimus: vt si amputatis plurimis haud vnā
quanq̄ rerum famosissimarum in numerum explicamus: ne
nos carpat. Quippe cū nō historias sed vitas perscribere in
animo sit. Preterea non vsq̄ quaq̄ clarissima gesta virtutem
flagitiaq̄ declarant: verum exigua p̄ se res ac verbū locusq̄
quispiā mores magis aperit q̄ hostes infiniti prelio cesi: ingentes acies & expugna
ta opida. Quemadmodū igit̄ pictores neglectis ceteris partibꝰ ex facie ac vultus
forma vnde moꝝ inditiū extat similitudines capiūt: sic & nobis indulgendū est: vt
aīoꝝ signa ineamꝰ p̄ ea vtriusq̄ vitā significantes. eorū āplitudines ac res bellicas

alus re linquẽtes. Porro credendum est: patnum Alexandri genus ab bercule per
Caranum. Maternũ vero ab Eaco per neoptolemum extitisse. Philippus cũ adole-
scens esset: vna cum olimpiade in samotracia sacris se initiasse traditur: quam puel
lam parentibus destitutam adamarat eamq; Aribba fratre consentiente connubio
sibi cõiunxisse. Illa igitur desponsata priori nocte qua in cubiculo se viro cõmiscoit
existimauit facto tonitrũ in vterũ fulmẽ illabi. Ex cuius ictu cũ magnũ emicuisset
incendium Postea in late diffusas flammas abiit Philippus quoq; post nuptias per
quietem visus est: coniugis aluo insignem affixisse bullam: cuius sculptura queãd-
modum is existimauerat: leonis habebat imaginem. ob quod somnium cum ceteri
quidam cõiectores attentiori custodia obseruandam esse philippo coniugem inter-
pretarentur. Aristander Melitensis grauidam esse mulierem affirmauit. haud enĩ
solere vacuis sigilla rebus affici: animosum quoq; & leonis natura preditũ infantẽ
parturam Quondam iuxta dormientis corpus Olimpiadis Dracho accubuisse cõ-
spectus. Que res amorem caritatemq; philippi extĩxisse dicitur: adeo vt illius per
sepe concubitus euitauerit siue aliquas magicas & venefica reformidans siue illius
consuetudinem & contuberniũ cuiq; deo ex quadam religione permittens. Alii sũt
qui de hisce rebus sic perhibeant. In ea regione mulieres vniuersas quas Clodonas
ac Mimolonas cognominant ex vetusto ritu: Orphei ac bachi numinibus afflatas
multa sicut edonides & que rupes incolunt tresse perpetrare: a quibus thresam
hoc est deos ample seduloq; venerandi nomen exortum videt olimpias hisce afflari
numinibus: auidissima eorum solennia sacra honorabiliori quodam modo atq; bar-
barico producebat. ad Thasos enĩ eximie magnitudinis: & mansuefactos quidem
trahebat angues. Qui multotiens per ederas & mistica illabentes ventilabra femi
neosq; thiasos atq; coronas amplexi: viros terrore simul ac stupore conficiebãt. Phi
lippus autem cum post illa visa Cheronem Megalopolitanum delphos misisset hoc
a deo relatum est oraculum. Iubere enĩ hamoni rem diuinam facere & hũc impmis
deum venerari: ipsum ex oculis alterum amisurum quo in draconis forma concubẽ
tem olimpiadi: per ianue rimam aspexerat. Olimpias quoq; sicut inquit Erathoste
nes soli proficiscẽti in expeditionem alexandro geniture detexit archana: Proinde
dignos genitore animos iussit. alii tradunt ipsam id deuitasse ac dicere solitam nõ
desinet Alexander inuisam me Iunoni facere. Natus igitur est alexãder circa idus
augusti. Ipso natali die templum Ephesie diane cõcrematum est. sicut Egesias ille
magnesius vociferatus est. Cuius adeo truculenta extitit inclamatio vt ipsũ extin-
guere debuerit incendium: & iure enim diane templum arsisse inquit que in alexã
dri ortu per quam diligens accurataq; fuit obstetrix. Vniuersi vero magi ac sacer-
dotes Ephesii alias per hoc incendium portendi calamitates presagientes percussa
facie vociferantes discurrebant Ea die magnam asie pestem simul ac perniciẽ ex
oriri. Eodem ferme tempore cũ Philippus potideam cepisset vrbem terni ad eum
simul afferuntur nuncii & illirios ab eius duce Permenione ingenti prelio profliga
tos & suum ad olimpia victorem equum extitisse: tercius natum alexandrum esse.
Quas ob res letum Philippum vates magis ac magis ad spem erexere ꝙ infantem
tribus ortum victoriis insuperabilem futurum affirmabant: corporis staturam e
gregie a Lisippo facte declarãt imagines a quo solo dignum duxit extingui. Eum
multi cũ amici tum successores posterius sunt secuti. Ceruix quidẽ ad leuam pau-
lum aclinatior humetãtes etiam oculos mirificus ille artifex diligenter oseruauit
Apelles autem cum fulmen gestantem pingeret haud colorem imitatus est: sigdẽ
fuscum & facie sordidũ fecit quem colore candido fuisse perhibetur: Mixtus can-
dori rubor: vultum ipsius ac pectus illustrabat. In aristoxeni cõmẽtariis legimus
etiã mẽbra atq; os tam suauissimũ odorẽ exhalasse vt & anteriores tunice mirabili

flagrantia compellerentur. Cuius rei causa fortasse fuit quedam corporis tēperies
innato calore feruentis. Cum enī ut Theophrastus extimat humor a vapore dige-
ritur suauis gignatur odor oportet. Ea propter arida atq; torrida orbis terrarum
loca plurima & prestantissima ferūt aromata. Sol enim putredinis materiam hu
morem exhaurit: qui rebus habundat extrinsecis. Alexandrum ab ipso calore cor-
poris viuacem iracundūq; fuisse constat. Eo adhuc adolescentulo sua effulsit mode-
stia. Qui cū ceteris quidem ī rebus exitus propensusq; ferretur ad corporis volup
tatem continēs atq; immotus omnino perstabat: eas multa cū temperantia pertin
gens: honoris cupidus preter etatem grauitatem quandam & animi magnitudinē
sapiebat. Non enim omni ex re omne glorie genus: quēadmodum Philippus affe-
ctabat: qui dicendi vim a sophisticis comparabat ornamētis. Tum Curules olim
piorum victorias nimis insigniebat. Cū ex equalibus nōnulli ex eo percunctarentur
ad olimpicum nunquid stadium libens decertaret: plurimum enī pedū celeritate
pollebat: libens equidē inquit: si decertaturos mecū reges habiturus essem. Is aūt
quanq; ab omni prorsus athletarum genere: auersum alienatumq; habuisse videatū
animum. Plurima tamen non tragedorum modo tibicinum ac citharedorū: verum
etiam heroicorum vatum edisse certamina traditur. Venationes item multifarias
& clauarum pugnas. Pugilum vero & pancrasiastarū spectaculis nullo studio in-
terfuit. Olim cum foris absente Philippo legati ab persarum rege venissent eos rū
hospitio: tum consuetudine captos iocundissima sibi familiaritate cōiunxit admi-
rātes q; is nihil aut puerile aut humile sciscitaretur: verum aut viarū longitudines
aut superiorum modos itinerū sedulo perquirebat: multa nunc super rege: qualis ī
hostes esset: nunc super persis que esset potentia rogitabat. Quas res admirari le-
gatos & late diffusam Philippi grauitatem. pre huius pueri cupiditate ac magni
ficentia ducere. Quotiens a philippo aut nobili quodam captum oppidū aut memo
rabili prelio parta victoria nunciabatur: haud magnopere letabatur. Ceterum ad
suos aiebat equales: omnia pueri genitor occupabit: ita ut ne vobiscum grāde illū
ac insigne facinus ostentare mihi sit reliquum. Non enim ipsum ulla illecebrarum
aut pecunie sed sola virtutis ac glorie cupido tenebat: Quoq; maiores a patre facul
tates acciperet: eo se minora gesturū existimabat. Quocirca crescente dominio ge
rendarum rerum exhaustam sibi materiam ratus non opes nō delitiarum usus: ve
rum certamīa & pugnas ardebat & unde sibi gloriam compararet: principatū affe
ctabat. Quamobrem ipsius cura uti par erat: nutritoribus pedagogis ac precepto
ribus mandata preerat vniuersis Leonidas vir dum morum seueritate conspicuus
tum Olimpiadi necessitate vinctus. Is cū pedagogatus nomen cuius cōmodū atq;
clarissimum opus existit: obhorreret a ceteris cū ex hominis dignitate: tum vero
ipsa necessitudine Alumnus ac dux Allexandri vocabatur. Lisimacus autē natione
Aleicarnanus & re & nomine pedagogus erat. Qui cum nullum aliud vrbanitatis
genus haberet: Nisi q; se phenicem alexandrum Achillem. Philippum vero peleū
nuncupabat: amabatur & iam secundum proinde sibi locum vendicarat. Inde cum
Philonicus Tessalus Bucephalum Philippo tribus ac decem talentis emisset: ex-
periundi gracia ductus in campum equus ferox admodum & rebellis visus est: ut
qui neminem ex his qui circa Philippum versabantur: tergo sessorem admitteret
nec plaudentis vocē sufferret: cunctos passim reiciens. Id grauiter tolerante Phi
lippo: equumq; perinde omnino ac indomitum abici mandante. Allexander cū for
te adesset: qualem inquit equum amittunt dum eum per imperitiam ac molliciem
uti nequeūt. Quod dictum primo Philippus tacitus tulit. Eodem sepius obloquē
te: egreq; ferente maiores natu increpat ait: tanq; & prudentior & in hoc domanā
do equo longe potentior. Tum ille hunc saltem inquit: me cōmodius quam ceteri

pertractaturum affirmo. Sin id non feceris: quam pro hac insolentia penam lues. Ego Iouem obtestatus inquit: equi precium soluam. Sublato risu simul ac inter eos argēti modus diffinitus est. Festinabundus alexander correptum habenis equum contra solem conuersum statuit. Animaduerterat enī equū: dum prolapsam ante se vmbram agitari conspiceret perturbari. Inde ipso non nihil molliter circumducto blandeq͂ iuba atrectata: ubi nihilominus animosum efflantemq͂ naribus cerneret: reiecta sensim clamide se iuueniliter attollit: equumq͂ securus ascendit. Quē nullis fatigatum verberibus aut calce cum loris attractis minas posuisse & magnopere cursum appetere cerneret Laxat habenas & ipsum acrius vociferās infestis urget calcibus. Tacitum primo Philippū angebat sollicitudo. Vt vero letus & gestiens versas retorsit habenas Ceterorum quidem ingens clamor insequitur. Pater vero pre gaudio illacrimasse traditur descendentisq͂ caput exobsculans dixisse aliud tibi par iam regnum quere. Nec enim te iam Macedonia capit. Ceterū cū iam pervicacis Alexandrum ingenii & ne vi superaretur: summopere cōtendentem cerneret: qui tamen ad virtutem ratione facile induceretur: persuadendo magisq͂ imperando secum agere nitebatur. In eo quoq͂ cōmonefaciendo ac erudiendo paruā musice liberalium artium fidem habens q͂ ei maiori quadam opera ac diligentia & vt Sophocles inquit freno pariter & clauo multiplici opus existeret: accersit cunctorum illustrissimū & clarissimum & doctissimū philosophorum Aristotilem pulcra quod & pro ipsius dignitate discipline precia constituens. Destructa enī ab se aristotilis vrbem Stagiram exedificauit: ciuesq͂ tum dissipatos: tum seruos restituit Eis igitur scolam ac Gimnasium: in Nimpho quod ī oppido mera extat assignauit Vbi vsq͂ in nostram etatem aristotilis sedes marmoree vmbracula & deambulationes visuntur. Constat autem alexandrum nō ethice tamen & politice verumetiam occulte magisq͂ ardue discipline precepta comparauisse. Quam peculiariter speculatiue cognitionis scientiam appellantes: haud multitudini impertitam edocebant Etenim cum iam alexander transisset in asiam & nōnullos de hisce rebus ab aristotele libros editos accepisset ad eam quandam de philosophia paulo liberius scripsit epistolam: cuius hoc extat exemplū Alexander aristotili felicitatem Haud abste rectum factum est: q͂ speculatiuas edidisti disciplinas. Qua enim in re ceteris iam nos ipsi precellimus: si ea quibus eruditi sumus studio omnibus ceperint esse cōmunia. Mallem enī singulari disciplina q͂ potestate prestare. Vale. Hanc glorie cupiditatem ita consolatur Aristoteles vt qui eos libros editos perinde ac nō editos excusaret. Et profecto Methaphisicorum opus: cū ad docendum: cū ad perdiscendū nihil vtilitatis habens: his qui ex initio eruditi sunt: exemplar quoddam pscriptū est. Aristoteles autem alexandri gratia principium medicine studium operāq͂ dedisse videtur: Eius enim artis non solum contemplande studiosus extitit: verū etiā egrotātibus amicis opē attulit & remedia q̄dam ac ciborū obseruationes instruxit sicut & ipsius percipi licet epistolis. Is & dicendi & legendi cupidus Iliadem quā rei familiaris viaticum existimare ac appellare solebat Aristotele exponēte perdidicit: eam semper vna cū pugione sub puluino iacentem: quemadmodū Onesicrates tradit tenere solitus. Cum in superioribus locis librorum copia sibi deesset. Ea causa dimisit arpalū a quo Philippi codices: Multa euripidis Sophoclis & Eschilis tragedias accepit: preterea Thelesti & Philoseni ditirambos: Principio aristotelem summa prosequens admiratione dicere solebat se illum nō minus q͂ genitorem amare. ab hoc enim viuendi ab illo autem beneuiuendi rationem & causam assecutum. Posterius autem concepta de illo suspitio est. Nullo tamen eam affecit incōmodo: Verum enī cum vehemens illa iocunditas & immensus amor remitteretur Alienati aī signa proferebat. Ille tamen ingenitus pariterq͂ innutritus philosophie

zelus ardorq; haud quaq; ex pectore dilabebatur. Cui rei testimonio est redditus
bonos anaxarco: & missa Xenocrati quinquaginta talenta. Item dandamis & cala
nus quos studiosissime coluit. Inde bellum aduersos bizantios gerēte Philippo alex
andro tum sextum decimum etatis annum agenti: res Macedonice ac regni admi-
nistratio relicta est. Tunc deficientes ab eo Megarenses prelio fudit. Capto mox
oppido expulsis in barbaris mixtos ad id habitādū induxit incolas: ciuitate Alexā
dropolim appellauit. Ei quoq; pugne que contra grecos gesta est: in Cheronia cū
copiis affuit primusq; contra sacram Thebanoꝝ cohortem irrupisse dicitur. Hodie q̄
vetusta penes Cephasum quercus ostenditur: quam proinde alexandri Quercū vo-
cantq; ibi castra posuisse fertur. Nec longe macedonum extat sepulcrū. Quas ob
res Philippus summa filio vt equū est beniuolētia affectus erat permaxime vero
letari ꝙ Macedones alexandrum quod regem Philippum autem imperatorem vo
cabant. Ceterum cum ex amore ac nuptiis Philippi domestice seditionis exori-
rentur: ita vt regia vxor & cetere mulieres egre se inuicem ferrent: magne inte-
rius querimonie iurgia ac discordia versabantur: quas Olimpiadis asperitas:
zelotopia & animorum ferocitas augebat: alexandrumq; lacessebat. Apertissi-
mam presertim inter Cleopatre nuptias inimicitiarum causam adhibuit Attalus
Quam cū immaturam Philippus adamasset virginem: mox vxorem duxit. Auun-
culus enim puelle attalus in ipso conuiuio temulentus Macedones exortabatᷣ deos
orarent vt ad regni successionem legitimus ex Philippo Cleopatra crearetᷣ heres
Qua re excandescens alexander: O improbum caput inquit nos vero tibi non vide
mur: simulq; in eum raptum misit poculum. Insurgens inde Philippus cōtra alexā
drum nudato mucrone fertur: fauente vtriq; fortuna: tum furore: tum vino ictus
inanis excidit. Tunc alexander conuitiis adortus: Hic est ille īquit viri qui ex Eu
ropa in asiam transitum instruens ex thoro in proximum transgressurus: thorum
ꝑrsus concidit. Post eam inariā disceptationē Alexāder vbi receptam secū Olim
piadem in Epiro reliquit: ipse in Illiriis obuersabatᷣ: Ea tēpestate Demaratus Co-
rinthius hospes Philippo per quem familiaris ingenuam qnandā dicendi pre se fe
rens audatiam ad eū peruenerat. Quē post iunctas dextras blādosq; sermone inter
rogante philippo: qnam modo greci mutuam inter se agerent concordiā. Tua mi
nimū interest. Philippe grecie curā suscipere q tot discordiis atq; calamitatibus ꝓ
priā cumulasti regiā. Quocirca resipiscens Philippus Demarchū q misit pretibꝯ a
lexandrū reuocauit. Inde cū Pexodrus Carie prepositus per amicitiā inita cū Phi
lippo societate maiorem natu filiā Arideo philippi filio coniugē dare concupisceret:
in Macedoniā misit Aristocriton Eam obrem cū amici: tum mater ingētes cū alex
andro seditiones & colloquia serebant. Philippū enī splendore nuptiarū & reꝝ am
plitudine ad capescendū regnū arideum confirmare. Quibus rebus perturbatus a
lexander Panthominum tragediarum Thessalum mittit in Cariam qui Pexo-
dorū inducat: vt id repulso arideo qui & notus est: & minime mētis corpus existit
id secū matrimoniū conficiat. Ea res Pexedro longe magisq; prior est conplacita.
Id vbi Philippus sensit amicum quēdā admodū familiarē ipsius Parmenionis filiū
secū assumens cubiculum ingressus alexandri illū acriter obiurgauit & asperis car
psit cōuitiis & presentibus indignum bonis appellans q Cario homini & Barbaris
regis seruo se generū affectet ascissere. Dehinc ad Corinthios scribit: vt ad se vin
ctū Panthominū Thessalum mittāt. Ceteros aūt equalis arapulum Nearchū Phi
rigium Ptolomeum ex Macedocenia coegit excedere. Quos posterius alexāder re
nocatos per summos habuit honores. Ceterum cum Pausanias Attali & Cleopa
tre construpatus nullam assequi posset vltionem Philippum obtruncauit. Cuius
cedis vel maxima in Olimpiadem causa relata est: ꝙ furentem adolescentem

exortata magis atq; magis lacessisset. Nonnulla etiam alexandrum attigit calum-
nia nam dum post id stuprum obuium sibi Pausaniam multa conquestum habuisset
illud medee Iambicum protulisse traditur. Socerū simul maritumq; ac sociā thori
Consicus tamen insidiarū postea perquisitos poenis affecit. Eo deinde foris absen-
te cū Olimpias Cleopatram suis manibus crudelissime necauisset: indoluit. Alex
ander annos viginti natus plenum inuidia & grauissimis odiis ac periculis vndiq;
circumseptum assecutus est imperium. Nec enim vicine barbarorū nationes mo-
deste seruitutem ferebāt. Auita vero dominia patriosq; principatus affectabant.
Occupata enim armis grecia Philippus nullum eius componende pacandeq; tem-
pus nactus. Ceterum mutatis tamen modo perturbatisq; rebus & ingenti ꝓcella
per insuetas nouitates fluctuantibus: diem obierat. Ea tempestatis conditio cum
grauem Macedonibus metum incureret: opus esse censebant: vt alexander grecie
rebus omisis vim nullis afferret & barbaros qui ab eo desciuerant per comitatē ac
clemētiam ad se reuocaret: nouarum rerum initus peo tempore meditatis Huic ad
uersatus sententie alexander regnum potius audatia & animi magnitudine tueri
& conseruare statuit Siquid enim excelsi & elati animi remisisset: mox se a cunctis
pessundatum iri. Itaq; barbarorum motus ac bella cū exercitu aduolans: cōfestim
ad Histrum cōpescuit. Vbi Sirmū Triballorum regem cōmisso ingenti prelio sup
auit. Postmodum cum Thebanos ad defectionem cōcitari: sociosq; illis atheniēses
accepisset: per Thermophilas statim copias adduxit: sese virū pro atheniensiū mu
ris declaraturum dictitans Quem Dem oscenis puerū quod dum in illiriis ac tri-
ballis versaretur. Mox vero in Thesalia adolescentulum appellare solebat. The-
banoꝝ igitur muris admotus eis vt facti peniteret spatiū exibens Phenica & Peo
thiten sibi tradi poscebat: hoc modo sibi conciliarenē libertati donatos per preco-
nem declarabat. Contra Thebani Philotam & antipatrum deposcebāt: Inde qsqs
liberam vellet esse greciam: socias sibi iungere acies publico monent edicto. Tum
alexander Macedonas ad bellum instruxit: a Thebanis aduersū hostes & longe qd
plurimos summis viribus ac virtute impigre decertatum ē. Interim Macedonib9
qui custodie arcis preerat: a tergo inuadentibus circūuenti: thebani in ipsa pugna
cecidere. Capta ciuitas etiam direpta vrbs & euersa funditus est. Quaquidem
in re ea spes idq; consilium extitit alexādeo vt huiuscemodi casu ac terrore percul-
si compressiq; greci quietem agerent. Cum alioquin incusantibus Thebanos socia
morigerare gratificariq; cōcupisreret Phocenses si quid & Plateenses Thebanorū
insimulatores aduentasse constat Preter sacerdotes autem hospitesq; Macedonum
ac pindari stirpem: quiq; defectionē illam dissuaserat: vniuersos triginta milia nu
mero venumdedit plus sex milibus oppetiere. Dum grauissimis ciuitas calamita-
tibus agitaretur: Traces quidem excisa Timodie domo clarissime sane ac pudice
matrisfamilias fortunas diripuerunt. Illorum vero dux ipsam per vim construpatā
diligenter interrogat: sicubi aurū aut argentū defossum habeat. Ea vero se habere
confessa solum perduxit in ortum & puteum ostendens ibi capta vrbe inquit preci
osissimas se opes deposuisse. Inclinatum Tracem locūq; accuratius considerantē: po
ne constituta mulier voluit in preceps eūq; saxis frequenter iniectis exanimat. Illa
dehinc atracibus ad Alexandrum in vinculis producta aspectu quidem ac incessu
maxime dignitatis & amplitudinis signa dabat secura & inter duces ītrepida sci-
scitanti postea regi qui nā foret matrona Theagenis sororem se fuisse respondit: q
in Checonia imperator instructis aduersus Philippum aciebus pro grecie liberta
te ceciderat. Cuius responsionem clarumq; facinus admiratus Alexander liberā cū
filiis abire iussit. Cum atheniensibus pacem egit: quāq; Thebarum casū haud mo-
deste ferentibus. Cum enim solennia instarent misteria eius causa meroris omissa

sunt. Quiq; athenas confugerant summa humanitate sunt excepti At siue leonis
more iam furore saturatus siue crudelissime rei clemētissimā adiicere voluerit: nō
solum nihil atheniensibus succensuit: verumetiam res grecorū cure habere iussit.
Solos siquid ei aduersus accideret futuros grecie principes Eum quoq; posterius
Thebanorū sepenumero calamitas afflixisse dicitur: eorūq; compluribus summam
clemētiam impartisse. Cliti vero cedem inter vina perpetratam: itēq; repudiatos
in India Macedonas vt qui imperfectam adhuc miliciam detractarent, ipsiusq; glo
riam abiicerent: ad liberi patris iras omnino referre solebat. Hoc sane constat ne-
minem Thebanorum post hac ei vacuas adiecisse preces. Hec quid de Thebis. Ce
terom coactis in Histimo grecis ac expeditionem in Persas decernentibus. Alexā
der imperator appellatus. Qui cū pluris philosophos & primarios ī ciuitate viros
sibi obuios & congratulantes habuisset: idētidem facturum. Diogene Sinopēsem
existimauit: qui per id tempus Corinthi versabatur: ad is paucis faciēs Alexādrū
in Cranio diuersorium habebat. Quo tū pergens alexāder ad solem apricantem of
fendit. Ille vt tam illustris aduentare viros vidit: paolum sedit: alexandrum susci-
piens Eodem familiariter salutato: rogat alexander rei ne cuiusq; indigeat. Cui
Diogenes parumper ait: ab sole mihi secedas. Qua in re q; is regium splendorē am-
plitudinem ve nihil fecerit. Adeo delectatum admiratumq; ferūt alexandurm: vt
eo descendente cū amici irriderent & per iocum morderēt dixerit. Ego profecto
nisi alexāder essem. Diogenes esse vellem. Volens autem illius gratia expedicōnis
diuinum consulere oraculum Delphos venit tum forte nefasti dies agebantur: in q
bus nephari quidem vlli mos est oraculo: Quam obrem cum ipsam primo vatem re
luctantem seq; lege tuentem orasset: ipse in vita trahens templum ascendit. Ea ve
ro studio ac hominis īportunitate victa: inuictus es inquit fili: Qua voce accepta
alexander haud aliud sibi opus esse vaticinio opus esse dixit. Verū assecutū se q̄d
ab ea cupiebat oraculum. Eo deinde ad exercitum proficiscente: cum alia deorum
visa prodigia: tum vero orphei simulacrū quod in libethris ex cupresso extat mul-
tum per id tēpus sudore emisisse traditur. Vniuersos eo prodigio terrefactos bo-
na spe esse iussit Aristander sempiterne nanq; memorie illius gesta futura sudorē
maximum laboremue poetis ac musarum cultoribus allatura. copiarum numerum
qui minimum asserunt: tricenta milia peditum ac equitum quinq; fuisse tradunt.
Qui vero plurimum peditum quadraginta tria milia equitū aut quatuor extitisse
scribūt Quibus aristobulus nō nisi septuaginta talentorum conuentū fuisse ꝓdidit
Duris triginta solummodo dierum cibaria. Onesicritus & ducenta eris alieni ta-
lenta conflasse alexandrum. Qui tametsi tot compressus rerū agustiis: tam ardua
mollitetur: nō ante nauem conscendisse traditur q̄ rebus amicorum pensitatis hu
ic quidem agrum: illi villam: alteri domorum prouentum nōnullis portoria elargi
tus est. Absumptis & ferme distributis regis opibus: quid tibi rex superest Per-
dicas inquit. Cui alexander spes ait. Tum Perdicas hec nobis cōmilitonibus tuis
futura cōmunibus est. Obsignatum igitur sibi predium recusante Perdica: quidam
idētidem ex amicis factitarunt. Ceterū quisquis aut acceperit aut postularit &
promptissimo gratificatus est animo. Rebus hoc pacto Macedonicis consumptis
partitisq; tali consilio ac animi dispositione concitus Hellespōtum traiecit. Inde pe
tens illion profecto sacrificio Mineruae: semideis parētauit. Deinde ad achillis sta-
tuam vna cum sociis vnguento delibutus nudusq; de more circūcurrens coronis or
nauit: felicem illum appellans q̄ viuo quidem tam fidum amicum: mortuo autem
tam magnum contigit habuisse preconem. Eum ciuitatem postmodum perlustrā-
tem ac visentem interrogant quidam Alexādrum paridis ne Citheram videre cu
peret: ea minime sibi cure esse respondit. Achillis vero Citheram q̄ritasse. qua ille

fortissimorum gesta virorum & res inclitas decantare solebat. Interea cum Darii prefecti magna manu coacta acies pro granici trāsitu: perinde ac asie portis dispo suissent intrare volentibus nō nisi prelio commisso irrumpere licebat. Subinde profundi ac vadosi amnis impetus & ripe vlterioris asperitas que nō nisi collato marte superanda erat plurimos terrore confecerat. Quidam etiam Iunii mensis obseruandam religionem existimabāt. Quippe cū eo tempore exercitum deducere haud Macedonie regibus mos sit. Quam rem facile correxit. Alexander ipsū secundū vocitari maium edicens: cūq̃ Parmenio ea minime temptare pericula sineret: q̃ id q̃ serum tempus esset: futurum inquit vt Hellespontus erubesceret: si eo superato Granicum extimesceret. Quo dicto raptis secum tribus ac decem ordinibus equitum flumen irrumpit. Vbi cū septos armis equites contra prerupta loca hostilesq̃ sagittas vrgeret: ac obruere fluuius vortice amētia magis furere q̃ ratione aut cōsilio militiam gerere videbatur Postq̃ euasit vir dum rippam summo labore ac difficultatem tenuerat. Erat enim locus cum vdus tum ceno lubricus: Cū euestigio confertum aduersus irruentes: priusq̃ suos pro acie locare facultas esset: conferre manum coactus est. Illi enim clamore incumbentes equosq̃ equis cōferentes hastis agebant: quibus fractis mucronibus decertabatur. Ceterū aduolantibus in eū plurimis. Erat enī tum pelta tum cassidis iuba insignis: quā circū condidissime vtrīq̃ mirum immodum pene surgebant ab vnius iaculo sub toracis lamina ictus haud saciatus tamen est. Inde cū Trisacem: simul ac Spitbridatem regis prefectos in se concitos ferri cerneret: deuitato Spitbridate Trisacem petit. Cum Thorace indutu bastam infregisset: gladium crispat bis itaq̃ consertis ex obliquo adacto Spitridatis equo auide insurgens conum barbarica bipenni dissipat. Altera penna deiecta: cuius ictui pene cessit gelea: adeo vt crines altera bipennis penitentia perstrinxerit. Spitridatem alteram librātem perlagam manus ille clitus occupat & mediū telo transfigit. Trisaces quoq̃ alexandri gladio vulneratus exanimis cecidit. Inter huiusmodi rerū discrimina equestri pugna cōstituta traiecerat Phalanx] Macedonica pedestresq̃ simul aderant copie. Quocirca haud diutius quaq̃ acer stetit hostis: at cuncti terga verterunt grecis dumtaxat exceptis: hi stipendiarii quidem milites in quendam euadentes tumulū alexandri fidem implorabant. At ille furore magis q̃ consilio eos adorrus: equum nō bucefalum quidem gladiū per ilia transfixum amisit. Ibi plurimus sautiorum & cadentium numerus fuit. Quippe cū desperatis ac be lacissimis viris collata pugna fuerat. Siquid barbarorum militū xx. M. duo equitum cecidisse treduntur. Cum ex alexandri exercitu quatuor & triginta cesos fuisse ex quibus nomen pedites aristobolus refert. Eis ereas statuas Philippi opus attolli iussit Ex hac victoria grecis eximias impartitus Atheniēsibus quidem tricētos ex captiuis clipeos transmisit. Ceteris passim spoliis illustre hoc iussit inscribi. Alexder Philippi & absq̃ Lacedemoniis greci hec ab icolis asie barbaris Patheras vero hostrum ceteraq̃ id genus ad matrem ferme cuncta transmisit. Ea pugna magnum ad res alexandri momentū peperit. Sardis enim Maritimi barbarorum imperii tutamen & propugnaculum cepit. Multaq̃ ad eum defecerunt oppida. Sole contra illum Alicarnassus & Miletus perstabant: quas inde vi adhortus cepit. Subactis finitimis omnibus dubius animi ad ea que gerenda superant fuit. Interdum enim contra Darium sūmo studio ferebātur: de rei sūma periculum faceret. Interdum maritimis intentus erat: vt in eis primum exercitatus ac stabilitus ipsū postmodum inuaderet. Licie fons iuxta Xanthiorum opidum extat quo per incrementum funditus verso: tabellas ereas sua sponte dilapsas fama est: in quibus antiquissimarum caracteres litterarum indicabant regnum Persarum a grecis destructū perisse. His elatus maritimā oram ad Pheniciam vsq̃ Celiciam

subigere maturauit. Excursio vero pamphilie ingentē q̄ multis historicis scribendi materiam ad immensum vsq; stuporem exibuit: q̄ diuina quadam sorte mare ipsum alioquin sceuum semper & procellosum cesserit alexandro. Rarissime proinde cōtingere soleat: vt precipitia prerupta q; iuga glacie modica tenuiq; contegantur. Declarauit id Menander in comedia dum admirādum facinus alludens ait. Quā alexandrosum hoc inquit: si quempiam querito Is vltro presto fiet mihi. Si quē maris Superare ter locum iam oporteat mihi: Huius continuo facilis redditur trāsitus. Alexander autē in epistolis suis nil tale monstri simile perscribens se per cognominatam scalam iter habuisse: perq; Phasilidem transisse asserit. In qua vrbe complures versatus dies: cū Interea loci Theodecti premortui: erat autem Phasilide oriundus: ereptam in foro statuam conspexisset vbi post cenam mero perfusus lasciue saltauit: multasq; sparsit coronas: nō ingratum homini per iocum reddens honorē quem īter philosophie studia sub preceptore aristotele socium habuerat. Post hec rebelles cepit Pisidas: Phrigiam domuit & opidū gordium antiqm mide regiam vbi vulgatum illud excorni libro innexum plaustrum aspexit. De quo ex barbaris passim creditus sermo manarat: quisquis eius nexū soluisset. Illi orbis terrarū imperium fata protendere. Cū igitur ceca nexuum capita: obliquisq; inter se spiris obuoluta Alexander soluere nequiret nodum gladio cecidit. Quo ita ceso multa apparuisse tradunt capita. Aristobolus autem facilime ipsos soluisse nodos affirmat. Dempto siquid clauo: quo temoni iugum annectitur: mox iugū subduxisse. Hinc Paflagones Capadocesq; subegit. Audita interim Mennonis morte: qui clarissimus Classis Darii prefectus per multas turbas & obstacula alexandri victorias retardabat: deductando ad superiores partes exercitu sese magis magisq; ɔfirmauit. Hec agente alexandro Darius magnitudine copiarū elatus: e Susis castra deducit. Sexaginta enī hominum milia agebat. Confisus etiam somnio quodam traditur quod ad gratiam magisq; veritatem con*e*ctores exposuerunt. Visa enī late fuso igne Macedonica phalanx depasci alexander sibi ministrare: ea amictus stola quam is olim regi seruiens gestare solebat. Eum postea cum belli templū intrasset e conspectu euanuisse: hisce rebus portendisse deum opinor illustrissima atq; famosissima futura Macedonum gesta. Alexandrū regno asie potiturum: quēadmodum ex ministro rex factus Darius vendicauerat. Ceterum vitam mature summa cum gloria relucturū. Maior item illum spes extollebat: q̄ alexādro in Celicia diutius cōmoranti timiditatem obiectabat. Cōmorandi vero causa erat aduersa valitudo quam immensi labores adduxerant: vel vt quidam perhibent. Cidnus amnis quem gelidissimum is se lauandi causa intrauerat. Ad cuius quod re medimu ceteris desperantibus medicis & quamuis ope valitudinis immnere periculum ratis & re in contrariū versa columnia Macedonum reformidantibus. Philippus Acarnanus accessit. Qui tam&si dura impendere animaduerteret: tamen amicitia fretus: qua in eo regis discrimine nō cōmune etiam per extrema experimentotum genera suscipere: periculum iniquū ducebat: remediis adortus est: eiq; modo perferat ad pugnam proximam hanelanti breui salutem potioībus pollicetur. Interea ex castris a Parmenione missa redditur epistola qua regem vt ab insidiis Philippi caueret admonebat. Magnis enī largitionibus a Dario corruptū desponsatam preterea eius filiam: vt alexandrū necaret. Quam vbi perlegit: nemini ex equalib9 iudicatum sub puluino collocat. Ingredientibus autē familiaribus simulq; Philippo calice potionem afferrente. Alexander tradita illi epistola: poculū intrepidus ac securus accepit. Precipue vero admirationis spectaculum erat cū eo legente: hic poculum hauriret. Inde mutuo haud eodem se gestu conspicerent: alexandri quidē erga Philippum amena & aperta facies beniuolentiā fidemq; declarabat. Ille aūt

ea percitus calumnia nsie innecatis numinibus obtestatisq; manus tendebat i celũ
nũc lectulo collabens alexandrum sibi audire & bono animo esse: sollicitus orabat
Ea vis medicaminis interius recepta initio corpus ita depressit afflixitq; vt inter
cepta voce & intercepto ac perexili admodum sensu illũ ferme animus deficere vi
deretur. At paruu post tempore pristina salute recepta: collectisq; viribus Mace
donibus videndum se prebuit. Non enĩ prius sese discrutiandi finem facturi vide
bantur. Erat in castris Darii Transfuga Macedo Amintas nomine haud alexãdri
nature inscius. Is vbi festinanter Darium vt alexandrum inter angustias adoriret
cernit: supplex deprecatur vt ingentibus copiis aduersũ paruã manum preliũ in
turus: in latissimis locis & planissimis campis hostem expectet. Vereri se Dario re
spondente: ne alexander ac hostes effugiant: huius rei gratia solue metum inquit:
ille enim ad te vltro aduentabit: aut in presentia fortassis aduentat. Haud tamen
regi placuit amintæ consiliũ. Verum in Cilicia castra mouit. Alexander contra illũ
contendit in Siriam: noctis tenebris haud obuii inter se facti: vbi illuxit reuertunt
Quam rem hunc inmodum obtigisse letus alexander hostem in angustiis obuium
habere curabat. Nec minus exultabat Darius q eductis iam ex montium fauci
bus copiis prior castrorum loca metauerat. Iam enim ipsorũ comoditatem locorũ
intellexerat: q ea cum mari ac montibus vicina cũ influenti Pindaro amni equita
tui minus idonea peragrarat. Ceterum quanq; versus confraga abilem pro hostiũ
paucitate situm habebãt. Alexander locũ suppeditante natura longe melius q̃ for
tuna prebuerat ad querendum victoriam acies instruxit: barbarorum nũ ero infe
rior ne ab eis circũuenirettur ad dextrum hostium cornu oblique leuum oppone ns
infugam barbaros conuertit. Vbi inter primos prelium capescenti mucrone cossa
vulneratur: & vt Chares prodidit a Dario. Eos enim manibus congressos refert
Alexander autem cũ de ea pugna scriberet antipatro: a quo vulnꝰ acceperit haud
significauit Cum tamen sauciam gladii cussam sine periculo fuisse scribat. Ea glo
riosa extitit victoria. Quippe cũ re sa tum capta supra vndecim milia hostium: Da
rium per quatuor aut quinq; stadia fuga preripuit. Ceterum illius curru arcuq; po
titus rediit in castra: vbi Macedonas immensas barbarorũ diuicias cum ferentes
tum congerentes inuenit. Qui quo expeditiores ad peelium essent: omnia ferme da
masci impedimenta apparatumq; relinquerant. Tentorium Darii pecunia splendi
dissimisq; ornamentis ac preciosa suppellectile refertum excerpserant alexandro.
Inde exutis armis balneũ intrans eamus inquit in darii balneo sudorem pugne lo
turi Cui familiaris quidã minime per Iouem inquit Darii: ast alexandri. Fortunas
enim victi & esse & dici bona victoris oportere. Ceterum aquarum ductus idrias
peluis: & alabastros cũcta auro lita plurimo conspicatur vnguenta simul ac aroma
ta diuinum quendam interius spirabant odorem Post hec sublime cubiculũ mag
nifice conditum subiens vbi stratum ad socios conuersos hoccine inquit imperare
erat. Ei postmodum cenaturo: nunciatur matrem ac vxorẽ Darii, geminasq; simul
filias virgines captiuas adduci. Easq; visoq; curru & arcu Dariũ perisse ratas se
plangere lamentariq; alexander diu cũctatus: ipsarum magis sortem miseratus q̃
suis elatus successibus: per Leonatum renunciat haud interisse Dariũ & ne quicq;
ab alexandro reformidẽt adhortatur. Se enim pro regno cũ Dario dimicare. Eas
omnia que ex Dario imperante insignia dignitatis assecuturas. Que cũ mulierib
& captiuis quidẽ clemens & amena aparuisset oratio nõ minoris humanitatis ope
ra respondẽt. Quosrunq; enĩ persas voluerũt sumptis ex preda vestibus & ornamẽ
tis: sepeliendi potestatẽ dedit. Nihil cultus aut honoris pristini illis ademit. Quin
longe magnificentiores solito rerum vsus habebant. Quid vero pulcerrimũ & gra
tia regali dignissimum extitit: mulieres ingenuas modestissimasq; & captiuas qdẽ

nullum ex eo turpe vel audisse vel intellexisse vel expectasse contigit. Nec eas per
inde eae intra hostium castra: verum etiam in sacris edibus castisq; virginum cubili
bus consertas & nullius prospectas oculis vixisse. Et profecto Darii coniugẽ vni
uersas decore ac forma reginas anteisse. Quemadmodum & Dariũ cunctos spe
cie ac proceritate viros superasse memorie traditũ est similimasq; parentibus fu
isse puellas. Alexander se ipsum magisq; hostes domare regium opus existimans:
nõ has aut quampiam ante suã coniugem preter barsenem attigit. Hec post Men
nonis obitum vidua Damasci capta est mulier grecis erudita litteris suauissimis e
rat moribus. Pater Antabassus regia stirpe editus: hanc alexander incitante Par
menione genere quippe & pulcritudine egregiam compressit: sicut tradit Aristo
bolus. Ceteras cũ alexander captiuas aspiceret dicere per iocum solebat: Dolores
oculorum Persice sunt puelle. Contra cũ earum formis sue continencie ac mode
stie specimen ostendebat: ipsas velut exanimes statuas pretermittebat. Prefecto
Classis Philoxeno apud se tarentinũ Theodorum eximia facie pueros venales ha
bentem diuertisse scribente & num emere vellet percūctante persepe vociferans
equales rogauit: quidnam olim tam obscenum de se Philoxenus animaduertisset
vt hec illi probra compararet. Scribens etiam ad Philoxenum post multa in illũ
maledicta & conuitia ipsum cũ suis mercibus Theodorum malam in rem mittere
iussit. Quendem etiam adolescentẽ Agnonem nomine cũ ei se egregia forma Co
bilum ex Corintho emere & ad illum deferre velle scripsisset ingentibus affecit cõ
uitiis. Damonem & Thimotheum Macedonas quorũdam stipẽdia sub Parmenio
ne merentium temerasse mulieres audiens: ad eum scribens mandat: vt si conuicti
sint: eos tanq; perniciosas humano generi belluas seuis trucidet modis. In ea epi
stola hoc pacto de se verbum ex verbo scripsisse liquet. Ego enim Darii vxorẽ ne
dum aspexisse aut aspicere decreuisse: sed eorũ qui eximiam eius vel illius formã
predicant: ne verba quidem admisisse comperiar. Seq; duabꝫ potissime rebus mor
talitatẽ intelligere aiebat, sopore ac coitu: quas sola nature infirmitas pareret. Ven
tris quoq; cibiq; temperatissimus. Quod cũ multis aliis tum verbis suis ad adan
declarauit: quam sibi in matrem assumpram Carie reginam designauit. Illa enĩ vt
maiorem in eum caritatem ostenderet: multa obsonia & delicata ferculorum condi
menta: postremo solertissimos coquos & pistores ad eũ trasmittente: his haud sibi
opus esse dixit. Nam meliores se coquos sibi leonidas pedagogus cõparauerat ha
bere. Ad prandia enim nocturna itinera: ad cenas vero prandiorum parcitatem.
Idem cum lectum ingrederetur: discussis accurate vestibus: num quicq; hic aiebat
superuacanea refertum mollicie mater administrauit. Ad vinũ quoq; longe minus
q; credebatur pronus. Quod secus idcirco creditum est. q maius colloquẽdo q; po
tando tempus ad vnum quemq; calicem ꝓtrahebat: semper longius sermone de
ducto & hec quidem dum multa otio facultas esset. Quippe cũ a rebus gerendis
illum nõ vinum nõ somnus nõ iocus nõ nuptie non spectaculum quemadmodum ce
teros imperatores abstraxerit. Inditio est breuissima quã vixit etas q; infinitis om
nino rebus amplissimisq; refersit. Cum vacuus erat primum vbi exsurrexisset per
acta re diuina sedens prandebat. Postea diem aut venatu consumebat aut compo
nẽdis rebus impartiebat: aut militibus ius dicebat aut lectitabat. Sin haud nimis
vrgẽtem viam haberet interdum aut sagittare aut cõcitatos currus ascendere de
scendereq; perdiscebat. Multociensq; etiam vulpes ioco venebatur auesq; sicut per
eius diaria ꝑcipi licet. Ceterũ metatus ubi se unxerat ac lauerat de sumendis epu
lis rationem habebat. Sero postmodum ac multam in noctem cenaturus accumbe
bat: Mirabilis autem illius cura & respectus in distribuendis dapibus fuit: ne qd
inique aut parum accurate partitus uideretur. Potum sicuti predictũ est longius

inter confabulandum producebat. Idem nullius iocunditatis expers. cū ceteris re
bus: tū consuetudinis comitate vniuersis regibus: iactancia & elatione infestus ad
arrogantiam vsq; vri miles quispiam ferebatur: ita vt assentatoribus sese calcandū
& equitandū ferme permitteretur. que res gratiossimos eius familiares fere per-
didit: qui cū assentari nollent: non laudari nō audebat. Illud enim turpitudinē hoc
vero discrimen afferebat. Interdum cū se post potum lauisset: quieti se ad merid. ē
vsq; debebat: Nonnunq; etiam totum dormiendo diem agebat. Exquesitoꝝ quoq;
ita ciborum abstinens vt sepenumero rū rarissima ad eū ex mari obsonia aut pisces
deferrentur eis inter amicos partitis: nihil reliquum esset. Cenarū magnifici sem
per apparatus & acto pariter imperio sumptuosiores. Postremo rū ad decem mili
a dragmarum processissent ibi modus factus est. & his qui alexandrum inuitabāt
prefinita summa: post commissam in Isso puguam Damascum mittit: qui pecuniā
suppellectilem liberos vxoresq; persarum ad eum redigerent. Ex quibus maximā
in equites Thesalos ad id de industria missos portionem contulit q; viri strenui &
egregie bellatores erant. Reliquum etiam ditauit exercitum. Tum primū Mace
dones gustato auro argento mulieribus & barbarorum delicüs veluti canes odora
ta semita venari ac per vestigia Parsarum opes indagare ceperunt. Post hec a'ex-
der ad occupandum maris imperium versus Ciprum & cuncta excepto Tiro Phe
niciam tradentibus regibus recepit Tirum obsidere statuens aggeribus & machi
nis ducentisq; Triremibus a mari mensibus septem cinxit. Interim Alexander per
quietem vidit Herculem: postq; illum crebro vocasset e numero sibi dextram por-
rigentem. Compluribus etiam Tiriorum in somnis: appollo dixisse visus est: se ad
alexandrum proficisci Non enim sibi que in ciuitate perpetrentur placeret. Ea pro
pter perinde ac transfugam hominem plane deprehendissent: eius simulacrū cate-
nis ac clauis ad basim alligatum alexandrum appellabant. Aliud dormienti alexan
dro euenit: in somnium videre se Satirum exsitabat: qui procul ei iocabundus ap-
plauderet. Cūq; ipsum capere vellet: fugiebat Postremo cū multa versatus orassz
in manus venit. Cō sulti vates partito nomine longe credenda dixerūt. Sa hoc est
tua Tirus est. Adhuc tortem ipsū ostentant: quem penes alexander Satirum cer-
nere videbatur. Ea durante obsidione in arabes qui circa Antilibanum incolunt ex-
peditionem egit. In qua ob Lisimachum pedagogum nō paruū vite periculū adiit
Subsecutus enim est cum se phenicie neq; peiorem neq; natu minorem esse diceret
Postq; ad montes ventū est: missis equis pedes ire cepit. Et iam ceteri procul ab-
cesserat cū intercipientibus tenebris ac propinquis iam hostibus Lisimachū etate
grauem ac labore fessum nunc hortando nunc iuuando haud deserere sustineret lō
ge ab exercitu q; minus intellexerat cū paucis relictus est comitibus Ita vt per fri
gus immensum horrentibus in locis exegerit. Tum multa sparsim eminus inimi-
corum conspicatus incendia vt aliqua ex parte Macedones in rerum inopia consula
retur: corporis agilitate & quotidiano confisus labore ad propiores rursu peruenit
Ibi duobꝫ assideātibꝫ foco barbaris ense obtrūcatis terrore correpto reuertit ad su
os. Magno itaq; igne facto nōnulli ex hostibꝫ metu attoniti terga dedere. Quidā
eos aggressi vertuntur in fugam reliquum noctis securi duxere. Hec quidē Cha-
res refert. Tiriorum obsidio talem habuit euentum. Cum Allexander post multa
prelia maiorum copiarum quieti dedisset: paucis tamen ne ociosus foret hostis ꝓ
murorū statione relictus aruspex Aristander mactatis hostiis signa perspexit Qui
bus audatior factus ad circumstantes presagiit: eo prorsus mense ciuitatem in eoꝝ
potestate futuram Qua re cum ingenti cahino irridere cepissent: ea enī extrema
mensis dies erat subdubitantem cernens hominem Alexander vt qui sua plurima
semper fecerat vaticina eam nec dum trigesimam & quartā C'l's. adnumerari iussit

Dein signo tuba dato enixius q̃ antea constituerat muros adoritur. Qua rē stre/
nue inchoata & exercitu ad ferendum auxilium mature concurrente cū desperatio
Thirios frangeret ea die potitus oppido est. Post hec alexandro amplissimā Sirie
vrbem. Gazam expugnanti: auis quedam ex alto dimisso cespite perstrinxit home
rum. Ea deinde cū super quodam machinamento cōsedisset: inter funium nodos in
cauta complicatur. Quamobrem aristander homeri vulnus & potiende victoriam
ciuitatis auspicatus alexandro est: Itaq; euenit. Inde cū Olimpiadi Cleopatre ami
cisq; bastilis exuuias mitteret: spei cuiusdā puerilis etatis admonitus Leonide pe/
dagogo quingenta thuris & centena mirre talenta transmisit. Olim cum alexan/
der inter sacrificandum vtraq; manu thura vaporandis deis exciperet. Tum Leo/
nides alexander ait: Cum conferentibus aromata terris imperitabis hoc pacto co/
piose adeo vaporabis. At in presentia rebus vtere partius. Tum igitur alexander
ad eum ita scribit. At te thus mirramq; habunde transmisimus: vt cū deis parcus
esse desinas: Delato ad eum scriniolo quo nullo inter opes Darii sumptuosior & or/
natior fuisse res videbatur: amicos sciscitatur quidnam in eo preciosū digne collau
dandum existiment. Multos enim vsus aliis demonstrantibus: hic optime inquit
Iliadis Homeri custodie dabitur. Hāc quippe rem complures haud parue fidei au/
ctores affirmāt. Ceterū si vera sunt: que Alexandrini Eraclidem secuti tradiderūt
nō segnem nō consilio vacuum commilitonem Homerum alexandro fuisse censueri
Nam potitus Egipto de vrbe greca condendaq; magnificā populosam & ab se cog
nominandam relinqueret agitabat. Quam quidem ad rem magnū soli ambitū quā/
tum superiori tempore nullus architectorum consilio metatus erat. Dehinc noctu
per quietem mirabile vidit insomnium: virum cū canicie plurima: tamen statura
venerandū astare sibi existimauit: hos illi versus recitantem. Preterea vn/
disono quedam iacet insula ponto. Quam pharon appellant egiptia litora contra
Confestim igitur consurgens pharum adit que illa tempestate paululum supra ca/
nopium hostium insula erat. Nunc vero per aggerem in continentem recepta: ea
instar corone histhonos erat parem quaqua versum pro ratione latitudinem habēs
Ingens i ipsa lacum & in oriens mare porthus amplectitur. Egregiam loci naturā
contemplatus Alexander: Homerus profecto inquit cū ceteris in rebus admirabi
lis: tamen sapientissimus extitit architectus. Dehinc vrbis formam pro illius loci
similitudinem designari iussit. Quam ad rem cū tellus alba deesset in nigri campi
planitie giratum farina sinum deducūt. Cuius acte rectius velut ex fimbria linee
clamidis instar interiorem efficiunt vrbem. Eius formam summa cū delectatione
spectante rege: infinite multitudinis & generis omī phariam aues e proximo lacu
ac flumine in eum repente locum in nubis modū prouolant ita vt ne farinam ipsam
attingerent: Id alexander perturbauit augurium: ast illum bona spe esse auspices
monent. Ab eo enim vrbē condi que fecondissima variis hominibus futura sit educa
trix. Post hec commissa operis cura. ipse ad Iouem Ammonem pergit longe sane
iter durum ac laboris plenum gemino presertim discrimine aquarū inopia qua nō
paucorum spatio dierum deserta regio est Alterum si per apertam & profundam
euntibus harenam rapidus incumbat hauster. Quemadmodum de Cambisis exer
citu traditur. Is enī ingentes harenarum aceruos attolens fluctuante planicie quī
quaginta hominum milia obruta necauit. Hec cum vniuersi ferme aīaduerterent.
Alexander tamen quicquid inceptaret deterreri nō poterat. Fortuna enim suis p
pitia conatibus promptiores ei reddebat animos & donec agenda nauaretur inui/
cta ferebatur animosa contentio qua nō hostes modo verum & loca & tempora vio
lentus vrgebat. In ea profectione multa pro incōmodis assecutus est adiuuantia: q̃
a Ioue missa posteriora cōfirmant oracula. Quin ea quodamodo fidē ipsis vēdican

oraculis. Primum quidem aquarum multitudo & diuturni imbres a Ioue dimissi sitis soluere metum & humectantibus harenis siccitatem extinxerunt. Quibus in se condensatis & suaues spiritus & purior impendebat aer. Inde cū ductores confusas amisissent metas: iamq; errare cepissent: dispersis exignoratione comitibus: coruos qui p̄uolentes eis iter mōstrarent & rardius subsequētes prestolarent̄ apparuisse constat. Quod vero longe mirabilius est: tradit Calistenes noctu palantes: cantu ac vocibus ad sequenda comitum vestigia reuocasse. Superato deniq; deserto: vt templum intrauit. Hammonis Antistes illū Iouis perinde ac patris nomine saluere iussit. Illo rogante num quisq; ex patris interfectoribus impunis effugerit: famota loqui iubet antistes Nec enim parentem illi mortalem esse: mutato dehinc sermone cunctos ne Philippi interfectores vltus sit: percūctator & datum ne ei sit vt vniuersos ditione mortales sit moderaturus. Cui & ipsum dari & plene peractā Philippi vltionem esse diuinum respōdit oraculum. Quamobrem pretiosis dōnariis & pecuniis ipsos ditauit antistes. Hec sunt que de Amonis sortibus plurimi tradiderunt scriptores. Alexander autem scribens ad matrem se quedam oculta ĩquit accepisse vaticinia. que cum redierit ad Eam solam explicabit. Asserunt qdā sacerdotem dum grece ipsum salutare & blandius pedion filiole compellare vellet: per barbarismum pro. n. abusum. s. pedios idest Iouis filii pronuntiasse Illum vocis errorem alexandrum libenter perinde ac omen audisse. Quocirca cōfestim vulgatum est eum ab oraculo Iouis filium appellatum Quem rumorem vbi per Sammonem egipti philosophum audiit magis probasse fertur: qui omnis inquid homines sub dei imperio esse principariq; ac imperitare diuinum quiddam affirmabat. Quibus de rebus acutius philosophari ac disputare solebat deum communē qdem mortalibus patrem optimum quemq; peculiarem sibi filium adoptasse. Ceterum alexander cum se deo genitum persuasum haberet: in ipsos insolentior erat barbaros. Ad grecos vero modestius ac parcius de sua diuinitate sermonem habebat: excepto dum ad Athenienses pro Samo scriberet. Ego quidem inquit haud liberam vobis tam inclitam ciuitatem tradidisse quam ab eius tunc dominio: quem parentem meum appellabant susceptam habetis Philippum intelligens. Postremo cum sagitta saucius doloris acerbitate collaberetur: amici dixit. Hic plane cruorē mortalium ac nō diuinorum vulnera spergunt. Dum ingens tonitrus consternasset vniuersos: forte presens Anaxarchus philosophus: tu quoq; Ioue genitus: num quicq; tale perages? Ad que ridens ait. Nolo vti iubes amicis esse terrori: qui meas per contemptum cenas habes q̄ nō satrapatum capita sed pisces in mensa mihi cernis appositos. Et profecto Ephestioni missis a rege pisciculis Anaxarcus eum protulisse sermonē traditur: tanq; eos aspernaretur & carperet qui per magnos labores & pericula illustras & claras res persequentes: nullam haud pexiguam sibi voluptatem comparantes. Nihilomagis q̄ relqui iocunditatis fructum adipiscunt̄. Ex his que superius enarrata sunt liquet. Alexandrum nō per superbiam aut cōtumeliam sed grauitatis opinione ceteros subiugasse in Phenitiam ex Egipto reuersus sacra diis festosq; dies celebrauit. Tum stata certamina & ludos scenicos edidit: nō apparatu modo sed etiam certantibus permagnificos: Eis prefecti sunt. Cipriorū prīcipes quemadmodum & athenis qui tribus sortiunt̄. Decertatum est mirifice ac splendide a Salamino presertim Nicocreonte & Solio Pasicrate. His vt nobilissimis preessent Histrionibus sorte obuenit. Pasicrati autē Anthenodoro Nicocreonti autem Thesalo cui studiossime fauebat alexander. Nec tamen suum ante studium patefecit q̄ omibus fere suffragiis victor Athenodorus declaratus est. Tūc abiēs se quidem iudices approbare dixit Verum enim vero ne superatum vidisset Thesalum regni portionem perlibenter amisurū fuisse. Postea vero cū athenīēses

Athenodorum ꝙ dionisiis nõ interfuisset: mulctassent eo regem vt per se scriberet obsecrante: id facere noluit. At mulctam remisit. Cum Licon Scarphei filius lepida quedã ageret In theatro ĩter recitãdum comediam versũ quo decem talentorũ petitio significabatur inseruit. Quo ridens alexander: ea preberi iussit. Dein missi a Dario legati pro redimendis captiuis eum regiis litteris peruenerunt: quibus decem milia talentorum cunctam Mesopotamiam ac filie matrimoniũ pollicebatẽ Tum amicum se sociumq; futurum. Quibus inter equales suos cõmunicatis Parmenio si alexander inquid essem has ego conditiones accepissem. Cui subinde alexander & ego medius fidius si Parmenion. Alexander itaq; Dario vt ad se veniret rescripsit cũcta ex eo humanitatis opera consecuturus: ꝙ si recusauerit ad eũ mox se profecturũ. Eum confestim incepti piguit. ꝙ eo ĩ itinere vxor Darii dolore partus correpta diem suum obiit. Cuius rei merorem ne dissimulãter tulit quia maximam benignitatis sue declarande occasionem amisisse videbatur. Ipsam igitur bominem magnificis humauit impensis. Erat inter Eunuchos regine cubicularios vna captiuus quidam Thiriotes nomine. Is ex castris profugus ad Darium equo prouolans vxoris obitum renuntiat Quo nuntio accepto Darius cum per multas lacrimas: caput planxisset Proch Persicam inquit fortunã: si regis vxorem eandemq; sororem captiuam: nõ modo vixisse sed etiam decessisse regiis priuatam inferiis contigit. Excipiens Tirius: ad enim mi rex ait: profecto funeris gracia & cuiusq; pro regia dignitate nihil quod pessimam persarum fortunam ĩcuses habes Nanq; Statire regine superstiti itemq; matri & puellis nusq; pristinus opũ ac rerum vsus splendorq; defuit: nisi vt tue claritatis columen aspicerent. Quod denuo potens restituet. Oromasdes: Nec ea moriens vllius generis ornamentorũ expers fuit. Quippe cũ ipsius obitum hostiles etiam lacrime decorarint. Alexander enim sicuti prelio terribilis: ita parta victoria clemens. His rebus auditis Darius animi egretudine ac perturbatione vexatus ĩdignissima suspicans Eunucho ad intimam tentorii partem adducto Nisi tu quoq; cum ipsa simul fortuna inquit Macedonice factionis es si me tuum appellas herum: per hoc ingẽs te solis iubar ac regalem dextram obtestor ac oro: hecine sunt Statire mala que lugo: an illius vite longe magis miseranda perpetimur & vltra dignitatem seuior nos afflixit calamitas ꝙ insuper incrudelẽq; acerbũ hostẽ incidimus. Nam qđ honestatis & castimonie signum est. virum etatis integre hosti vxorem tam multis honoribus decorasse Eo adhuc loquente. Tireus ad eius se pedes demictens: vt meliora diceret supplex orabat ne & iniuriis Alexandrum lacesseret: neu defuncte vxori eidemq; sorori turpes inureret maculas: neue afflictis in rebus maximo sese orbasse solatio videatur: prestantiorem ꝗ; creauerit natura victorem habuisse. Verum enĩ vero admiratione persequendum Alexandrum: ꝙ maiorem erga Persarum mulieres continentiam quam in viris fortitudinem declararit. Eaq; simul & ceteram Alexandri modestiam terribili iureiurando confirmauit. Tum ad familiares egressus. Darius tensis in celum palmis: ita orasse fertur. Natales regalesq; dii date obsecro vt quemadmodum letissimam olim fortunam accepi: ita restitutam ac diuiciis incolumem posteris relliquam: quo parta victoria quas ab alexandro per domesticoꝝ erumnam gratias accepi: equali persoluam merito. Quod si deorũ ira fatale hoc tẽpus ingruit: quo permutandum iam persicum ruet imperium: neminem nisi alexandrũ in Ciri soleo sedere precor. Hec plurimi scriptores sic dicta factaq; cõmemorant. Alexander omni intra Eufratem regione subacta contra Darium decies centenis milibus militum descendentem castra mouit. Interim iocosum quippiã in exercitu fieri renunciatur: Commilitones in geminas se per iocũ partes diuisisse atq; vtriq; ducem ac imperatorem prefecisse: vocasseq; alteꝝ alexandrum. Alteꝝ vero

Darium. Cūq; mutua certamīs preludia: primū glebis dehine pugnis incohassent
eo disceptationem excādisse ut iam a multis per saxa subdeq; res agi cepta sit ita
ut ne sedari quod queat Tum Alexander ipsos imperatores singulari prelio decer
taret iubet. Ex quibus ipse quidem Alexandrum Darium vero philotas armauit
inspectante rem exercitu ēsi quoddā futurorū auspicium acri pugna commissa: is
quem alexandrum appellabant victor euasit. Is igitur ab alexandro duodecim vi-
cis & persice scole vsu donatus est. Hec herasisseres ingens cū Dario prelium nō ī
Arbelis vt quidam perhibens: verum in Causamelis commissum est. Id autem vo
cabulum Gaumeli domum significat Quam olim rex quidam cum hostium manus
dromedario effugisset Camelo ibi condisse traditur: & ad eius curam & impen-
sam quorūdam virorum prouentus destinasse. Mense Iunio cū athenis ministeria
incohantur: luna defecit. Vndecima post nocte in mutuo conspectu constitutus ex
ercitibus. Darius suas in armis copias tenuit: suasq; lampadibus obibat alexander
quiescentibus Macedonibus ante tentorium cū aristandro vate sacra peragebat:
& hostias phebo mactebat: vt vero familiares sui grandiores natu: tum vero Par-
menio omnem qui inter Niphatem & Gordineorum montes iacet agrum barbaro-
rum collucere facibus vident. Preterea incertum quidem clamorē terribilemq; ex
castris tumultum velut ex vestu resonare pelago eorū multitudinem adinirati col
loquia inter se habuerūt. Ingens quippe ac arduum opus impendere: si aperto con
gressuri marte tam magnam capescere pugnam audebunt. Inde perfectis sacris re
gem adeunt: vtq; hostem noctu inuadat hortantur: hoc enim modo maximū impen
dentis pugne terrorem per tenebras oculaturum. Ille vero vulgatū illud: nō ego
victoriam furor ait. quod dictum nonnulli iuuenile nimis ac inane iudicabant. q; in
tanto rerum discrimine cauillaretur. Quidam in presentia spe ac fiducia elatū recte
futurorum euentum diuinasse putabant. Nec vllam Dario prebere occasionem vo
luisse vt superatus aliam denuo bellandi fiduciam attemptaret: in hoc noctem incu
saturus ac tenebras. quemadmodū superiori prelio mare montes & angustias īcre-
pitauerat. Nec enim inter tot copias tam lata regione valentem Darium armorū
aut hominum inopia pugnam detractaturum: nisi aperta congressione summis di-
micando viribus victus spem ac feroces deponat spiritus. Illis postmodum discen-
dentibus rex intra tabernaculum accubuit: vbi in reliquum noctis preter consuetu
dinem suam tam profundo pressus sopore dicitur vt ipsi ductores mirarent: & illu
escente iam dilu culo militibus vt corpora cibo curarēt eduxerint. Postea sollici-
tante tempore ingressus Parmenio cū lectulo astitisset bis illum terq; nomine com
pellauit. Quem experrectum hoc modo percunctatus traditur. Quid nam hoc ma
lum inquit vt nō iamiam dimicaturus maximo prelio sed victor esse videaris: qui
tanto somno securus dormias. Tum subridens Alexander nonne nos ait vicisse pu-
tas qui peregre ac per abrupta loca detractantem pugnam Darium persequi desi
nimus. Non solum igitur ante prelium sed & in ipso discrimine magnam animi cō
stantiam ac fiduciam sui declarauit. Nam cum bactriarorū equitatus contra Mace
dones magno impetu & summis ferretur viribus: in sinistro cornu cui preerat Par
menio ingenti fluctuatione dimicatum est. Subinde Mazeus ex acie miserat equi
tes: qui impedimentorum & sarcinarum custodie relictos adorirentur. Turbatus
igitur vtrinq; Parmenio ad Alexadrum qui renuntiet mittit: nisi ex prima acie
fronte fortes euestigio auxiliarii ad postremos succedant. Vallū res ac impedimen
ta diripi per id ferme tempus alexāder suis ad egrediendum signum dabat Tum
accepto Parmenionis nuntio virum desipere nec animi constare dixit ac per cōster
nationem obliuisci q; victores quidem & hostium fortunas vendicabunt. Sin victi
erunt nō supellectilium nō pecunie non mancipiorum habenda cura est. Sed quo

pacto strenue dimicando gloriosam mortem appetant Hec ubi ad permenionem responsa dedit galeam imposuit aliam quidem armaturam intra tentorium indue rat Siculum inprimis amiculú inde Lintheum toraca duplicem quem ex issi spo‑ lijs acceperat. Ferrea cassis erat puro lucidior argēto. Theophili opus ceruicis tu tamen ferreum gemmis insertum: Ensis cum temperatura: tum leuitate mirandus quem ab Sciprorum rege dono susceperat eo cú pugnas obibat. vti solitus. Insig‑ ne enim ferebat Epiporpoma egregia: magis illius arte quam cetera delecta‑ tus armatura. Antiqui nanq; opus Eliconis erat Idem preterea ob ciuitatis Rodi orum gloriam ob qua ea donatus fuerat gestare videbatur: cú ipso etiam inter p̄‑ handum vteretur. Ceterum. Alexander donec aut acies instrueret aut milites ad‑ hortaretur: aut concionem haberet aut lustrans obequitaret vt bucefalo parcius vtaretur: alium sumebat equum. Quoniam is etate iam grandior erat. Cú igitur congrediendum est eo adducto statim ascendit ac ire pergit magna ad Thessalos ac grecos habita prius oratione. Qui vbi robur animis addiderunt sese in barbaros agi certatim clamitant. Tum hasta in leuam recepta dextra vt Calistenes tradit deos precatus est. Vt si vere Ione natus existat suis auxilium atq; robur addat. Va tes Aristander candido indutus amictu & coronam gestās auream secum cominus equitans sublimem supra Alexandri verticem aquilam ostendit aduersus hostes re cto valatu delabentem. Eo auspitio plurimum spei & alacritatis cunctis increuit Qua re sese inuicem exhortari equites in hostes cursu procedere: vndantem vero phalanga diceres Ante primam cōgressionem inclinati barbari fugientibus victo‑ res instant. Alexander ad mediam aciem vbi Darius erat: victos insequitur Ipsū enim eminus conspicatum inter confertissimos regie cohortis emicantem agnouit Virum formosum procerum sublimi curru incedentem & rutilantium equitū ca‑ terua stipatum: qui circa currum pro acie stabant parati hostem excepere At co‑ minus terribilior conspicatus: Alexander vbi intra resistentium globum fugiētes immisit plurimos consternatione confecit ac dissipat. Strenui ac fortissimi ante re gis ora cesi. mutuoq; cadentes fugam inhibebant ita vt conglobata morientiū agmi na equos circumuallarent. Dario grauissima cūcta obuersabat̄ oculis: cesa manus quam circa se presidii causa locauerat: currus omnino immobilis verti nequeat tan ta obtruncaturum strages rotas immerserat. Equi etiā tot inserti cadaueribus sal‑ tibus aurigam deturbarant. Inter hec Darius relicto curru armisq; effetā vt ferē equum ascendens salutem fuga comparaunt. Qui tamen haud euasurus videbat̄ ni si denuo missi a Parmenione equites Alexandrum reuocassent. Nam cū ingens ni‑ ueherent copie. nusq; hostes cedere In eo prelio sunt qui segnem inbellemq; fuisse Parmenionem carpant siue languescente iam ob senectutem audatia siue q; vt Ca‑ listenes refert crescentem Alexandri potentiam grauiter & inuide ferebat. Quā obrem mestus Alexander dissimulato militibus dolore vt a cedibus temperaretur ne insequi velle se finxit. Et perinde ac ante pugnam nox dirimeret receptui ceci‑ nit. Inde cū laborantibus auxilium laturus pergeret. inde itinere profligatos om‑ nino hostes fugatosq; accepit. Huius prelii exercitus omne persarum imperiū fun ditus excedisse creditur. Tum alexāder Asie rex appellatus sacrificia magnificis struxit impensis. Dehinc amicis diuitias domos ac principatus largitur: maxima etiam in grecos vtens munificencia. vniuersas aboleri tirannides: restitui omni‑ bus libertatem ac suis viuere legibus se velle scribit: precipue Plateensium vr‑ bem exedificari iubens q; eorum patres olim protuenda libertate: se socios grecis asciuerant Ad Cromathas quoq; in italiam magnam eximiarum partem transmisit ob phaili decus & gloriam impigri & fortis atlete: qui modico bello cū grecos ce‑ teri distituissent itali ꝓpria tiremi Salaminā nauigauit. Illis piculi cōmuīcacōnē

susceptturus. Adeo omnia virtutis opera summo studio & beniuolẽtia obseruabat
Postmodum babiloniorum regionem ingressus omnibus in potestatem redactis. ibi
in Ebatanorum agro telluris hiatum assidue ignem tanq̃ ex fonte scaturientẽ mi-
ratus est: haud procul inde Naphtha magno inundat fluctu qui bitumini per q̃ si
milis tantam igni cognationem habere videtur vt priusq̃ flammam attingat: per
ipsum luminis splendorem: medium persepe aerem incendat. Cuius vim atq̃ natu
ram volentes ostendere barbari cũ angiportum qui ad regiũ ducit domiciliũ ea re
paulisper irrorassent: p̃mo crepusculo extrema in parte ↄsecuti: faculas guttis a-
mouere vix dum primis incensis: haud sensum flamma depascens vnico mentis in-
tuitu finem inuasit alterius ita vt angiportus perpetuũ fore incendiũ. Erat athen-
ensis quidam nomine Athenophanes: qui regis quidẽ corpus vnguento ac lauacris
curare: animum vero per iocos & oblectamenta ducere solebat. Is cũ intra balneum
adstantem Alexandro pusionem cui nomen erat Stephano aspectu quidem ridicu-
lum ac suauissime cantantem aspiceret: vis inquit rex hoc in Stephano Pharmacũ
experiamur: Si enim eo incenso extingui nequeat pollentem vtiq̃ ac inexpugnabi-
lem illius esse naturam affirmauerim. Quam quidem ad rem impigrum se preben
te puero: vix dum peruncto ac lumine cõtacto: tanta emicuit e corpore flamma tan
tumq̃ pullulauit incẽdium: vt Ancipitem alexandrũ subtrepidasse constet. Qui ni
si forte complures aque vasa manibus tenentibus affusisset nõ ante ferri auxiliũ po
terat q̃ totum ignea vis occupasset. Cũ hoc etiam modo pueri corpus vndiq̃ inar-
descens: maximo labore vix potuerit extingui. Verum membris post hac debilita
tũ vixisse certũ est. Iure igitur nonulli salua fabulamẽti veritate: hoc esse venenũ
affirmant q̃ medeam vulgatam in tragedijs coronã & pallium perunxisse traditũ.
Nec enim ab eis sponte sua ignem emicuisse: nisi cum admota flamma celeri tractu
clandestina irrepsit. Radios enim ac fluxus igneos longius allatos: alijs quidem
corporibus lumen tantũmodo atq̃ colorem constat adijcere. Alijs vero pinguẽ quẽ
dam ac perpetum habentibus humorem siccitatem afferre spirabilem: hi collecto
feruore celeriter in eis mutant materiam. De huius generatione dubium est: si po
tius estuans per id humidum flamma sufflat que ex illa tellure pinguẽ ignigenã
q̃ habeat naturam. Est enim babilonia vehementer obnoxia ita vt posita humi sepe
ordea insublime prosiliant: quasi ea loca langore quodam tumentia: salientẽ pulsũ
habeant. Incole quoq̃ per estus immensos super plenis aqua vtribus: somnos capi-
unt. Harpulus cui eius vrbis expoliende cura relicta fuerat regias ac deambulatio
nes grecis ornarat arbusculis. Cum cetere adoleuissent. solam Hederam nunq̃ tel
lus adoptauit at continuo necauit: q̃ illam minime ferret temperiem. Illa nãq̃ fer-
uida regio est: hec vero locis amica frigidis: has quidem excursiones: cũ modeste
fiunt minus forsan importuni carpunt. Alexander subactis suis ex regia quadragĩ
ta milia eris talenta: itẽq̃ preciosam suppellectilem cepit: cuius inexplicabilis om-
nino numerus ibi & thermonice purpure quinquaginta milia reperta tradunt. Ea
ab annis ferme ducentis reposita nouum adhuc & recentem floris seruabant colo-
rem. Cuius causam fuisse perhibent: qui rubee quidem tincturam melle: candide
autem albo confectam oleo. In his enim cum par tempus habent: purus ac lucidus
splendor cernitur. Dinon refert eos reges ex Nilo atq̃ Histro aduectam aquã so-
litos gaze recondere: vt hoc pacto regni magnitudinem assererent: cũ omnium do
mini apparerent. Ceterom cũ persidis fines cũ locorum asperitate tum impigerri
mis persarum aditum statione tenentibus alexander intrare nequiret. Iam enĩ Da
rius effugerat. ducem quendam nactus est qui eũ paruo introduceret amphractu
Is gemine nationis homo patre quidem Litio. matre vero creatus persica. De quo
cum adhuc puer alexander esset Phiticam predixit oraculum proficiscenti ĩ persas

Alexandro: ducem fore Licium ibi locorum potitus ingentem captorum hominũ
cedem commisit quos idcirco suo iussu necatos scribit ꝙ ita sibi ad rem conducere
existimabat. Ibi quantum suis tantũdem pecunie comperisse se refert. Diuitias ve
ro & reliquum instrumentum mulorum iuga dena milia & quinqꝫ camelorũ vex
isse dicuntur. Dein ingentem Xersis statuam conspicatus quam intra regiam irrũ
pentium multitudo ignominiose subuerterat ad eam substitit & perinde ac viuen
tem allocutus. Verum ne inquit propter eam quã aduersus greciam expedicõnem
egisti collapsum desinemus an propter animi magnitudinem tua aliasqꝫ virtutes ia
centem attollemus. Deniqꝫ diuturno secũ silentio meditatus excessit. Inde militũ
corpora curare volens Hibernum enĩ tempus quatuor ibi mẽses egit: Cũ Alexan
der sub aurea primum regii tribunalis testudinem consedisset. Corinthius dema
rathus ei beniuolentia affectus & paternus olim amicus senilibꝫ effusis lacrimis ad
cum ita locutus fertur. Quam magna grecos voluptate priuatos: quibus antea ꝙ
in Darii trono sedentem spectauerint alexandrum expirasse contigit. Hinc Dariũ
insectaturus amicis se per iocũ largiorem prebuit vino. In ea lasciuia mulieres acci
te a suis amatoribus affuere. Inter quas famosissima Thais genere attica quam in
feriore tempore regnans Ptolomeus scortum habuit. Ea alexãdrũ nunc lepide col
laudans nunc ioco demulcens inter potandum in quendam incidit sermonem. Qui
tam & patrie sue ritu consuetudinemqꝫ decerneret haud muliebris tamen extitit
animi. Eorum enim laborum quos in Asiam peragrando pertulerat: illa se die gra
tissimum suscepisse fructum dixit. ꝙ intra superbissima Persarum palatia tam de
licatum conuiuium celebrasset. At vero longe maiorem sibi voluptatem futuram si
Xersis regiam qui suas olim concremarat athenas: ipsa quoqꝫ per ilaritatem incen
derit. Tum spectante rege ipsa faciem accendit: vt diuulgaretur ꝙ que cũ alexan
dro femine fuerant maiorem pro grecia ex persis vlcionem accipissent: ꝙ superio
res illi tum maritimarum tum terrestrium copiarum duces. His dictis plausus si
mul ac tumultus exoritur. Sic is inde ad tam magnum facinus exortantibus tra
ctus Alexander exiliit is coronatus lampada tenẽs ductor erat. Ceteri clamore ac
petulantia consectantes regiam incendentes circuibant. Quod vbi sensere Mace
dones alacres cũ facibus concurrerunt. Sperare enim eum iam rebus patrie animũ
aduertisse nec amplius inter barbariem obuersari debere: proinde ea ignibus atria
vastare. Hec quidem in iussu regis quidam ita vt dictũ est perpetrata memorant
At enim mox piguisse ac restingui incendium iussisse haud incertum est. Ceterũ
cũ alexander natura munificentissimus esset eo magis liberalitatem quo & latius
ipsum propagauit imperium. Aderat quedam in dandis alacritas: que sola gratifi
cari beneficiis potest. Qua de re pauca vecum egregia meminisse sat erit. Peonũ
ductor cum hostis a se truncati caput ei ostendisset Rex ait his apud nos donis p̃
cium aureum solet esse poculum. Tum ridens Alexander vacuum quidem inquit
Ast ego id mero plenum tibi propino. Dum quidem ex Macedonibus mulum re
gium ferentem aurum ageret defatigatũqꝫ iumẽtum esset: is sublatum onus ferre
cepit. Quem sub pondere pressum conspicatus alexander: vbi re cognita depositu
cum videt hominem ne reliquo defatigeris itinere: dixit hoc ad tuũ deferes taber
naculum. Deniqꝫ renuentibus ꝙ postulantibus tristior ad Atheniensem Photionẽ
scribens eum minime existimaturũ deinceps amicom asseruit: si sua repudiet con
giaria. Serapioni cuidam adolescenti qui pila secum luserat quia nihil popuscerat:
nihil exhibuit: postea ludente Serapione iacta ad cetera pila mihi nequaqꝫ prebes
dicenti regi: nõ petis Serapion inquit. Huic cũ alexander arrisisset ꝙ multa elar
gitur est. Erat Protheas quidẽ vir sane facetus & in simposiis haud illepidus. Cui
cũ alexander succensere videretur obsecrantibus amicis ipsoqꝫ collacrimante secũ

in gratiam redisse dixit. Tum ille quoddam mihi prime fidei pignus presta: con- festim ei quinq; erogari talenta iussit. Quantas autem familiaribus & his quos sui corporis presidio habebat amplissimas facultates imparti erit. Olimpiadis ad eũ dederat epistolã. Alioquin in amicos beneficia confer & cũ glorie splendore confi ce. At ĩ presentia vniuersos tibi pares reges efficis. Quibus cũ multas amicitias compares te ipsum destitutum reddis. Talia cũ persepe scriberet Olimpias is oc- cultas seruabat litteras: semel dumtaxat excepto. Cum Ephestion solutam de mo re illi lectitaret epistolam: haud palam inhibuit. Verũ dempto sibi anulo illius ori gemmam apposuit. Inter Darii proceres dignitatis amplissime. Mazeus extiterat huius filio quendam habenti satrapiam alteram adiecerat alexander. Quam recu- sans adolescens mi rex inquit olim vnicus erat Darius. Tu compluris Alexandros effecisti. Parmenioni Bagoi domicilium vẽdicauit: in quo rex Susiorum manubiis mille talẽtum vestem offendisse traditur. Scribens ad antipatrum vt exquesitam corporis sui custodiam haberet admonuit ꝙ ei insidias parari diceret. Ad matrem complura transmisit munera quam nimium gerendis implicari negotiis & bellicis immisceri rebus vetuit. a qua cũ grauius increparetur ipsius asperitatem equo p ferebat animo. Semel quoq; scriptam ab antipatro contra matrem prolixam epi- stolam lectitans ignorare dixit antipatrum ꝙ vnica matris lacrima innumeras de- lebit epistolas. Suos postea deliciis ac illecebris omnino solutos sũptuosissimeq; vi- uentes animaduertens: ex quibus etenim quidem agonem argenteos sub crepidis ferentẽ clauos. Complures Leonato camelos puluerem ad gimnasia ex egipto vsq; transferentem Philotam cũ venaturus erat per stadia centum aurea & preciosa di sponentem tabernacula. Plures etiam inter unguẽdum ac lauandum preciosis odo ribus ꝙ oleo vtẽtis cubicularios secũ ac vnctores circumagere cunctos benigne ac philosophorum more obiurgatos hunc inmodum admonuit. Mirari se inquit eos tot tantisq; confectus certaminibus haud meminisse: ꝙ ipsis victis longe mollius vi- ctores dormiant. Neq; cernere se Persarum moribus suos equiperasse. Seruile ꝗp pe amare diuitias ac apprime regium insudare laboribus. Quonam modo suũ quis- piam curabit equum aut hastam exercebit: aut cassidem induet: cũ per dissuetudi- nem ne carissimum quidem corpus manibus attingat. An ignoratis hũc esse victo rie finem ne hostium mores ac opera in nos transtulisse videamur. Eo magis ad vir tutem inflamabat: cum vel milicie vel in venatibus cunctos in perferẽdis malis ac laboribus superare. Cum alexander eximie magnitudinis leonem sterneret. Spar- thanorum legatus qui forte aderat pulceũ erat medius fidius ait alexãder: vt pro imperio cum Leone decertassem. Hanc venerationem eris conflatam imaginibus Cratherus delphis appendit: canes inerãt. Leonem alexãder adoriens. Cratherus adiutans: partem Lisippus: partem Leochares effinxit. Hoc pacto alexander vt se simul laboribus exerceret ac suos ad virtutem incitaret cũ multa subiret discrimi na eius amici fortunis elati illecebrisq; ac ocio magis intenti tot milicias peregri- nationesq; moleste perferre. Inde sensum ad cõtumelias & maledicta tendere. Que ille per quandam mansuetudinis habundantiam modeste ac comiter tolerabat Re gium esse affirmans vt a quibus male audias in eos magis sis beneficus. Queq; in amicos vel pusilla contulit ea ingentes beniuolentie honoresq; extant. Ex quibus pauca expesuisse sat erit. Cum peucestes vrsi morsu vulneratus id quidem aliis a- lexandro vero minime significasset: ad eum multa conquestus scripsit. at nunc quo nam te habeas modo scribe inquit & siquis sociorum interueniẽdum te destituerit vt debita luat supplicia. absenti ob res gerendas Ephestioni scripsit dũ ipse ac non nulli Ichneumonem per otium infestarent. Cratherum perdice iaculo occurentẽ in vtraq; cossa vulnus accepisse. audiens ex egretudine quadam pristine restitutũ

incolumitati. Peucestam Alexippo scribēs medico magnas egit gratias. Dũ Cra
therus aduersa valitudine teneretur: ob quoddam in somnium nõnulla pro eo sacra
peregit eũq; vt itidem faceret admonuit Pausanie quoq; medico cũ Cratero pa
raret Helleborum: postq; pro animi sollicitudine multa scripsisset: quo pacto Anti
dotum propinaret admonuit. Effialtem & Cissum qui primum Arpali fugam nun
ciauerãt in vinculis habuit q ipsos de eo viro falsa oblocutus diceret. Cũ infirmis
ac senectute confectis remeãdi potestatem faceret. Eurilocus egeus se inter egro
tos inscripsit. Postmodum vbi nulla infirmitate detineri deprehensus est amore·
Thelesippe captum se confessus est eamq; discedentem ad mare vsq; consectari vel
e dixit. Eius femine conditionem percunctatus Alexander vt ingenium esse scor
tum accepit nos inquit Euriloche ĩ hac peramanda socios habes. proinde aut largi
tionibus aut verbis vt ad permanẽdum inducas vide quandoquidem ex libera or
tam affirmas· Hũc sepenumero virum admirari licet: q amicorum gratia pro ver
bis huiusmodi operam & accuratam quidem in scribẽdis dederit epistolis. Qualia
hec. Seleuci puerum qui Ciliam profugerat diligentissime iussit ĩquiri Peucestã
quoq; laudibus prosecutus est q Crateri seruum Niconem cõprehendisset. Ser-
uus quidem in Asillo resederat· Quamobrem ad Megabirũ litteras dedit vt illum
templo si queat elicere corripiat. Intra sacram edem nullam vim afferat· Pricipio
cum in causis capitalibus ius diceret: orante accusatore alteram manu aurem sole-
bat occludere vt ipsa reo perinde ac vt omnis expers columnie conseruaretur. Poste
riori tempore ad calumnias quãq; falsas ac verisimiles vehementer excandescebat
precipue cum de se male audiebat ita vt seuiens inexorabilisq; desiperet adeo vite
ac imperio gloriam anteponebat. Inde cũ tercio cõgressurus prelio aduersus Da-
riũ castra moueret: is captus abesso nũtiat̃. Tum preter stipẽdia Thesalis duũ mi
lium talẽtũ erogãs donatuũ: eos domũ dimittit: In psequendo autẽ Dario asperis
atq; longissimis exactis itineribus. vno enim ac decem diebus tria milia & ducẽta
stadia equo emensus est: vniuersum ferme exercitum: per loca presertim aqua-
rum expertia labor affecerat: vbi quedam Macedonum manus mulis aque ple-
nos ex fluuio subuehens vtres: Alexandro fit obuiam. Quem vergente in me-
ridianum tempus die obsitum egre se habentem conspicati: extemplo imple-
tam aqua galeam attulerunt. Ei deinde percũctãti ad quos eos perferrent latices
ad suos respondere liberos. Quos si nunc amiserimus tibi modo vita superstit: alios
creandi facultas erit. His auditis vbi galeam in manus cepit circumspiciens quos
circa se habebat equites demisso capite & fixis in potum oculis ingustatam reddi
dit limpham. Probatisq; viris si solus bibero inquit hos meror instigabit. Eius con
tinentiam & animi magnitudinem cum inspexissent equites: eundem esse magna
cum spe certatim acclamarunt statimq; pedes equis subdunt. Non enim laborẽ p-
ferre: nõ demq; mortalitati sese obnoxios existimare donec talem eis regem adesse
contigerit. Vna itaq; cunctorum sedulitas & animi promptitudo fuit Ceterum cũ
sexaginta tantummodo vt aiunt viri fusa iam Darii castra irrupsissent: disiectum
grande auri & argenti pondus calcantes: multos quoq; puerorum & mulierum cur
rus aurigis destitutos aspernati proceres solummodo fugientes in quibus Dariũ
esse arbitrabantur persequi contendunt. Vix tandem compluribus confossum vul
neribus Darium in uehiculo iacentem fereq; expirantem offendunt. Is cũ frigidam
aquam prebente Polistrato potasset. quisquis es mortalium inquit: hoc mihi ex-
tremuum vniuerse calamitatis genus accidit: vt pro tanto in me benificio dignas
tibi referre grates nequeam. At referret alexander. Alexandro vero dii pro eius
summa in matrem vxorem ac liberos meos humanitate ac clementia. Cui hoc dex-
tre pignus pro me dabis· Hec dicentẽ accepta Polistrati manu vita destituit· Ad

eum perueniens alexander ipsius casũ per maximam doloris acerbitatem haud dissimulanter tulit. Demptaq; sibi Clamide illius corpus ornauit. Postremo in potestatem redactum bessum grauissimo cruciatu dissipauit: quod Dyas Phedomena vocant. Procetis nanq; in vnum curuatis arboribus cum vtriq; corporis partes alligasset: eas tanto concitatas impetu remisit: vt laniata passim membra disiecerint. Tum Darii corpus regiis ornatum insignibus ad matrem deferri iussit. Eius fratrem Exathrem magna sibi familiaritate deiunxit. Inde cum robustissimis copiis profectus: subegit Hircaniam vbi maris sinum haud ponto minorem ceteris autẽ maribus dulciorem conspicatus: cũ nichil ex eo certi perdidicisse potuisset: quandam meotidis paludis partem esse cogitauit. Huius tamen rei veritas haud latuisse phisicos videtur: qui diu ante illam Alexandri expeditionem memorie prodiderunt: ex quatuor exterioris occeani qui mediteraneum irrumpunt finibus Hircanum pelagus quod Caspium vocant. propinquum magis esse borree. Ibi cũ quidã ex inspirato barbari stabularios inuasissent: equũ adduxere bucefalum. Quam rem immodeste habeo tulit: vt nisi restituissent se cunctos coruq; liberos obtruncaturũ per preconem interminatus sit. Quocirca equũ mox referentes suasq; ciuitates in potestate faciẽtes affuere. Quos omnes benigne allocutus equi captiui premia reddidit. hinc castra mouit in Parthiam. vbi intentus ocio barbaram primo stolam induit siue vt probatis illorum legibus ipsos per quandam sibi consuetudinem conciliaret. q admittigandas hominum mentes plurimum patrii moris valeat consuetudo: siue vt hoc pacto Macedonum tẽptaret animos quos paulatim ad spernendos patrie ritus assuefacere nitebatur quo illum adorari modestius perferrent. Nunq; tamen vt medorum amictum barbarum nimis & ab se alienum assumeret induci potuit semper Anxiridas: Candinus Thiaramq; repudians. At medium quendam inter Persicum & medum habitum aptissime temperans qui vt illo iocundior: hoc ita erat angustior. Eo primum vsus est in barbarorum conuentu ac domi cũ eqtalibus. Dehinc passim seu equitaret seu ius diceret: eodẽ spectabat ornamẽto. Quod quanq; Macedonibus triste spectaculum esset: reliqui tamen eius virtutem ingẽti admiratione prosequentes quedam illi ad voluptatẽ gloriamue concedenda existimabãt. Is quanq; accepto nuper in tibia sagitte vulnere: ita vt Sautios exciderit. Itemq; lapidis ictu percussus in collo adeo vt aborta caligo: dudũ oculos appresserit: haud tamen sibi temperauit: quominus audentius ante alios pericula primus iniret. Superato Orexarte fluuio: quem is Thanaim existimabat. Scitas fudit: & ad stadia centum vsq; fugauit. vlterius insequi fluxu ventris inhibitos. ibi occurrisse illi Amazonem multi perhibent. Ex quibo sunt Clitharcus: Policritus Onexcritus: Antigones: Histros. Aristobolus autẽ Chares Hisangeleus: Ptolomeus: Antidides: Philon: Thebanus: Philippus Hisangeleus. Preterea Hicatheus Eretrius: Ppilippus calcidensis & duris Samius. Id figmentum fuisse referunt. Quibus testimoniũ alexãder videtur afferre. Qui rẽ ad antipatrũ vniuersa pscriberet Scitarum regem ei filiam despondere ait Amazonem vero ne commemorauit qdẽ posteriori tempore cũ regnanti Lisimacho quartum librum Onesicritus in quo de Amazone illa perscriptum est ageret Lisimachus paulum subridens dixisse ferẽ & tunc vbiq; ego aderam. His quisq; fidem aut habeat aut deroget haud alexãdrũ propterea vel minori vel maiori admiratione prosequetur. Veritus autẽ ne Macedones imposterũ milicie pretesi: fatiscerent ẽ cetera quidem dimissa multitudine: ipse cũ flore copiarũ xx M peditum & tria equitũ secum ducens: in Hircaniam pficiscitur. Quibos pro contione habitis nũc se barbaris velut in somnis ostendisse ait. Qum si perturbatis tantũmodo Asie rebus abierimus: in nos illico tanq; in mulieres impetũ facient. Verũ eni vero qsquis abire cupiat excedat inqt obtestatus

se amicorum eorũq; qui eam secũ perferre expeditionem velint: viribus vniuersũ
terrarum orbem Macedonũ imperio subditurum. Hec in epistola quadam ad anti
patrum his ferme vocabulis conscribunt. Additur preterea cũctos milites q̃cũq;
terrarũ ageret secuturos sese libẽter acclamasse. Hi cũ alexandri animo conatus su
scipissent: reliqua ductu facilis turba consequitur. Tum ritum indigenaꝝ propensi
us imitus ad Macedonicos quoq; transtulit mores eorũ temperata cõmunicatione
facilius beniuolentia q̃ vi rerum imperiũ comparare ratus presertim cũ procul ab
esset. Itaq; trigĩta pueorum milibus delectis: eorũ grecarum disciplina litterarum
instrui: & Macedonico more armorũ vsibus versari precepit: compluribus ad eã
rem magistris institutis. Roxanem conspicue forme mulierẽ olim in conuiuio con
spicatus adamauit: quod rerũ gerendarum proposito maxime conduxisse visũ est.
Eius enim matrimoniũ sublatos ad rem barbaros plurimũ alexandro fide beniuo
lentiaq; cõiunxit. In quo tanta vsus est castimonia: vt cuius vnice amore femine vi
ctus est. : eam nõ nisi cunctis solenni more peractis attigerit. Eas res cũ summis ei
us amicus Ephestion approbaret paribusq; vteretur ornamentis. Cratherus autẽ
in retinendis patrie moribus pergeret: per illum barbaris: per hunc grecis & ma-
cedonibus responsa dabat visq; dicebat Deniq; cũ Ephestiona vehementer amaret
Cratherum honoraret illũ quidem alexandri: Hunc vero regis amicos vocare: ac
existimare solebat Quapropter cũ mutuas haberent simultates: sepenumero disce-
ptabant Semel in terra India nudatis ensibus conferre manus ceperant Succeden
tibus dehinc ad ferendum vtriq; auxilium. amicis celeritate interuenit Alexander
ephestion apertis carpsit conuiciis vecordem insanumq; vocitans: qui dempto sibi
alexandro: nihil se pcorsus esse intelligat. Se vocatum quo Cratherũ per acerbissi-
mas habuit cõtumelias. his inde conciliatis Hamonem ceterosq; deos obtestatus
se illos cunctorum amicissimos hominũ habere iureiurando confirmauit Verũ enĩ
vero si eos imposterum disceptare senserit vtrumq; aut incohabit necaturũ Quam
obrem hii postea quicq; neq; per iocũ dixisse neq; inuicẽ perpetrasse traduntur erat
parmenionis filius Philotas amplissime inter macedonas dignitatis vt qui forti-
tissimus ac robustissimus haberetur & munificus ac benignus quantũ post Alexã
drũ nemo. Cũ ex familiaribus quidam argutum ex eo peteret: iisq; erogari prece
pisset se dispensator habere negauit. cui Philotas: qd ais inqt neq; poculũ neq; ve-
stem habes: Elatione animi diuitiarũ amplitudine corporis ornamento & nõnullis
vite modis supra priuatorum morem odiosius vtebatur. Ita vt per quendã excelsi
fastum animi insipidumq; ac ingratũ cunctis incessum: magnã suspitionem inuidi
amq; cõtraxerat. Quocirca ei nõnunq; Parmonionem dixisse fertur paulo mihi de-
terior esto. Ceterũ hic alexandro iam pridem in suspitionem venerat: nam post su
peratum in Cilicia Darium. correptamq; Damasci predam: cũ multa captiuorum
corpora referentur in castra: comperta est serua quedam genere Pidnea facie de-
cora: nomine antigone hãc Philotas assecutus cũ inter potandum sibi vt adolescẽs
amice multa rei familiaris magnifice gesta paulo liberius iactaret: quidqd strenue
factũ est suum aut patris opus esse demonstrauit. Alexander quoq; quem ille ado
lescentulũ vocitabat: per nomen tenuisse regium. Id vbi mulier amatori cuidã re-
nunciasset: ille alteri: vt fit. Deniq; sermo manauit ad Cratherum: ille mulierẽ ad
duxit ad alexandrum. Qua audita iubet vt eũ Philota consueta facere pergat: ex
eo quicquid excussent ad se renunciatũ ear. Nescius Philotas huiuscemodi se cir-
cumuentũ insidiis: contubernium frequentabat antigone. Multa interim contra re
gem verba per indignationem atq; iatantiam ineptissime perfundens. Alexander
tametsi aduersus Philotam id q̃ efficax vehemensq; foret inditium tacitus tamen
perferre seq; cohibere statuit seu magna in se Parmenionis beniuolentia fretus seu

Alexander

ingentem ipsorũ gloriam ac potentiam reformidans. Ea tempestate Macedo cui
dam & Chalestra nomine Dimnus capitalis alexandro struebat insidias. Quam q̃
dem ad rem iuuenili etate Nicomacum cuius amoribus tenebatur socium asciebat
Quod ille aspernatus rem fratri Cebalino aperit. Qui procedens ad Philotã se in-
troduci rogabat ad alexandrum. Ipse vero nescio quid cogitans incertum enim est
eos minime introduxitq; rege maiora quedam agitare negocia diceret. Quod & se
cundo factũ est. At illi ob Philote insolentiam ad alium se vertunt a quo mox ad a
lexandrum admissi. Cum primũ Dimnum accusassent philote factum iudicãtq; a
se bis appellatus eos vsq; paruipenderet. Ea res alexandrũ vehementer inflamma
uit. Missus deinde vt captum ageret Dimnum ipsũ reluctantem seq; defendentẽ
obtruncat. Quare magis atq; magis alexander exarsit: quoniam illũ hoc pacto
ne sue detegerentur insidie effugisse suspicaretur. Mox ubi acerbissimũ in Philotã
odium patefecit illius inimicos exciunt palam dictitantes eam regis ignauiam esse
si Dimnum calestrinum hominẽ tantum in se facinus audire putet. Ceterum eum
ministrũ quendam imo vero maioris instrumentũ esse potentie. In illis ipsam discu
tiendam coniurationem quibus hec latere plurimũ conducebat. Cum ad huiusmo
di sermones atq; suspitiones regie patuissent aures innumerabiles aduersus Philo
tam calumnie afferebantur. Captus itaq; Philotas in questionibus habitus est pre
sentibus amicis extrinsecus autem e tabernaculo audiẽte alexandro Quo ad Ephe
stionem miserabiles ac supplices emittente eiulatus dixisse ferunt alexandrũ. Cũ
mollis adeo effeminatusq; esses Philota tanta receptabas facinora. Occiso Philota
e uestigio missus in Mediam Parmenio ibi interficitur. Vir complurĩũ rerũ gesta
rum Philippo socius qui solus autem ex natu grandioribus precipue Alexandrũ
vt in Asiam transiret accenderat. Ex tribus liberis quos in ea expeditione habue-
rat, duo pridem ante ora parentis preliando cesi. Ipse vna cum tercio periit inter-
emptus. Eas ob res cũ multis alexandri familiaribus. Tum antipatro vehemens
terror incutiẽ. Etholis vltro citroq; data acceptaq; clandestina fidei pignora. Hi
ob destructos Emadas Alexandrum extimescebant. Qui eius destructione gentis
audita Etholos nõ Emadũ filiis verũ sibi supplicia daturos obtestatus. erat haud
longe post Cliti casus consequitur. Quem siquis accurate intellexerit maioris seui-
cieq; Philote factũ iudicabit. Sin tempus causamq; ratione perpenderit: nõ regis
consilio sed in felicitate perpetratũ inueniet. Cum per iram ac ebrietatem suo fato
Clitus materiã ocrasionemq; prebuerit: hoc modo gesta res est. Quidam ex ora ma
ritima greca ad regem poma detulerant. Quorum conspicuam maturitatem ad-
miratus Clitũ vt cõmonstraret & impartiret accersit. Ille sacrifitia peragebat Qui
bus omissis regem adiit: Tres illum & imolandis hostiis consecutẽ. Quod ꝓdigi-
um conspicatus alexander accitis ariolis Aristandro & Cleomanti spartano aperit
His dira portendi affirmitatibus illicet pro Clito instaurari sacrificium iussit Ter
cio siquidem ante die horrendum per quietem viderat in somniũ. Existimarat eñi
Clitum inter Parmenionis liberos atris sedere vestibus omnesq; exanimatos. Nec
dum litato Clitus posteaq; Dioscoris id est Castori & polluci alexander imolasset:
venit ad cenam. Postq; exempta vino sitis est: Pranichi: vel vt quidam aiunt Piero
nis carmina decantantur: que ille contra ductores Macedonum nuper a barbaris
profligatos per risum & ignominiã ediderat. Quam rem cũ natu grandiores mo-
leste ferrent. Poetamq; simul & cantorem per contumelias improbarent. Alexan
der & nõnulli cũ eo magna cum voluptate audientes canentem exortabantur. At
Clitus iam vino grauis natura ferox & indomitus id egre tolerabat: indignũ esse
affirmans inter hostes barbaros maledictis carpere Macedonas viros ipsos longe
prestantiores irrisoribus tametsi minus secunda fortuna obtegerit. Tum alexãder

nihil a ſe diſcrepare Cliton inqt:qui Macedonum formidinem minus ſecūdam ap-
pellet fortunam:inſurgens Clitus hec inquit fortitudo te dus genitum: iamq; ſpi-
tridatis gladio terga vertentem leto eripuit. Te Macedonū cruor te vulnera hec
eo peruexerunt vt Ammonem vſurpans.genitorem Philippum aſperneris:inflam-
matus his alexander:cū hec de nobis infandum caput oblocueris Macedonem ad
ſeditionem inſtigans alacrem te futurum exiſtimas.Tum Clitus neq; vero in pre-
ſentia ſumus alacres inquit alexander:talia laborum premia cōſecuti. Felices vero
quibus ante contigit oppetere ꝙ Macedones Medorū virgis percuſſos: noſq; vt
ad regem admitteremur Perſas obſecrantes aſpicerent. Hec atq; talia Clito libe-
rius dictanti ceteri qui Alexandrum circūſteterant exurgere & cōuiciari:longeui
autem ſenes exorientem ſedare tumultum conuerſus ad Xenodochum Cardianū
Arthemiumq; colofonium alexander:non ne grecos inter Macedones inquit tan-
ꝙ ſemideos inter beluas ambulantes cernere videmini. Clitus haud quaq; obſecu-
tus: Alexandrum quodcūq; velit in medium proferre iubet: at viros ingenuos &
loquendi fiduciam habentes:ne in conuiuiū voces ait:verū cū Barbaris atq; Man-
cipiis vitam exigas qui zonam perſicam candidūq; adorent amiculum. Irarum im-
paciens alexander cū proiecto pomo Clitum percuſſiſſet: gladiū perquirebat quē
ſatelles quidam. Ariſtophanes prior ſubduxerat. Inde cum ceteri precibus deti-
nerent:proſilit Macedonico ſermone clipeatos vocans milites. Id vero ingentis ſi-
gnum tumultus erat. Subinde iuſſo canere tibicine perinde ac tardius agenti tu-
bamq; detractanti pugnis inſultauit. Is poſtremo collaudatus eſt quod potiſſimū
ne caſtris tumultuaretur obſtitiſſet. Clitus cū nullo pacto cederet:e triclinio: vix
tandem ab amicis exploſus: ſubinde per alias irrupit fores ambiculum illud ex An-
dromacha Euripidis per ſummam contentionem temeritatemq; pronuntians heu
ꝙ truces in greciam mores veniūt. Alexnder arrepto ex ſatellitis manu ſpiculo oc-
currentem ſibi Clitum iamq; auleum ianue ſubducentem tranſuerberat. Eo ingēti
clamore ac ſuſpiriis corrı̄ēte:ſtatim limphaticus conquieuit animus. Qui ſecūdū
facinus reputans:tacitus cernit aſtantes. Ex occiſi vulnere telum raptim eductū
in ſuum vertebat iugulum:in ſatellites correptas ipſius manus a cede retraxiſſent
ipſūq; vi intra cubiculum intuliſſent. Eam noctē nunc vociferans:nunc lamētans:
ſeuis exegit luctibꝰ adeo vt malis feſſus nullis editis vocibꝰ:poſtridie iaceret elin-
guis:grauis tantum emittens gemitus ipſius equales ea veriti ſilentia in cubiculū
irrumpunt: vbi ceterorum quidem verba minus admittebat. Cum autem vates
Ariſtader tum in ſomnio Cliti. Tum aliis ex prodigiis ea iam pridem ex fatorum
ſerie obtigiſſe memoraſſet ſedare nō nihil dolor viſus eſt Quamobrem intromiſſus
eſt Caliſtenes Ariſtoteli neceſſarius & Abderita ſimul Anaxarcus. Caliſtenes qui-
dem honeſtatis rationibus per quandam ſuauitatem adortus ſermone circuito me-
rorem lenitus excerpebat Anaxarcus principio quandam philoſophandi viam ſibi
vendicauerat qua inſolens & equalium contemptor exiſtimabatur. Is igitur ꝙpri-
mum ingreſſus clamitat. hiccine eſt alexāder:quem cū orbis terrarum perſpectet:
is more mancipii luget abiectus hominum leges & ignominiam reformidās qbus
ipſe ſe legem & iuſticie metā conſtituiſſe debuerat per illam quam victor obtinet
maieſtatem: nō autem inanis cuiuſdam glorie cupiditate victum ſeruilem animū
inducere. An ignoras inquit proinde fas iuſq; eo minus aſſidere Ioui vt quicqd re-
ges perpetrauerint licere iuſtumq; eſſe intelligas. Hac vſus oratione Anaxarcus e-
grum quidem regis leuauit animum ac ipſius mores compluribus in rebus nepha-
rios molliores q; reddidit eiq; miro ſe modo deuinxit Caliſtenes conſuetudinē: alio-
quin ex illius ſeueritate ingratam reprobans Olim cū inter cenandū de anni par-
tibus & celi temperie orta diſputatio eſſet ſuamq; Caliſtenes ſuper ea re ſentētiā

explicasset quidam frigidiora hec quam grecie loca & hiberno modestiora tēpore assē
rebant. Quos cū disceptando refelleret anaxarcus Calistenes at qui hec illis lon
ge frigidiora confitearis oportet inquit. Istic enī Lacerna velatus vniuersam exi
gebas hiemē Hic aūt tribus inuolutus tapetibꝰ accumbis. Ea res Anaxarchū acri
ter irritauit Reliquos vero Sophistas & assentatores dolore inurebat. Qui cum a
dolesentibus propter sermonis elegantiam summo studio coleretur nō minus natu
maiores oblectabat quam ad bene honesteque viuendum se ipso contentum virum cerne
rent sue quoque peregrinationis vulgatam occasionem confirmabat quam reducendorū
ciuium inhabitandeque causa patrie per quandam animi magnificentiam ad Alexan
drum commigrasset: inuidiosis obtrectatoribus interdum inter se oblequendi ma
teriam prebuit. Nam quopiam inuitatus persepe repudiabat insodalitiis per gra
uitatem atque silentium nullū probare factum nihil denique placere significabat. Itaque
alexandrum ei dixisse tradunt. Odi sapientem qui sibi sapiat nihil in ipso conuiua
rum cetu iussus aliquando inter pocula laudes explicare Macedonum tanto elo
quentie fluuio rem ipsam exornasse fertur vt surgentes vniuersi secundo in eum
plausu coronas sparserint. Tum alexander profecto quisquis vt ait Euripides per
pulcram natus est in dicendo materiam ei haud immensum est opus bene ornateque
dicere. Ceterum quod magis eloquētie tue vires ostendet inquit ipsos accusa Ma
cedonas vt hi sua noscentes errata viros sese meliores instituant. Calistenes igitur
cū ad Palmodiam sese conuertisset multa Macedonum delicta liberius explicans
propter grecie seditiones atque discordias Philippi auctum imperium fuisse demon
strat Venit honos sceleri misera vt discordia regnat. Que res aduersus illū acerbā
grauemque Macedonum conflauit inuidiam. Tum alexander Calistenem nō orandi
grauitatem sed suū contra Macedones odiū operuisse inquit. Hec quidem. Stroi
bum Calistenis lectorem Aristoteli narrasse prodit. Hermippus postmodum Cali
stenes cū alienatum ab se regis amorem intelligeret ei bis ac ter hunc protulit ver
sum Occidit & Patroclus vir te prestantior olim. Non ab re igitur aristoteles di
cere solebat. Calistenem magnam in dicēdo potentiam assecutum meritis inopem
esse. Cum ergo quadam philosophie acrimonia & rigiditate disuaderet alexadrū
solus ea palam dictitabat: que Macedonū proceres apprimeque seniores per grauē
animi indignationem taciti perferebat. Qua re cū illum adorandi morem auertis
set effectum est vt magna quidem grecos: maiori autem alexandrum infamia libe
rarit sibi perniciem comperans vi magis quam persuasione regem absterrē conatus
Chares autem Mithelenceus memorie prodidit Alexandrum in conuiuio quodam
cū epotauit fialam cuidam ex familiaribꝰ porrexisse qua recepta illū ad lares ver
sum surrexisse primūque vt epotasset adorasse. Post ea exobsculatum alexandrū di
scubuisse quod cum omnes in numerū effecissent. Calistenem accepta phiala post
potum vt regem obscularetur accessisse qui cū Ephestione colloquens minus anim
aduerterat. Tum Demetrius cognomento phidon ad regem ne obsculere inquit.
Te enim solus hic haud adorauit. Quapropter alexander osculum denitasse fertur
At Calistenem alte vociferantem dixisse. Vno igitur minus habens osculo discedā
Talibus alienati signis animi habita Ephestioni fides est Cū Calistenem quidē ad
orare pollicitum: promissa vero mentitum diceret inde Lisimachi: inde Agnones
pullulare qui virum affirmarēt ad labefactandas imperii vires procaciter obeuntē
Ad illum concurrere adolescētes fauere solum hunc inter tot milia ingenuum appel
lare. Idcirco deinde aduersus alexandrū Hermolai coniuratione detecta. Illud enī
verisimilius obiectare crimen visi sūt. Siquidem percunctāti cuipiam quonāmodo
illustrissimum se virum faceret si illustrissimū interemeris inqmt. Dūque ad perpe
trādum facinus Hermolaum exortaretur ne aurea fulcra formidaret admonuisse

Ceterum se hominem morbos ac vulnera patientem inuadere reminisceret. Ex ip-
sis autem Hermolai complicibus neminem vl extrema necessitate adduci potuisse
constat vt quicq aduersum Calistenem loqueretur. Alexander quoq ad Crathe-
rum atralum & alcetam stati scribens air. adolescens quidem habitos in questioib
eas res inceptasse confessos se vero consciu habuisse neminem asseuerantes. Postre
mo scribens ad antipatrum post multa Calistenis conuitia iuuenes quidem inquit
ex Macedonibus saxis obrutos. Ipsum aute philosophum quiq illum emiserut qq
meos intra oppida susceperunt insidiatores ego supplicio afficiam In quibus se co-
tra aristotelem aperte detexit apud quem ob generis propinquitatem educatus e
rat Calistenes. Eius siquidem mater Hiero consobrina fuit aristotelis. Ipsu ab alex
andro cruci suffixum vitam fuisse quidam perhibent. alii in vinculis morbo correp
tum expirasse. Chares refert eu postea que captus e vt cora aristotele in Senatu
condemnaretur septem mensibus in compedibus obseruatum. Cuq Alexander in
Malisoxidracis indie oppido vulnus accepit. Calistenem ob nimiam aruinam con-
creto pedore ac sordibus supprem um obiisse diem. Hec posteriori tempore conti-
gerunt. Demarachus Corinthius etate iam cofectus studio ac voluptate pfectus
At alexandrum cu illum viseret q magna priuatos amenitate grecos inquit qbus
priusq in Darii solio sedentem conspexissent Alexandrum vita excessisse contigit
Nec amplius regie fructum beniuolentia cosecutus aduersa correptus valitudine
diem suum obiit: eu alexander funere extulit magnificentissimo exaggeratus est
sibi ab exercitu tumulus ambitu quide amplissimo altitudine vero octuaginta cu
bitorum. Reliquie autem ornatissima quadriga ad mare vsq delate sunt. Deinde
castra moturus in Indiam cu prede magnitudine onustum tardumq cerneret exer
citum vt primu illuxit dies suos ac familiarium currus paratos priores incendit.
Postea ceteros Macedonum subiectis vrere flammis edixit. Cuius rei cu grande
primo cosilium videretur maior extitit euentus paucis eni dolore perculsis ceteri
perinde ac numine afflati voces clamoresq alacres attollere vsibus tantum necessa
ria capere: reliqua velut superuacanea succendere. Que res impetu alacritateq re
fectum magis atq magis alexandru concitauit. Iam enim suis esse terrori ceperat
inexorabilis ad errata castigator. Nam quendam ex equalibus suis Menandrum
nomine castelli custodie prefectum ob desertam stationem nece multauit. Orsoda
tem barbarum qui ab illo defecerat ipse sagitta confixit. Interea ouis queda agnu
qui colore ac forma Thiaram capite gemellosq vtrinq Corimbos habebat enixa e
Id abhorrens prodigium quibusdam babilonis quos ea de causa de more secum ad
ducebat purificandum se prebuit. Tum ad amicos no sui verum ipsarum causa tur
bari atq sollicitari se dixit ne post se vilissimu ac degenere quepiam regni fastigio
fortuna preficiat. Qua in re haud tamen diutius animi pendens extitit Postea eni
apparens prodigium omnem postea soluit tristiciam. Quidam enim Sarcinaru cu
stodie vir prefectus Macedo Proxenus nomine regie locum tabernaculo prope
Oxon amnem foderet pinguis fontem liquoris aperuit. Quo primum hausto cla-
rus ac lucidus scatens non odore non gustu quicq ab oleo differre videbatur Qui
eiusdem omnino splendoris ac pinguedinis quoq magis mirere oleam illa nusq
fert regio Oxi quoq fluminis adeo pinguis aqua traditur vt qui in eo loti fuerit
cutim eis ac corpus inungat Ex eo autem prodigio quantum admirande volupta
tis Alexander ceperit. Ex his que ad antipatrum scribit maxime declarat qui hoc
a diis immortalibus qua amplum suscepisse munus existimat. Vates autem ea am
plitudinem tum clarissimam tum asperam & casibus refertam significabant. Ole
um nanq ad leniendum corpus adeo tributum est mortalibus. Multa igitur illi i
ter pugnas obtigere discrimina grauia recepta vulnera vehementissimam q suis

peroitiem inopia rerũ attulit. Aspera celi intemperies magna ex parte confecit exercitum. Ast ille cũ fortunã audacia viresq̧ virtute superare studio glorie niteretur nihil fortibus indomitum nihil ne ipsa loci natura munitũ timidis tutum esse ducebat. Cũ Sisimetri vrbem rupis in accesse obsedione cinxisset: tristes conspicatus milites percunctatus Oxiarthen dicitur quid animi gestaret Sisimetres respondẽte Oxarthre timidissimũ illum esse hominem petram inquit capi facilem nobis re fers quãdoq̧dem immunitũ ac imbecillem ipsius inquis esse principem ita factum est. Ea enĩ terre facto nimis Sisimetre potitus est. Cum altera irrupe quadam oppido iuuentutem Macedonicam admoueret quendã Alexandrum nomine compellans tua interest inquit vel ipsius virtute cognominis strenui gesta militis cõsitere. Dehinc cũ ipse fortissime dimicans adolescens oporteret mediocriter animũ pertulit alexandri. Postmodum in agredienda Nisa: dũ pauore torpent milites: siquidẽ profundum ei oppido flumen allabitur emicat alexander. Et o deterrimus inquit ego qui nunq̧ nare didici moxq̧ rapto incumbens clipeo traiecit. Ibi cõsũmato prelio ex obsessis vrbibus supplices aduenere legati qui primũ in armis terribilem cõspicati virum stupore perculsi stetere. Allata postmodũ sella grandem quendam nomine Acuphin sedere iussit. Tum eius splendorem ac clementiã admiratus. Acuphis interrogat quidnam facturi tuam assequi beniuolentiam possumus. Cui alexander si suum te ciues pricipem creauerint & ad me centum prestatissimos miserint viros. Tum ridens Acuphis maiori cum dignitate imperabo inquit si nequissimus ad te misero. Erat preterea Taxiles insignis vir sapiẽtie sub cuius imperio maior Indie pars quam vniuersa ambit Egiptus tenebatur. Pingue solum patulo & letus ager frugibus. Hic cũ salutatum venisset alexadrum: quid mutuo decertandũ est nobis bello inquit si nõ aquam aut necessarium nobis cibũ intercepturus aduentasti pro quibus duobus strenuos ac sapientis belligerare viros decet. Equidem si te ditior aut locupletior sum in dandis ad te beneficiis paratus venio: Sin inferior existo tua in me confer officia. Ego vere dignas habere tibi gratias nõ recuso. Ea re letatus Alexãder virum comiter amplexus & qui putas ait sine bello hac sermonũ familiaritate nos amiciciam assecutos. At qui ne superes faxo. Ego enĩ hoc vno tecũ bellandi genere enixissime decertabo ne quãuis frugi vir & conspicua benignitate existas ingratificando vincar abs te. Inde alexander multis ex illo susceptis: pluribus vero redditis muneribus: postremo mille sibi eris talenta transmisit. Que res suorũ animos vehementi dolore conficiens maiorem immodum pronas in se barbarorũ mentes effecit. Postq̧ stipendarii quidam & bellacissimi Indorũ milites eorũ presidio ciuitates egregie tutarentur magnas Macedonũ strages copiis inferẽtes Alexander cũ eis intra quoddam oppidum pactis inducus postmodũ abeuntes in potestatem redactos cecidit ad vnum. Id quidẽ facinus bellicis illis rebus alioquin iuste & regia dignitate confectis quandam inussit maculam. Non minori illi impedimento quidam fuere philosophi qui fauentes alexãdro reges deteriorem in partem vertebant & ingenuos quosdã populos ad defectionem sollicitabant. Proinde complures illorum suspendio affecit. Bellum autẽ quod aduersus porum gessit sue declarant epistole. Scribit enĩ cum inter castra medius fluat Hidaspes. Porũ elephantibus pro fronte locatis transitum assidua statione tuentem se vero per quotidianos strepitus atq̧ fragores suos ne barbaros reformidarẽt assuefecit. Inde per Hiberne noctis tenebras cũ delecta peditum ac fortissimocũ equitum manu procul ab hostibus in paruã quandam traiecit insulam. Quo cũ primum euasit magno cũ turbine desuper fundi imbres ignes ac fulmina aduersũ milites dimissa cõplures intendere ac dissipare. Que conspicatus Alexander excedens insula in oppositam cõtendit ripam. Asper erat Hidaspes & Hibernis tumens imbribus ita vt magna

ex parte ruptis aggeribus sibi viam effecerit qua ingens fluminis cursus ferebat
Huc delatus alexander cū modo labens modo vndis allatus vix tandem vadum te
neret dixisse fertur fidem ne prestabitis Athenienses nos pro comparanda ex no
bis gloria huiuscemodi suscepisse pericula. Hec quidem Onexicritus. Ipse autem
Alexander refert milites omissis ratibus per medias mamillis tenus vndas cū ar
mis ruptum superasse agerem ipse cū eqtatu viginti stadiis pedites antecessit Nec
id ab te consiliū extitit Si enim hostes adorirentur equis eos facile superaturum
Sin phalanx cedere cogeretur mox subsidio affuturos pedites. Euenit aūt alterū
Nam cū mille occurrisset equitib9 ac sexaginta curribus eos in fugā vertit & ca
ptis curribus quadringenti cesi equites Porus vbi traiecisse alexandrum accepit
totas in eū concitauit copias relictis qui transitu arcerent Macedones. Alexander
elephantos hostiumq; multitudinem timens ad labefactandū alterum cornu contē
dit ceteris dextrū iussis aggredi Inclinati vtrinq; hostes pedem ad elephantus refe
runt vt violentius incursantes auerterent. Ita commissa pugna octaua vix hora fusi
hostes: hec quidē Alexander suis tradidit epistolis Plurimi scriptores Porū qua
tuor cubitis & palmo procerū extitisse consentiunt. Pari id est maximo pro corpo
ris magnitudine insidebat elephanto cuius admirabilis quedam prudētia & indul
gentia perspecta est. Rege nanq; adhuc incolumi hostes furens vestabat ꝓterebat
q;. Vt vero complurimis iaculis sautiū sensit: ne is deflueret veritus sensim humi
se genib9 submittit. Inde paulatim ex corpore tela Promoscide eximebat. Capto
Poro cū ex eo sciscitaretur Alexander quonammodo pertractaret pro regia digni
tate respondit. Rursus interrogante num quicq; aliud diceret vniuersa regia dig
nitas continet. Quamobrem eū non modo solitis imperitare sciuit: verum insuper
eius auxit imperium. Deinde plurimos vastat in quibus quindecim nationes suis
legibus institutisq; viuentes esse traduntꝰ. Egregia preterea oppida quinq; milia
numero vicisq; complurimi quibus equalem suū Philippum Satrapen designauit
Ex eo prelio bucefalus nō statim sed vt plurimi prodidere post longas vulnerū cu
rationes expirauit. Refert Onexicritus eū senio ac labore confectum occubuisse.
Triginta nāq; annos moribundus iacuit cuius mortem acerrime indoluit. Alexan
der amicum quendā ac familiarem amisisse se existimās Super eo peres Hidaspen
conditam vrbem bucefaliam appellauit. Cane etiam Pertha nomine a se nutrito q̄
plurimū delectabatur amisso vrbem sui nominis edificauit. Hoc Socion a Lesbio
Potamone accepisse refert. Ex eo prelio obtusior Macedonib9 factus animus. Que
res illos ne ad interiora Indie penetrarent reprimebat haud immemores quāto cū
labore viginti peditum milibus duobus equitū īstructissimas Pori acies ꝓfligaue
rint. Proinde alexandro cū eos ad traiciendum Gangem trahēte totis refrabatur
viribus. Eius quidem fluminis latitudinem duorū & triginta stadiorum: Profun
ditatem vero passuum centum esse audierāt. Aduersas preterea ripas armis equis
ac elephantibus infessas. Ibi enim Gandaritarum ac Presiorum reges cū octuagin
ta milibus equitum viginti peditū octo curruū sex bellacissim oꝝ elephantū operi
ri rumor nec inanis qd̄qdē erat Andrucoctus nāq; paulo post imperitans Seleucū
quingentis donauit elephantis Idem vniuersam peragrauit Indiam sexcenta homi
num milia ducens quibus victor cuncta subegit. Alexander igiꝰ primo se intra te
ctorium ira ac dolore continere nullam militibus nisi Gangem transmitterent reꝝ
gestarum gratiā habere. Redditum vero apertam cladis accepte confessionē esse.
Qua in re presto amicos adesse: eūq; consolari: subinde milites lacrimis & eiulatu
ad fores supplicare: his rebus placatus alexāder retro castra duxit multa prius ad
comparandam gloriam dolosa ac simulare cōmentatus. Maiora enī arma sublimio
ra equorum presepia frena etiam grauiora sparsim reliquit. Deorū aras condidit

andor

quas in nostram quoq; etatem Presiorũ reges pretereundo venerantur sacraq; ritu greci ensi perficiunt. Andrucottus cũ adhuc impubes esset: alexandrum viderat Is postremo sepe dicere solebat rerũ prope potiturum alexãdram fuisse. Verũ enĩ vero suis per improbitatem degenerantibus odium conteptioreq; contraxisse. Inde oceanũ videre auidus. Instructas remis carinas cõsertasq; rates ad quosdam trãsmisit fluuios quibus paulatim deueberetur. Ea nauigatio haud omnino tranquilla & imbellis Alexãdcũ multis excepit prelus vrbes adortus omnia in deditionem recepit. Apud malos quos Indorũ pugnacissimos fama est fere teucidatur. Nã oppidanos e muro sagittis profligatos cũ deturbasset per scalas prior murũ ascendit Quibus fractis cũ dispositis interius sub muris hostibus vulnera ex inferioribꝫ accepisset cũ paucissimis in medios se prouoluit hostes vbi cum forte stetisset micancia crispans arma barbari se quendam humana angustiorem forma spectare rati Palantes profugere. Vt vero illum duobus tantũmodo clipeatis militibus stipatũ viderent ipsũ armis sese obtegentem hastis atq; ensibus vndiq; occurrentes pecũt. Quidam eminus arcũ adducens sagittam in illam tantis viribus tantoq; emisit impetu vt transuerberato thorace sub mamme ossibus infixa permanserit. Quo vulnere cũ remissum corpus collaberet eius auctor ictus velox affuit barbaricũ enudans gladiũ. Contra Peucestas atq; Limnicus sese pro rege opposuerũt. Ex quibus cũ Sauio vtroq; Limnicus occubuisset: solus Peucestas propugnans perstitit Alexãder autem cũ barbaroꝝ plures obtruncasset multis Sautius vulneribus mallei ictu in ceruice recepto muru corpus ita vt hostes conspicarentur applicuit: donec illũ circumfusa Macedonum manus arriperet & amisso sensu referrent in castra vt mox per exercitum sermo manarit regem expirasse. Egre autẽ ac magno cũ lalore refectis hastilibus thorace vix tandem exuto medici in diuellanda ferri acie que ossepenitus insederat accingunt. Cuius quidem latitudo triũ digirorũ: longitudo vero quatuor fuisse perbibetur. Quamobrem fugiente anima vitã pene mors oppressit. Exempta tamen cuspide reparatis sensibus discrimen euasit: Cũ eius langor domi per ciborum obseruationẽ ac medicamenta diutius ageretur a Macedonibus tumultuari in castris ceptum est qui suũ visere regem cuperent. Id vbi sensit alexander sumpta trabea diis imolauit ac rursũ in tabernaculum rediit. Inde lectica delatus loca plurima & magnas euertit vrbes. Decem quoq; gignosophistas q Sabam maxime ad defectionem solicitauerant: plurimisq; Macedonas malis afflixerant in potestatem redegit. Qui ad succincte respondendũ acuti ac perspicaces erant Dubias quasdã ex eis questiones sciscitatꝰ qui haud recte primo responderit: cetero sq; deinceps se necaturũ prefatus est. Cui qdem rei ex his quendam etate maturissimum prefecit arbitrũ. Interrogatus ergo primus. Vtrum ne plures viuentes an mortuos esse censeat. Viuentes inquit. nec enĩ amplios esse mortuos. Secundũ cũ interrogasset. Maiores ne terra beluas aut mare nutriret: terra respõdit eius nãq; portionem mare esse. Tercium Quodnam callidissimum existat animal. Quod nec dum homo noscet inquit. Quartum. Quo consilio Sabam ad defectionẽ sollicitasset: Se illum egregie viuere aut strenue mori maluisse ait. Quintum. Vtrum diem an noctem priorem existisse putet? Diem inquit. Die vna. Cũq; rex admiraretur Friuola perscrutanti: friuola q referri oportere dixit. Ea propter permutata sententia. Sextum rogat. Quonam pacto quispiã late imperitans maximam contĩbere beniuolentiam possit? Ne sit terribilis inquit. Ex tribus reliquis vnum percunctatus. Quomodo mortalis quispiam se in deorũ numerum referret? Si humanis maiora viribus opera gesserit. Alterum. Vitam an ne morem fortiorum opinetꝰ vitã dixit que tot aduersa & calamitosa perferat Extremum Quousq; viuendũ homini est? Donec mortem vita potiorem esse ducit. Inde conuersus ad iudicem sententias

dicere iussit. Qui cū vnum altero deterius respondisse affirmasset. Tu itaq̄ morie
re primus inquit q̄ talia iudicaueris minime vero ait. O bone rex Nisi te mendacē
exibeas: qui cū in primis qui pessime respondisset: te necaturum aiebas. Eos tan-
dem multis ornatos muneribus dimisit. Tum Onexicritus mittit̄ qui ad se quosdā
longe maioris fame tranquillam degentes vitam philosophos acciret. Erat autem
Onexicritus philosophus qui Diogeni Cinico operam dederat. Is refert se a Calano
per acerbas admodū contumelias iussum indumēta deponere vt eius verba nudus
audiret: alioquin se illū affari minime velle ulꝰ si ex ipso Ioue dimissus adesset. Dan
danum vero maiori cū comitate locutum tradit. Eumq̄ cū multa de Socrate Pita
gora Diogene accepisset: ipsos precipui quidē viros ingenii commendasse. At cū
legum verecundia nimium victitasse. Alii referunt nihil prorsus nisi hoc solū dix-
isse Dandanum qua gratia Alexander orsum tam longa confecit itinera. Taxiles
Calano vt alexandrū audiret persuasit. Ceterum ei Sphines nomen erat: Verū cū
pro salue Kale Indorum lingua omnibus diceret obuiis ei Calani cognomentū indi
dere greci. Hic est qui alexandro de principatu similitudinem quandā proposuisse
ferrur. Nam cū aridam ac tabentem in mediū Pirsam pertulisset eius ora calcare
pedibus cepit: dum pars vna deprimit̄ reliquę tolluntur in altum. Eā sic inter pas
sandū ob ambulans quicquid ex ea re factum obtingeret iudicabat donec occupato
Birse medio cunctas subsidere partes cogit quasi per eā similitudinem significare
vellet impetenda esse regni media: nec Alexandro tam longinquis peregrinacōni
bus aberrandū. Inde per fluuios ad occeanum nauigans septem mensiū tempus ab
sūpsit. Eo nauibus ingressus ad quandā defertur insulam quā illi Sillustin ceteri
vero Psitulcin appellant. Vbi descendens cū peractis sacrificiis maris naturam ac
litoris quātum adiri licet cōtemplatus esset dços precatus est vt nemini sue termi-
nos expeditionis superare daretur imposterū. Dehinc reuersus classem circa terrā
Indiam obnauigare dextro iubet ducem Nearcum. Prefectum autē instituens O
nexicritum ipse terrestre iter per oritas ingressus ad extremā deductus rerū in-
opiam magnū exercitum numerum amisit ita vt ex India ne quartam qdem copiarū
partem reduxerit: cū peditum cētum & viginti milia: equitū quindecim habuisse
constet. Eos nanq̄ graues morbi victus acerbus estus arridissimi ac dura absūpsit
media. Incultam eni̅ & sterilem peragrabant regionem hoīm ferino more degētiū
Hi paucos admodum & degeneres alunt ouium greges q marinos solite pisces de
pasci tabentē odoris tetri carnem habent. Ea loca labore maximo sexaginta tamen
diebus emensus: in Gedrosiam peruenit Vbi reges ac satrapes magnam rerū copiā
vniuerso comperant exercitui. Hic pro refocillandis curandisq̄ militibus septē die
rum sodalitia per Carmaniam egit. Erat preterea quadrata mensa ī sublimi extru
cta quam octo inuectā equis Alexander sodalesue noctu pariter ac die iocundis
celebrant epulis. Multa subinde Carpenta seqbant̄ partim purpureis ac variis in
structa velaminibus partim recentes arbusculas & virides ferentia ramos quibus
familiaribus regiis coronatisq̄ proceribus dum potatur vmbracula fierent. Nusq̄
vero Pelthani cassidem Sarissamue conspiceres. At Phialas patheras atq̄ tericlia
& tota semita ingētibus doliis cratheribusq̄ proluentes sese milites. Inq̄ vicem tū
eundo tum cubando propinantes. Commestiones fistularum ac tibiarū cantibus tū
carminibus & lasciuis mulierum saltibus passim agebantur. Fusos autē & vagen-
tes per cuiusdam bachanalis petulantie iocum Alexander cū Phialis insectabat̄ &
procacem turbam quasi deus ipse longo promittebat ordine. Profectus intra Ge-
drosiorum regiā denuo cum exercitu fectos instituit dies Vbi cū ad spectandos
decertātiū cetus post largiorem potum interesset Vagoas ludorē profectus quē
amabat vnice post reportatam victoriam ornatus per medium incedens theatrum

Alexander

confessum se rulit. Quod conspicati Macedones ingentibus acclamauere plausibus
vtq; illumq; suauiaret certatim exorabant donec illum alexander per longa suauia
complexatus est Interea redeunte Nearco letatus vbi eius nauigationis memoran
da cognouit ingenti per Eufratem classe statim fertur. Inde Arabiam ac Libiam
emensus per Herculeas columnas mediterraneū ingredi adortus moliri naues Ta
psaci ceperat nautas vndiq; gubernatoresq; contrahens. Verū cum superiorū loco-
rum expeditio compluribus affecta cladibus: inq; Mallorum expugnacōne magna
copiraum internitio vulgaretur nulla etiam alexādri ex vulnere excepto incolumi
tas spararet. Subditi ad defectionem suscitari duces & satrape per auaritiam &
superbiam cuncta violare prorsus omnia perinde ac solo turbata permisceri noua-
rum cupidos rerum exoriri: Tum Olimpias & Cleopatra aduersus Antipatrum
mota seditione regnū diuisere. Olimpias quidem Epirum. Cleopatra vero Mace-
doniam inuaserat. Quod vbi renuntiatum est alexandro prestantius inquit matris
extitisse consilium. Nec enī Macedonas femine imperiū equo passuros animo. Ea
propter cunctā orā Maritimam hostibus compleri sentiens rursus ad mare Near
cum cū classe misit: ipse reuertens inflagitiosos quosdam prefectos acriter anim-
aduertit. Ex Abuliti filiis vnū Oxarthem nomine Sarissa transuerberatum occi
dit. Ipse Abulitus cū nullum ei cōmeatum preparasset: tria milia nummū talenta
attulit. Id argētum equis apponi iussit Quibus minime gustantibus quenam inq̃t
tui commoditas apparatus confestimq; trusit in carcerem. Hinc profectus in Pe
sas numismata mulieribus erogauit Is namq; mus erat regibus vt quotiens in Per
sas irent mulieribus aurū distribuerēt. Quam ub causam cum quidā raro Occhus
nunq; in Persas ire traditur qui ob tenacissimam vilissime rei parcitatem se patrie
extorrē fecerit Postea Polimacum q̃ Cari sepulcrum demolitus esset necauit quā
q̃ pollens & vir illustrissimus foret. Eius Epigramma cū legisset grecis insculpi
litteris edixit. Id autē erat. Quisquis es mortalium & vndecūq; aduenis. Aduen-
turum enī te scio Cirus sum qui persis imperiū quesiui. Hoc igitur humi paululū
quo meum corpus obtegitur mihi ne videas. Ea res alexandro animū vehemēter
affecit cū incertum ac permutabilem rerū ɔtemplaretur exitū. Hic Calanus haud
dudum aluo vexatus strui sibi pyram orauit quo delatus equo postq; adoratis prece
numinibus sibi ipsi parentauit tonsumq; crinem vti primitias quasdā iniecit prebē
sos dextra Macedonas obsecrauit vt illam leticie diem cū rege simul potātes exi-
gerent: quem paucis post diebus babilonem visurum se dixit. His dictis pyrā ascen
dit vbi ita opertus occubuit vt propius admota iam flamma nullum omnino corpo
ris motū dederit. At eo quo lapsus erat gestu perpetue ɔseruato patrie ritu ac su-
orum instituto philosophorum se ipsū inmolauit Hoc itidem compluribus annis
post alius cesaris comes nudus Athenis fecit & adhuc ipsū cernitur monumentū
quod Indi sepulcrū nominaē. Cremato Calano Alexander conuocatis amicis ac pri
cipibus solenne conuiuium instituit. In quo vinarie potationis certamen & coronā
victori proposuit. Bibacissimus omnium Prumachus quatuor ingurgitans canta
rios palmam meruit & vnius talenti coronam accepit tribus tantum postea super
stes diebus ceterum vnū & quadraginta potando spiritum eructasse Chares tra-
didit Constat enī ei Simphosio acerrimum intercidisse frigus. Post hec sociorū cō-
iugia Susis celebrat. Darii quidem filia Satira in matrimoniū accepta primarias
optimatibus collucat. Reliquis q̃ Macedonibus qui iam pridem vxores duxerāt
cōmune instruxit epulum. Cui cū nouē milia conuiuarū interessent vnuiquemq;
ad peragenda libamina aurea donasse Phiala dicitur. Ad cetera miro quodā splen
dore munificentissimus. Aes enim alienum creditoribus soluit. Cuius quidē im-
pense summa nouem miliū octingentorū ac septuaginta talentū fuit. Mo nocolus

Antigonus cū grādem se mutuatum pecuniā falso diceret: subornatum creditorē
adduxit qui se victui illam mutuasse affirmaret quā e vestigio restituit. Eum inde
mendacii conuictum ira percitus Alexander eiecit ab aula & prefectura priuauit
Erat autē clarissimus bellator Antigonus. Is dum adhuc iuuenili esset etate. Pe-
rinthum obsedente Philippo missa in eū e Cathapulta sagitta transuerberauit ocu-
lum: quam parantibus nōnullis eximere prohibuit: Nec ante pugnam excessit: quā
fusum intra menia fugasset hostem. Ceterum ea ignominia perculserat Antigo-
nē ut nemini incertum foret quin sibi mortē consciscceret Hoc veritus alexāder ira
posita illi iussit argētum reddi. Interea puerorum quos triginta milia numero studio
ac disciplina exercendos reliquerat robusta excreuerant corpora. Egregia erat in
doles: hiquam ab exercitatione promptissimi miram quādam & strenuā pre se ferebāt
agilitatem Que res alexandro voluptatē & leticiam Macedonibus merorem metū
ue pepererat: quod minori se regi cure futuros existimabant. Quamobrem cū imbe-
cilli manci & bello inutiles domum dimitterētur se per contumeliam ac vituperiū
negligi dictitabant. Se per omnes antra preliorū vsus ductos nunc cū dedecore e
meritos patrie ac parentibus reiici. Quos olim haud tales acceperat. Proinde cun
ctos dimittat aiebant omnisque Macedonas imbelles vocet & inutiles hosce iuniores
nactus Pirricham saltaturos cū eis perageret orbis terrarum imperiū quesiturus
Ea grauiter ferens Alexander post multa conuitia vehementer illis succensuit &
reiectis ipsis corporis sui custodiam Persi credidit Persas Satellites Persas appa
ritores instituit. A quibus cū Macedones stipatum alexandrum: se vero ignominio
ose reiectos cernerent nō modo mitiora loqui sed & emulatione & iracundia insa-
nire ceperunt. Vnanimi tandem consilio positis armis interiori dūtaxat retenta tu
nica regis tabernaculū clamore & lacrimis adiere se illius potestati quocunque voca-
ret condonare sese iniquos ingratosque fateri & haud tamen ipsos tametsi magna ex
parte placatus admisit bi nihil absistere. at geminos adesse dies ac noctes totidē
fletibus lamentisque suis appellare regem. Tercio progressus die miserando afflicto
que conspicatus habitu diu illacrimasse traditur eis inde nunc modeste incusatis nūc
comiter appellatis complures bello inutiles exauctorauit magnificentissimeque do-
natos dimisit Scribens etiam ad antipatrum eis ad spectacula certamina priores ī
Theatro sedes obsignari coronatosque sedere iussit. Defunctorum quoque liberos pu
pillos paterna contrahere stipendia voluit. Hinc ad Hebectana medie profectus vbi
necessaria regni disposuit spectacula denuo & solennes indixit dies. Quas quidem
ad res tria histrionum milia ad ipsū ex grecia missa peruenerant. Illis forte diebus
febricitabat Ephestiō quem cū etate integra & militari consuetudine subductum per
abstinentiam cibum ferre negret. Glaucum medicum in Theatro nactus absentem
caprum pransit assatum & ingentem vini psicterem hausit. Quamobrem inualescē
te morbo paucis post diebus moritur. Hunc tam acerbissimum casū alexāder nulla
ratione aut modestia pertulit. At continuo in eius luctu equis mulisque tonsis finiti
marū vrbium pinnacula diruit: miserabilem vero medicum cruci affixit. tibias &
cetera instrumenta diu in castris canere vetuit donec ex ammone delatum oraculū
Ephestioni tanquam semideo diuinos honores ac sacrificia indixit. ad mittigandū do-
loris magnitudinem ad prelium perinde ac hominum venationem egressus. Cusse
orum gentē euertit vniuersis per etatem trucidatis. Id factum Ephestionis infe-
rias appellauit. In eius funere tumulo & huiuscemodi ornamentis decem milia ta
lentum dedit vt qui artificio & magnificentissimis apparatibus omnē impensam
superare magnopere cuperet. Stasicrati tamen superbam operis magnificentiam
pollicenti haud animum aduertit. Is est qui Tracie mortē Athon in hominis statuā
maxime formari exculpique posse dicebat. proinde si iusserit ei perpetuā ac nobilissimā

ex illo imaginem effingere velle. Cuius leua vrbem Miriandron id est que decē
milia hoīm capiat amplexaṯ Dextra uero labētis ad mare fluuii habūdantissimos
libaret latices. Id neglexit alexāder vt qui magis ardua longeq̄ magnificētioris in
dustrie cum ipsis agitaret architectis. Ei postmodum babiloniam petenti veniens
obuiam Nearchus. Is enī ex magno rursus mari in Eufratem iam nauigauerat in
quosdam incidisse se Caldeos inquit qui alexandrū vt procul babilone abesset ad-
monebant. Quod cū pauci faciens procederet propinquus vrbi complures altercā-
tes seq̄ mutuo ferientes coruos aspexit ex quibus nōnulli penes illum delapsi sūt.
Inde cum babilonis prefectus Apolodorus pro eo immolasse renunciaret accitus
aruspex nomine Pitagoras: ita factum affirmauit hostie modum conditionemq̄
percunctanti Alexandro sine capite iecur extitisse respondit. Pape inquit dirum
hoc prodigiū. Immolato deinde misso Pitagora Nearco nō obtemperasse pigebat.
Subinde plurimū temporis extra babilonis menia interdū per Eufratem nauigās
terebat Ceterum multa ipsū prodigia perturbabant. Ex his enī quos educabat le
onem quendam exīmie magnitudinis ac forme mansuetus asellus calcibus exani-
marat. Alexander positis vt vngeretur vestibus dehinc pila lusit. Postea cū collu
dentes adolescentuli suos receperunt amictus sedentem in solio tacitum ꝯspicātur
hominem: diademate ac regia ornatum stola. Illi cū ex eo quisnam mortaliū esset:
diligenter perscrutarentur diu mansit elinguis. Vix tandem ad se rediens: Dioni
sio sibi nomen esse seq̄ genere Messanum ait ob quandā criminationem orsū ex ma
ri delatum longum in vinculis tempus exigisse: Nuper ad eum accessisse Serapin:
ipsūq̄ laxatis compedibus hoc in loco constituisse ac dixisse vt accepto diademate
simul & stola ibi sedens conticesceret. Hec audiens alexander iubentibus ariolis
hominem perdidit Tum spe destitutus grauiter angebaṯ animo iam deos & fami
liares suspectos habens & presertim Antipatrū eiusq̄ filios reformidans: quorum
Iolas pincerna regius erat. Cassander nuper aduenerat. Qui quosdam barbaros
regem adorare conspicatus vt qui inter mores educātus greciēses tale nihil an-
tea aspexisse consueuerat solutiores effudit cachinos. Quapropter ira stimulatus
alexander vtraq̄ manu cōprehensa iuuenis cesarie parieti caput illidit. Rursus cū
incusantibus nōnullis antipatrū contradiceret Cassander eū refellens Alexander:
quid ais inquit nihilo violatos homines tam longis confectis itineribus calumnia-
tum venisse. Asserēte Cassandro id esse calumniarum inditiū q̄ longo ne redargui
queant proficiscanṯ itinere. Id ridens alexander. Hec illa inquit Aristotelis sūt so-
phismata que vtriq̄ plorabunt si quenq̄ a vobis violatum esse compererero. Quā ob
cām tā impressus Cassandri animo pauor insederat vt cū posteriori tempore: ille
superata grecia Macedonie imperans delphos venisset. Ibiq̄ deambulans quasdā
contemplaretur statuas alexandri ocurrit imago. Cuius aspectu tanto terrore p-
culsum repente concussumq̄ corpus est vt diu post vix ea sedari mentis trepidatio
potuerit. Alexander igiṯ cū diuinis intēderet rebus pturbatus ac cogitatione per
trepidus omnia noua & insueta quanq̄ per exilia monstra q̄dam prodigiaq̄ suspi-
cabatur. Proinde hinc immolantes illinc expiantes inde vaticinātes vniuersam cō
plerant regiam. Vsq̄ adeo graue est incredula mens hominū & eōtempta numina
Rursus graue est tanta superstitio q̄ instar aque semper ad ima & decliuia vergens
delhramentis ac vano timore quemadmodū eo tempore alexandrum imbuit. Cete
rum diuina de Ephestione allata vaticinia omnem compescuere luctum atq̄ tristi
tiam. Quapropter instauratis sacrificiis & simposiis Nearcho solennes apparatus
epularum instituit. Postea more suo lotus cū quieti se daret Midius interueniē q̄
exorante pergit apud illum per iocū atq̄ lasciuiam comsationem acturus. Ibi cum
posterā nocti diem potando iunxisset e poto nōdum Herculis schipho nec ceteris

adhuc de more mense prefectis estuare cepit ob febrem. Cū tantus repente dolor
inuasit vt transuerberatus hasta spinam videretur. Hec nōnulli perinde ac extre-
mum ingentis fabule actum tragicum quidem & calamitosum edentes scribendū
censuere Aristobolus tradit illum cū per febris seuitiem sitim collegisset vinum
potasse. Quare mentis impotem factum suū obiisse diem pridie Cl's quintiles: In
diariis de ipsius egritudine scriptum inuenio ipsū quartodecimo Cl's quintiles inī
balneas ob febrem cubasse. Postridie autē lotū in cubiculum relatum Inde cū Mi-
dio in talorum ludo totam consumpsisse diem. Vesperi autem loto vbi rem diuinā
perfecit sumpto cibo noctu febrem inualuisse. Tertio die simul ac se iterū abluisset
sacrificium de more peregisse. Subinde in balneo accubantem Nearcum diligēter
audisse dicitur cū ipsius nauigationis tum res magni maris explicantem. Post hec
vndecimo Cl's per summos estus grauissimā noctem perpessus die quoq; insequēti
vehementissimis oppressum febribus. Postmodum ad ingentem in balneo peluim
translatum esse vbi de confirmandis ordinibus qui duce carebant longa ad prima-
tes habuit colloquia. Octauo quanq; vrgente febre cū sacrificare vellet ad sacrifi-
cia delatus est. Amplissimos inde principes in atrio adesse iussit. Centuriones reli-
quosq; prefectos foris excubias agere. Septimo Cl's in alteram traductus regiam
pusillo sopore quieuit haud quanq; interim se remittere febre: aduentātibus eo p
ceribus vsq; ad insequentem diem nullam prorsus edidit vocem. Quam ob causam
cū mortem obiisse crederetur fremitu ac minis fores obsedere Macedones. Quas
postq; vi reseratas irrupissent vniuersi solis interioribus induti tunicis eius lectū
circumdedere. Ea die Phitone atq; Seleuco ad Serapis oraculm missis percunctā-
tibusq; illuc ne Alexandrum ferre deberent sinendū esse eo in loco deus ipse respon
dit. Decessit autem quarto Cl's quintilis circa solis occasū: hec in ipsius diariis fe-
re verbū ex verbo scripta comperi. Tum nulla veneni extitit suspitio. Sexto post
anno cū de illo renūciatum est: Olimpias cesis compluribus Iole premurtui cineres
dissipasse traditur q; is venenum temperasse crederetur. Quidam Aristotelem p-
hibent eius facinoris consilium antipatro dedisse & omnino illius afferendi veneni
auctorem extitisse. Hec Agnothenis quidam narrasse dicitur que ex Antigano re-
ge audisse constat. Ipsum autem venenum gelidissimam quandam esse aquam ex
Nonacrie petra sudentem ferunt Quam in roris tenuissimi morē colligentes in eq
reponunt vngula: cetera nōnullo modo vasa sufferre quin ob tanti vim frigoris scis
sa fatiscant. Quidam ficta prorsus esse que de veneni potione dicuntur affirmant.
Quibus haud parum extat inditium quod multis postea diebus cū inter primores
de rerum summa disceptarent corpus per loca calida ac estuantia neglectum iacēs
nullum veneni signum habuit verum recens immaculatumq; permansit Roxonem
quia grauida erat Macedones tunc precipuis prosequebantur honoribus. Ea ob e-
mulationem Satire infensa ipsam per quandam epistolam dolo circumuenit qua il
lam ab Alexandro acciri simulauit. Eam adductam cū sorore necatum deiecit ī pu-
teum. Ipsasq; conscio atq; adiutore perdica multa tellure iussit obrui. Statim enim
perdicas cū ingentibus aderat copiis: secum Arrideum veluti quoddam regni nu
mimen trahens. Is autem ignobili scorto natus ob aduersam corporis valitudinem
nō natura aut casu accidentem: parum mente constabat. Verum cū ab ineunte eta
te gratiosos admodum & liberales mores significaret, datis ab olimpiade veneniis
debilitatus animi vires amiserat.

Plutharchi historiographi greci de Vita atq; gestis Cesaris: historia per Guarinũ oratorem In latinum linguagium traducta. Incipit feliciter.

INNE DICTATORIS filiam Corneliam a Cesare di-
strahere potitus rerum Silla voluit: quod cũ metu aut spe
efficere nequiret eius dotẽ publicauit. Inimiciciarũ vero Ce-
saris & Sille causa Marii affinitas erat. Iuliam Cesaris a-
mitam vxorem maior habuit Marius ex qua Cesaris conso-
brinus minor creatus Marius cũ aliis intẽto Silla post edi-
tas in eius dominatu plurimorum cedes. Cesar ab ipso se ne-
gligi cerneret; haud tamen destitit quominus ĩ peticione sa-
cerdotii vix dum pubescens populum adiret a quo mox aduersante Silla repulsus
est. Dehinc de ipsius exitio deliberante Silla fuere quidam quibus iniquum esse asse-
rentibus talem necare puerũ. Eos amentes esse inquit nisi in hoc puero multos in-
spicerent Marios: hec vbi ad Cesarem perlata vox est: Aliquãdiu in Sabinis per-
uagatus delitebat postea dum per singulas noctes quãq; per aduersam valitudinẽ
alterom transferretur in domicilium in Scillanos incidit milites qui per ea disqui-
rentes loca latitantes corripiebant. A quorũ duce Cornelio duobus se talentis rede-
mit. Mox ad mare descẽdens in Bithiniam ad regẽ Nicomedem traiecit apud quẽ
nõ diu uersatus inde discedens circa Pharmacusam insulam a Pirratis capitũ. Qui
per id tempus nauibus magnis & immensis classibus mare occupauerant. A quibus
cũ primũ pro se redimendo viginti deposcerent talenta dedit q; qualem cepissent
virum ignorarẽt. Proinde quinq̃ginta se daturum pollicitus est. Postmodum suos
aliam ad aliam ciuitatem pro expediendis pecuniis dimittens apud immanissimos
Cilicas mansit cũ vno amico & administris duobus. Eos autem adeo per contemp-
tum habuit vt quotiẽs quieti se dederat qui silentiũ illis ediceret miserit. Ibi mul-
ta cum licentia duo de quadraginta versatus dies eos nõ vt custodes. verũ vt famu-
los & Satellites habens nunc ludis nunc certaminibus prouocabat. Interdũ carmina
orationesq; conscribens ipsos ad audiendũ inuitabat quibus nõ admirantibus palam
imperitos barbarosq; vocabat eos inter ridendum se cruci suffixurum sepe minitãs
Quibus in rebus hi magnopere letabantur eam loquendi libertatem ioco ac simpli-
citati cuidã attribuentes. Allatis ex mileto traditisq; ad se redimendũ pecuniis li-
beratos confestim ex Milesiorum portu instructis nauibus predones agressus est.
Quos adhuc circa insulam cũ classe per ocium subsidentes maxima ex parte in po-
testatẽ redegit. Rebus pecuniisq; direptis viros pergami ĩ vinculis posuit. Dein
Iulium Pretorem asiam prouintiam administrãtem adit quod proinde ad eum ex
captis supplicia sumere pertineret Ceterum is adiectis ad pecunias oculis nec enĩ
modice fuerant de captiuis consilium post hac habiturũ se inquit. Eum igitur oci-
osum valere iubens Cesar Pergamum profectus predones adunum patibulo affe-
cit sicut eis multotiens secũ in insula cõmorans ioco predixerat. Post hec tabescen-
tibus Sillanarum partiũ viribus cũ domum ab amicis vocaretur Rhodum nauiga-
uit vt ibi per otium apollonio Molonis cuius etiam auditor erat Cicero: operam
daret: modestissimo quidem viro & clarissimo dicendi magistro. Cesari elegãtissi-
mam quandã ciuilis eloquentie vim a natura insitam fuisse perhibẽt. In qua cum
splendidissime adeo elaborasse constat vt secundũ absq; vlla contentione locum ob-
tinuerit priorem minime cõsecutus dũ dicendi rationem ad quã habilis & natura
pronus ferebatur obmittens rei militaris & vrbanocum magistratuum curam su-
scepit quibus ex rebus in republica princeps euasit. Ipse posterius ad Ciceronem

suos conscribens anticatones militaris hominis eloquẽtiam cũ grauissimi oratoris
ingenio & in ea re plurimum versati comparari debere negat. Romam reuersus
Delobellam repetundarũ postulauit. Quam quidẽ ad causam complures grecie ci
uitates ei testimonia detulerunt Delobella tamen absolutus est Cesar autẽ grecie
ciuitatibus vt ob earũ promptitudinem parem referret gratiam suũ contulit patro
ciniũ dum. P. Antonio sub Macedonie Pretore. M. Lucullo diem dicerẽt ꝙ susce
ptis largitionibus iuditia corrupisset: vbi cũ tantum eualuisse liquet vt Antonius
ad tribunos plebis prouocatit inique secũ actum esse commentus si sibi cũ grecis in
grecia disceptandum sit. Rome cũ in petorandis causis magnus ei cũ gratia splen
dor obtigisset mox lenitate clementia consuetudine studio magnam ex plebe: quã
preter eius etatem colebat beniuolentiam comparauit. Iamq; sensim cum epulis &
cõmestionibus tum splendidissimis in omni vita moribus nõ mediocrẽ sibi in rep.
porentiam auxerat: quã in principio inuidi deficientibus mature pecuniis cũ mox
exilem futuram arbitrarent̃ florentẽ illam in plebe paruifaciebant. Cũ vero ingens
adeo vt nõ facile aduersari possent increuisset: eam propalam ad res permutandas
tendentem sero qdem intellexerunt. Verum enĩ vero nullius rei tam paruũ existi
mandũ initium est ꝙ nõ assiduitas statim amplificet presertim cũ in tutia ne obsi
statur effecit. Primus igitur Cicero cũ ea reip. perinde ac quedam Pelagi tidicu
la nõ sine timore cerneret: tantamq; morum grauitatem sub illa latitantẽ humani
tate perdidicisset: ceteris quidem illius insidiis & meditationibus dominandi con
silium introspicere se dictitabat. At vero cũ molliter adeo pendentes tomas cumq;
vnico dũtaxat sese scalpentem digito inquit aspitio haud profecto hunc hominem
ad tantum facinus animũ ĩducere posse existimo vt Romane reip. moliatur exitiũ
hec quidem posterius. Primũ hoc erga se fauoris & beniuolẽtie popularis accepit
inditium. Cũ C. Popilium tribunatus tompetitorem nactus prior designatus est
Secundum vero manifestius cũ amitam suã Iuliam Marii vxorem defunctam lu
culenta laudauit oratione pro rostris. In efferẽdo ipsius funere Marii statuas tom
primũ post Sille dominatum visas producere ausus est. Iam dudum illius factiõis
hominibus a Senatu hostibus iudicatis. Id nãq; Cesaris factum reclamantibus non
nullis populus letis excipiens plausibus clarissime refragatus hũc vel precipue vi
rum admirantes ꝙ longo post tempore decora Marii tanq; ex inferis in vrbem re
duxisset. Ceterum grandiores natu matronas defunctas laudare mos Romanus pa
trius est qui in minoribus haud obseruari solet. Primus Cesar mortue vxoris lau
dationem edidit. Que res quandã illi gratiam attulit popularemq; contraxit beni
uolentiam ꝙ virũ idcirco humanitate & modestia refertum censerẽt. Post vxoris
sepulturam. Questor cũ Tuberone Pretore in Hiberiam profectus est. quẽ hono
rifice semper coluit ac eius insuper filiũ Pretor factus Questorem creauit. Ex eo
reuersus magistratu Pompeiam tertiã duxit vxorem. Ex Cornelia susepta iam
filia quã postea Pompeio magno in matrimoniũ collocauit. Ad impensas autẽ pro
fusior breuẽ ac momentaneã sibi gloriam: tam magnis opibus permutare videbat̃
cum re tamen vera paruis amplissima compararet. Antea vero ꝙ illam iniret ma
gistratum mille & tricentorum talentũ es alienum conflasse dicitur. Cõmissa de
hinc illi apie vie cura ingentis prodegit pecunias. Edilis. xx ac. ccc. gladiatorom
paria exibuit circa spectacula pompas atq; conuiuia profusissimis vtens sumptibꝰ
vniuersas superiorum magnificentias oblitterauit. Quas ob res affectam sibi adeo
plebem reddidit vt vnusquisq; nouas dignitates nouosq; excogitaret honores qbus
pares illi gratias referrent. Due enĩ Sillanorum ac Marianorũ cum Rome partes
essent: pollẽtibus adhuc maxime Sillanis disiecti subtrepidiq; Mariani depressam
admodum humilemq; vitam exigebant. Has attollere stabilireq; Cesar volens cum

edilitium munus edere magnificentissime instituisset rõflatas clam Marii statuas
triumphalisq; victorias noctu in Capitolio erexit. Vt primum illuxit cuncta auro
micantia & magnificis instructa artificiis cernebãtur. Tropbea subinde Cimbri-
ca insculptis indicabant litteris. Quocirca is qui in illis restituẽdis audax adeo fu-
isset nõ parum tirreri cepit haud enĩ ĩ occulto res erat. Ceterum dispersus rumor
statim ad spectan cũ contraxit vniuersos. Ibi nõnulli contra Cesarem voces sparge-
bant vt qui iam diu legibus ac Senatus consultis sepulta restituens insignia ciui-
tatis sibi dominatiorem instrueret. Hisce illum rebus experiri populũ talibusue
magnificenciis deuolutus mitigatusq; sit. Quam qdem ad rem nouella quedã hec
exiberi preludia. Mariani autẽ sese inuicem exortari quoq; immensa repente multi
tudo prodierat & magno cũ applausu Capitolium occupare Multis cũ Marii faci
em intuerent pre gaudio manare lacrime Tum Cesarem magnis attollere laudibus
hunc solum Marii necessitudine dignũ esse virum. Eas ob res coacto Senatu Ca-
tulus Lucatius vir ea tẽpestate plurime inter Romanos auctoritatis multa in Ce
sarem acerbissima prefatus vulgatum illud inclinauit nõ per Cuniculos Cesarẽ ve
rum iam machinamentis remp. occupare. At vbi persuaso Senatu obiecta in sere-
fellisset longe magis qui ipsũ colere admirariq; ceperãt efferebantur cũq; ne cuiq;
mentis elatione & animorum magnitudine cederet hortabant. Futurũ enĩ vt stu-
dio & fauore populi superatis vniuersis princeps existeret. Interea defuncto Me-
tello pontifice maximo cũ pontificatum studio & disceptationibus plenũ Isauricus
& Catulus clarissimi viri & in Senatu potentissimi peterent haud propterea Ce-
sar quin & ipse Candidatus descẽderet cessit. Ceterũ pari vndiq; fauore ac studio
apparente Catulus quo amplior erat dignitas eo magis euentus in certitudinẽ re
formidans misit qui grandi pecunia Cesarem vt ab ea cõtẽtione desisteret induce
rent. Quibus ille grandiorem se mutuaturũ certatimq; enixius petiturum esse re-
spondit. Instante comitiorum die cũ mater eum ad fores vsq; lacrimis ꝓsequeret
illam complexatus dixisse fertur: mater hodie aut pontificem aut exulẽ tuũ vide-
bis filium. Euntibus igit certatim ĩ suffragia tribubus superior declaratus nõ par
uum Senatui & optimatibus terrorem ĩcussit tanq; ad omne audacie genus plebẽ
adacturus. Quapropter Cicerorem Piso & Catulus incusabãt qui inter catilinari
os tumultus occasionẽ nactus neci cesaris pepercisset. Catilina nãq; nõ solum rep.
permutare verumetiã omnia confundere & vniuersũ delere imperiũ machinatus
Cum priusq; extrema ipsius detegerent consilia in paruas quasdam coniecturas in-
cidisset vrbe excessit. Relictis in ciuitate Cethego & Lentulo qui coniurationis vi
ces obirent Quibus si qua in re clam adiutor exhortatorq; cesar extiterit incertum
est. Deinde detecta prorsus cõiuratione cũ consul Cicero vnumquẽq; de cõsocioꝝ
pena sentencias rogasset: ceteri quidem dedendos neci homines censebant. Donec
insurgens cesar grauissimam & accuratissimã super ea re cõtionem habuit iniquũ
nec patrii moris esse dictitãs clarissimos stirpe ac dignitate viros vel vltime neces
sitatis tempore in dicta causa necare. Quod si donec catilina debelletur ipsi per ea
Italie municipia que cicero ipse delegerit custodiantur in vinculis postea sedatis pa
catisq; rebus Senatui de omnibus statuere licebit. Qua in re cũ magnis dicendi vi
ribus perorasset tantam pre se ferre humanitatem videbatur vt nõ patres secũdũ
se verum etiam qui antea dixerant repudiantes priora ad suam transtulerit sen-
tentiam donec re ad catonem catulũq; peruenit. Quibus enixissime resistentibus Ca
tone insuper illis grauissimam pro contione suspitionem infligẽte homines vt nece
mulctarentur traditi. Egredienti deinde curiam cesari magna iuuenum manus q
ciceronem presidii causa circumstabat occurrere nudos intentantes gladios. Tum
curio obiectu toge complexus eũ eduxisse traditur Cicero q; aspectãtes deterruit

adolescentes siue ob plebis metum siue q̄ impiam ac iniquam eam cedem duceret;
Quod si verum est haud scio quonam modo id vtiq̄ cicero cū de consulatu suo per
scriberet tacitus pretermisit. Verum enī vero haud reprehensione caruit imposte
rum quod oportunissimo aduersus Cesarem nequaq̄ vsus esset tempore plebem re
formidans que illum mirandumimmodum ambire . Paucis nanq̄ post diebus cum
Cesar ī suspitionem venisset ab ea se purgaturus curiā ingressus in diros incidit tu
multus. Diutius autē solito sedente Senatu plebs magnis delata clamoribus curi
am circumsedere virū efflagitantes & missum fieri iubentes. Eapropter Cato in
opes nequid rerum nouarū molirētur vehementissime pertimescens. Hi enī spem
gerentes in Cesare reliquam multitudinē succendebant Senatui persuasit vt me
struum in plebem frumentum partiretur. Que quidem largitio ceteris annuis im
pensis quinquagies sexternū adiecit. Id manifeste consilium magnum in presentia
terrorem extinxit & plurimū & potentia Cesaris tum abscidit tum dissipauit eo
presertim tempore cū preturam initurus terribilior ex eo fieret magistratu. Ex q̄
tamen haud turbulentum quippiam obtigit. Cum cesaris domum acerbus qdam
casus inuaserat. Erat. P. Clodius vir tum nobili geneer ortus cū diuiciis eloquēci
aq̄ preclarus: nulli antem vulgatissimorū ad fastidium vsq̄ hominum superbia ac
procacitate secundus. Hic cesaris vxorem Pompeiam nec inuitam quidem adama
bat. At ea diligenti custodia obseruabatur. Cesaris enim Mater Aurelia singulari
pudicicia mulier vsq̄ quaq̄ aderat nurūq̄ excolebat ita vt difficilē ac periculosam
illis congressum & colloquia faceret Rome bona dea colitur quam greci quidē Ge
neciam nominant. Eam Phriges Midie nepotes regis parentem asserūt. Romani
Driada puellam Fauni vxorem existimant nōnulli grecorum illam ex liberi matri
bus esse quam nefari liceat. Vnde & mulieers cū festos ei dies peragunt taberna
cula in Vitigineis intexerunt ramis. Saerum insuper draeonem deo secundum fa
bellam erigunt. Dumq̄ illi sacra celebrantur neq̄ eo virum accedere neq̄ domi ad
esse fas est. In eis saerificiis ipse inter se mulieres multa Orficis consentanea facē
traduntur. Cū igitur ea instant solennia: vir ipse seu perturā seu consulare gerat
imperium cunctiq̄ maers vna commigrant vxor domum ornatissime extruit: ibi
maxima saerorum pars noctu peragitur promiscua sonis & cantibus ioca lōgas ex
ercent vigilias has eo tempore ceremonias ce lebrante Pompeia Clodius cui nōdū
genas prima lanugo vestierat Eam enī ob rē latere sperauerat assumpto psaltrie
amictu apparatuq̄ illo commeat. Tenere autem vultum puelle diceres. Is igiẗ aper
tas ostendens fores securus a conscia rerum ancilla intromissus est. Que ad Pom
peiam vt rem aperiet accuerens cū tardiuseula rediret. Interea loci Clodius expe
ctationis impatiens errabundus spatiosa lustrat atria. Lumina vsq̄ quaq̄ fugiens.
Cui obuia quedam Aurelie pedissequa cū perinde ac feminam femīa modularetur
prouocabat. Reeusante vero illa in medium protrahens quenam & vnde sit rogat
Clodius cum se Pompeie ancillam que ancilla quoq̄ nomine vocabatur prestolari
se dieeert voce sua proditus est. Quapropter sublato clamore pedissequa statim ad
lumina turbasq̄ prosilit virum comperisse vociferans. Tum trepidantibus passim
mulieribus Aurelia interruptis occultatisq̄ dee sacrificiis simul ac flores clausit
ardentibus cereis domum circuit Clodium vestigans. Is demum in ancille cubicu
lo inuentus quo simul ambo profugerant. Hoc patefactum modo Clodium e ianua
mulieres perturbant. Abeuntes inde matrone eadem confestim nocte rem ad suos
exponūt coniuges. Vbi illuxit ferquens per ciuitatem rumor it: molitū impia Clo
dium nō solum iis quos ignominiose affecerat verumetiam diis & ciuitati penas ac
supplicia debentem. Quidam igitur ex tribunis plebis eum pollutarum cerimo
marū postulauit, Aduersus quem & potentissimi ex Senatoribus viri aliarū quoq̄

libidinum & grauissimarū procacitatum testimonia dixerunt & sororis incestum addentes quā nuptam Lucullo corruperat. Contra horū studia sese plebs opposuit clodium obnixe defendens. Quam quidem ad rem vel id potissime conduxit quē terrore multitudinis consternati iudices erant. Cesar statim repudiata Pompeia cū testis in reum citaretur nihil eorū que in Clodium obiecta dicunt̄ nosse respondit. Quod verbū cum preter astantiū spem obuenisset: interrogauit accusator cur igitur vxorem repudiasti? Quoniam meā inquit neq̄ suspitionibꝯ obnoxiam esse oportere censui. Quidam hec ita sentientē dixisse Cesarem perhibent. Quidam vt gratiam plebis iniret: quā pro Clodii salute magnopere solicitam animaduertebat. Ceterū eam Clodius accusationē euasit iudicibꝯ maxima ex parte confusis adeo litteris sententiam edentibus vt ne si cōdemnassent multitudinis discrimen adirent aut si absoluissent ex optimatibus infamiam consequerētur. Cesar ex pretura prouintiā sortitus Hispaniam cū proficiscenti creditores magnis clamoribus impedimēto essent confugit ad Crassum qui Romanorū ditissimus aduersus Pompei in rei p. potentiam acri Cesaris ingenio ac feruore simul egebat. Crasso contra inexorabiles maxime ac importunos creditores cū triginta & octingentorū sponsione talentoꝝ interueniente Cesar in prouintiam abiit. In transitu Alpium cū quoddā barbarorū oppidulum paucis admodum ac mestis habitatum incolis preteruheberetur. Comites eum ioco & risu ita percunctati traduntur num hic aliquas esse putas principatus ambitiones dignitatumq̄ certamina & mutuā inter se potentum inuidiam. Quibus Cesar Serio. Mallem equidem inter ipsos primus q̄ inter Romanos esse secundus. Iterum in Hispania cū otium nactus res quasdam alexādri pictas perlegeret secū diu cogitabundus dehinc illacrimasse traditur. Cuius rei causam admirantibꝯ sotiis nōne inquit iure dolendū arbitramini ꝙ huius etatis alexander tot gentes suo subdidisset imperio qua nullum adhuc preclarū facinus ipse gesserim. Quamobrē continuo rebus gerēdis innitens Hispaniā obiens intra paucos dies cohortes decē cōparat quas aliis uiginti coniungeret. Mox expeditionē cōtra Calecos & Lusitanos agens. cuncta victor ad occeanū usq̄ perdomuit: Prostratas gentes cū primū romano subiecit imperio. Bellicis deīde rebus optime constitutis profecto haud deterius togatas in pace disposuit ciuitatibus usq̄quaq̄ concordiā & amicitiā pagēs precipue uero in medendis debitorū & creditorum prouentibus disceptationibꝯ intentus iussit vt ex debitorum prouentibus duas quidē creditor partes quotannis desumeret. Reliqua dominus quoad eri alieno satisfecisset frueretur. His rebus magna sibi gloria parta e prouintia decessit magis atq̄ magis opulētus factus. Cū suos quoq̄ milites ingenti preda exuuiisq̄ ditasset a quibus imperator cōsalutatus est. Mos erat vt qui triumphū ducturi erant extra vrbem aliquandiu moram protraherent. Qui vero consulatū peterent necessario in vrbe presentes adessent. Cesar ī huiusmodi cōstitutus ambiguitatibus quoniā comitiis cōsularibus aduētarat misit qui ab senatu impetrarent vt per amicos absenti etiam sibi consulatū petere liceret. Eius postulatis primū Cato cū legis aduersatus auxilio mox vt complures a Cesare delinitos aspexit: rem temporis prolixitate refellere cepit totā orando diem conterens. Eapropter omisso Cesar triumpho ad consulatū animum applicare statuit. Statimq̄ vrbē ingressus astutum adoritur consiliū quod preter Catonem uniuersos fefellit homines. Id autē extitit Pompeii Crassiq̄ potentissimoꝝ ciuium inimicitiarū depositio. Quod vbi Cesar ex simultate in gratiam reduxisset. Ex ambobus nō paruā in se potentiam transferens magna permutatione remp. labefactauit. Quod ceteros latuit adeo plena humanitatis ipsius rei erat appellatio. Nec enī vt plurimi existimāt Pompei ac Cesaris inimicitia sed amicitia potius bellū ciuile peperit. Qui cū ad dissoluendam optimatum potentiā primum vnanimes consensis

mutuas postmodũ inter se discordias & odia ↄtraxerunt. Catoni ventura sepenu-
mero preuaticinanti euenit vt eo quidem tempore importunus homo & superua-
carea disquirens putaret. Posterius eius sapientiã atq₃ consiliũ optimum quidem
sed parum prosperũ predicabãt Cesar Crassi & Pompei amicitia vtrinq₃ munitus
ad consulatus petitionem deductus: cũ Calfurnio Bibulo consul creatus est. Is vt
magistratum init leges nõ consuli sed audacissimo cuipiam tribuno pertinens ad
plebis gratiam & voluptatẽ tulit nunc agri viritim diuidẽdi nũc largitionis im-
partiunde: honestissimis autẽ & prestantissimis in senatu viris obnixe refragrãti
bus. Cesar dudũ occasionis indigens sublatis clamoribus obtestatus est sese ad ple-
bem confugere: ad quã per colendam nõ sponte: sed necessitate & senatus insolẽtia
& acerbitate compellebatur: ad eamq₃ prosilit & assistentibus hinc Crasso inde
Pompeio vtrumq₃ leges ne approbarẽt interrogauit Quibus approbare se affirmã
tibus orauit vt auxilio adessent: & quos aduersantis cernerent minis & gladiis ab
sterrerent. Quod hi facturos se polliciti sunt. Pompeius etiã adiecit se non modo
aduersus enses cũ ense affuturũ verum & clippeũ insuper allaturum. Id dictũ haud
paruũ optimatibus merorẽ iniecit alienã ab ipsius verecundia & eam que senatus
venerationi debetur indignã quin furiosam potius & puerilẽ vocem audientibus.
He res magnam plebi uoluptatẽ afferebãt Cesar ut maiorẽ immodum ex Pompei
potentia fructũ legeret: filiam suã Iuliam Scipio Seruilio antea desponsatã Pom-
peio despondit Pompei filiam Seruilio se prebiturũ asseuerans: nec illam quidem
indespõsatam quin Fausto Sille filio collocatam Ipse paulopst Calfurnia Pisonis fi
liam vxorẽ duxit: quem successurum sibi ↄsulem ipse crearat obtestante multumq₃
vociferante Catone rẽ haud sane tollerãdam esse preturas ac imperia per nuptiarũ
lenocinia vendicari: inq₃ vicem prouintias exercitus: & copias propter huiusmodi
mulieres in se ipsos traduci. Cũq₃ Cesaris collega bibulus frustra ↄtra legũ ꝓmul-
gationem intercederet: & persepe vna cũ Catone ĩ foro vite discrimen adisset sese
domi concludẽs totum magistratus tempus exegit peractis nuptiis statim Pom-
peius referto militibus foro ad promulgãdas leges socium se auctoremq₃ prestitit
Omnem subinde Cesari transalpinã citerioremq₃ Galliam adiecto illirico cum legi
onibus quatuor in quinquennium administrandam adiudicauit: Quibus rebus con
tradicẽtem obnixius Catonem Cesari ĩ carcerem adduci iussit: eũ ad tribunos pro
uocaturũ existimans. Ast ubi Cesar illum ne uoce quidem emissa uadentẽ cerneret
Nec solum primores grauiter & inique ferẽtes sed & plebeios ob Catonis reueren
tiam ac virtutẽ tacitos mestosq₃ consequentes: vnum ex tribus plebis clam obsecra
uit: vt Catonẽ e manibus lictorum auferret Dehinc ex senatoriis viris paucissimi
ad eũ in curiam cõueniebant. Reliqui moleste tollerantes q̃ procul abibant. Consi-
dius quidem natu pergrandis idcirco nõ aduentare senatores dixerat: quoniam il
lius arma militesq₃ pertimescerẽt Cui Cesar quid tu inquit: hec q̃ reformidans nõ
te domi contines Id Considius ait: me facit intrepidũ Cui enim parum vite sit pest
quid magna illi prouidentia opus est? Quod autẽ in Cesaris consulatu turpissime
factum iudicat. Creatus trib. pl. Clodius ille qui & rẽ vxoriã & archanas noctis
ceremonias temerasse ausus ẽ. Ad ciceronis autem pernitiẽ delectum fuisse ↄstat
Nec prius cesar in expeditionem profectus dicitur q̃ Ciceronem & Clodiũ torbu
lentis inter se altricationibus irritasset: eũq₃ eiecisset italia. Hec quidem ante bellũ
gallicum confecta traduntur. Tempus autẽ bellorum que deinceps gessit expe-
ditionũ quibus pacatã reddidit Galliam aliud quoddam vite principium ac geren-
dorum nouam quasi viam instituit Ita vt summorum viroꝝ & clarissimorum & du
cũ neminem huic & bellatori & imperatori proponẽdũ censeas Nam si quis Fabios
Scipiones Metellos & etatis sue aut paulo superioris duces Sillam Mariũ vtrũq₃

Lucullum & ipsũ deniq̃ Pompeiũ cuius omnimoda in re militari virtus & gloria
ad celũ vsq̃ perfloruit comparandos duxerit: profecto Cesaris gesta superat. Hũc
quidem locorum asperitate in quibus ab eo decertatũ est. Illum regionum amplitu
dine: quas romano adeptus est imperio. Aliud ad se domitorum hostiũ vi ac multi
tudine Quedam paratarũ ab eo nationũ feritate atq̃ perfidia. Aliũ mansuetudine
ac clementia quas erga victos exercuit. aliquem gratia & munificentiis quibꝰ suos
prosecutus est commilitones. Vniuersos autem vel hoc ipso superauit: ꝙ & longe
plura cõmisit prelia & plures in acie obtruncauit hostes. In gallia siquidẽ nec totũ
belligerans decennium octingenta viribus cepit oppida. Trecentos subiugauit po
pulos. Aduersum tricẽtas partim instructus Miriades: Centum quidẽ ferro cesis
totidem vite reseruatas captiuas habuit. Tanta autẽ suorum militum caritate ac
promptissima vsus est opera vt qui nihil ceteris dimicando prestabãt pro Cesaris
gloria & honore inuicti ac fortissimi grauissima cuncta subirent Qualis Attilius
qui nauali Massiliam prelio hostilẽ ingressus puppim abscissa ei gladio dextra vm
bonem sinistra retinuit: eo vsq̃ hostes vultibus obterens vt prostratis oĩbus na
uem victor occuparit. et Cassius Sceuola qui pugna ad Dirachium omissa excussũ
sagitta oculo traiectis per humerũ crusq̃ iaculis centum ac triginta telorũ ictibus
acceptis in clipeo hostes perinde ac se dedituros accibat. Subeũtibus duobus alte
rius quidem humerũ ense cecidit: alterum ore percussum vertit in fugam. Dehĩc
suorũ acceptus amplexibus tuto relatus est: In Britaniam q̃dem quoq̃ primis cen
turionibus in palustrem & aquosũ incidentibus locum irruentes incubuere hostes
Tum prelium in spectante Cesare miles quidam medios irrumpit plurima conspi
cue fortitudinis ostentans opera. Versis in fugam barbaris Centuriones reduxit ĩ
columes. Ille egre cunctos euadẽs in limosam sese deiecit paludem quã nunc natãs
nunc pedibus cõmeans vix tandem omisso scuto traiecit. Admirãte deinde Cesare
& magna cũ alacritate ac clamore obuium excipiente mestus ille ante Cesarẽ con
cidit ex adiecto clipeo multis cũ lacrimis veniam postulans. In Africa enĩ Cesaria
norum nauis qua Granius Petronius questor designatus vehatur in Scipionis po
testatem redacta fuisset direptis ceteris Scipio questori incolumitatem pollicebãt
Cui Granius Cesarianos inquit milites nõ suscipere verum prestare salutẽ solere.
Quo dicto se ipsũ pugione transfixum exanimauit. Huiusmodi tam feroces militũ
spiritus & tam elatas animi magnitudines ipse Cesar instruxit ipse Cesar aluit eos
quidem primũ honore ac liberalitate vberrime ꝓsequens vsq̃ adeo vt ostenderet se
diuitias nõ voluptatis aut suaꝝ gratia delitiarum ex bello cumulasse sed cõmunia
potius virorũ fortium premia apud se conseruata iacere. Seq̃ aliqua ex parte locu
pletari quotiens illa benemeritis militibus impartisset. Preterea cũ illum vnum
quodq̃ discrimen sponte adire & ad nullum laborum genus defatigari cernerent:
mirũ in modum ĩ eius amorem incitabantur. Eius quippe in suscipiendis periculis
studium haud adeo propter ingentem quandã honoris & glorie cupiditatẽ admi
rabantur. Tam magna vero intolerandis supra corporis vires laboribus pacientia
cũctos stupore conficiebat. erat enĩ corporis habitudine macelentus candidus mol
lisq̃ frequenti capitis dolore vexatus comiciali morbo plerũq̃ obnixius. A quo pri
mum Cordube correptus vt traditur nõ molliciei occasionem ex ipsa fecit egritu
dine quin ex malitia egetudini remedium comparauit. Indomitis nanq̃ viarũ diffi
cultatibus parcitate assiduis vigiliis & durissimis laboribus aduersus morbum di
micans inuictum ac insuperabile tutatus est corpus plurimos somnos vehiculo aut
lectica ducere solitus quietem etiam ad aliquid peragendum reponat interdiu ve
hebatur castella ciuitates & castra obiens assidente illi ex pueris aliquo q̃ eo quo
piam proficiscente subscribendi causa simul adesse solebant pone etiam milite qui

gladium tenebat assistente. Tanta autẽ celeritate itinera conficiebat vt cũ primo
Roma excessit octauo ad vsq Rhodanum die peruenerit. Equitandi vsus ei ex pu
eritia facilis adeo extitit vt reflexis in integrum manibus equũ velocissimis ocita
re cursibus sepe consueuerit. Equo vtebatur insigni pedibus prope humanis & ĩ mo
dum digitorũ vngulis fixis quẽ alterius minime sessoris pacientem primus ascendit.
In ea expeditione exercitationis gratia equitans dictabat epistolas duobꝰ simul li
brariis vel vt Oppius perhibet pluribus abunde suppeditans. Matua amicorũ per
epistolas colloquia primus excogitasse Cesar dicitur. Cum ob negotiorum multi
tudinem & vrbis magnitudinem viuos vrgentiũ causarum affatus haud tẽpus ex
pectaret. Circa victum facilitas vel eo patet inditio q Mediolani apud eius hospi
tem Valerium Leonem Cenas cũ appositis sparagis Valerius pro oleo vnguentũ
instillasset facile cõmanducauit opipare. Idq moleste ferentes increpuit. Eis enĩ
qui hoc improbant inquit ne vti satis esse debuit. Quiq hãc rusticitatẽ arguit non
nisi rusticos esse potest. Olim ex itinere vi tempestatis cuiuspiam casam pauperis ĩ
trare compulsus vt vnicũ ibi cubiculum vnius vis capax inuenit amicis inquit. Ex
honorifico quidem loco decedendum est potentibus ex opportuno autem iis qui ad
uersa tenentur valitudine simulq ibi requiescere iussit Oppium. Ipse vero vna cũ
ceteris in priore tugurii parte apud fores accubuit. Ceterum primũ Cesari in Gal
lia aduersum Heluetios & Tugurinos bellum fuit qui duodecim eorũ vrbibus vi
cisq quadringentis ab se concrematis vlterius per Romanorum terras migrabãt
quemadmodũ antea Cimbri aut Tautones quibus nõ audatia non fortitudine vlla
ex parte inferiores erant. Horũ plane multitudo vniuersa tricentis milibus consta
bat ex quibus centum & nonaginta bellacissimorum erant Labienus a Cesare mis
sus Tugurinos penes Ararim fluuium profligatos atteruit. Cesari vero ad quãdã
sociorum vrbem exercitum agenti de improuiso Heluetii in itinere occurrerunt.
Quos preueniens immunitum quẽdã confugit locũ. Ibi collectis copiis vt primũ
acies instruxit ei adductus equus est. Quo in inspecto hoc inquit post victoriam in
persequendis vtar hostibus Nunc ĩ eos progrediamur simulq impetu facto pedibꝰ
ire cepit. aliquamdiu summa cũ difficultate pulsa hostium acie plurimus circa car
ros vallumq labor extitit. Cum hi nõ solum acres inde pugnarent: verumetiã pue
ri ac mulieres ad necem vsq dimicantes obtruncati sunt. Quam ob causam uix no
cte media finis prelio factus est. Pulcrum me hercule id uictorie facinus fuit. At
longe pulcrius quod adiecit. Centenis nanq barbarorũ militibus qui ex prelio con
fuerãt collectis desertos prius ab se agros uastatasq urbes coli rursus coegit Quod
nõ absq metu ab eo factum esse cõstat ne germani desolata incolis loca transeuntes
occuparent. alterum pro gallis palam cõtra germanos bellum gessit quanq antea
cum eorum rege Ariouisto Rome societatem iniisset. Hi autẽ intollerandi Roma
norũ subfinitimi nõ diutius quieturi uidebantur. quin ad incolendam habitandã
q transirent Galliam. Ceterũ cum prefectos quosdam metu perculsos animaduer
teret presertim qui clari generis adolescentes uoluptatis aut questus gratia secum
in eam proficiscebantur expeditionẽ eos in contionem uocatos abire iussit ne mul
ebres adeo & pauidi in uita susciperent discrimina. Se uero inquit cum decima tan
tũmodo legione barbaros inuasurum cũ ne aduersus fortiores Cimbris hostes nec
deterior Mario dux sit dimicaturus. Quapropter ad eum ex decima legione legati
missi affuere plurimas illi gratias referentes & suorum improbitatẽ prefectorum
exponentes. Dein animosi ac promptissimi omnes facti diebus pluribus eousq sũt
donec stadiis ducentis ĩtra hostium regionem castra posuere Id equidem impetum
Ariouisti magnopere perculsit & audatiam ut qui Romanos ne dũ germanis acies
inferre sed aduersantibus illis ne prestare qdem posse sperarant. Ea igitur res cũ

germanoꝝ perturbasset exercitū longe magis earū obtundebat animos sortilega
rum uaticinia mulierū. que fluuioꝝ cursus uortices strepitūq; coniectantes futu-
ra predicebant: nec eos ante preliū cōmittere sinebant ꝙ noua fulsisset luna. Quod
ubi Cesar accepit quietos germanos inspiciens satius esse duxit trepidātibus con-
gredi ꝙ idoneū illis tempus expectantē sedere. facto itaq; in eoꝝ munitiões tumu-
losq; impetu: non ante stimulare ac incessere destitit ꝙ ira deducti pugnā capesce-
rent. Eis in fugam uersis Cesar stadiis quadringētis adusq; rhenū persequens cā-
pum omnē cadaueribus spoliisq; refersit. Ariouistus cum paucis preuenies Rhenū
traiecit. Cesoꝝ numerū octuaginta milia fuisse perhibēt. His rebus ita confectis
dimissis in sequanis ad hiberna militibus: ipse usque Rome gerebant̄ intentus in
circum padanā descendit Galliā que cōmisse illi prouincie pars erat: Fluuius enim
Rubicon Galliā citeriorē a reliqua disterminat italia. Ibi residēs plebis animos ad
se perliciebat. Nam cū ad eum multi concurrerent vnicuiq; tum postulata ꝑbebat
tum spē ingētē addebat. In ea expeditione haud intellexisse Pompeius videt̄ ꝙ Ce
sar cū ciuium romanoꝝ armis hostes profligaret: cuius hostili victis gaza capiebat
Dein potentissimos Gallorum Belgas & tertiam Gallie partē incolentes defecisse
audiens compluribus secum hominū milibus sub arma coactis ad eos versus immē
sa celeritate contendit. Quos in sociorū Gallorum agris predas conuectātes ador
tus: maxima ex parte turpiter dimicantes fudit ceciditq; ita vt paludes & profun
da quedam flumina per cesorum stragem romanis transitū prebuerint. Quo facto
ex his qui ante defecerant cuncti ferme ad Oceanum vergētes nullo confecto ꝑ-
lio imperata fecerūt. Postea cōtra feracissimos & bellacissimos Neruios duxit ex
ercitum: qui densissimas incolūt siluas. Hi igitur cū in profundissimo nemore fili-
os ac supellectilem ꝙ procul ab hoste collocassent: cū sexaginta milibus armatorū
ꝯtra cesarē repentinos fecerūt impetus quē castra locantē prelioq; abstinētē offen
derunt. Et verso in fugam equitatu septimam ac duodecimā legiones circūuenien
tes vniuersos trucidauere centuriones: ꝙ nisi Cesar correpto scuto & his qui corā
se preliabantur detentis ītra barbaros irruisset ac subinde quodam ex tumulo de-
cima legio per hostilis irrūpens acies periclitanti succurrisset neminem euasurum
incolumen liquet. At virtute Cesaris & audentia supra vires vt dici solet decertan
tes: haud tamen Neruios dare terga coegerunt. Verū fortiter repugnantes obtrū
carunt ex sexagīta enim milibus quingentos euasisse traditur. Ex consularibꝰ aūt
viris qui quadringenti numero erāt tres superfuere incolumes. Hec vbi senatui re
nunciata sunt per sacrificia indictasq; solennitates quindecim dierū supplicatio ꝗn
tum vra in victoria nec dum ī superiori tempore obtigerat: diis immortalibus de
creta est. Nam cū tot in vnum gentes erumperent ingens profecto discrimen in-
gruerat. Victoriam autē eo illustriorem populi fauor & beniuolentia faciebat: ꝙ a
Cesare parta fuerat. Ille Gallie rebus optime dispositis ī cisalpinam hiemauit illinc
res vrbanas apparaturus. Non solum enī qui dignitates & magistratus appetebāt
eo vtentes largitore corrupto illius pecunia populo designabātur & quicqd ipsius
potentiam augeret perficiebāt sed etiam clarissimi & amplissime actoritatis viri
complures ad eū Lucatu peruenerunt. Pompeius Crassus & Sardinie pretor Ap
pius & Nepos Hispanie proconsul. Ita vt lictores centum ac. xx. senatorii ordinis
circiter ducentos fuerunt. Hi consilio constituto decreuerunt Crassum & Pompei
um designare cōsules opportere pecunias Cesari suppeditari & belli administracō
nem in aliud sibi quinquēnium prorogari. Que res a prudentibus iniquissima iudi
cabatur. At qui tam grandē a Cesare pecuniam susceperant: eū indigentem etiā
senatui persuadebant: immo vero ob ea ꝙ decernebāt eo angustiaꝝ senatū redigebat
vt longe magis cogerē viderentur. Cato namq; aberat ita vnde industria missus in

Ciprum. Eius autem secte Fannius cũ nihil reclamando proficeret e foribus prosi
lit multa vociferans in vulgũ aures ĩterim adhibente nemine. Quosdam enĩ Cras
si & Pompei reuerentia deterrebat. Plurimi vero spẽ vite gerẽtes in Cesare ipsius
gratia quiete sedebant. Reuertens iterum Cesar ad exercitũ in Galliam ingens in
ea regione bellum offendit. Duo enĩ maximi germanorum populi quos ipsas tente
ritas appellat ad querendos agros nuper profecti Renum traiecerãt. De bello ad
uersus eos confecto Cesar in suis commentariis scriptum reliquit. Barbaros missis
ad eos legatis cũ inducias egisset eum in itinere adortus. Quapcopter octingẽtos
eorũ equites quinq̃ milia ex Cesarianis ex improuiso in fugam vertisse. Postea mis
sos ad se confestim alios subtexende fraudis gratia. Quibus retentis contra barba
ros exercitum duxisse dementie esse iudicantem vllam tam infidis ac periuris ho
minibus habere fidẽ. Calisius refert Catonẽ cũ ĩ senatu pro ea victoria supplicatio
decerneretur sententiã dixisse vt Cesar hostibus dederetur qui pro ciuitate perfi
diam expiaret & execrationes in auctorem verterent. Ceterum ex his qui transie
rant quadraginta milia ferro cesa paucos remeantes excepere Sugambri. Ea ve
ro germanica natio est hanc nactus Cesar occasionem cũ alioquin glorie cupiditate
duceretur q̃ primus oĩm Rhenũ exercitu traiecisset pontem instruxit Erat per id
tẽporis ĩmensa eius flumĩs latitudo vndis & estu rapidissimi. Ingentes autẽ operi
ictus delata fluuio ligna & trunci infligebãt. Ad quos excipiẽdos vimq̃ simul flu
minis refrenandam Cesar in superiori parte maximas coniugatas trabes prefixit
incredibile prebens spectaculum intra decimũ diem ponte nauato. Tum obuiũ sese
inferente nemine copias traducit prestantissimi germanorũ Sueui se in profundis
simis siluarum conuallibus abdidere Cesar in germania duo de viginti consumptis
diebus postq̃ hostium vicos & edificia incendit amicosq̃ populi ro. ad spem cobor
tatus est se iterũ in Galliam recepit. Dehinc in Britaniam expeditionem agere cõ
tendit. Cuius facti audacia magnam illi gloriam peperit. Primus nanq̃ occiduum
classe ingressus Occeanũ perq̃ Atlantirum pelagus ad belligerandũ transportans
exercitum adnauigare cepit. Incredibilis nanq̃ magnitudinis insulam ex qua non
parum inter scriptores & historicos disceptatum est cum eam non re sed verbo so
lum ac nomine fictam nusq̃ extare contenderent subiugare adortus extra orbẽ ter
rarũ Romanum propagauit imperium. Eo ex continenti Gallie bis adnauigans cũ
maiora hostibus damna q̃ suis emolumenta contulisset. Quid enim ex hominibus
acerbissimo victu & summa laborantibus inopia preciosũ eriperet haud qualem a
nimo ceperat bello finẽ ĩposuit. Acceptis aũt ex rege obsidibus & tributis ex insu
la remeauit. Cũ nauem solueret e Roma littere illi redduntur quibus ab amicis de
morte filie certior fiebat que Pompeio nupta pariens obierat que res & Pompeiũ
& Cesarem magnis affecit luctibus. Amicos autẽ precipua affligebat perturbatio
quoniam cũ cetere reip. partes egrotarent hec ipsa necessitudo que pacem concor
diamq̃ conseruabat soluta defecisset. Infans enim rum paucis matri diebus super
stes fuisset statim vita excessit. Populus Iuliam inuitis tribunis attollens ĩ Marti
um campũ detulit ubi tumulata iacet. Cesar cum ingentes iam haberet copias eas
necessario in diuersa partitus Hiberna in italiam vti consueuerat reuertitur. Cum
interim Galli magnis irrumpentes exercitibꝫ vndiq̃ Romanos milites in ipsis tru
cidãt. Hibernis castraq̃ simul expugnare conantur. Ex his autem qui cum Am
biorige desciverãt. Plurimi & fortissimi. Coctã & Titurũ cũ exercitu obtrũcarãt
Ciceronis legionem sexaginta hominum milia circũ uenientes obsederant. Paulu
lũq̃ abfuẽ quin eos viribus interciperent vniuersis ferme vulneratis. Contra a Ro
manis summa virtute promptissime pugnatum est Hec cum procul absenti nuntia
ta sunt Cesari haud plurimis septem milibus hoĩm in vnum coactis statim rediens

Ciceronem ab obsidione liberare contendit quod minime obsidentes latuit Itaq; p
inde ac omnia directuri contemptu paucitatis occurrunt. Cesar vsq; quaq; consulto
dolosa se fuga subripiens cōmodissimū occupat locū ex quo paucis aduersus plures
preliandi facultas esset ibiq; castra cōmunit. Suis vt ab omni modo abstineant pre
lio edicit. Tum vallum altius educi portasq; obstrui timoris simulatiōe iubet vt se
ductoribus despectū faceret donec dispersos & temerarie subeūtes egrediens Ce
sar fudit & magna ex parte interfecit. Hec victoria multas Gallorum rebelliones
sedauit. Ipse per hiemem quoq; pgrediens ne res innouarentur acutissime proui
debat. Confestim enī ex Italia ad Cesorum supplementū tres ad se legiones venere
duas ex suis mutuante Pompeio aliam ex Cisalpina habito nuper de lectu ɔtraxit
Procul inde ingentis ac periculosi belli primordia que dudum extincta videbātur
potentissimorum virorū inter bellacissimas nationes clandestinus fauor alebat. Id
magnis emicuit viribus. Ingens siquidem armatorum etate florentiū vndiq; mul
titudo cogebatur magne in vnum opes conferebant validissima oppida inaccesse
penitus regiones. Tum Hiberna glacies fluuios tenebat niues saltus obduxerāt cā
pi torrentibus mundabant. Profundissime niues incertas reddebant semitas palu
des & stagnantia flumina vias & cunctos occultabat aditus. Que res Cesarē om
nino ne contra desciscentes quicquā conaretur absterrere posse putabant. Gentes
autem multe defecerant. Ex quibus longe prestātiores Auerni Carnutesq; Tocius
rei summa administratioq; Vertingentorigi demandatur. Huius patrem olim re
gnum affectantem necauē Galli. His partitis plures in partes copiis multisq; pre
fectis ducibus omnem circumadiacentē oram que ad Adriam vsq; vergit sibi con
ciliat. Iam enī Rome contra Cesarem conspirantibꝰ aduersariis vniuersas Gallie ci
uitates ad bellum solicitare meditabatur. Quod si paulopost profecto ad ciuile bel
lum Cesare gessisset nō leuior sane q; Cimbrorum terror occupasset Italiam. at Ce
sar cū ad omnem bellice rei vsum peritissimus tum ad captandas temporis oportu
nitates optime a natura institutus q̄primū cognita defectione predictas īgressus
est vias. Quibus per tam seuam hiemem vi ac celeritate superatis intellexere bar
bari insuperabilem & inuictum bellis exercitum ad se ventitare. Nam quo eius nū
cios aut tabellarios diu penetrasse incredibile iudicatum erat ibi cū totis ɔspectus
est copiis agros vastans vicos diruens oppida funditus euertens. Dehinc receptis
in fidem quos facti pigeret haud destitit quoad Eduorum gentemq; aduersus eū
bellum susceperant deuicit. Hi superiore tempere fratres se Romanoꝝ predicātes
magnificentissimis habebant honoribus. Ea vero tempestate socios se defectionis
asciscentes Cesaris copias vehementer afflixerant. Inde castra mouens in Lingonū
fines transiit vt ad Sequanos in fide amicitiaq; permanentes sese reciperet. Hi ex
Ceteca Gallia Italiam versus incolunt. Ibi eum hostes adorti multis armatoꝝ mili
bus circumueniunt. Quibus congressus terrore diuturno ac fortitudine cōpressis
barbaris: ceteris quidem ī rebus victor euasit. At initio minus prospere dimicasse
visus est. Siquidem Auerni suspensum in templo gladiū commonstrant tanq; cap
tum ex Cesare spolium: is quem posteriori tempore conspicatus subrisit. Cūq; inde
trahere illum amici iuberent: nequaq; permisit q; rem sacram existimaret. Ceterū
complurimi vna cū imperatore fugientes in Alesiam sese vrbem recepere. Eam de
hinc obsidēti Cesari cū ob murorum altitudinē & ingentem repugnantiū numerū
capi posse desperaretur: quouis consilio & ratione maius extrinsecus discrimen in
cubuit. Trecenta enī armatorum milia Alexiam aduentabāt cū intra vrbem haud
pauciora centum ac septuaginta bellatorum milibus versarentur. Quamobrē ītra
ingens adeo bellum deprehensus & obsessus Cesar: geminos obiicere muros cōpul
sus est. Alterum contra vrbem: alterum contra hostis aduentū: Si enim he vtrinq;

geniangerentur copie profecto de rebus Cesaris actũ esset. Nõ ab re igit̃ in eo pre
lio quod apud Alexiam gestum est: maximam adeptus est gloriam in quo maiora
profecto ꝙ vspiam audentie & fortitudinis opera egregie dimicando declarauit.
Precipua vero admiratione prosequendũ est. latuisse oppidanos: cum Cesar cũ tot
milibus exterius Marte collato palmã reportarit: imo vero nec victoriã ipsos ꝑus
intellexisse Romanos qui obiectum vrbi murũ pro statione tenebant ꝙ oppidanoꝝ
luctum & plangẽtes se mulieres audissent. Cũ altera ex muri parte preditos auro
& argento clipeos respersos cruore toracas gallica tentoria paterasqꝫ a Romanis in
castra deferri cernerẽt. Adeo mature tantus exercitus velud in somniũ quoddam
aut simulacrum euanuit ad internitionem profligatus & maxima ex parte pugnã
do deletus. Qui alexiam tenebant post multa sibi Cesariqꝫ illata detrimenta tandẽ
sese dedere. Totius autẽ belli dux at imperator Vertingentorix pulcerrima indu
tus arma ornatissimeqꝫ delatus equo desiliit & deiectis armis ad Cesaris pedes ta
citus sedit donec triũpho destinatus custodie traderetur Cesar de Pompei destru
ctione sicut & Pompeius de sua dudum mente conceperat Crasso enĩ qui amboꝝ
medius insederat: apud Parthos interfecto reliquum erat vt alter augẽde gratia
dignitatis amplissimũ iam factum deleret alter quominus id pateret eũ quem ꝑ
timescebat matura preoccuparet ruina Quanqꝫ id Pompeius haud magnopere for
midare videbatur: vsqꝫ adeo Cesarem despicatum habẽs quasi vero nõ arduũ opus
esset quem ad tantũ extulisset fastigium denuo in stragem pernitiemqꝫ detrahere
At principio Cesar contra aduersarios hoc inito consilio procul sese cõstituit & mo
re pugilis per Gallorũ prelia vsũ ac exercitationẽ vendicans & potentiam simul in
struxit & rebus ab se cõfectis suam auxit gloriam. Quibus elatus sese magnificis
Pompei gestis adequarat occasionem tum ex ipso Pompeio tum ex seua Romane
reip. tempestate nactus. Nam qui honores principatusqꝫ patebãt omni abiecta ꝓ
sus verecundia epulum publice largitionesqꝫ distribuebant in populũ. Quapropt
corruptũ mercede populum ad comitia descendentẽ cerneres nõ suffragiis sed ar
cu gladio fundaqꝫ ꝓ largitore decertãtem & tribunalia sepenumero sanguine cada
ueribusqꝫ fedantẽ rem inter se petulãtissime decernere. Cũ interim ciuitas ãmisso
rectore sicuti nauis relicto clauo fluctuãs agitaretur. Idcirco qui animo & ratione
valebant satis fore existimabant si ex ea hominũ insania & tanta rerũ tẽpestate ni
hil truculentius ꝙ monarhia tantisper emergeret. Erant qui asseuerare publice au
derent nullo pacto nisi delato ad vnius arbitriũ prĩcipatu curari medicariue remp.
posse. Ei vero medelam ex benignissimo medico adhiberi oportere. Pompeium insi
nuantes. At ille bellissimis quidẽ verbis repudians re magnopere satagebat vt di
ctator crearetur. Qui cũ Catone consentiebant de eo solo consule designando ad se
natum retulere. Vt cũ iustioris appellationis singularem haberet prĩcipatũ de adi
piscenda dictatura nequaqꝫ viribus contenderet pleriqꝫ de proroganda illi prouinci
aꝝ administratione decernebat duas enĩ obtinebat Hispanias & vniuersam Africã
quã per legatos administrabat. Ad alendos preterea exercitus mille quotannis
talenta ex erario sumebat. Tum Cesar qui consulatũ pro eo peterẽt & suaꝝ quoqꝫ
prouintiarum tempus dilatandum impetrarent misit. Initio quidem tacente Pom
peio. Marcellus & Lentulus alioquin odio Cesarem insectantes aduersari ceperũt
& Cesaris tantũ ignominie ac decoris auidi necessariis haud necessaria adhibebãt
Colonis enim quos nuper Cesar nouũ Gallie comum deduxerat ciuitatẽ adimere
conabatur. Ex quibꝫ cũ Decurio quispiam Rome versaretur: eum cos. Marcellus
virgis pulsauit ea se illi adiecisse prefatus insignia vt se ciuem Romanum nequaqꝫ
esse intelligeret. Cũqꝫ descederet vt illa Cesari cõmonstraret imperauit: Postea Ce
sar vberrimas Gallorũ diuitias per omnes passim magistratus hauriẽdas dimittẽs

Cesar

Curionem tribunū plebis grandi fenore obstrictum liberauit. Paulo q̃z cōsuli mille
& quingenta sextertia prebuit. Ex quibus nobilissimam ille in foro basilicā fulue
dicatā extruxit. Eos ita consentiētes veritus Pompeius iam ipse cū amicis palam
vt Cesari succederetur efficiebat: quosq̃z illi ad bellum Gallicū cōmodarat milites
repecijt. Eos misit Cesar ducentis & quinquaginta viritim donatos dragmis qui
bos ad Pompeium deducendos acceperant immites ac malignas de Cesare voces ī
vulgus spargere Pompeiū manu spe corrumpere eū Cesarianis militibus magno
desiderio esse. Cumq̃z Rome ob gliscentem in rep. iniuriam egre rerum potiatur
illic paratas profecto copias habiturū. Moxq̃z ubi in Italiam transcenderint eū se
ctaturas Adeo illis Cesarem multitudine preliorū odio esse & ingentē insuper me
tu regni susceptionem cōtraxisse. Has ob res demollitus Pompeius perinde ac ni
hil pertimesceret de comparandis exercitibus negligētius agebat verū nunc oraci
onibus nunc sententiis aduersum Cesarem inuehebatur Que Cesar nihilipendisse
traditur quin missus ab eo Romam Centurio quidā cum stans pro foribꝰ curie tē
pus imperii minime a senatu Cesari prorogari cognouisset concusso manu gladii Ca
pulo hic prorogābit inquit. Verum enī vero Cesaris postulatio clarissimam prefe
rebat equitatem. Se enim arma depositurum idem faciente Pompeio vtrūq̃z pua
tum boni quippiam a ciuibus consecuturū. At indignum esse vt detractis sibi co
piis Pompeio vires confirmanē Cūq̃z alterum tirannum insimulent alterum tiran
num instruant Hec Curio pro Cesare obtestatus ad populum prospicuis exceptus
est plausibus. Tum florentes in eū coronas veluti fortissimum pugilem iniecerūt.
Postea super hisce rebus littere deferuntur a Cesare quas tribunus plebis Anto
nius ad populum extulit & per consules recitauit. Socer Pompei Scipio sententiā
dixit in Senatu vt nisi Cesar ad diem certā arma deposuisset hostis a senatu pnun
ciaretur rogantibus sententias consulibus nunquid exercitum a Pompeio dimitti
oportere censeretur: subinde nunquid a Cesare illi quidē voci pauci admodū huic
admodum paucis dūtaxat exceptis cuncti assensere. Deprecante insuper Antonio
vt magistratum vterq̃z deponeret plane vniuersi concessere. At violentius agente
Scipione & vociferante Lentulo consule aduersus latronē nō suffragiis sed armis
opus esse. Dimissus est Senatus: Dehinc ob intestine seditionis merorem obsoleta
vestis īduta delatis a Cesare litteris quibꝰ modesta satis deprecabatē. Petebat enī
vt omissis ceteris Cisalpina tantum Gallia. Illiricūq̃z sibi cū duabus legionibus usq̃z
ad secundi peticionem consulatus concederetur. Cicero quidem orator nuper ex Ci
licia reuersus vtriusq̃z amicos concilians Pompeium mittigare nō desistebat. Qui
cū cetera concederet exercitus illi denegabat Cicero quoq̃z Cesaris amicos indux
erat vt predictis contenti prouintiis & sex tatūmodo milibus militum in pacem a
micitiamq̃z conciliarentur. Inclinante Pompeio qui cum consule Lentulo conspira
bant nequaq̃z sciuere Antoniumq̃z & Curionem e curia propulsantes summa cū ig
nominia ex vrbe eiecerunt. Que res bellissimā atq̃z honestissimam Cesari occasionē
pretextumq̃z attulit vnde suoꝝ animos militum accenderet cum elegantissimos vi
ros atq̃z pricipes ostenderet seruili veste meritoria redda fugisse coactos. Eo nāq̃z
habitu occultati per metum Roma excesserant. Erant cū Cesare nō sane plures e
quibus tricentis militum vero quinq̃z milibus. Miserat autē qui relictum trans al
pes exercitum ad se deducerent. Cumq̃z ad earū rerum initium ac impetum quas
moliebatur haud in presentiarum magna opus esse manu cerneret quin terrore po
tius & audatia & temporis celeritate suscipiēdam rem esse vt qui pauorem citius
q̃z vllam afferre vim posse crederetur paratus accedens duces quidē ac Centurio
nes absq̃z reliqua armatura solos tenētes gladios permisit qui Ariminum magnam

extra Galliam ciuitatem occuparent a cedibus & tumultu q̄ maxime possent abstinentes. Traditis Hortensio cohortibus ipse in publico quidē diem exigens spectaculo quo gladiatoriū munus edebatur interfuit. Vespere autem curato paulisper corpore tricliniū ingressus cū conuiuis discubuit. Vbi paululum immoratus in multam iam noctem exurgens quosdam ex amicis benigne allocutus vt se mox reuersurum prestolarentur edixit: ceteris vt per diuersa consectarentur prefatus Ipse meritoriū quoddam ascendens vehiculum aliam primo viam ingressus Dehic Ariminū versus flexit iter. Ventum erat ad fluuiū Rubiconem qui citeriorē vt diximus Galliam a reliqua disterminat Italia. Ibi reputās se prope grauissima ferri & iam ausurum maxime cursum compescuit diu secum tacitus animū cogitationeq; circumferebat. Plurima tamen consilia deliberationesq; permutans cū astantibus amicis ex quibus Asinius Pollio erat compl'ura disceptans animaduertensq; quot malorum initium vniuersis hominibus ipse allaturus esset transitus quantū insuper de eo relicturi sermones sint. Deniq; impetu quodam animi perinde ac ex futuri cogitatione dimissus cū id quod incertos ac audaces subeūtibus casus vulgo exordium esse solet. Iacta sit alea dixisset flumen traiecit. Dehinc aduolans nōdum illucescente die Ariminum ingressus occupat nocte quam insecutus est Rubiconis transitus impium vidisse traditur in somniū. Existimauit enī per quietē infando se matri permiscuisse cōcubitu. Capto Arimino iāq; latissimis belli portis terra mariq; patefactis confusis prouintie terminis patrie legibus perturbatis: nō vt alias viros & mulieres pauore consternatos Italiam peragrare putares. At totas ciuitates p̄ prius exilientes sedibus: mutua fuga distrahere Roma confugiētibus eo vndiq; finitimis & vndarum instar commigrantibus referta neq; facile parere pricipi neq; vlla ratione detineri At parum abesse quin in tanta procelle conquassatione ex se ipsa submersa concideret. Contrarii nanq; affectus ac violenti motus omnē detinebant locum. Nec enim qui leticia gesciebant quietem agebāt. Verum quos formidine ac merore confectos aspicerent illis persepe audacissime insultantes de rerum vrbanarū euentu longas contentiones actitabāt. Pompeium alioquin attonitū aliis aliis sermonibus perturbabant: eū nanq; penas dare qui contra se ac remp. Cesaris vires auxisset. Alii acrius increpabant q cum Cesar ex sua voluntate cederet & modestas pacis conditiones afferret Lentulū per insolentiam restitisse permisisset Tum Faonius eum terram pedibus pulsare iubebat. Is enī antea vt omnem de apparatu belli curam ac sollicitudinem patribus demeret per quandā magniloquētiā ita in Senatu iactauerat cū solum pede pulsauero plenam exercitibus omnē reddā Italiam. Eo autem tempore maiores Pompeio q̄ Cesari copie aderant sed virū vti suis consiliis nemo sinebat. Itaq; cū falsi vndiq; rumores ac metus ingruerent ꝑinde ac instāte & cuncta occupante iam bello cedens simulq; omniū ruina eiectus & impetu turbationem rerū videre statuit. Quo circa vrbe decedens Senatui se sequi iussit. Nec qui patrie libertatem q̄ tirannidem malit manere quemq̄ iā. Ita cōsules nec peractis ante digressum de more sacrificiis fuga se surripuere Cōplurimi etiā consulares viri perinde ac alienis quicquid occurrisset raptim acceptis effugiebāt Nōnulli Cesarianarū partium quanq; nihil ad eos tantus rerū attinere impetus tamen animi consternatione cōpulsi vna efferebantur. Miseranda vero ciuitatis facies erat. Cū desperantibus in tanta tempestate gubernatoribus sicuti nauis quedā ad omnem preceps casū deferebatur. Ex qua cum miserabilis adeo hominū commigratio fieret: fugam tamen ac exilium presente Pompeio patrios lares & cōmune domicilium existimabant. Romam vero tanq̄ Cesaris castra reliquerant. Tunc Labienus maxima Cesari deuinctus amicitia q bello Gallico legatus fortissime decertauit ab eo trāsfugit ad Pompeiū. Qua re cognita Cesar ei pecunias sarcinasq;

Cesar 3 + 6

trāsmisit. Aggressus deinde Corfiniū quod Domitius trigīta ꝑfectus cohortiū presidio tenebat ibi metatus est. Domitius cū desperatis rebus ab eius medico ser no quidem venenū poposcisset datum illico tāq̄ moriturus hausit. Paulopost vt ad mirabilem Cesaris humanitatē qua erga captos vtebatur audiuit se ipsū lugere & consilii celeritate improbare cepit. Eum vero consulante medico quoniā nō mortiferam sed somniferam potionem hausisset: alacer emicans ad Cesarem contendit. Cuius dexteram amplexatus denuo se contulit ad Pompeium. Que Rome nuntiata tantam attulere voluptatem vt quosdam ex fuga reuocarint. Cesar acceptis Domitii cohortibus ac ceteris qui per oppida Pompei nomine habebant delectibus iā potens iam timēdus Pompeiū persequi statuit. Quid haud expectato belli impetu Brundusium confugit: premittens deinde cū copiis Dirachium cōsules paulopost vt aduentare Cesarem audiuit nauibus euasit quemadmodū in eius rebus conscribendis singulatim explicabimus. Eum mox insectari conatus defectu classis abstitit. Dehinc Romam conuersus diebus sexaginta nullo cruore profuso cunctā in potestatem redegit Italiam. Rome cuius pacatiorem q̄ sperauerāt statum inuenerāt multi obuersabantur Senatores ad quos benignissima & populari habita oratione de mittendis ad Pompeiū legatis pro pace ac modestis eius postulatis exortatus ē Cui neminem paruisse constat seu desertum ab se Pompeium reformidarent seu nō ita velle Cesarem cogitarent quāuis speciosa verborū vteretur venustate. Ei postmodū pecunias erario demere conati impedimento affuit Metellus tribunus plebis cui leges afferenti nō idem armorum ac legū tempus est inquit q̄ si has ipse res equo animo ferre nō potes in presentia quidem procul abscede Nec enī huiusmodi loquendi fiducia belū indiget. At cū peractis federibus arma deposuerimus tunc rediens te plebis patronū ages. Hec tibi meo decedens iure loquor. Nam cum te reliquosq̄ mihi aduersarios ceperim omnes mei iuris factos liquet Hec. Metello locutus ad erarii se portas contulit Apparentibus nusq̄ clauibus fabros accersit q̄bus portas effringere iussis. Metellus iterum quibusdam collaudantibus incitatus obstare cepit. Cui si nō molestus esse pergeret necem comminatus Cesar istud iquit nonne scis adolescētule longe mihi difficilius esse dicere q̄ facere Quo dicto pterritus Metellus abiit. Et cetera necessariis bellorū ministeriis statim prebita. In primus Hispaniensem expeditionem egit vt inde Affranium & Varronem Pompei legatos expelleret. Et redactis in potestatem copiis atq̄ prouinciis cum nullū post terga reliquisset hostem Pompeium inuaderet. Ibi plura insidias subigens corporis discrimina q̄uis ingenti fame vexaretur exercitus: non ante destitit q̄ nunc hostē insequens nunc ad pugnam prouocans aut fossa circomagēs castris potitus copias quoq̄ in deditionem acceperit. Duces autem sese ad Pompeium fuga receperunt. Reuersū romā Cesarē socer eius Piso rogare cepit vt ad Pompeiū legatos ꝓ pace mitteret. Qua in re obsecundans resari cōtradixit. Isauricus tunc dictator a Senatu creatus exules reduxit. Eorum etiā qui Sillana tempestate proscripti sunt filios admisit ad honores. Abscissa fenoris parte debitoribus magnū detraxisse onus visus est. Talia quedam populariter attingens intra diem vndecimam deposita dictatura se consulem ac Seruilium designauit. Tunc ad exercitū conuersus reliquas in itinere post se dimittens copias sexcentos delegit equites & legiones quinq̄. Instabat hibernum tunc solsticium circiter Idus Ianuarii quē ab Atheniensibus Posideonem appellatum dixerim. Cum is igitur Ionium transfretans sinum Oricum & Apoloniā capit. Naues deīde ad traiciendos milites q tardiores ī itinere erant Brundusium remisit hi quādiu iter habebant Cesarem maledictis incessebāt vt qui effeto iam corpore ad tantam hostium ac bellorum multitudinē debilitati cederet Quē tandē nobis modū vir iste ɔstituit q̄s in omni laborū vsu perinde ac domitos

& immortalis circũagit. Defatigatũ vulneribus iam femur est quenam torati aut
clipeo in tanta diuturnitate requies. Nõne Cesar se imperare mortalibꝰ nosq; mor
tis casibus & doloris subiicere vel ex ipsis vulneribus animaduertit. Hibernos ve
ro dies cũ mare flatus agitant nec deus ipse violauerit. At Cesar nõ sicuti hostem
persequens sed fugiens aperta suscipit pericula. Talia dicentes Lente Brundusiũ
ibant. Eo cũ peruenissent transfretasse Cesarem compertentes: permutata confe
stim sententia se ipsos incusare se imperatoris proditores appellare. Tum vero pre
fectos carpere qui nõ iter ocius sollicitauerint. Celsis itaq; sedentes in collibus: nũc
pelagus nunc continentem prospectabant si naues vspiam quibus ad eũ trancerent
occurrebãt. Cesar apollonie cõmorans vbi satis copiarum quibus preliũ capesceret
sibi deesse: ceterasq; ex Italia lente subsequi cernit in magna recũ ambiguitate con
flictatus graue & periculosũ init consilium. Nam cũ tantis hostium classibus ma
re teneretur: conscionem ire paruam remorũ duodecim schapham ingressus Brun
dusium transire decreuit. Nocte igitur clanculum seruile ascendens habitu se vt vi
lissimũ quempiam tacitus abiecit. Amno flumine nauigium ad mare vsq; delatũ
est. Solet is cũ matutina spirante aura fluctum longe repellat circa hostium tran
quillus illabi. Ea vero nocte ingens ex pontho ventus perflarat a quo extincta rese
derat aura. Ceterum cũ aduersum procellas ac tempestatem acrius flumen irrum
peret: ingens attollebatur sonitus & rapidi confligerant vortices. Quamobrẽ gu
bernator postq; nulla vi superare retrocedere statuit. Itaq; nautis vt remigationẽ
permutarent iusserat. Quod vbi persensit Cesar seipsum detexit apprehensa deĩde
gubernatoris dextra qui ad eius obstupuerat aspectũ. perge inquit generose perge
aude nec extimesce quicq; Cesarem vehis ac Cesaris fortunam nauigationis comi
tem. Tum obliti tempestatis remiges innixi remis promptissime fluminis impetũ
superare contendunt. Quod vt frustra conati sunt Cesar multis obrutus fluctibus
& ĩ ipso fluminis hostio magnis susceptis periculis gubernatori vt rediret inuitus
admodum concessit. Et postmodum ad suos reuertenti multis querimoniis tristes
occurrere milites: affligi se magnopere nisi per se solos victoriam adipisci sat psua
sũ habeat ac dolore angatur & absentium causa tanta petat discrimina quasi par
uam presentibus fiduciã gerat. Interim Antonius transmissis ex Brundusio copiis
aderat. Quibus factus audentior Cesar Pompeium prouocat commodissime in eta
tum vt cui terrestres ac Maritimi cõmeatus habunde suppeterent. Principio Ce
sar cũ haud magnam inter copiam degeret: postea maxima necessariorũ opprime
batur inopia. Interea milites radicem quandã auellebant & cõmixta lacte vescebãt
Interdum ex ea panes inter hostiũ stationes pretercurrentes iniciebant addebãtq;
se quo ad huiusmodi radires terra produceret obsidionẽ Pompeii nõ derelicturos.
Eos autem & panes & sermones in vulgus proferri Pompeius vetuit ne suorum a
nimos refringerent qui hostium immanitatem pertinacemq; tolerantiam sicuti fe
rarum exhorrescerent quotidie circa Pompei vallum tumultuarie fiebant pugne
cunctis Cesar victor interierat vna duntaxat excepta in qua fusis magna ex parte
suis summo cũ periculo propemodum totum amisit exercitum Acies enĩ inferente
Pompeio perstare contra nullus valuit. Replete cesis fosse nõnulli circa vallum &
castra passim fugiẽtes cedebant qbus occurrens Cesar fugã in hostẽ cõuertere fru
stra conatus est. Signa etiã corripiẽti reiecerunt signiferi Duo igitur & triginta
in hostiũ potestatẽ venerunt ipse ne interficeretur parũ abfuit Nã cũ procera sta
tura & robustissimo corpore virũ penes se fugientẽ iniecta manu cõsistere & ĩ hostẽ
cõuerti iussisset Ille terore grauissimo pturbatꝰ eũ gladio vulnerare molitꝰ est. Ictũ
autẽ Cesaris scutifer occupat eius abscidẽs humerũ Adeo vero suaꝝ desperationẽ
rerũ ceperat vt eũ Pompeius priusq; tam magne rei extremam adiiceret manum

Cesar

seu pietate seu casu retardatus suos in castra reduxisset. Cesar amicis discedens in
quit: hodie penes hostem victoria fuisset si vincentem habuissent. Inde tentorium
ingressus accubuit vbi mestissimã exegit noctem cũ animaduertisset q̃ improban
da vteret̃ militia qui fertilissime regioni & opulẽtissimis Thesalie & Macedonie
ciuitatibus vicinis illic dispergi ac vagari hostes sineret. Et cũ aduersarii late ma
ria classibus tenebant: hic sederat in litore verius ab necessariorũ penuria obsessus
q̃ armis obsidens. Tanta igitur inopia & presentiũ grauitate distractus cõtra Sci
pionem castra mouit: quẽ in Macedoniam iter agere cognouerat. Ita enĩ aut Pom
peiũ elicere vbi Maritimo pariter destitutus cõmeatu pugnam cõmitteret aut de
solatum subsidio Scipionem opprimere. Ea res Pompei exercitum reliquosq; pre-
fectos exciuit vt perinde ac victũ fugiẽtemq; Cesarẽ sequerentur. Pompeius nãq;
pro talibus pugnam detractabat & reb9 suis vniuersis optime preparatis vires ho
stium perbreuis quidem hostium futuras tẽpore conteri debilitariq; censebat. Bel
lacissime enim Cesaris copie cũ militarem quidem scientiam & indomitã dimicãdu
fortitudinem haberent tantis erroribus labore castrensi oppidorũ expugnationib9
nocturnisq; vigiliis defatigate ac senio confecte erant etiam corpore graues & per
ferendis laboribus imbecilles promptitudinẽ & audaciam amiserant. Tum etiã
pestilens quidam morbus ab immanissimo victu creatus: Cesaris castra vexari tra
debatur. Quodq; vehementissimũ erat cum neq; pecuniis polleret neq; cibaria satis
ad essent: mature per se perituros cẽsebatur. He res a cõmittenda pugna Pompeiũ
abstrahebãt. Quod solus vt ciuibus pareretur collaudabat Cato qui vt hostes cir
citer mille prelio cecidisse conspexit caput obuoluẽs effusis secessit lacrimis. Ceteri
detractantem pugnam Pompeium maledictis incessebant Eum Agamenonem &
regũ regem vocitantes vt qui deponere recusaret imperium & tot se stipatum du-
cibus eius quotidie tabernaculũ adeuntibus gloriaret̃. Fauonius quandã Catonis
licentiam assecutus insaniens ferme excruciebatur O indignum facinus inq̃t si eo
anno ob studium cupiditatemq; imperãdi Pompei ne Tusculanas esse ficus liceret
Affranius quoq; is enim ex Hispania nuper aduenerat cũ re male gesta exercitum
pecunia prodidisse criminaretur: rogauit cur nõ aduersus eum depugnarent mer-
catorem quem ab se prouintias mercatum assererent. Hisce omĩbus compulsus ad
dimicandum Pompeius inuitus quidem Cesarem persequi statuit. Qui reliquum
iter grauissimo labore confecerat cũ ob acceptam nuper suorum iacturã & sibi cõ-
meatus inhiberentur & omĩbus esset contemptui. Vt vero Comphos Thesalie op
pidum cepit nõ modo exercitum aluit verumetiam ab egretudine liberatũ mira-
bili quodãmodo reddidit ingentem nanq; vini affluentiam nacti cũ largissime potas
sent: immodestis per vias saltibus debacchabant̃. Vnde reiecto ac propulsato lango
re alterã subinde corporis habitudinem receperunt. Ingressi postmodũ ambo phar
saliam castra locant vbi Pompeius ad pristinum rursus consilium mẽtem reflexit
cũ minus prospera illi occurrerent signa pariter & insomnia Inter cetera cernere
se existimanti suo se in theatro magnis Romanoꝝ plausibus excipi. Nonnulli suorũ
iam spe victoriam adepti eo temeritatis peruenerant vt inter se de Cesaris ponti-
ficatu contenderent. Domitius Spinter ac Scipio multos Romam premiserant q
consulares ac pretorias domos conducerent: perinde ac post bellum continuo ma-
gistratum inituri. Precipua vero dimicandi cupiditate flagrabant equites lucidis
simis armis insignes saturis prouecti equis. Preterea speciosis corporibus & mul-
titudine presertim elati. Septem nanq; milia contra mille Cesaris erant: Nec vero
par peditum numerus: quippe quadraginta quinq; milia contra viginti duo instru
ebantur. Cesar conuocatis ad cõtionem militibus duas ad nos inquit legiones Cor
nificius ducit quem haud procul abesse scio. Quidecim sub Caleno cohortes circa

Megaras & Athenas resident Hos re operiri an soli preliari mauultis. Tūc subla
tis uocibus ne opperiretur supplices orauere quin confestim vt cū hoste cōgrediāt
q̄ instructissimas arte locaret acies. Lustranti subinde exercitum cum primū im
molasset hostiam Ariolus triduo inquit rem cum hoste bello decernes. Percūctāte
deinde Cesare: siquem letum cōspicarer̄ euentū: tu tibi melius respondebis inquit
Magnā namq; status permutationem ac rerū prolapsum dii tibi protēdūt. Itaq;
si te in presentia felicem existimas deteriorē expecta fortunā Sin infelicem presto
lare secundam. Nocte quam insecutū est prelium circa noctis mediū stationes ob
eūti celestis fulgor ignis apparuit qui desuper uolitās ut supra castra Cesaris ast
tit late flammatior factus intra Pompeii uallū decidisse uisus est Matutina autē
uigilia intra hostilē exercitum ingens sed incertus sentiri ceptus tumultus. Cesar
tamen haud ea se die pugnam commissurū crediderat: vecum & Scotusam castra
mouerat: cū solutis iam tentoriis premissi speculatores hostes ad preliū descēdere
nuntiant. Ea re letus admodum Cesar diis primum adoratis phalangem instruxit
triplicem componens aciem: media quidem acie Caluinū: Domitiū sinistro cornu
Antonium dextro se constituit: in decima legione prelium initurus. Cōtra hoc col
locatos cernens hostium equites: eorum numerū ac splēdorē ueritus ex posteriori
acie sex clāculū uenire cohortes iussit: quas post dextrū dispositas cornu quid opus
esset facto premonuit: cū aduersariorū aduētaret equitatus: dextrum cornu Pom
peius: sinistrum habebat Domitius. Medio socer eius preerat Scipio. Totum uero
pondus equitum ad sinistrum confluxerat cornu vt dextro hostiū circūuento: egiā
circa ducem fugam ac stragem efficerent. Nulla enim uel confortissime phalangis
arma obluctari posse quin omnia oppugnātes obterrerent: cum tantus simul equi
tum irrueret impetus Cum utrinq; cōcurrēti signa danda essent: Pompeius suis
precipit ut stātes & densa manentes serie: hostilem in cursum ac iactus donec intra
pili iactum essent exciperent. Qua quidem in re Cesar errasse Pompeiū asserit ig
narum nī quemadmodū feriendo & ita initio confligēdo magis vires impetu &
cursibus adici & perinde ac flatibus exercitos omni ex parte succendi. Cesar cum
aciem moturus progrederet̄ fidissimū vsq; quaq; Centurionē suos ad strenue dimi
candum exortantem cernit. Quo nomine compellato. Quid spei nobis: aut quidnā
audemus inquit. C. Crastine: Tum Crastinus dexteram protēdens magno clamo
re: clarissime vincemus o C Cesar ait. Me enī hodie vel viuum vel mortuū collau
dabis. Hec cū dixisset centū & viginti secum milites trahens primus in hostes p
currit. Interfectisq; ab eo prioribus vlterius magna cū strage violentus irrumpens
obtruncatur gladio per os transuerberatus ita vt cuspis per uerutos aduersi pmi
neret occipitis. Confligentibus ita in medium peditibus iamq; prelium ex cornu in
euntibus Pompeiani eqtes turmas pertinacissime adigunt vt dextrū Cesaris cor
nu circuirent. at priusq; cōgrederētur immisse a Cesare cohortes procurrere Nec
vt ante solebant pila iactare verum oculos & vultus obnixe ferire. Ita enī a Cesare
premoniti. Eos namq; iuuenes coma & etatis flore decoros parum bellis ac vulne
ribus assuetos tales maxime plagas deuitaturos nec expectaturos in presentia scīā
simul & discrimen & oris difformitates reformidēt. Quod haud secus accidit. Ve
hementia enī tela ne sustinere quidem poterant vtq; ferrū ante oculos versari cer
nebant omnem protinus exuentes audaciam auertebant̄ simulq; vt vultibus parce
retur capita velabant. Hi deniq; hunc in modū turbati: fuge terga vertentes tur
pissimam in cunctos edidere stragem. Confestim enī eorū victores circūuento pe
ditatu a tergo inuadētes obtruncāt. Parte alia Pompeius vt dispersos fuga vidit
equites nō amplius ille qui quondam erat nec se magnum esse meminerat verū p
inde ac deo aduersante vecors & diuina superatus victoria obstupuit. Tum nullis

Cæsar

emissis vocibus pugna excedens in tabernaculum se contulit: Ibi consedens euētū
expectans quoad cunctis iam in fugā versis hostis vallum ascenderet & contra eos
q̄ custodie relicti erant: dimicaret Tū quasi mentis cōpos factus hanc solā vt ferūt
emittens vocem Igitur & ad castra Paludamentum & imperatoria exuit insignia:
Sumptoq; subinde fucatus amictu discessit. Qua autem imposterū vsus fortuna q̄
ne pacto se conferens ad egiptios interfectus sit: de eo conscribentes ostendimus.
Cesar Pompei castris potitus cū strata hominū cadauera aliosq; insuper necare cō
spicaretur suspirans inquit hoc voluerunt huc me necessitatis adduxerunt vt .C.
Cesar maximis confectis bellis si exercitus dimisissem condemnatus vtiq; forem.
Hec asinius Pollio eo tempore a Cesare latinis quidē verbis pronunciata. ab eo au
tem grece conscripta refert. Ex his qui in castrorum expugnatione perempti sunt
maximum seruorū numerum extitisse dicit. Ex militibus quoq; nō plures sex mili
bus cecidisse. Qui viui in deditionem recepti sunt plurimi i legiones promiscue re
dacti. Complurimis quoq; clarissimis viris veniam dedit. Ex quibus Brutus exti-
tit a quo posteriori tempore occisus est quo primum nō comparante acriter indo-
luisse Cesar dicitur. Cūq; postmodum incolumis ad se peruenisset summam cepisse
leticiam. Eius victorie complurima memorantur signa ad clarissimū est qđ Tralli
bus obtigit in templo victorie Cesaris erat statua circa quam locus natura solidus
& durissimo de super instratus lapide. Ex eo penes statue basim palma fertur exor
ta Pathaui. C. Cornelius augurali scientia preditus. Liuii quoq; historici conter
raneus ac familiaris ea die cū ad captanda sedisset auguria primū vt Liuius dicit
pugne tēpus agnoscens astantibus inquit iam res ipsa ɔficit iam viri opus ineunt
Iterum ad auspicium conuersus & signa contēplatus more Limphatis exilit. Tū
vociferans vincis ait Cesar. Ea res cū vehementem astantibus stuporē incussisset
ille detractam capiti coronam nō ante repositurum adiuratus est: q̄ res arti testi-
moniū adstipularetur: hec quidem Liuius ita gesta constanter affirmat. Cesar ob
victorie premiū Thessalis libertate donatis persequi Pompeium statuit. Dehīc at-
tingens Asiam Theopompi gratia qui in vnum fabulas coegit Gnidus libertatem
impartiuit omnibus Asiam colentibus tertia tributorum parte remissa. Post occi-
sum Pompeium profectus alexandriā Cū Theodotus ei Pompei caput attulisset p
summū studium auertit hominē. accepto aūt anulo multas effudit lacrimas. Quot
cūq; etiam illius socii ac familiares eā peragrantes venerunt in potestatem vniuer-
sos benificentia ac liberalitate prosequens magna sibi caritate conciliauit Romam
ad amicos scribens maximū & iocundissimum colligere se fructū dicebat: q̄ ciues
quos aduersarios sibi semper habuerat conseruaret. Bellum allexandrinū fuit qdē
nulla necessitate sed amore Cleopatre cū magno ipsius discrimine ac dedecore ge-
stum asserunt. Quidam in regios homines & potissimum in Eunuchum Photinū
causas conferunt qui plurimū potens occiso nuper a se Pompeio eiecta Cleopatra
clandestinas insuper Cesari tenebat insidias. Quapropter eū custodie corporis gra
tia nocturnas in conuiuiis vigilias ex eo inchoasse tempore commemorant. Photi-
nus cū nihil in Cesarem moliri palam sufferret multa in eū conuicus & inuidia ple-
na dicebat faciebatq;. Militibus nanq; deterrimum ac vetustissimū dispariens tri-
ticum tolerare aiebat & equo ferre animo aliena obligurientes bona. Vasis preterea
ligneis & fictilibus ad conuiuia vtebatur quod cuiuspiam gratia crediti aurea &
argentea cuncta Cesarem intercepisse diceret Regis enī pater mille septingentis
quinquaginta Miriadas Cesari debebat. Ex quibus cū reliquas antea Cesar quidē
filiis remisisset mille tantum vnde exercitum aleret receperat. Hortante deinde
Photino vt in presentiarū discedens magnificas res adoriretur cū omniū postmodū
gratia remeaturus egiptiorū sibi consilio minime opus esse respondit continuoq;

e regione clanculum Cleopatram accersit. Ea cum ex familiaribus solum adsesset:
Appollodorum Siculum paruulũ quendam ingressa Lembum dũ prime iam intẽ-
derent tenebre regiam adnauigat Vbi vero alio occultari pacto nequiret sese infra
culcitram protendit in longũ quam loro circumligãs appollodorus per fores intro
tulit ad Cesarem. Hic primũ Cleopatre astus illexisse Cesarem fertur. Cuius de-
hinc splendore forme & quadã sermonis gratia victus ita eam fratri reconciliauit
vt pariter regni gubernacula teneret. Quibus in gratiam redeuntibus dũ publice
celebrarentur epule tonsor Cesaris pauore quo vniuersos animabat homines: nihil
indiscussum obmittebat: verũ vnumquodq; auribus captans & accuratissima pscru-
tans indagine. Intellexit exercitus ducem Achillam & Eunuchum Photinum. Ce-
sari insidias ordiri. Id vbi Cesar comperit: dispositis circa tricliniũ custodiis Photi-
num quidem interfecit. Achillas vero ad exercitum confugiens eum graui & pe-
riculoso implicat bello. Cesari nanq; ad tãtam ciuitatem tantasq; vires oppugnan-
dum: paucissime aderãt copie: In quo id primũ discrimen adiit q interclusus aqua
est interfectis ab hoste cuniculis. Dein cũ eius classis circumscinderetur coactus
est igne propulsare periculum qui cũ ex naualibus late proserperet ingentẽ illam
consumpsit bibliotecam. Tertio cõstituta ad Pharum pugna quandã ex aggere sca-
pham insilut vt decertantibus ferret auxilium. Aduolantibus autẽ vndiq; in eũ E-
giptiorum nauibus se in mare deiiciens summo cũ labore vix enatauit. Tunc quos-
dam tenens libellos quanq; vndiq; peteretur mergereturue ne omisisse quidẽ dicit
At eis a mari sullatis in altum altera natasse manu continuoq; scapha in fundũ est
deiecta. Cesar demũ ad hostes secedente rege prelium committens victoria potitus
est comparente nusq; rege & cesis vtrinq; plurimis. Constituta dein egipti regina
Cleopatria susceptoq; paulopost ex ea filio quem alexandrini Cesarionem appella-
bant contendit in siriam. Inde proficiscens in asiam cognouit domitium a filio Mi-
tridatis Pharnace profligatum ex Ponto cũ paucis admodũ profugisse. Post eam
victoriam inexpleta quadam cupiditate vsũ pharnacẽ capta Bithinia & Capadocia
animũ quoq; ad Armeniam minorem adiecisse: Vniuersos insuper reges & tetrar-
chas expulisse. Contra quem tribus confestim legionibus vadens ingenti penes ze-
tam commisso prelio regem quidem fugauit ex Pontho exercitum vero funditus
deleuit. Huius belli claritatem cũ Romam ad eius familiarem Antoniũ nunciaret
tribus prescripsit verbis veni vidi vici: Postea traiciens in Italiam Romam prexit
Exacto iam anno in quẽ creatus secundo Dictator fuerat cũ superiori tẽpore nũq;
ea ĩ anni spacium cõferri dignitas soleret eos designatur imposterum. Quo tẽpore
multa de se audire conuicia contigit. Motis nanq; ad sedicõnem militibus cũ duos
pretores Cosconium & Galbam occidissent. Tantũ eos obiurgauit vt ipsos pro cõ-
militoĩbus ciues appellatos mille viritim drachmas donarit & multa Italie predia
sorte distribuerit. In eius quoq; redigebanẽ opprobrium Furor Dolobelle. Expila-
tiones Amantii: Ebrietates antonii atq; Cornificii. Qui Pompeiane partẽ domus
perinde ac incõmode ac manus idonee demoliebatur subinde reedificans. Quod ro-
manus populus iniquissimo perferebat animo Verum enĩ vero Cesar statum reip.
minime ignorans hisce administris vel inuitus vti cogebatur. Post Pharsalicã pug-
nam cũ Cato ac Scipio in Libiam perfugissent & ingentibus ibi coactis copiis rex
Iuba opem at auxilium subministraret. Cesar cõtra eos expedicõnem agere statuit
Hiberno itaq; solstitio hoc est. iiii. Kl's Ianuarias in Siciliam traiicians vt omnem
more & ocii spem ducibus abscinderet ita tabernaculum fixit vt ipso abluerent flu-
ctu. Mox inspirante vento nauem conscendens in altum euectus est cũ tribus mi-
libus peditum equitibusq; paucissimis. His in terrã expositis denuo clam mare repe-
tiit maioribꝰ timẽs copiis. Quas cũ iam offendisset ĩ pelago: omẽs ĩ castra deduxit.

Cæsar

cognito aduersarios uetusto quodã confidere uaticinio quod semper in Affrica vin
cere fatale Scipionũ genere foret. Haud facile dictu est siue vt hostiũ imperatorẽ
Scipionem per iocom quempiam flocipẽderẽt siue vt serio sibi id uendicaret augu
rium: quendam ex Corneliorum familia hominẽ sane abiectũ & alioquin despectis
simum Stipionem cognomento Saluctionem interpreliandũ perinde ac exercitꝰ
ducem preposuit: ita ut interdum cum hoste congredi cogeretur. Cum neq; militi
bus frumenti neq; iumentis pabuli satis esset ob necessitatem ex maris alga salsugi
nem abluebant & gramine tanq; sapore ac condimento immixto equis preponebãt.
Aduentantes enim & multitudine & velocitate conspicui Numidie regionẽ quaq̃
versus obtinebant Cesarianis olim equitibus ocium agentibus: libisticus homo in
tecto emẽs compositas ad Tibiam motibus mirabilem admodũ saliebat. Qua re de
lectati cũ pueris equos commisisset assederunt. Tum hostes repentino aduolantes
incursu nõnullos ibidem interficiũt: aliis intra vallum precipiti fuga compulsis: illi
vna irrumpunt. Quod nisi Cesar simulq; asinius pollio ex castris auxiliũ conferẽtes
fugam inhibuissent de eo ferme bello actum extitisset. Altero quoq; prelio cũ col
latis aliquãdo armis preualeret hostis: Cesar fugientẽ aquiliferum detinuit eiusq;
collum obuoluens: hic hic sunt aduersarii inquit. Hisce victoriis elatus Scipio rem
prelio decernere statuit. Affraniũ igit̃ ac Iubam paruo inter se metatos interuallo
dimittẽs ipse penes Tapsũ oppidũ supra stagnũ cõmuniuit vt vniuersis perfugiũ
& receptaculum esset. Eum in opere occupatũ Cesar siluestria loca & difficiles du
ctu aditus incredibili celeritate superãs partim circomuenit partim a fronte inua
sit. Quibus fusis occasione ac fortuna vsus impetu continuato statim clamore affra
nii castra cepit statimq; fugiente Iuba Numidarum castra diripuit vna de modi
cis in spaciis trinis potitus exercitibus: i quibus quinq; hostiũ Miriadas interfecit
ex suis vix dum amissis quinquaginta hec quidã de eo ita prodidere prelio. Nõnulli
Cesarem ei negant interfuisse. Eum autẽ cũ instructas locaret acies subitus inuasit
morbus quẽ simul ac initio persensisset priusq̃ vexatus & omnino correptus ab eo
sensus esset in proximam quandã turrim magna cũ agitatione delatus quieti se de
dit. Ceterum ex pretoriis & consularibus viris qui se fuga surripuerant nõnulli in
potestatem redacti sepsos necauere. Compiures etia captos Cesar interfecit. Ca
tonem vero vt viuentem reciperet enitens summo studio contendit Vticam quam
quidem vrbem cũ ille presidio teneret minime prelio nterfuerat. Postq̃ virum sibi
mortem consciisse cognouit acriter indoluisse certũ est: quã autem ob causam incer
tũ. Tum tibi pro morte Cato inquit inuideo. Nam & tu mihi pro salute inuidisti.
Verũ enim vero liber quẽ is aduersus defunctũ iam vita Catonem edidit haud sa
ne beniuoli & placati hominis signa pee se ferre videtur. Quo enĩ pacto viuenti pe
percisset qui contra destitutũ sensibus virũ tam magnã effudit iracundiam. Sed ob
ea qua in Ciceronem Brutus & innuerabiles deniq; hostes vsus est clementiam cõ
iecturam faciunt. Hunc librum nõ odio nõ inimicitia: verũ ciuili potius quadã con
tentione hac de causa fuisse compositũ Cicero Catonis laudationẽ scribens ei opo
ri nomen Catonis indidit. Ea res plurimorũ studio vti par erat comprobabatur vt
que ab oratore eloquẽtissimo pulcerrimam nacta materieã cõfecta videretur. Hoc
cũ merore Cesarem angeret. Hominis nanq; propter se occisi preconia obtrectatio
nes sibi ac ignominiam inurere existimabat conscripsit multa in Catonem crimina
obiurgacõnesq; complectens Qui liber inscribitur Anticato. Opus vtrũq; Cesaris
& Catonis gratia multos habet ad stipulatores Romam ex affrica rediẽs ex ea vi
ctoria magnifice per ora populi ferebatur. Tantum enĩ agri ab eo inditionem sub
actũ vt annuo prouentu percepturus fiscus esset. Tritici quidẽ ducenta milia mo
diũ athicoꝝ. Olei vero tricentas miriadas. aliquot inde triũphos egit alexãdrinũ

Pontbicē Affricanum nō de Scipione sed de Iuba rege. Eius filius Iuba quoq; nomine infans admodum in eo deductus est triūpho: fortunatissimam vtiq; captiuitatem qua effectū est: vt ex barbaro scilicet ac Numidia inter doctissimos scriptores adnumeret̄. Post triumphos ingentia militibus congiaria dedit. Ad concilandam sibi plebem spectacula edidit conuiuiaq; celebrauit. Vno die in duobus ac viginti milibus tricliniis epulū prebēs vniuersis Munus gladiatoriū ac nauale certamē filie Iulie dudum defuncte adhibuit. Censu deinde peracto centū & quinquaginta hominū milia reperta: cū antea trecentū ac viginti fuissent. Tam magnā cladē tantasue populi strages intestina mala pepererunt preter reliquas Italie ac prouintiarum vastitates. His enī peractis quarto consul designatus in Hispaniam cont̄ Pompei liberos expeditionem egit. Qui quanq; adolescētes adhuc ingentibus cōgregatis copiis dignas imperio vires & audatiam ostentabant ita vt extremū Cesari discrimen intentarint Magnū prelium ad vrbem Mundam cōmissum est. In quo vt Cesar suos opprimi egre impetū sustinere cerneret per medias armatorū discurrēs acies elato clamore si nihil pudoris inquit superest corripite me & in puerorū manus tradite. Magna vis promptitudine & animi audatia repulsis hostibus trigintaco⁊ milia cecidit ex suis mille fortissimos amittens: Post preliū excedens ad familiares conuersus sepenumero inquit pro victoria: nunc autē primū pro vita dimicaui. Hic victorie dies sacer bachanalium agebatur quo Pompeius magnus in preliū progressus traditur cū iam quadriennii tempus intercessisset ex Pompei liberis iunior sese fuga subripuit. Eius autē qui etate prouectior fuerat paucos post dies caput a Didio relatum. Hoc vltimū a Cesare gestum est bellū de quo cum triumphū ageret dolore permaximo Romanum afflixit populū. Non enī exteros ab eo duces aut barbaros in eo debellatos reges aut cū optimi viri & certe Romanorū prestantissimi filios ac stirpem per quosdam fortune successus funditus delesset inter patrie miserias pompas ac triumphū actitaret quibus ī rebus exultare iniquissimum erat. Cū tamen vna ad deos hominesq; sit excusatio q᷑ id ex necessitate gestū est & eo magis q᷑ partis antea de ciuili bello victoriis nō nuncios nō ullas publice litteras miserit quin pudore q̄dam eā sibi gloriā repudiasse constat. In eius tamen fortunā proni ciues cū accepto iam freno aliquā intestinis malis respirationē ex vnius principatu adhiberi posse crederent eum perpetuo Dictatorem designauere. Ea vero confessa erat dominatio cū perpetuitatē ipsa regnandi vendicasset impunitas atq; licentia Postq; Cicero de conferēdis illis primariis pro humano quodammodo fastigio honoribus rogationē in Senatu tulisset ceteri tam immensos etiam certatim adiecere vt ex rerū ei decretarum amplitudine ac fastu inuisum ipsū & molestum vel modestissimis viris effecerint. Quibꝫ decernēdis nō minus fauoris inimici q̄ assentatores tribuebant vt q̄plurimis in eum causis & vehementissimis initi criminibus videret̄. Finitis ciuilibus bellis cū ceteris in rebus nullius se maledictis carpēdum prebuerit. Tum vero clementie templū a suis nequaq; moribus abhorrens sue gratia māsuetudinis ei merito decretū esse videt̄. Ex his enī q bellū contra se gesserant compluribꝫ dimissis quosdā insuper vt Brutū & Cassiū ad imperia & honores admisit quo⁊ vterq; preturā admīstrabat Disiectas etiā Pompei statuas haud contempsit quin cōtinuo restituit. Et vt ait Cicero Cesar dum Pompei statuas reposuit suas confixit. Obsecrantibus amicis vt presidio corpus muniret: multisq; ad id operā suam pollicentibus facere noluit satius esse inquiens mori semel q̄ assidua expectatione pendere. Ceterum vt sese beniuolentia pulcerrimo quidem ac stabilissimo receptaculo circumuallaret ad alliciendam plebem versus: epulum multiciens dedit: frumentumq; diuisit. Ad conciliandum etiam sibi militum animos: quasdam deduxit colonias ex quibus clarissime sunt Cartaginensis atq; Corinthia

Cæsar

Hisce duabus obtigit vrbibus vt cū superioribus annis simul ī potestatē venissent eodem etiā tunc restituerentur tempore. Petentibus consulatibus & imperia pollicebat imposterū: quosdam dignitatibus & honoribus demulcebat cū in petendis vltro principatibus adiretur spem omnibus ingerebat: ita vt mortuo consule maximo: quanq̄ vnica magistratus dies superesset Caninium Rebulum ↄsulem designarit: ad quē congratulandi & associādi gratia euntibus multis. Cicero maturemus inquit vt hominem ante sui consulatus exitū preueniamus Cesarem natura magnificū & honoris percupidum cū nulla rerum magnitudo gestarum ad percipiēdum ex preteritis laboribus fructum verteret quinimo audatiam ad futura magis atq̄ magis accenderet maiorū in eo cogitationes operum & noue cupido glorie pullulabat. Ea propter perinde ac vsu presentis laudis attrito sibi ipsi tanq̄ alteri propensius emulabatur. Ita vt ea mentis agitatio quedam gestorū ad gerenda fieret contentio. Idcirco expeditionē in Pharthos agere destinarat parabatq̄. Quibus subactis per hircaniam ad mare Caspium & Cauchasum Pontum obire: dehinc Scithiam & adiacentia Germanie loca ingredi. Peragrata deinde Germania per Galliā in Italiam remeare & huic ita giratum imperii ambitum coniungere finibus eius quaqua versum ab occeano complexis. Medio etiam expeditionis tempore Corinthiacum fodere Histhmū enitebatur. Preditatus insuper erat vt Anienem ac Tiberim ex vrbe statim profunda excipiens fossa & ad Circeum vsq̄ deflectens Taracine immitteret mari: Qua in re tutelam pariter & commoditatem negotiatoribus excogitarat. Nomentanas posthac sitinasq̄ effundens paludes campum aperiret compluribꝫ mortalium milibus opem atq̄ subsidium. Proximo Rome mari claustra per aggerē inducturus cū ceca & malefida nauibus saxa ex Hostiēsi litore excidisset portus: & tanta dignas nauigatione stationes extruere versabat. Hec q̄dem parabant. Ordinandorū autē ac corrigendorum dierū simul & discrepantis temporis ratio ab eo cū sapienter tum gratiose plurimum excogitata atq̄ pfecta iocundissimū attulit vsum. Non solum enī antiquissimi Romani temporibus confusis ad anni ambitum mensibus vtebantur ita vt sacrificia & ferie sensim decurrentes in contrarias anni partes cederent: verū reliqui tunc etiam solis cursum ignorarent: soliq̄ ipsū tempus sacerdotes noscerent repente sentiente nullo intercalarem mensem quē Macedonium vocabant ascribebant. Hūc prius intercalasse Numam dicitur: paruum sane & ad eos emendandos errores nō longe tendens adiumentum comentus. sicut in eius vita prescriptum est. Cesar autē postq̄ ea de re inter philosophos prestantissimosq̄ mathematicos proposita discussisset ob subiectas antea disciplinas propriā quandā emendatiore cū diligentia viam demonstrauit. Qua q̄dē in hanc vsq̄ diem vtentes Romani in tanta discrepātia minus q̄ cetere nationes videntur aberrare. Quod quanq̄ ita sit haud tamen efficere potuit quominus inuidi quiq̄ hominis facultatem aut potentiā grauiter ferebant id factum improbarent. Orator igitur Cicero cū quidam cras oriri lunam diceret ita est inquit ex edicto q̄si vero & hoc ipsū hominibus necessario sit accipiendū. Regnandi vero cupiditas manifestum presertim odium & capitalem in eū conflauit inuidiam. Que res p̄ma compluribus causa fuit. His autē qui veteres cum eo simultates agebant: honestissimam prestitit occasionem. Hi quoq̄ qui hanc Cesari dignitatem comparabant in vulgus spargere voces ceperunt ex Sibillinis portendi libris. res Phartorum Romano subiugādas imperio si aduersos illos rex cū expeditione mitteretur: inuictos alioquin fore Phartos. Postea descendente in vrbem ex Alba Cesare: Regem salutare eum ausi sunt. Tunc perturbata plebe indolens Cesar. nō regē sed Cesarē vocari se dixit. Tunc facto cunctoꝝ silentio nō letus magnopere: nō beniuolus pretergressus est. Cum honores illi quosdam ī Senatu humano: ampliores fastigio decre

iussent eum forte in rostris sedentẽ consules ac pretores cunctis simul insectãtibus
patribus adire. Quibus haud assurgẽs Cesar eo more respondit vt principẽ infime
condicõis hominibꝫ responsa dare crederes: minuendos magis inquit q̃ amplifican
dos honores esse. Id nõ modo Senatoribus sed & plebi magnũ incussit dolorẽ: tãq̃
in patribus eam ciuitas contumeliam suscepisset. Idcirco quibus manere licebat:
statim grauissimo cũ merore discessere. Id vbi animaduertit: illico se domũ conuer
tit & deducta ex collo veste ad familiares vociferatus est sese cuicũq̃ volenti pa
ratum prebere iugulum. Eius rei causas posterius in morbũ reiecisse fertur. Quo
qui tenentur cũ contentionem ad populum habituri surgunt eoꝝ sensum quietem
nusq̃ agere quin statim conquassatum & circumagitatũ vertigenes accersere im
mobilemq̃ deprehendi. Res autẽ haud ita se habuerat Nã cũ magnopere Senatui
assurgere vellet: quidã ex amicis quinimo assentatoribus Cornelius Balbus detinu
isse traditur. Nonne Cesarẽ esse memineris inq̃t teq̃ perinde ac potentiorẽ coli re
uererique duces indignum. Inter hec rerũ obstacula Lupercalium solennitas aderat:
de qua multi scriptores prodidere: eam antiquis temporibus fuisse pastorũ Et ꝑ
fecte liceis que in acrbadia celebrantur: q̃ similis est In ea multi nobiles ac primarii
adolescentes per vrbem nudi transcurrũt: densis loris obuiũ quemq̃ per risũ iocũq̃
cedentes. Complures etiam vxores procerũ eis sese obuias de industria offerentes
manus tanq̃ sub preceptore ictibus exibent. Persuasum enĩ habent id pregnantibꝫ
mulieribus pariendi: sterilibꝫ autẽ concipiendi facultatem afferri. Hec Cesar triũ
phali habitu aurea sedens in sella spectabat e rostris. Antonius ex his qui sacrum a
gebant cursum vnus consulatũ administrabat Is igit̃ cũ forũ intrauit cedente po
pulo Lauream tenens coronam porrexit ad Cesarem. haud clarus & is quidem ex
apparatu modicus subsecutus est plausus. Tum eum repudiante Cesare vniuersus
applausit populus. Offerente rursus antonio applaudebant pauci Eo autẽ repudi
ante denuo cuncti fauebant. Patefacta hunc inmodum experientia surgens Cesar
coronam in Capitoliũ deferri iussit. Eius quoq̃ statue regiũ habentes diadema vi
se sunt. Quod tribuni plebis duo Flauius & Marulus detraxerũt compertisq̃ qui
primo regem Casarem salutauerant eos in vincula duci iusserunt. Quos magno cũ
applausu insectatus populus eos viros brutos appellabant. Brutus nanq̃ regũ suc
cessione delata summã rerũ ex vnius principatu ad Senatum populũq̃ detulerat.
Ea re instigatus Cesar Marulum dignitate priuauit: eius complices subinde incre
pans: vt populum quoq̃ vna obiurgaret. Brutos crebro & turbulentos homines vo
citabat: hoc pacto multi sese ad. M. Brutum cõuertunt. Cui paternũ quidẽ genus
ab illo fuisse cẽsetur. Maternũ vero ex illustri Seruilii domo. Catonis q̃ generum
& ex sorore nepotem. Hunc cũ per se ad regiam destruendã potestatem incitaret
suscepti a Cesare honores & gratie redundebant. Non solũ enĩ bello pharsalico ex
Pompei fuga conseruatus multis quoq̃ suorũ salutem impetrauerat: veruntiam
magna ei a Cesare fides habebatur: clarissimã preture dignitatem assecutus erat:
quartũ in annum consul futurus competitori prelatus Cassio. Tunc ita Cesar dix
isse fertur. Iustiora quippe referre Cassium: ei tamen haud Brutum preterire licu
erit quin confecta iam coniuratione & nõnullis aliquando virũ incusantibus: neq̃
fidem adhibuit: corpus manu tangens ad accusantes conuersus hoc inquit corpus
Brutum expectat vt qui principatum virtute meruisset: principandi tamen cau
sa nullum per ingratitudinem scelus admitteret. Quidam commutandarum re
rum cupidi in hoc solum aut primũ spectantes cũ illi verba facere nusq̃ auderent
noctu tribunal ac sedem ex qua pretor ius dicebat: inscriptionibus huiusmodi reple
bãt. Brute dormis & Brutus nõ es: a quibus vt Cassius illius animi magnificentiã
paulatim cõmoueri sensit magis solito instare virosq̃ stimulare. Nam priuati quoq̃

nō nihil odii cōtra Cesarem habebat: ob eas quas cū de Bruto scribebamus causas
explicauimus. Cesari preterea suspectus habebatur. Idcirco ad amicos olim dixisse
fertur: quidnā Cassium velle putatis. haud enī mihi magnopere placet: is magno-
pere pallidus. Rursus delata ad se de Antonio & Dolobella calumnia ꝙ res innoua-
rent nō hos inquit pinguis cernitosq̄ pertimesco. verū pallentis magis atq̄ macilē-
tos illos Brutum videlicet & Cassium. Sed enim fatū preuideri ꝙ euitari facilius
potest. Cū admiranda q̄dā signa & ꝓdigia apparuisse dicātur. Fulgores itaq̄ celi
& nocturnos strepitus ꝑ multa deferre loca. solitarias ī forū aues delapsas in tāta
cōmemorare calamitate fortassis indignū est. Strabon vero philosophus scribit cō-
plures ignotos apparuisse homines. Extitisse quendam militis seruum ex cuiꝰ ma-
nu ingentem emicuisse flammam: ꝙ qui intuebantur concremari hominē existima-
bant. Vt vero extincta est: eum nihil mali habuisse liquebat. Ipsi quoq̄ Cesari im-
molanti cor nusq̄ comparuisse victime: quod dirū sane erat prodigium. Nullū enī
animantium sine corde natura constare. Multi preterea tradidere sibi a vate predi-
ctum vt magnū idibus Martiis discrimen precaueret. Ea die Cesar cū in Senatū
iret vatem salutauit secūq̄ cauillatus Martie quidē inquit idus aduenere: Cui ille
summa voce: venere vtiq̄ sed nondū preteriere respondit. Pridie apud M. Lepi-
dum cenans cū discumbens quasdam de more subscriberet epistolas: incidente ser-
mone: quenam optima mors esset? Cunctos preueniens magno cū clamore inexpe-
ctata respondit. Illo deinde penes vxorem vt assolet dormiēte omnes pariter cubi-
culi fores atq̄ fenestre patefacte sunt. Strepitu vero ac splendore illucescebat enī
luna perturbatus Calphurniam sensit profundo sopore iacentē incertas voces & ī-
articulata somno suspiria emittentem. Ipsa vero illū se lugere existimabat: quē īter
vlnas trucidatū haberet. Quidam hoc mulieri visum obtigisse negant: Verū vt Li-
uius refert ante Cesaris domū Sacellum quoddam instar tumuli decori ac venusti
ex consulto Senatus instructū prominebat: hoc in somniis demolitum cernens Cal-
phurnia maximis prosequ lamentis & lacrimis videbat̄. Cū igit̄ illuxit dies: cesarē
supplex orauit vt si fieri posset foras ne progrederet̄: aut Senatum saltē differret.
Sin sua paruifaceret insomnia: aliis diuinatiōibus & sacrificiis rei sciscitaret̄ euen-
tum. Iam vero quidā Cesarem metus atq̄ suspitio ceperat ꝙ superiori tempore nul-
lam femineo more superstitionem Calphurnie obiectari posse cognorat: quā eo die
hisce malis egram afflictamq̄ videbat. Postq̄ multis peractis sacrificiis male litari
vates retulere: decreuit misso Antonio Senatum dimittere. Interea. D. Brutus co-
gnomento albinus cui magnam Cesar fidem habebat adeo vt secundus ab eo inscri-
ptus heres esset: aduentat. Ille alterius Bruti & Cassii in ea coniuratione socius: ve-
ritus ne si eā Cesar diē obmitteret: res ipsa vulgaret̄ & vates obiurgare & Cesarē
nō nihil increpare cepit ꝙ Senatoribus qui irrideri se existimēt. causas in se detra-
ctionis preberet & obloqui eos nanq̄ illo iubente venisse prompta etiam omnium
esse suffragia vt ipsum cunctarum preter Italia prouintiarū regem crearēt. Vtiq̄
per ceteras terras & maria diadema gestaret. Sin quisq̄ sedētibus illis dixerit vt
in presentiarum q̄dem abscedant denuo affuturi cū meliora Calphurnie obtigerīt
insomnia quos inuidorum fore sermones: aut quisnam suos tolerabit amicos qui ea
neq̄ seruituti neq̄ tirānidi facta esse condocefacerēt: ꝙ si illam omnino diem abho-
minaretur: aut suspectam auerteret prestare inquit: vt ipse procedens in curiā ap-
pellatis patribus Senatum in aliud tempus differret. Hec dicens Brutus simulq̄
manum Cesaris apprehendens ipsum deduxit. Is vbi paululum extra fores proces-
sisset: serous quidem alienus eū alloqui vehementer nitebatur. Vt vero superante
populi frequentia retrudebatur domum irrumpēs sese Calphurnie quoad rediret
Cesar obseruandū custodiendumq̄ tradidit: vtpote magnas illi res populaturus.

Erat preterea Artemodorus natione Guidius grece preceptor eloquentie. Cuius
rei gratia cũ quosdam Bruti familiares consuetudine sibi conciliasset: plurimã per-
petrandi facinoris partẽ agnouerat. Id Cesari significaturus cũ quodam libello p-
uenit. Videns autem Cesarem: vniuersos quos suscepisset libellos eius ministris cõ
mendãtem propius admodum accedens: hunc inquit Cesar cõfestim solus perlege
In eo enĩ magna & que tua vehementer intersint conscripta sunt. Quo accepto cũ
eũ sepenumero Cesar legere cuperet ab colloquentium multitudine id facere inhi
bitus est. Eum tamen solum cũ obseruatione manu retinens Senatum ingressus ẽ.
Quidã ab alio traditum hunc libellum asserunt. Arthemidorum etiã tota explosũ
via nullum immodum adusse. Verum hec ꝑfecto casus affert. Ceterum ipsũ cedis
& certaminis locũ in quo ea die Senatus cogebatur. Pompeius inter alia ornamen
ta ante Theatrum dedicauerat. In eo preterea quedã Pompei iacebat imago. Ea p
pter declaratum omnino est id alicuius numinis opus extitisse: eo rem peragendã
durentis conuocãtisq. Cassius itaq; anteq̃ facinus adoriretur: ad Pompei statuam
aspiciens eum tacitus inuocasse dicit̃ quãq̃ haud multum ab Epecuri opinione fo
ret alienus Verum enĩ vero cũ terribilia iam ingruerent consternationem tempus
incusserat & priorem subinde sententiã mentis egritudo mutarat. Antoniũ fidum
vsq̃quaq; Cesari & precipua pollentem robustate Brutus Albinus exterius deti-
nebat longum de industria sermonem iniciens. Ingredienti deinde Cesari honori-
fice Senatus assurgit. Bruti vero complices partim post eius sellam cõstiterũt par
tim ei obuiam processere vt vna cũ Metello Cimbro proferre exule supplicanti in
tercederent. Sicq; magis eũ obsecrantitibus ad sellam vsq; sunt consectati. Cũ vero
sedens rogantes submouisset: hi violentius imminebant Quod grauiter ferẽte Ce
sare: Metellus comprehensam vtraq; manu togam deduxit ex collo. Id enĩ agrediẽ
di signum erat: Primus Cascbas iuxta collum ense percussit: verum tamẽ neq; gra
ue admodum neq; letale vulnus erat. Verum enĩ vt par erat ingentis audatie cep-
ta perturbauerant. Tum saucius Cesar sese conuertens vbi gladiũ eius appreben
dit apprehẽsumq; tenuit: latine simul inclamauit: Scelerate Cascha quid agis: Ille
autem vbi percussit fratem greco sermone vocans Fer inquit frater auxiliũ. Exor
to tumulto eos qui aderãt reꝝ ignari consternatio facti pariter & horror oppressit
ita vt neq; fugam capescere neq; opem afferre neq; voces emittere prorsus auderẽt
Ex his autem qui ad necem instructi venerant: cũ aduersi nudis circumstarent en-
sibus ita vt quocũq; intueretur vulnera occurrerẽt ferrumq; per vultũ atq; oculos
agitarẽ inter omnium manus vt fera versabatur. Eius enĩ cedis initiũ vnicuiq; de
gustandũ erat. Quo circa Brutus eũ in inguine vno confodit vulnere. Tradunt q̃
dam illum ceteris quidem repugnantem huc atq; illuc corpus magno cum clamore
ferentem vt Brutũ nudo mucrone conspexit. contracta ueste caput obduxisse. Tũ
siue casu siue ob trudẽtibus homicidis ad quãpiam se basim demisit: in qua Pompei
statua fuerat quam occisi cruor magna ex parte respersit adeo ut preside Pompeio
subiectũ pedibus hostem penas dantem & inter vulneꝝ multitudinem terram cal
cibus pulsantem existimares. que viginti tria numero is suscipisse dicit̃. Vbi com-
plures dum vnum in corpus tot intendunt plagas sese mutuis consauciant ictibus.
Mortuo Cesare cũ Brutus de his rebus a se confectis relaturus in mediũ processis
set: nequaq̃ immoratus Senatus per portas effugit: plebem tanto tumultu & anci
piti terrore repellens vt alii clausis domibꝫ alii relictis trapezis & numulariis offi-
cinis discurrerent. Quidam locũ cedis inspectari: quidã iam conspicati aduolabant
Antonius & Lepidus Cesari amicissimi cũ sese subduxissent in alienas q̃sdã domos
profugere. Brutus & reliqui sicut erant a cede tepẽtes nudis ensibus ex curia sese
vna nõ fugientiũ more in Capitolium receperunt. Quin apprime alacres ac fidutia

Cæsar

pleni ad libertatem populum conuocabant: obuios quoq; optimates in gratulantes
excipiebant. Nōnulli perinde ac operis participes cōpararent se illis ꝯscendenti-
bus admiscebant. Ex quibꝰ. C. Octauius & Lentulus Spinter erant. Hi ab Anto
nio & Cesare Augusto posterius interfecti: ostentationis & iactantie penas luere.
Cū interim ne glorie quidem ob quā moriebantur: fructū vllum percepissent. Nā
nec eos aliquod in ea re periculum suscipisse creditū est. Quiq; illos trucidabant nō
perpetrati facinoris: sed voluntatis supplicia exigebant. Postridie descēdens Bru-
tus contionem habuit cui eo se pacto populus attentum adhibuit: vt factū neq; gra
uius increparet neq; probaret. Verum permulto silētio declarabat se cū Bruti reue
rentia. Tum vero Cesaris misericordia cōmoueri. Senatus vniuersis conciliatus ob
literandas statuit inimicitias. Cesari q̄ diuinos cernens honores: ex his q̄ in suo pri
cipato censuisset: ne minimū quidem labefactum esse decreuit. Bruto reliquisq; tum
prouincias: tum honores pro vnius cuiusq; dignitate distribuit. Quapropter omni-
bus & pacata res & comparationem accepisse virtus videbat̄. Apertis autē Cesa-
ris testamentis: postq̄ ampla Romanis legata viritim esse compertū est: ac delatū
per forum corpus deforme vulneribus apparoit: nullus amplius rerū decor: nullus
ordo vulgum detinebat. At cōgestis succensisq; circa cadauer ex foro gradibus sub
selliis cancellis tapetis ipsū concremauerunt. Ardentibus inde sullatis torribus ad
percussorū domos vt eas incendio vastarent percurrebant. alii per omnes vrbis re-
giones vt captos discerperēt viros magna cū indagatione commeabant. Ex q̄bus
nullum prorsus: hi enim sese in tuto sepserant inciderūt. Cinne autē Cesaris equali
superiore nocte durum quoddam obtigisse visum ferunt. Existimabat enī se a Ce
sare ad cenam inuitari. Quod cum recusaret: iniuctum ac reluctantem ab eo manu
trahi. Cū vero Cesaris corpus in foro cremari accepisset: exurgens vt eū decoraret
ibat quanq; & in somnii suspitione & febri teneret̄. Eo in publicū prodeuntē con
spectum cū ex multitudine quispiam de illius nomine percūctaret̄ ex alio certior
factus subinde alteri retulit. Confestim per omnes diuulgatū est: hunc hominē ex
Cesaris interfectoribus esse. Quidam enim eiusdem nominis Cinna inter coniura-
tos fuerat. Quem cū istum ipsum esse suspicarentur eum magno cū impetu truci-
darunt. Hoc veriti Brutus & Cassius paucis post diebus ex vrbe decesserūt. Quid
autem hi gesserūt ac deinde pertulerūt in vita Bruti scripsimus. Periit Cesar sex
to & quinquagesimo etatis sue anno: post Pompeium haud multo amplius quatu
or superstes annis. Cui ex ea dominatione & principatu quem omni vite tempore
per tanta insectatus erat pericula nullus preter nomen & refertam inuidia gloriā
ex ciuibꝰ fructus obtigit. magnus ille suus quo viuens vsus erat Genius eius q̄ de
functi necis vltor subsecutus est. Omnes nanq; terras & maria peragrans: eo ipso
inuestigauit vt ex percussoribus neminem reliqueret quin vniuersos aut operi ma
nos inferentes aut consilium impartientes in stragem dederit. Ceterū ex humanis
quidem rebus id precipue extitit qd̄ Cassio euenit. Eodem siquidem pugione quo
in Cesarem vsus fuerat se ipsum interemit. Ex diuinis autem stalla ingens crinita
que cum post Cesaris interitum ad septem vsq; noctes eximio fulgore apparuisset
postea nusq; visa comparuit. Solis preterea lumen caligine obsessum: toto nāq; illi-
us anni spatio pallens globus & sine splēdore oriens imbecillem ac tenuem ex se ca
lorem emittebat. Quare grauis ac dissparientis imbecillitate caloris obscurus aer
semicoctos edebat fructus immaturos & imperfecto flore collabētes: tantum aeri
frigus inerat. Ingrata vero minimeq; deis compacitā Cesaris necem presertim fa-
ctum Bruto declarat ostentū. Id autem est eiusmodi Ex Albido in alterū litus tra-
iecturus suo more intra tabernaculum nocturoe se quieti dederat: haud dormiens
verum futuri sollicitus. Hanc enim virū omnino longe imperatorū suapte natura

vigilantissimum minimum somno tempus impendisse tradūt. Interea circa fores quendam sensisse strepitum visus. Cum ad inclinantis iam lucerne lumen intueretur horrendū cernit simulacrum hoīs inusitata quidem magnitudine & specie grauissima: quem ut nihil agentem aut proloquendū sed lectulo tacitum assistentem aspexit: primum attonitus: quisnam esset interrogauit. Ei respondens simulacrum: tuus inquit malus sum Brute Genius in philippis me videbis. Tum Brutus summa cum fiducia intrepidus videbo ait: continuoq; euanuit imago. In sequenti tempore Brutus in philipis aduersus Antonium & Cesarem pro acie dimicans: priori prelio ab sua parte victor fugato ac fuso hoste Cesaris castra diripuit. Secundam deinde pugnā commissuro nocte quadam eadē aduentat imago ita ut nullum faceret verbum. Brutus ubi impendere iam fatum intellexit sese discrimini obiecit. Ei tamen in certamine cadere nequaq; euenit. at versis iam suis in fugam ipse in precipitem quendam se recipiēs collem: nudo mucrone pectori incubuit. Itaq; familiari quodam ut fama est ictum fortius adiuuante moribundus cecidit.

Epistola Lapi florentini poete clarissimi In vitam atq; gesta Photionis Incipit.

EMINISSE TE ARBITROR Marce frater cū domi adessem aliquando me inter quotidianos sermones nostros in quibus crebro solemus clarissimoꝝ hominum memoriam vsurpare in Photionis atheniensis incidisse mentionē. Cuius ego de moribus & vita cū preclara multa dixissem: que apud grecos inuenta cordi mandaram: ea tu & iocunde: ut par erat & attente excipiebas: dicebasq; dolere te ac mirari q̄ tanti viri nō esset latinis musis memoria celebrata. His ego verbis facile coniecturam feci desiderii tui: tacitus enim cupere videbare ut illius vita moruq; imago nostro aliquādo calamo pingeretur. Nec stetit per me quo minus cōtinuo id factum videres: quippe cū mihi nihil fuerit vnq̄ in omni vita suauius. nihil desideratius antiquiusue: q̄ amantissimo fratri eque ac mihi omnibus in rebus morem gessisse Annus videbatur dies omnis: quoad mihi paululum daretur temporis: quo possem & tuo huic obsequi desiderio & quasi postliminii iure in musarū diuersoꝝ aliquando redire. Nunc postea q̄ relictis Venetiis preturā hanc forouilianam inii: cepi a diuturnis meis laboribꝯ haud aliter respirare: q̄ q onustos & grauis longo per auias rupes & confragosos saltus de cursu itinere tandem potuit aliquando deposita sarcina letam planitiem & picta prata calceare. Tam enim: & si prouintia hec incolarum numero: amplitudine iurisdictioīs: varietate negotiorum municipiorum copia q̄ latissime patet. Est tamen nostra hec administratio tranquilitas quedam & requies ad illos relata vrbanarum occupationum quotidianos fluctus atq; procellas. Tulit sors nostra ut septennium hoc: quo terra mariq; aduersus Philippum mediolani ducem duo maxima bella gessimus: pro italie sociorumq; libertate suscepta: nullq̄ ferme non ex his delecti magistratibus quorum consilio reipublice summa: & domi administratur & foris. Quo tempore ut dies noctesq; omnes cogitando: consulendo: agendo nusquam quiesceremus: faciebat cum patrie caritas: tum immensa rerum & bellorum moles & magnitudo. Dabis itaq; mi frater veniam nostre huic tarditati: & patiere tibi me defuisse parumper ut vocantis patrie temporibus non deessem. At nunc primum cum interdum

Phocion

ȷicet ociari dicabimus tibi lucubratiũculas nostras & hec sub secundaria tempora
atq; Photionem iam prope longa extinctũ vetustate nostro velut animatũ spiritu:
ab interitu vendicabimus. Erat hic dignus profecto vir cuius maneret nominis
memoria sempiterna nam si primas etatis eius partes inspitias :adolescentem vide
bis liberalibus deditum studiis & Platonis ac Zenocratis doctrina moribusq; flo-
rentem: paulo factus grandior a philosophia totũ ad remp. armis & consilio iuuan-
dam sese conuertit. In cuius administratione obeundisq; muneribus: dicere ꝑfecto
ausim nihil vsq; hominũ qui remp. gesserint vnq; fuisse integrius. Eius & ꝑuati &
magistratus gerentis par fuit frugalitas continentiaq; Nam honestissimas semper
putauit sibi diuitias domesticam in maxima lucrandi licentia ꝑaupertatẽ. Aurũq;
ita celso firmoq; contempsit animo vt non plus Alexandri potuerit in largiẽdo mu
nificentia:q̃ huius in respuendo cõstantia. In armis autẽ hunc & fortissimum dices
militem & sapientissimũ ac felicem imperatorem: ligua & oratione ea tempestate
pollebat in primis. Nec Demosthenes eque alium quempiã atq; hunc sibi aduersa-
rium formidabat. Inter populares tumultus atq; discidia hũc maxime iudicabis sa-
luberrimũ reip. ciuem & nihil preter ciuilem concordiam & commoda patrie cogi
tantem. Quod siquẽ deniq; tibi dari cupias: qui patientissime mortem vnq; perpes-
sus sit: nemo damnatus est illo crudelius: nemo iniuriã pertulit mitius: nemo vene-
nũ exhausit fortius: hec omnia esse perinde atq; a me dicta sunt: habeo Plutarchũ
testem grauissimum cuius ego interpres tibi nũc esse delegi ab eo potissimum est
Photionis vita grecis verbis accurate depicta. Possum equidem tibi vel vno argu
mẽto ostendere quid de Photionis excellenti virtute Philosophus sapiẽs senserit.
quod sit illud queris. Cum iuniore illum Catone duxit comparandũ. Intermittes
igitur paulum mi frater reliqua tua sanctissima studia & hanc lectionem dabis no
stre reip. amplissimis muneribus quibus ab ea totiẽs honestatus es oberit enĩ nihil
magistratus & remp. administranti. huius q; sicut & alioꝝ illustrium virorũ dicta
factaq; nouisse. Vt itaq; hoc nostro munere nõ nihil fias ornatior: Photionẽ tibi ex-
primere adoriemur Si Plutarchi prius prefatiunculam in Photionis & ĩ Catonis
vitam erimus interpretati.

Plutarchi historiographi greci de Vita atq; gestis Photionis historia: per Lapum
Florentinum In latinum linguagium traducta Incipit feliciter

EMADEM ORATOREM tradũt plurimũ Athenis
potentia & opibus valuisse ob id maxime: q̃ in rep. admini-
stranda nihil preter Macedonium & Antipatri gratiã que
ritabat hunc pleraq; multa contra patrie dignitatẽ & com
moda facientem dicere solitum accepimus. Iure sibi veniam
tribuendam: qui naufrage ciuitatis reliquias gubernaret:
dictum nempe temere imprudenterq; ab homine sicut non
impcudente ita et parum integro in rep. ciue. Id si ad Pho
tionis institutũ & vitam illiusq; seculi mores retuleris: videbitur ab eo quidem nõ
inepte falsoue dici potuisse. Nam Demadem ipsũ reip. fuisse naufragium constat
ciuem luxu & auaricia perditum. In quem sepe cũ esset fracta etate corporeq; se-
necto dicere solebat antipater. Nihil ei perinde ac cesis victimis preter ventrẽ &
liguam reliqui superesse. At non magnas Photionis eximiasq; virtutes iniquitate
temporum velut insuperabili quadã hoste deprehensas minus ad ↄsequẽdã gratiã

idoneas effecere grecis calamitates atq; procelle. Neq; Sophocli censeo adhibēdas
aures: cū virtutem fingit suapte natura & viribus imbecillem. Nō enim infelicib
o rex inquit idem manet animus qui florebat ante: sed languet. & sese ipse deserit.
Ego vero fortune magno cuiq; ac forti viro aduersanti nihil plus tribuendum pote
statis estimo: q̄ vt inuidiam possit pro laude pro debita gratia odiū comparare At
qui plebem compertū est tum solitam iniuriis benemeritos de se ciuis afficere: tum
secundis rerum flatibus velut ceco quodam impetu pulsa feratur. Quanq; id ipsū
interdum solet vel afflictis resp. temporibus euenire. Nam calamitatis & miserie
hanc esse cū sepe perspicimus vt mortalium animos ad omnē ire impetum mobiles
ac procliues reddit. a quibus nihil solet nisi quod blandum sit equis auribus audiri
Mordet econtra aduersū omnem tametsi ratione illud bonaq; mente dicitū. Sic enī
plane conparatum est vt cū calamitosi hominis erratum reprehendit̄ miseria illi po
tius videatur exprobrari: q̄ culpa. Quo fit vt ei liberius patefacta veritas nō tam
moriendi q̄ obiciende infelicitatis causa explicata putet̄: nam vt mel natura suauis
suaue quidem: vlceribus tamen salubriter ad motū acerbos dolores concitat. Ita &
infelicem aduersi sermones vel si salutares sunt mordent tamen: nisi prudenter ad
modum & aliqua cū misericordia pferantur. Recte igit̄ iocundū definiuit Home
rus quod menti facile assentiret: nec illi palam obsistere ex aduerso Soli: qui oculo
laborant valitudine: vmbrosa loca opacosq; rerū colores appetere & ab omni paulo
excellenti lumine abhorrere. Id quoq; ciuitatibus euenit grauiore aliqua procella
sua presertim culpa exagitatis. Que sicut assentationibus capiunt̄ maxime ita per
inique ferunt si quis illarū peccata apertius improbat. si quis veritatē nudā nulloq;
adornatam fuco deprompserit: si quis fortiter grauiter asueuere afflictis rebus cō
sulat: nihil salubre gratum illis est si nō idem aliqua fuerit adulatione conspersum
Ego itaq; eiusmodi ciuitatē minime tutam: quin potius labentem & inclinatā dix
erim: in qua is potest plurimū q neglecta ciuitatisq; postbabita salute captarde po
pularis aure causa ad gratiam pergat consulere. Earū demū breuissima via est. q̄
sese pariter ac bonū queq; falleudo ac mentiendo perditū eat. At operepreciū est i
ciuitatibus & populis gubernandis solem ipsū imitari sapientissimū rerum parea
tem & seruatorem: hunc mathematici perhibēt supremi orbis vi ac impetu raptū
obsequi: nō nihil tamen econtra tendere vtiq; sed ea modestia & arte vt illi nec om
nimo obsequi nec ubsistere cōtumaciter uideatur. Nam cū intelligeret huc superi
oribus celi uiribus parcendū esse. Hinc rerum naturam sine altero contrario motu
haud posse consistere: cepisse illum aiunt iter ex trāsuerso oblique mehterq; deflexū
Eaq; ratione nouum quoddam motui ac tēperamenti genus excogitasse: quo uno
rerum ortui ac saluti perquā tute cōsuleret. Sic itaq; in ciuitatibꝰ dura nimium &
populari uolūtati semper aduersa seueritas: cōtraq; item blandia & ad uulgi tantū
libidinem accomodata facilitas pari ciuitates labe ac periculo affecere. Qui uero ī
administrādis rebus ita uersantur ut ad salutem publicumq; commodum uelut ad
metam aliquam sua consilia dirigant: non nihilq; interdum ciuium gratie & uolup
tati cōcesserit: nec singula uelut ad filium redacta uelut seueritate potius & ui q̄
mansuetudine & humanitate conficere: hi mihi plane uidētur sapientissime seruā
darum rerū viam incidere: quanq; existimo haud parui esse negocii seueritatē pos
se cū comitate retinere. Quod qui nactus est rem pfecto est assecutus qua nulla ē
neq; harmonia concinnior neq; concinnitas suauior neq; suauitas gratior aut vtilior
Ea est qua mundi molem hanc deus gubernare dicit̄. nō tam vi fretus aut potentia
q̄ arte & ratione necessitatem pariendi demulcens. Hoc iuniori Catoni defuisse p
ditū est homini seueriore īgenio predito & moribus ad popularē gratiam minime
accōmodatis: cuius id fuerit semper ī rep. institutū vt nihil vnq; aut assentādo aut

ambiendo aut obsequendo in omni vita confecerit. Expropter Ciceronem dicere
solitum accepimus consolatu caruisse Catonem: quod in Romuli rep. viveret: ceu ad
modū fuerat in Platonis politia vivendum. Mihi vero idem Catoni quod intēpe-
stivis & extra nature legem nascentibus pomis contigisse videtur: que non tam li-
benter homines cōmedere q̄ mirari & iocūde conspicere solent. Sic Prisca illa Ca-
tonis iamq̄ obsoleta & alte nimium repetita vivendi forma inter perditos sui seculi
mores excellens admirationem habuit illa quidem & gloriā singularem: fructū vero
& utilitatem minime certe parem. Eius enī virtus cel a nimiū eminenq̄ haud vl-
lo potuit pacto cū eius ce tempestatis prostratis moribus adequari Cato si nō diru-
tam vel labentem patriam vt Photion at certe crebris agitatam procellis & fluctu-
bus nactus est. E cuius puppi clavoq̄ exturbatus: cum nihilo segnius rudentibus &
velis inniteretur fortune que ad obruendū Rome libertatē omnes vires suas intē-
derat vsq̄adeo impedimēto fuit: vt ancipitem illi diuq̄ dubiam victoriam fecerit
scelestorum itaq̄ ac perditorū civium auxilio freta romane tandem libertatis splē-
dorem extinxit: nō id quidem cito facileue. Nihil enim propius factum est quā vt
Roma Catonis virtute cōstantiaq̄ defensa ex eo periculo superesset: huic tanto vi-
ro Photionem iure comparandū duximus. Fuit enim in vtraq̄ morum: vite inge-
niiq̄ similitudo: nō illa quidē remota & generalis vt inter multos sepenumero fu-
isse legimus. Est enim plerūq̄ fortitudinis ad fortitudinem dissidens quedā com-
paratio vt Alcibiadis Epaminundeq̄: quosdam dissimiliter prudentes fuisse acce-
pimus vt Themistoclem & Aristidem. Iusticiaq̄ item in Numa aliter in Agesilao
eluxisse dicit. Photionis autem Catonisq̄ si nō fortuna at certe cū natura & inge-
nium tum multo maxime mores videntur & institutum sic convenisse inter sese:
vt omni vel tenui varietate sublata vnam vterq̄ prestiterit animi spetiem & inge-
nii liniamenta. Ambo etenim severitatem cū comitate fortitudinem cū prudentia
aliene rei curam sine sui neglingentia turpitudinis: odium cum honestatis cultu sic
pari equa vt lance mixtas habere: vt in dinoscenda siqua est varietate subtili quo-
dam accuratoq̄ iudicio opus esse videat. Catonem nobili claraq̄ familia natum cō-
stat. Photioni autē Atheniensis haud certum habemus quo genere quibusue parē-
tibus fuerit. Ego tamen nō abiecto illum puto aut ignobili loco natū: tametsi Idou-
meneo placet patrem eius Condarium fuisse opificem: extat enī Claucippi oratio
in Photionem & acris & vehemens: in qua complura in eū convitia & probra cum
collegisset: nullum de genere aut parentibus maledictum attigit. Abducit me itē
Abdomenei sententia eximia viri & prestans in omni vita & molestia: ingenuaq̄ in-
stituto ac liberalis quem constat ab ineunte etate Patonius primum deinde Zeno-
cratis in academia fuisse discipulum & optimarum artium studia coluisse huc du-
ras tradit fuisse morum gravitate constantiaq̄ vt eodem oris habitu in omni vita
servato: nec ridere illum quisq̄: nec lugere facile viderit. Nunq̄ Lavādi causa vul-
gares balneas est ingressus indutus nunq̄ e pallio manum exeruisse visus. Ruri ac
milicie nudo semper incessit pede: nisi hiems illum atrocior ad calceos impulisset.
Idcirco ferunt inter iocantes milites nullū fuisse significandi crudelis frigoris cer-
tius argumentum q̄ affirmare calceatum Photionē tunc fuisse. Erat ingenio miti
humanoq̄ sed cuius lenitatem facies natura tristis atq̄ severa ita mentiret: vt eius
congressū nō nemo familiaris aut solus aut libens petierit facile. Inde Chares vt e-
rat orator nō insulsus cū in eius supercilium festivi inter orandum infectus vniuer-
se contione risum excitasse in eū hoc supciliū Photion inquit nihil meroris vspiam
nobis o cives intulit. At huius salibus & facetiis luctus est sepenumero patrie cō-
paratus: fuit eis oratio gravis vehemens & pceptis sentētiisq̄ conferta. Maxime
autem prestabat acuta quadam & ad faciendam fidem apta brevitate dicendi. Si

quidem Zenonem stoicum dicere accepimus solitum: philosopho dignum minime esse id verbum quod nõ fuisset mente prius & cogitatione instinctum. Id ipsum quod videtur placuisse Photioni: cuius erat sermo verborũ paucitate perbreuis quidem. Multus vero sententiarum magnitudine & grauitate Polieucto quod homini graui & erudito ornatissimum oratorem visũ est fuisse Demoschenem. In suadendo autem vim maximam Photionem habuisse. Animaduertit idem orationi conuenire quod nummis: qui eo sunt prestantiores: quo in minore materia plus valoris ac precii cõplectantur. Sic optimum esse videtur orationis genus illud: quo paucis multa sunt grauiter sapienter acute significata. Igitur Photion apud populũ aliquando dicturo cũ oppleto iam hominibus Theatro cogitabundus deambularet in cena familiarem eius quempiam ferunt propius accedentem rogasse: quidnam istuc esset. quod secum tam accurate cogitaret. Tum Photion ita me pol inquit tam dudum cogito si quid ex ea possum oratione quam habiturus sum demere. Demoscenem vero fama est ceteris spretis oratoribus siquãdo dicturus sententia Photion surrexisset cõuersum ad amicos summisse dicere solitum: En adest verborũ meorum gladius. Ceterum hoc nõ minus fortasse moribus quã eloquentie tribuendum. etenim sepe numero compertũ habemus: multas diserti hominis argumentationes ingenio & arte instructas vel vno viri boni verbo vno & iam nutu facile fusas atque disiectas. Photion adhuc adolescens sub imperatore Cabria meruit a cuius nunquam latere miro quodam discendi studio discedebat. Is ad discendas bellicas artes militaremque disciplinam magno Photioni adiumento fuit. Nec minus ille sui ducis ingenium in re agenda nõ satis constans aut frenatum suo consilio grauitate & prudentia gubernabat. Cabrias enim suapte natura ad ineunda pericula tardior: postea quod cepisset cũ hoste conserere: ira nimia concitus vehementer solebat accendi. Imperatorii officii facile obliuisci: sese temere periculosis obiectare. Cuius audacia quod tandem par erat euasit. Nam in pugna nauali aduersus Chios primus omniũ in hostile litus inuectus cũ pro explicando in terram milite in occurrentis hostes audatius proruisset: pugnans confossus est. At vero Photion & in cauendo periculo prudens: & in gerendo negotio impiger illum & cunctantem incitabat & compescebat nimia audentem. Cabrias vt erat ingenio docili perhumanusque illum libenter audire ei maxima queque credere. Si quid strenue fortiter sapienter esset obeundum illius potissimũ vti opera: nihilque pretermittere: quo minus insignem viri virtutem omni grecie palam faceret. In eo prelio quod aduersus Naxios secundo marte nauibus gestum est maximam sibi Photion & fortitudinis & prudentis laudẽ vendicauit. In quo dux Chabas illũ opposuit dextro Naxiorum cornu vbi locatum erat omne ferme militis robur: Prima illa naualis pugna pro grecis ab athenienfibus post vastitatem propriam vi felicibusque auspiciis confecta longe carissimũ Chabriam patrie reddidit. Egregiam quod virtutem Photionis iam dignam imperio cuncti summis laudibus affirmabat: parta est ea victoria quo die agebãtur Athenis magna misteria. Eiusque gratia Cabrias quoad vixit poculum quotãnis Attico populo dedit. hic deinde Photionẽ delegit: qui cũ ingenti nauibus ad exigenda insularum tributa proficiscatur. Tum Photion erant potius paupertati quod sue dignitati consulens dixisse fertur exiguas eas esse copias: si ad hostes pugnaturus emittitur: sin ad socios sat sibi vel vnã fore. Ita vnica cũ trireme singulas adiens insulas: earũque principibus sibi conciliatis cũ multis quas insulares ad conuehenda tributa coegerant nauibus athenas venit. Mortuo Chabria grati admodum & beniuoli in illum animi argumentũ dedit. Nam quem viuũ multo studio & obseruatione coluerat extinctum etiã omni quo potuit officii genere est prosecutus: eius enim necessarius nulla iure defuit vnque Cresippum filiũ diligenter ac perhumane collegit quod impuros adolescentis mores ipse cõpouerer

eius tamen cū duro tum minime liberali ingenio huiusq̧ adduci potuit: vt curā & la
borem in illo instituendo dimitteret cuius ineptias nō modo pertulit pacienter ve
rumetiā studiose tegebat. Quanq̧ semel aiunt Photionis constantiam importuni
tate leuissimi iuuenis superatam. Nam cū ille imperatorii quoddā munus studio
accuratione obiret: Ctesippus vt erat futilis deliruſq̧ grauissimū impeditum q̧ im
peratorem cepit fatuis quibusdam interrogatiūculis obtundere atq̧ il'ū quasi mo
nens docensue importunius perurgere. Tū stomachatū Photionē dixisse fama est
O Chabria Chabria cumulatam tibi pro amore nostro gratiam nūc persoluo: qui
nati tui deliramenta sustineo: vt vero animaduertit ciuitatis pricipes munera bel
lica & togata inter se quasi sorte partitos. Quidam enī velut Eubulus Aristophon
Demoscenes Hiperidesq̧ e foro tantum & curia dignitatem sibi & amplitudinem
queritabāt: alii vero bellicos magistratus & imperia sectabanť: hi erāt Diopethes
Menescheus & Chares. Hec inq̧ vbi aīaduertit Photion: visū est sic munus vtrū
q̧ sibi complecterdū vt & in toga posset excellere: & nulli ducum in armis esset in
ferior. Meminerat enim tales Pericles Aristidem Solonemq̧ fuisse: Quorū nemo
vt est apud Archilochum: aut Martis opera seu ac placida musarū dona neglexit:
atq̧ Palladem ipsam bellicā simul ac ciuilem & esse & vocitari. Hoc instituto rem
p. capessendam ratus: nihil potius q̧ quietem paceq̧ publicam cupere videbať. Im
peria habuit quot quantaq̧ nemo aut sue aut superioris etatis ducū athenis est cō
secutus e quibꝫ nullū omnino aut ambiens aut vlla significatione cupiditatis est ad
eptus. Sed illa sicut populi voluntare sponte delata: ita repudiata nunq̧ reip. postu
lante. Certum est enī Photionem quintū supra quadragesimū gessisse imperiū cū
nec semel ipse comitiis presens interfuisset. Quod eo solet videri maius quo nihil
eum in omni vita popularis gratie causa vel fecisse certe dixisse constat quinimo ab
iis artibus tantum abfuit: vt sepissime plebi sit acerrime cōtumelioseq̧ aduersatus
hoc nōnullis miraculo fuit qui parū popularem leuitatem experti nō intelligūt vul
garem turbam reges imitari solitā quibus post epulas vbi cerere & libero leta mēs
diffluit ioci tantū & assentationes post habitis seriis in pretio sunt quod item in ci
uitatibus vbi plebs imperet factū videmus Nam arridēte fortuna tranquilloq̧ rerū
cursu in quo plus blandiciarū & assentationis cunspexerit: in hunc facile suos hono
res conferunt. Ast vbi intonuerit vbi grauior aliqua tempestas illis velut crapulā
& somnum abegerit: iam in gubernaturo non queruntť blandicie seueritas iustitia
sapiencia in honore est. Ad eos tum confugitur maxime quos ante viderint errori
bus suis fuisse vehementer aduersos Habuerant ex delphis athenienses oraculum:
cuius erat hec ferme sentencia Vnum athenis hominem esse solum qui aduersus ci
uitatē sentiret: cū ceteris tamen omnibus idem esset in remp. animus. hoc vbi pub
lice recitatum est exurgens Photion desinite ciues inquit quemnam deus ea voce
significet deinceps inquirere. Vnus enī is ego sum cui placeat nichil eoꝝ que in re
p. nunc gerantur. Rursus cū inter orandum eius sentētiam vniuersa magno assen
su concio excepisset ad proximos versus me miserum inquit vereor enim ne qđ mi
hi stultum verbū imprudenter exciderit. Sacros ludos athenienses instituerāt ꝓ
uata ciuium collatione ornandis portionem suā contulerant ceteri. Tum inuitatus
ad soluendum Photion a diuitibus inquit ista exposcite: puderet enī me si eam quā
sum Charicli feneratori obnoxius pecuniam in hosce sumptus absumerem. Cū ve
ro importunius illi clamore instarent & minis fabulam huiusmodi orsus. Ignauus
quidam miles in prelium pergit ire illum grex cornicū obscena vociferatione cir
cumuolat eo quasi infausto homīe perterritus miles positis armis nō vltra ꝓgredi
tur Silent aues ille tela resumens ire constituit: Ingeminatur auium cantus de inte
gro. Tunc ad illas conuersus vos inquit pro viribus clamabitis, Me certe nunquā

gustabitis. Ferunt a militibus aliquando rogatum vt se in aciem pugnatores edu
cerent illorum diffisum animis ac viribus noluisse tunc irati milites crebris illum
maledictis incessere. trepidum imperatorem effeminatumq; vocitare Eu metui suo
periculum vanu pretedere. Ad hec Photion o viror inquit fortissimi neq; vos me
intrepidum nec ego vos item ignauos unquam efficiam. At qui sat nobis est no
stra vtrisq; nostrum plane cognita esse ingenia. Re aliquando militis male gesta: ac
censa plebs iraq; in Photionem euomens: penas ab eo male administrati imperii de
poscebat. Quibus ille o felices inquit saluti prius & periculo vestro consulite. De
inde meis de criminibus per otiu statuetis. Fuere nonulli milites q quoad sub ipso
meruerat inter tubas & armorum strepitum exangues ac consternati: hostis etia
longinqui conspectu no substineret. Hi pace facto omniq; exacto periculo feroces
de repente audentesq; facti sese iactabudi extollere: Photione ignauie insimulare
illu unu fuisse cuius fortitudinis victoria e manibus esset erepta. tum rides Photi
on o fortunatos vos milites inquit quibus imperatorem sors dederit: vestre gnar
virtutis atq; ingenii: alioquin iam pride misere periissetis. Disceptabat Boecii de
agror finibus cum populo atheniesi que cum videret Photio repudiatis arbitris
ferro malle q iure litem dirimere. Si sapitis inquit viri athenieses uerbis potius
quibus prestatis q armis quibus impares estis decernite. Orante illu cum obstre
pens contio impediret quominus sentenciā diceret haud illis omnino gratā. vestri
inquit arbitru ciues est ut quod nolim a uobis coactus faciā, contra uero sentenciā
meam vt eloquar id profecto hominu nemo facturus est. Sed interseramus nunc e
multis pauca que in oratores contrariar partiu mordaciter ab eo ferunt Cum po
pulu aliquādo paulo liberius in contione reprehēderet. Demoschenes ait. Trucida
bit te plebs Phorion si paululu insaniuerit. cui Photion: quin te potius si paululu
resipuerit Polieuctus Sfetius longā de suscipiēdo contra Philippu bello oratio
nem habuerat. Erat autē tunc estas media. hunc igitur partim pinguedine corpo
ris: partim solis feruore coactu cum vidisset sepius ad recreādos oppressos anheli
tus aquā sorbillare inter orandu. Dignam hercle rem inquit viri Athenienses ut
huic de gerendo bello credatur. quanta enim illu in media marte sub galea & tho
race factur existimatis: quem vel ipse loquēdo labor inanime exalande discrimine
impulerit. Licurgus Photionē multis in contione maledictis carpserat. quia alexā
dro decem ad suppliciu ciues poscenti dedendos censuisset. Cui Photion meis inqt
consiliis vtinam tanta fuisset adhibita fides: quanta erat in illis salus atq; utilitas.
Fuit ea tempestate athenis Archibiades qdam cui ficti fucatiq; mores Laconiste
cognomen indiderant. Hic auctoritatem sibi nō tam virtute q enutrite barbe pro
lixitate graui supercilio tardo incessu lacernaq; laconica queritabat. Illu igit Pho
tion cum sibi ad populum dicenti paru fidei haberetur dictorum suoru inuocat te
stem: qui cu populo vt assentaretur: veritatem negasset: cōtinuo accedens populus
Photion illiusq; barbam in speciem mulcēdi apprehendens quā decuerat inqt hāc
barbam & indumenta boni viri insignia priusq mentireris deposuisse. Nec aliud
Aristbogitonis Sicophante pretereundu: cuius contiones nihil ferme preter bel
lum sonabant & arma quiq; suis populu orationibus in pericula sepe compulerat Is
cu intelligeret haberi delectum: simulata valitudine crus obligat baculoq; innixus
instar vulnerati claudicando prodit in publicum: quem Phorion a tribunali lon
ge prospiciens vociferans inquit Scribe aristbogitonem claudum & eundē impro
bum ac mendacem. Nec mecu interdum reputans mirari soleo hominem vsq; adeo
durum seuerumq; Chresti hoc est frugi cognomentu esse adeptum: quāq; haud im
possibile puto vt est in vino sic & in viro suauitatem esse cu austeritate coniunctam
Vti plerosq; cōtra videmus pma statim cōgressu faciles videri suauesq; phumanos

Phohon

quorū ingenium cōsuetudo longe detegit asperum intractabileq;. Propterea Hipe
ridem tradunt Atheniensibus dicere solitum ne vellet an essent acerbus inspicere
sed esset ab re proteruiterq; acerbus. Vulgo etenim iusta odisse solent. & quos rei
nō publice sed priuate causa duros ac seueros cognouerāt: & qui in rep. ad cōtume
liam iniuriasq; potentia & viribus abutantur. At vero Photionem ex omni ciuiū nu
mero neminem compertū est nō modo priuatum affecisset iniuria: sed ne odisse qdē
tametsi cū multis sepius est ab eo reip. causa suscepta cōtentio. Atq; hac in re sic se
constātem prebuit sic acrem inexorabilemq; vt nullo periculo nulla gratia nullis de
niq; potuerit artibus ab iuuande patrie instituto abduci cū priuatim tamen erga
in omnes fuerit humanitate beniuolētiaq; vt vel eorum sepe quos in rep. aduersus
habuit temporibus & periculis nō deesset. Quare cū a suis reprehenderet̄ quod ho
minē improbum in iudicio defendisset. At nemo bonus īquit eiusmodi patrocinio
indiget Aristhogitonem Sicophantam Athenienses damnatū vinculis coercebant
Is oratum Photionem mittit. vt paululū velit ad se visendū accedere. Assensus pho
tion: cū hanc eius felicitatem sui damnarent. Erat enim scelestus aristhogiton fla
gitiosusq; atq; illum conarent̄ ab itinere iam cepto deflectere. Sinite inquit. Nā vbi
locorū iocundius quam ī carcere aristhogitonem viderim: nec minore fuisse benine
lentia quam auctoritate & fide apud vrbes insulasq; socias ferunt. Nam si quando
classis alio duce athenis emitteretur socii oēs nō tam amicos illos q̄ hostes rati loca
oīa aduentantibus portus eis obcludē molibus aggereq; munire liberos vxores armē
ta mancipia in vrbem ex agro cōpellere: vt nihil loci illorū rapine libidiniq; pateret
Ast vbi Photionem audissent classis esse prefectū: longius omnes nauibus obuiam
ire sertisq; coronis omniq; leticie significatione illū excipere: Vrbes villas port9 du
mos deniq; ipsas vacui animo patefacere tanta de illius erat integritate & continē
tia apud omnes mortales existimatio. Ea tempestate renunciatū athenis est Phi
lippum traductis in Euboiam ex Macedonia copiis vrbes aliquot allectis sibi pri
cipum animis primo statum aduentu occupasse. Tum Plutarchus Eritriens lega
tos Athenas mittit: qui oppressa a Macedone insule opem efflagitent. Placuit mit
ti auxiliū: & prefici huic expeditioni Photionem. Cū parua igit̄ militis manu spē
enī Merethriensium viribus & fide locarat in Erethriam extemplo traiecit vbi cū
omnia offendisset infida proditoribus auro venalia io magnū rerū discrimen venit
Tunc locis omnibus oculo ac mente lustratis tumulum tandem cōspicit paululum
ex vna valle surgentem: equo patebat in planicie que circa tamina est longe lateq;
prospectus eo cū insigni robore militum ipse concessit. Nam ignauus quisq; quibus
ad pugnādum deerant vires vel frigebat animus loci ac rerū desperatione perculsi
castris profugerant: quorū discessu ne diffidāt neue rem gerant segnius doces qui
aderant secū hortantur. Fugaces enī illos si cum hoste conserendū fuisset nō modo
nō viles verūetiam forti cuiq; ac strenuo impedimento fore dicebat. Serū dū hec
crebri de aduentu hostium afferuntur nuncii. Tum Photion militem continuo cu
rare corpora & arma capere iubet atq; armatos pro castris quiescere quoad ipse rē
diuinam absoluisset. In eo igitur paulo diutius immoratus & seu quia non cito rite
litassent: seu quo simulato metu propius hostem alliceret: socius ignauie ac desidie
sue suspitionē iniecit. Ergo Plutarchus Photionem pugnam detrectare ratus sig
nis temere motis imperum in Macedonas cū peregrino milite facit. Post hunc eq
tatus omnis incōdito turbatoq; agmine nō minori temeritate q̄ clade in hostē ruit
Prius itaq; facile profligatis ceterisq; subinde fusis dissipatisq; Plutarchus & ipse
tandem pedibus turpiter saluti sue consulti Macedo iam prope debellatum ratus
vallum cū parte copiarū adoritur continuo quod dum excindi omni conatu pacat̄
Photion peractis interim sacris Atticum militē magno impetu in hostē instructū

emittit Atrox pro vallo initur prelium. Multa Macedonum cedes editur: reliq fusi fugatiq;. Inde Photion receptui cani sistiq; signa imperat: vt suos longius ho stem insectatus & peregrinum priore impetu passim disiectũ colligeret: collectos i ordinem disponeret: dispositosq; vniuersa dimicatione in hostem educeret. Igitur cũ aciem pro loci ac temporis oportunitate struxisset. Hostium castra pede citato petit. Ingens ibi de integro pugna oboritur vtrũq; diu est dimicatum sicuti cruẽto Marte ita & incerta spe ancipitiq; victoria ingentem Macedonum Stragem edi dere Thalus Cedei filius & Glaucus Polimedis ante ipsũ imperatorem instructi. Imprimis tamen Deophanis virtus insignis eo die & clara fuit. Nam vt primũ se dam equitum suoꝝ fugam agnoscit: impressis equo calcaribus singulos vt poterat adiens ortari monere precariq; ne plus pedibus q̃ manu fiderent neu exercitum ac imperatorem in summo laborantẽ discrimine pbede desererent. Nisi redierint: om nes suorum copias pariter cũ Attica dignitate casuras si steterint: salua omĩa fore fessũ iam & facile inclinaturũ hostem esse His uerbis mutatus eques cũ animos re cepisset in hostem a fuga cõuersi afflicto pediti rebusq; labentibus & opẽ & uicto riam attulere. Secundum hanc pugnam Photion ex Erethria Plutarchum exegit zaretra deinde opidũ locũ sibi peroportunũ occupat ĩ ea insule latitudo pstringit̃ ubi coercentibus utrimq; fluctibus ĩ angustũ protracta insule latitudo pstringitur Gyrecos captiuos manu omnes emittit ueritus ne sĩ Athenensiũ cõspectũ uenis sent: plebs oratoriis stimulis cõcitata in eos animaduertisset crudelius. His ita ge stis reuectus Athenas Photioni ĩgens sui desideriũ sociis ipse reliquit: & Athenis magno cũ suo malo breuiter more predicere quanta in eo uiro uirtus quãtus esset rerum usus atq; prestantia. Nã molosus imperio subrogatus Photioni usq;adeo in felici rem gessit euentu: ut amisso exercitu ipse nimis in macedonum uenerit pote statem. Qui uictoria elatus Philippus ingenti plenus spe continuo in Hellespontũ infestum traducit exercitum: ratus vno se impetu Cheronensi Perinthii ac Bissan cii potiturum. Terruit Athenienses eiusce profectionis nuntius & eos hinc socioꝝ fides illinc suum periculũ impulit: vt auxilium mature dubiis rebus afferent. Ca rethẽ itaq; populus nõ tam suo merito q̃ oratorũ ambitione & studiis partiũ huic expeditioni pficiunt. Is magna cũ classe profectus nihil huic piculo aut apparatui par effecit quin tantũ ab vlla sociis ope ferenda abfuit vt sua illũ libido & auaritia cunctis mortalibus eque suspecta ab omni prorsus socialiũ vrbium ingressu exclu serit. Ceterum errabũdus amicoꝝq; rapinis ac preda locupletatus: & apud hostes comtemptui & formidini odioq; apud socios fuit. At vero plebs oratorũ incensa fa cibus in socios ceperat ob suũ spretum imperatorem irasci penitereq; auxilii: quod Bizantiis nuper miserant. Contra Photion plebis indignationẽ lenire Innocentiam sociorũ defendere: Nil esse preter ducis libidinẽ & perfidiam accusandũ. Nõ tam upportere nõ credẽtib; sociis q̃ imperatorii iure nõ credito succẽsere: ducũ tantũ modo vitio Atticũ nomen iã esse amicis omnibus inuisũ atq; horrẽdũ. Nihil cause esse q̃obrẽ socii in tãto reꝝ & salutis sue discrimine sibi tradit opẽ aspenarẽt: si mo do potuissent sese & sua imperatoꝝ fidei tuto omittere. Socioꝝ salutẽ minime om nium rerũ oportere negligi cũ qua salus esset athenarũ q̃ cõiuncta. In hãc sentẽtiã multa cum grauiter & sapienter disseruisset: populus mutatis animis imperatorẽ Photionem deligit ad opem sociis in Hellesponto mature ferendã. Iubetq; classem ad eam rem parari de ĩtegro. Fuit ea tempestate Photionis nomen illustre magnũ q;. Nec fama tamen virtus fuit in ea expeditione inferior Eius enĩ presentia maxi mum ad tuendam Bizantium momentum tulit. Nam Deon vir in vrbe illa & gene re & virtute facile princeps Photioniq; vsq; ab Achademia necessitudine & fami liaritate deuinctus: cum bizancius pro continentia: & integritate ducis vadem se

Phonon

prestitisset: haud illũ oppidani passi extra menia castra tenere: sed apertis portis ĩ
uitum prope & sola modestia reluctantem cũ omni milite lete ac periocunde exci-
piunt. Atticus miles sub alus ducibus & rapax ante & perfidus nũc sub Photione
bizantus passim immixtus sese eõ modo in omni vita moderatum & integrũ verũ
etiam ob habitam sibi fidem in arcendis hostibus omniq; obeundo labore & acrem
imprimis & impigrũ prebuit. Macedo potiundi bizantii frustratus spe: contentus
Hellesponto cessit. Neq; ad inferẽdum modo bellum sed ne ad propulsandũ pericu-
lum satis idoneus habitus. Atticus interim aliquot ex philippi captis nauibus: nõ
nullis insuper cũ suis presidiis vrbes in potestatem redegit & crebris descensioni-
bus hostiles agros igni ferro omniq; depopulandi genere peruastauit: quoad acce-
ptis ab hoste vulneribus recipiẽda athenas classem existimauit Haud multo post
Megarenses clam nuncios ad Photionem mittunt qui se atheniensibus dedi para-
tos si cum presidio mature aduenerit pollicẽtur Veritus ille ne a boecis si id pre
scisserit Megaria preoccuparetur postridie vbi primũ illuxit: cõtione habita cum
ea profecto populo placuisset confestim a contione tuba cani capiq; arma eue stigiu
iubet. a Megarensibus itaq; perhumane exceptus niseam cingit muro & duabus
alis ab arce ad nauale deductis vrbem mari iũgit vt ab omni terrestri impetu tuta
munitaq; atheniensibus semper pateret a mari. iam cũ Philippo eu inimicitiarum
ventũ erat: vt bellum nõ clam aut dolo vt ante sed manifestis animis & viribꝰ gere
ret. athenienses ei bello duces designarant absente Photione q ubi ꝑmũ e Megaris
pedem in vrbẽ retulit summopere populum conatur ab armis abducere suadet vt
de pace cũ hoste agatur: cũ eam & ipse Macedo videretur vehementer expetere:
huic sententie magno studio aduersatũ ferũt Sicophantam quẽdam eoꝝ qui circa
lheam id est athenis tribunal versari solebant. Eũq; vt nimiam Photionis licentiã
exprobantem ita dixisse. Tu ne o Photion is homo es: qui populum atheniensem
audes consulto iam captis armis in hostem ruentem retrahere. Audeo inquit il-
le atq; id quidem & volens & prudens facio: tametsi plane intelligo in bello me ti-
bi: in pace te mihi imperatur. Demoschenis autẽ vicit oratio. elegantior certe q̃ fe
licior vt bellum scilicet cũ Macedone q̃ longissime ab atticis finibus gereret: Qua
in re Photiõ per deos immortales inquit: Viri atheniẽses vbi pugnetis sed quo pa
cto vincatis inspicite: victoribus enĩ bellum vndicũq; abest longissime victis autem
vel si multom hostis abfuerit proximũ est omne periculum. accepta igit̃ paulopost
a Philippo clade factiosi & rerũ nouarum cupidi: cure demum summe reꝝ prefici
volebant. At optimus quisq; cuiq; plus in salute publica q̃ in delictu & gratia pensi
erat Attico in vrbẽ Ariopagi consilio plebem supplices lacrimis & prece orare: ne
labenti patrie in tanto rerum discrimine desint: neu velint farmorosorũ ciuium li
bidinem sue liberorũq; & coniugũ saluti preferre. Photionem vnũ esse ex omibus
cuius explorate iam pridem fidei virtutiq; ciuitatem ĩ tanta tempoꝝ difficultate
tuto committant. Vicit itaq; ambitionẽ & gratiam periculũ imminens: vt vrbis sci
licet imperiũ ad Photionem deferret. Is inito magistratu de pace cũ volente Phi-
lippo agendum putauit. Tulit itaq; rogationẽ Demades pacem eo dũtaxat pacto
factum iri vt Athenienses & ipsi haberẽt quas esset reliqua Grecia cõditiones cũ
Macedone habitura: vnaq; pax esset eũ reliqua Grecia pacis conditio. Refellebat
eam sentenciã Photion: stultum esse asseuerans incertis & alieno arbitrio statuen-
dis conditioĩbꝰ pacem firmari prius esse intelligendum quidnam sibi Philippus a
ceteris grecis expeteret. Superior fuit temporum ac morum iniquitate Demades
pace itaq; facta: populum animaduerteret Photion sui iam foro penitere consiliu
nam & equitatum & maritimas copias Macedoni mitti ex federe oportebat Istec
inquit ego vobis initio metuẽs tantopere Demadis consilio aduersabantur. Vosq;

par erat animo hec antē prospicere. Nunc vero quoniam ita vobis cū Philippo con
uentum est & in fide manendū censeo & equis hanc sortem animis esse ferendam
Sic maiores nostros accepimus: nunc imperando nūc parendo in vtraq; fortune vi
cissitudine sapienter fortiterq; versatos. nō modo vrbem hanc nostram Sed & reli
quā greciam conseruasse. Nunciata interim philippi mors est & ob id plerisq; place
bat publica sacra festosq; ludos diis immortalibus pro felici hoc faustoq; nuncio p
soluendos. Refellebat hanc sentētiam Photion ignobilis ac dimissi animi esse affir
mans ciuitatē amplissimā & belli gloria viribusq; florentem manifesto gaudio Pe
tulantius exultare: quia tante hostium in Cheronia copie vno dumtaxat essent ho
mine imminute. Admouerat Thebis in festum exercitū Alexander. Hunc sepenu
mero cū Demoschenes priuatim publiceq; maledictis insectaretur Photionē ei dix
isse tradunt homericū illud. Desine iam demens seuū stimulare leonem. Gloria quē
torquet regniq; immensa cupido. Vis ne hanc vrbem tanto tamq; vrenti rogo inii
cere? Ast ego cui seruande tante ciuitatis cura commissa est: nusq; eos ciuis audiri
patiar: qui sese aliosq; ceci & imprudentes perditū ire pergūt. Captis deinde The
bis: Alexāder Demoscenem Ligurgū Hiperidem & Charidemū sibi ad suppliciū
dedi flagitat & Thebanos qui profugerāt. Hec cū ad populū essent relata. vniuer
si in Photionem vnū ora oculosq; cōuerterant. Qui vt sententiā diceret nomine sepi
us appellatus: exurgens tandem accitoq; ad se Nicode: quo nec amore sibi nec con
suetudine q̄sq; fuerit carior: Ita verba fecit. Hi quos alexander victor efflagitat vi
ri athenienses ciuitatem nostrā in hoc periculo compulerūt. Quod eqdem pro sua
magnitudine tanti existimo: vt Alexandro si vel hunc meū Nicodem sibi deposcat
vitandi publici periculi causa cōtinuo dedendū censeā. Mihiq; ipsi si pro vestra pa
triaeq; salute lux ista relinquenda sit sūmā medius fidius incomparabileq; felicitatē
me consecuturū putarim. Mouet me insuper nō nihil eoꝝ misericordia: quos erum
nis deformatos videmus deletis Thebis in nostrā fidē vnicū sibi portū confugisse.
Iam satis est viri atheniēses aū gretie satis est: vnas Thebas earūq; excidiū deplora
re: liceat vobis illaꝝ exēplo de capite & fortunis nostris cōsulere. Ego neq; hos ca
lamitosos pfugos negligendos duco atq; multo maxime publicā salutē in tāto reꝝ
discrimine paucoꝝ gratie preferendā arbitror Victoriq; quoniā ita nostra sors tulit
ita pericula postulant gerere morē malim ꝙ pugnādo simul vniuersa fortune com
mittere. Primū igit̄ Psefisma missum ab atheniēsibus fama est: Alexandrū cōtem
nētem abiecisse Statimq; vertētē ad legatos terga per cōtumeliā abiisse. Id ipsum
vero secūdo per Photionē ad se delatum perhumane admisisse a maioribꝰ natu ad
monitū Photionem ob eximiam eius laudem & uirtutem a Philippo semper singu
lari honori habitum. Que igitur ille legationis nomine petiisset in his facilem sese
Alexander exortatumq; prestitit: & priuatim nō eius modo usus est familiaritate
congressuq;: uerūetiam consilio & sententia. Nam cū a Photione quesisset quidnā
potissimū in vita sibi censeret agendū? consuluisse primus oīm dicit̄. vt arma exer
citusq; dimitteret. si tranqlitatem sibi securāq; expeteret vitam Sin vero gloriam
nominisq; celebritatē in Barbaros quos ei natura fecerat hostes: nō in grecos vires
suas virtutēq; explicaret. Multos preterea fertur ad eius ingeniū institutūq; acco
modatos sermones habuisse. atrocesq; iuuenis animos inflexisse & ab atheniensium
odio in beniuolentiā ita traduxisse vt Photionē athenienses monuerit: rebus suis
ita prospicere vt siquid sibi ꝯtigisset aduersi Grecie imperiū vendicarēt. Eū sibi p
uatim & hostem fecit & amicū appellauit. Cui honoris tantū auctoris tribuit quan
tū nemini ferme omniū quos apud se habuit vnq;. Nam Duris historicus alexan
drū tradit postea ꝙ ꝓfligaco dario magnū sese cognominari voluit nulli mortaliū
in epistolis dixisse salutem preterq; Photioni antipatroq; quos duos honoris causa

Phocion

semper initio literaꝝ saluere iubebat. Hoc ipsum & Chares rerum scriptor memo-
rie prodidit: Fama est pretera Alexandrum ex asia rentum Photioni talenta dono
misisse: atq; Photionẽ vt erat auri minime auidus nuntios qui ad se illa detulerant
rogasset: quidnam esset cause quamobrem se vnũ Alexander int tot claros prestã-
tisq; athenis viros donandũ potissimum delegisset? Respondentibus illis qa te vnũ
ex omnibus virũ bonum & honestum iudicat. Sinito igitur inquit qualem me iu-
dicat talem & esse & videri perpetuo. Ille domũ Photionem subsecuti ingressiq;
vbi domesticam viri paupertatem inspiciũt: edes videlicet vacuas pinsentem vxo-
rem: & illum sibi lauandis pedibus aquam haurientem: hee inqñ vbi conspiciũt ve
pecuniam accipiat rogant importunius indignum esse dicentes regis amico eidẽq;
primario in omni gratia viro vitam vsq; adeo abiectam & inopẽ esse. Conuersus tũ
Photion cũ medicum quendã senem vidisset sordido amictu preterreũtem: illos ro-
gat num minoris se existimarent q̃ istũ: precantibus vt diceret meliora: at qui pau-
cioribꝫ inqt q̃ ego viuit ille: cui sat est quãtulũcũq; q̃tidianus labor adiciat. Desini-
te igit̃ me frustra obtundere. Ego enim argentũ in capsũ sumpsero: si sumpsero ꝑ
eius amplitudine nõ vtar. Sin vero vtar: dignam ego rũ rege ipso inuidiã & suspici-
onem nõ euitabo. Nuncii perspecta viri constantia ad regem cũ auro redeũt omnẽ
vero Greciam celebris eiusce rei fama peruasit atq; per disputãtiũ philosophorum
scolas increpuit questio vter esset ditior: Is ne qui aurum obtulisset an qui in sũma
auri egestate aurũ contempsisset? Indignatus alexander munificentiam suã Photi-
onis frugalitate & continentia superatã longe plura mittit de integro illud adici-
ens amicũ neminem sibi putare qui ab se nõ accipiat. At photion cũ nihilo segnius
hoc auri respuisset: ne regis tamẽ videretur aspernari liberalitatem pro auro petit
vt Ecrecatidẽ sophistã simulq; Athenodorũ imbriũ duosq; item rhodios Sparatho-
nem & Demaratum vinculis solueret. quos variis accusatos criminibus sardibꝫ co-
ercuerat. Hos alexander continuo carcere liberatos dimisit. Et paulo ante q̃ e vi-
ta migraret: proditũ est imperasse Cratero in Macedonias venienti: vt ex quatuor
his asie vrbibus Chio Gregito Milassis & eleaminis deligende Photioni faceret
optionem: adiceretq; si omẽs ille repudiasset: graue id admodum & permolestum
sibi futurũ. Nec tamen potuit vel muneris amplitudo: vel dulcedo sumendi homĩs
cõtinentiam & pectoris firmitatem labefactare. Extant adhuc in Militha athena-
rum Nico Photionis edes ereis adornate laminis alioquĩ parce & nullo splendore
aut luxu elaborate. Geminas cũ habuisse vxores litteris mãdatũ inuenio: primam
Cephi Sedoti Figuli sororem eamq; nulla insigni laude celebratam. Alterius vero
pudicitia modestiaq; haud minus illustris q̃ viri virtus athenis fuit. Audit enĩ rom
ad spectandas nouas tragedias frequens populus in Caueã conuenisset: vnã ex tra-
gedis regine personam introducturũ a Melanthio ludorum profecto cõplures pe-
tiisset ancillas cultu magnifico exornatas & cũ Melanthius tot se daturũ negasset
iratum Tragedum in theatrũ noluisset procedere. Tum profectus Tragedo vi ꝑ
tracto in medium quãta potuit voce clamauit. Vides ne improbe hominũ vxorem
Photionis vnica cũ ancilla muliere semper prodire in publicum iam nimiũ ineptus
es nimium muliebri fastui tribuis corrũpis exemplo tuo atheniensiũ matronarũ
mores & modestiam Hec a Melanthio dicta ingenti plausu ab omni theatro acce-
pta sũt. Ferunt insuper nobilẽ quandã mulierẽ genere Ionicã athenas ꝑfectam cũ
in vxoris Photiõis amicitiã uenisset: aureos illi torquẽs uariisq; gemmis distincta
mundia mundũ sui corporis obstentasse. Tum illa meum uero inquit ornamentũ
est Photion atheniẽsiũ iam uigesimũ imperator filiũ ei Photion nomine fuisse per-
hibent. Is cum plurimũ cuperet equestrẽ certare ludũ: quẽ appobatẽ attici uocãt.
permisit pater non tam uictorie desiderio q̃ ut adolescẽtis corpus longe prius vsu

& labore exercitum robuſtios & agilius redderetur pariterue vt illũ ludorum de-
lectatione pellectũ a priori vita ſi fieri poſſet abduceret. Erat enĩ intẽperans Pho
cius & vini ĩmoderatius appetẽs potitus eſt adoleſcens victoria vnq; ex equalibꝰ
ſuis cũ tamen id plerıq; omnes peterẽt parandı ob victoriam epulı munus traditur
Cene itaq; tempore Photion ſtratis iam tricliniis veniens: rum pleraq; offendiſſet
paulo delicatius ſplẽdidiuſq; parata: imprimis aruiſia vina vario mixta aromate pe
dibus lauãdis a ppoſita. Quid ſuus inquit o Photi archıtriclinũ hunc tuã hoc luxu
fedare victoriam Intemperantiam vero filii cum nulla poſſet arte ad ingenuos mo
res trãſferre Lacedemonem illum tandem inſtituendũ adducit & in adoleſcentiũ
locat ordinem quẽ agogem greco vocabulo nuncupant. Viſa eſt ea res Atheniẽſiũ
animos incendiſſe: arbitratos Atticam dignitatẽ atq; doctrinam ſũmis vbiq; lau-
dibus celebrarã ſperni contemniq;: quod grauiſſimus homo idemq; primarius ciuis
peregrinam diſciplinã illorũ moribus pertuliſſet. Tunc Demadem ita Photioni lo
cutũ aiunt. En quid prohibet o Photion quo minus populo Atheniẽſi in animum
inducamus vt Laconiam diſciplinam in hanc ciuitatẽ excipiãt: velintq; patrios mo
res ad illoꝝ formam & inſtitutum traducere me profecto ſi eadem tibi mens eſt &
ferende & ſuadende legis principem fore pollictor. Quid ni feras & ſuadeas Pho
tion inquit: quãdoquidẽ nemo te magis eſt ad huiuſmodi laudandã legem idoneus
Nam tibi vni maxime omniũ ciuitas iure crediderit homini vngẽtato & Mirtum
vndiq; redolenti: quoue nemo videri cupiat aut in veſtitu ſplẽdidior aut domi lau
tior aut ĩ omni luxus genere delicatior. Tibi inq; ciuitas iure crediderit cũ de fru-
galitate de ↄtinẽtia de neglecto corporis cultu de labore de vigiliis de paupertate
de duriſſimis deniq; Ligurgi legibus carũq; laudibus diſputabis. Ea tempeſtate
Alexãder triremes ex federe ſibi debitas ab athenienſibus poſtulabat. ei poſtulati
oni rhetores Attici magno ſunt ſtudio aduerſati. Tum Photion iuſſus ſententiam
ſuã diceret. Ego inquit vobis aut armis incendiũ ſentio: aut victoribus plane ob-
temperandũ. Piteas homo tunc nouus erat: & nuper in remp. cũ largiẽdo tum po-
pulum blande ſalutando aſcitus cuius cũ quotidiana dicacitate contiones obtunde
rent. Photion inquit tacebit ne vnq; homo hic nouus & populi atheniẽſis Empti-
cius. Harpulus ab alexandro fugiens cum ingenti auro ex Aſia athenas traiecerat
Ad hunc certatim cõtinuo confluit magna ciuiũ vis: auri magis q̃ hominis amore
compulſi imprimiſq; oratores & hi qui queſtũ ex pulpito faciebant. hos Harpulus
exigua largitione pellectos facile ſibi empticios effecit. Vbi vero Photionis quem
ante omnes beneficio ſibi deuictũ cupit integritatem conſtantiamq; intelligit vali
diori rete ad huiuſmodi aucupiũ opus eſſe ratus: ſeptuaginta illi dono talenta mit-
tit oratq; vt ſeſe ſuaſq; fortunas in fidem & clientelam accipiat. Indignatus Pho-
tion ad nuncios verſus auferte iſtec ĩquit hominũ improbiſſimi meoq; nomine me
rorem & luctum renunciate Harpulo niſi a corrumpẽda ciuitate manũ abſtineat.
His verbis ſibi metuens Harpulus neminem deinceps auro eſt oppugnare adortus
Pauloq; poſt plane perſpexit plus ſibi ex largitionibꝰ detrimenti q̃ cõmodi compa
raſſe. Mox enĩ cum de illo apud populũ ageretur eos omĩs quos donis labefactare
vt ſe ſũmpti auri ſuſpicõne eximerẽt ſue cauſe palam aduerſus habuit. Cõtra Pho
cion haud minus veritatis cultor q̃ huiuſmodi criminacõnis intrepidus: Harpulũ
aperte defendere affirmare tanti viri non eſſe ſalutem aſpernandam e rep. ſe pu-
tare vt ille vitam Athenis degens ciuitatis temporibus ſi caſus dederit preſto ad
eſſe poſſit. Harpulus his auditis gratiã Photioni quoq; modo referre conatus vbi
hominem vidit omni vndiq; explorato aditu velut munitiſſimã arcem donis inex-
pugnabilem ſtare ad eius generũ Caridem ſeſe conuertit: hominẽ ſicut ingenio pa-
rũ integro ita cito in malam famã ex Harpuli conſuetudine lapſũ. Harpulus itaq;

multa Charidem familiaritate complecti: ei se suaq; omnia facile credere. Siquid
facto consultore opus esset eius opera & sentētia potissimū uti. Ferontq; mortua
pitonica nobili scorto qua Harpulus amore insano deperibat condendi magno sum
ptu sepulcri curā Caridi Harpulum tradidisse. Erat ea ꝓcuratio genere ipso abie-
cta & sordida & ignominiā auxit ipsius tumuli tenuis & mētito sūptu minime re
spondēs ornatos: extat enī adhuc sepulcrū illud secū in heremo: qua in Eleusinam
ex vrbe est iter: in quo nihil omnino conspicit̄ dignū triginta talentis cū tot Dari
des reddita impēse ratione ab Harpulo exegisset. Harpulus deinde morbo oppres-
sos nature tandem concessit eius filia quā pitonica partu ediderat in Phocionis Ca
ridisq; tutelam relicta & diligenter ab his & perhumane educata est. Et cū Cha-
des male admīstrate Harpuliane pecunie accersitus reus frustra oraret socerum ut
sue cause patronus adesset: Ego te Phocioni honestis tantum in rebus generū mihi
adsciui. Alexander mortem Asclepiades primus omnium Athenis renūciauit: cui
Demades credendū esse negat quia tanti odore cadaueris primo die implest vrbē
terre par fuerit. Cū vero populum videret Phocion res nouas moliente: surgētes
motus omī studio compescebat tumultucsū quenq; sedebat: hortabatur ut certio-
rem huius mortis nunciū expectarent. Et cū multi tam ignari veritatis q̄ nouan-
darū reꝝ cupidi pro cōtione clamarent Asclepiadem vera dicere Phocion ait si hoc
hodie verū est: & cras erit & perpetuo deinceps veꝝ. Quare per deos immortales
viri Athenienses vos oro ne precipites in noua ruamus consilia sed grauiter tuteq;
ita de rep statuamus: ut nostri post hac consilii nō peniteat. Ea tempestate Leosthē
nis erat Athenis amplissima auctoritas. Is ad inferenda relique grecie arma popu
lum quotidianis stimulis concitabat: qui cū Phocionē sibi aduersantem per cōtēp-
tum rogatet: quidnam tociens imperator reip. profuisset haud parū equidē Pho-
cion ait: qui ciues meos ut propriis tumulis conderent̄ effeci: huic q̄ superbe multa
& varie de se iactanti. Sermones inquit tui cupresso sunt plane similes nam magni
sunt & nullos fructus ferunt & cū exurgens Hiperides sic Phocionem interpellas-
set. Quo igitur tempore gerēdum a nobis bellum censebis: Tūc inquit cū milites
videro suos ordines nō deserere: diuites libenter tributū conferre & oratores a pe
culatu penitus abstinere. Leosthenes igitur dux tandem ei bello prefectus: cum
ingentis copias coegisset & multi mortales eum numerum tum militis ornatum
admirarentur: rogatus Phocion qualis sibi ille exercitus videret̄: bello me Hercu-
les inquit ad studiū decurrendum instructus: longiorem vero belli cursū expaueo
qui ciuitati nostre intelligo neq; naues neq; militem neq; pecuniā in supplemētum
superesse: quibus verbis paulopost attestatus est ipse rerum euentus. Ut primum
enī est eductus exercitus secūdo Marte pugnatū est. Boecii collatis vtrinq; signis
profligati. Antipater in Lamiam fugatus & conclusus. Ea prima fortuna ciuita-
tem nō minori spe q̄ gaudio inflatam extulit. Ludi per vrbem passim instituti. Tē
plis omnibꝰ & delubris supplicia gratieq; diis bene fauētibus habite. Inter hec nō
nullos fecūt a quibus Phocion demouēdo bello dissenserat eum exprobandi gratia
rogasse nunquid hec vellet nō euenisse. Quibus ille minime qdem inquit nec me ꝓ
pterea consilii penitet mei. Et cū frequētes e castris nuncii super alium alius pro-
sperum aliquid quotidie nunciarent nunq; ne inquit finem his victoriis faciemus.
Mortuo in ea expeditione Leosthene veriti quidam ne Phocion si illi subrogaret̄:
bellum ī pacem verteret hominē quendam adornant sicut ignobilem fama & genē
ita pulcre ad menciendū instructū hic dum imperatoria haberentur comitia exur
gens ait. Senis teneris ab annis Phocionem nō vulgariter dixisse primamq; pue-
riciam sub eodem preceptore & reliquā deinde etatem secū familiariter exegisse.
Se cū beniuolentia tum illius virtute adductū de salute hominis sollicite cogitare

Taoti viri vite ac laboribus esse parendū Illum angostioribos reip. tēporibus ser
uandū cui neq; similem ciuitas neq; proximū quenq; haberet: abunde idoneum esse
Athiphilum: qui huic imperator bello proficiatur. His cōmentis cum populum in
suam sententiam traduxit: accedens ad eum Photion. Ego te inquit nulla etate
condiscipulum nollam familiarem aut cognitum haboi. At amicum ex hoc die p
libenter acripio: quem intelligo quaqua ratione adductū & cōmodis & saluti mee
consuluisse. Athenienses ira perciti arma videbantur in Boecios esse moturi Cepit
Photion per id temporis imperator incense multitudini primū obsistere tunc non
nulli eius capiti metoentes illū hortari vt ab incepto desisteret: cedem ei paratā esse
si insane plebi semper aduersus cū illius ira & furore pugnauerit. Quib; Photion
iniuria equidem peream si pro salute rei p. certans cecidero. Si vero cōtra iore &
magno meo occumbam merito. Ast vbi vidit nihil se consilio aut verbis pficere po
pulumq; furentē in bellum & arma ruere: astu illos cohibendos ratus: q̄primū edi
ci per preconem iubet: omnes qui intra septuagesimū annum ac pubertatem essent
statim dimissa contione armatos affore sumptoq; quinq; dierum cōmetatu sese con
festim in Boeriam sequi. Ortus cōtinoo tomultus est. Nam hi quos iam etate con
fectos inualidum corpus ipsaq; uature lex emeritos fecerat: edicti crudelitatem a
crius incusabāt. qbus Photion quid hoc intemperiarū est? quid nam ego iniurie vo
bis facio si & ipse octogenarius in armis adero hac siqdem arte mutatos illos a belli
impetu ad quietem ociūq; traduxit. Sub idem tempus nonciatum est: Mitionē cū
frequēti Macedonum manu multoq; item Mercenario milite oram maritimā cre
bris excursionibus deuastare & ad Ramnusiū vsq; progressum omni belli clade ad
iacentem agrū peruadere. Tum Photion raptim coactas educit copias Macedoni
q̄ celerrime occursurus. Castris itaq; intra conspectū hostium positis: cū pleriq; ex
suis aliunde alius ad eum concurrerēt atq; officio velut imperatorio functi cederēt
Hic quidē proximum esse tumulum pedite occupandum. Ille macedonem equite
circūueniendum: alius aliunde hostem adoriendum. Stomachatus tandem o Her
cules inqt vt multos hic imperatores hodie video: vt paucos milites. Suis deinde
in aciē explicatis vnū ex militibus videt relicto ordine aliquanto longius in hostes
prodire. Hic deinde cōspecto Macedone: qui acer in armis: sibi pugnaturos occur
rerat pedem metu referens sese continuo in pristinum locum recipit. Tū Photion
oum te i quit hominū ignauissime bini iam deserti ordinis pudet. nam & quē im
perator tibi decreuerat & quē tute tibi locum delegeras reliquisti: Conserto itaq;
prelio breuiter more profligatū hostem longe lateq; disiecit. Fuit in ea victoria cū
ipsius Mitionis tum alioꝝ nobiliom cede īsignis. His itaq; gestis Leonnatus acri
tis ex Asia Macedonibus. Grecas q̄ copias in thesalia cū antipatro iungit. Pediti p̄
erat Antiphilus Menon Thessalus equiti Hos photion cruento Maree superatos
fudit. Cecidit in eo prelio Leonnatus infesto telo acriter dimicando traiectus. Se
condum hanc Craterus cū ingenti militum vi ex asia traierit in Greciam. Cū eo q̄
instructis copiis in Cranone pugnatū est anceps diu certamen fuit. Cessitq; tandē
grecus viribus aliquanto inferior haud magna tamen accepta clade paucisq; ferro
assomptis: quāq; greci paulopost in Antipatri potestatē sua culpa redacti sūt. Tū
ob cōtemptos ab se duces quos nec etas nec rerū vsus nec gubernādi pericia impe
rio dignos fecerat: tum etiā ob ipsorum ignauiam qui vt Antipatrū viderunt suis
admotum menibus vano metu perterriti & vrbes & libertatem pariter tradidere.
Post hec antipater īfesto agmine athenas petiturus videbatur. Tū Demoschenes
Hiperidesq; capitis metu ex vrbe cesserunt: erat ea tempestate Demades & sena
to & omniū publico eiectus munere cui neq; comitiis interesse: neq; vlli cōsilio pub
lico tunc licebat quia pecuniā qoa illum athenienses mulctauerant: septies enī falsi

350

Photion

damnatus fuerat nōdum soluerat ob inopiam. Is igit̄ pristina sibi ob iniquitatē tem
porū vsurpata licencia tulit ad populum vt legati ad antipatrū de pace acturi cum
imperatoria potestate mitterent̄. Plebs metuens ad Photionem studiose ꝯfugere
eius opem & consilium implorare illi vni suam patrieq̨ salutem cōmittere. Quibꝫ
Photion si mihi creditū inquit esset: tunc cū ociosis vobis consulebam haud nūc ꝑ
fecto tumultantes consuleretis cui potissimum vos vestraq̨ eredere debeatis cum
Demadis ergo sentencia populo placuisset: Photion omniū consensu legatus ad an
tipatrum mittit̄. Hic tunc in Thebano statiua habebat: reficiendo armādoq̨ militi
intentus vt inde in atticum agrum irrumperet: Photion primus omniū ab antipa
tro petit vt attico finibꝫ quoad agetur de pace abstineat. Craterus iniuste id a Pho
cione peti dicebat. Negabat eni prudentis esse aut boni imperatoris exercitū Ex
sociorum agris atq̨ opibꝫ alere quem tuto liceat hostili ꝑda pastū locupletare. Tū
antipater apprehēsa legati dextra danda est inqt hec Photioni nostro gratia. Inde
cū de pacis condicōnibus est conuentum athenas rediens Photion vbi populi con
sensu firmata sunt omnia: Thebas continuo alius cū legatis emittitur. Horū prin
cipem constat Xenocratem fuisse philosophū: cuius de vita moribus virtuteq̨ tan
ta fuit mortalium ea tempestate opinio: tanta nominis apud omnes fameq̨ celebri
tas vt vulgo crederet̄ nullum esse hominis tam crudelem nullū ita ferum & conci
tatum animū: quem nō vel solius Xenocratis conspectus ad mansuetudinē suiq̨ ve
nerationem & amorem traduceret. Sed fefellit hanc hominū opinionem ingrata q̄
dam Antipatri & bonis infesta malignitas. Nam ceteros legatos humane complex
us hunc vnū nō dico nō salutare sed nec aspicere qdem sustinuite. Tum Xenocra
tem bene secum agi dixisse ferunt: si se vnū Antipater sue in Atheniēses ingratitu
dinis & perfidie vereatur testem. Eū deinde dicere incipientem tacere tandē cū
obstrependo: tum aduersando & comitando coegit. Photion itaq̨ rū post Xenocra
tem sue ciuitatis causam perorasset: antipater in amicitia se populi atheniēsis man
surū respōdit: permissurumq̨ vt ibi patriis legibus viueret̄ si Demosthenes sibi &
Hiperides dederentur: si item illi e rep. excluderētur qui nihil vbi opus erat ꝯfer
rent in publicum si suū presidium in Munichiam hoc est in athenarū arcem accepis
sent. Si deniq̨ absumptam eo bello pecuniā acceptaq̨ damna resarcirent. Has ce
teri legati conditiones leto excipiūt animo. At Xenocratem dixisse fama est. Ser
uis illas adeo belle modesta fore. liberis vero secuti durissimas ita & repudiandas
omnino. Cum autē Photion oraret Antipatrum vt arcem vellet. eiusq̨ presidiū in
atheniensium manere potestate. Nō nulli antipatrum ita respondisse tradunt. Vo
lumus equidē omīa tua gracia facere his exceptis que aut tibi perniciei: aut nobis
periculo venire possint: quāq̨ alii nō hec dixisse scribūt antipatrū sed rogasse Pho
cionem vellet re vades esse pro Atheniēsium fide & constancia: spondereq̨ popu
lum si arcem illi & presidiū reliquisset in pace suaq̨ amicitia permansurum nihilq̨
tumulti posthac contra se excitaturū Tacente Photione & repetenti hec verba an
tipatro nihil preterea respondente: Carabum quēdam procacem hominē & liber
tatis hostem acerrimū prohibentē dixisse tradunt. Et si spopōderit hic ei ne credes
antipater: athenienses itaq̨ accepere presidium: cuius fuit Prefectus Menillus ho
mo & ingenio miti & Photioni necessitudine iunctus. Visa est nobilissime ciuitati
tristis nimiū & superba ac insolens ea condicō: nec tam ad antipatri firmandā po
tenciam q̄ obstentande licentie inferēdeq̨ contumelie causa excogitata. Auxit au
tem hominū luctum atq̨ merore tempus ipsū. Nam ad xiii Cl's nouembris ī arcē
est accepta custodia: quo scilicet die magnorꝫ misteriorum athenis agebant̄ solēnia
& Iachus hoc est liber pater in Eleusinam ex vrbe trāsmittebatur. Igit̄ hec deorū
immortalium cerimonie haud minori grecorum celebritate q̄ veneratione confici

soliteiciũ armorum strepitu tumultuq̃ militari cõfunderetur plurimo occasioni fu
ere mortalibus vt extinctũ clarissime ciuitatis splẽdorem: obrutamq̃ dignitatem
lamentis & fletu conquererentur. Exactam superioris eui felicitatem cũ presenti
calamitate conferebant Reperebant animo misticas illas & voces & visiones quas
melioribus resp. temporibus incredibili admiratione stuporeq̃ vel ipsi Athenarum
hostes excipiebant vt deorũ numina tunc videretur id sibi ex omni terrarum vrbe
carissimum domiciliũ delegisse. Nunc vero deos ipsos velut iratos venisse spectatũ
grecie miserias atq̃ ruinam & quasi exprobata superiore fortuna nunc ignominie
causa sanctissimũ ex omnibus & iocundissimum cõtaminasse diem vt q letissimus
esset antea appellatus: nunc mutato nomine miserabilis mestusq̃ & sibi & posteris
diceref. Memorie vero ꝓditũ est paucos anteq̃ hec euenissent annos: Dodonides
oraculum Atheniẽsibus edidisse quo consulebãt arcem Palladis ab externis viribꝰ
diligentissime custodiri. Item per eos dies ferũt quibus euenerũt hec victas misti
cis infulis circũuolui solitas mutatu colore atras ex puniceis vno temporis puncto
factas cũ pristinum tamen colorem reliqua omnis priuata suppellex retinuisset: &
sacerdotem aiunt cũ porcellum tranquillo in portu lauaret: Cethe de repẽte emer-
gens ab imis corporis partibus ad vẽtrem vsq̃ deglutiuisse: quasi dea ciuitatẽ hoc
voluerit monuisse ꝓdigio vt superiores vrbis partes maritimis inferioribusq̃ amis-
sis custodirẽt. Menillus milites quos secũ in presidium duxerat ab omni prorsus in
iuria ita cõtinuit vt nihil triste Atheniensibus intulerit ea conditio. Eos q ex fedẽ
ob inopiam & egestatẽ e ciuitate sunt eiecti supra xii milia fuisse tradunt: quorũ
pars in vrbe manẽtes: hac noua dehonestati cõtumelia spectaculo mortalibus erãt
pars relictis patriis laribus ĩ Thraciam migrauere: vbi cũ agrũ illis Antipater &
vrbem definiuisset quodam inclusi velut carcere videbantur. Indignus autem De
moschenis in Calabria Hiperidisq̃ apud Cleonas interitus de quibus alio diximus
loco Alexandri Philippiq̃ ne dum extinxit odiũ: verũ etiam desiderium excitauit:
licuitq̃ atheniẽsibus id tunc dicere q agricolam quendã In phrigia dixisse constat
Nam postea q̃ trucidato Antigono. occisores eius rerũ potiti omni genere iniuri-
arum mortales sibi subiectos affecerant: agricola quidam agellum fodiens rogatus
quidnam faceret. Ego suspirans inqt antigonum querito. hoc ipsũ licuit per id tẽ
pus Atheniẽsibus dicere cupere scilicet se Philippum Alexandrũq̃. Meminerant
enĩ quantus fuisset in regibus illis splendor animiq̃ maiestas. quãta rerum gestaꝝ
gloria quãtum in omni regia virtute lumen atq̃ prestãtia: quos tametsi hostes sibi
iratosq̃ habuisset fuisse tamen illorum vt in animo Celso generosoq̃ facilem irã atq̃
placabilem. Contra vero antigonum truculentiũ & crudele imperium eo erat om
nibus durius quo aspectu fedo deformiq̃ sordido & populari amictu victu parco
planeq̃ vulgari regis speciem ac dignitatem mẽciebatur. at qui Phocion ꝓcatus
antipatrũ complures exilio soluit. Multisq̃ item quoꝝ vnus Agnonides Sirophã-
ta fuit: effecit vt Peloponnesũ habitare liceret: neue vt reteri grecia eiecti ad inco
lendũ Tenarũ aut Ceraunicos saltus religarent. Intẽa Phocion ciuitatis cura su-
scepta eos q ĩgenio fuissent miti & vrbano magistratibus honestabat Seditiosos &
noue fortune cupidos quos nec impositum iugũ nec ablata calcitrandi licẽtia satis
edomuisse: ad telluris & agrorum colendorũ curam studiumq̃ conuertit. Xenocra
tem vero ex inquilinorum ordine cũ in ciuium numerũ transferre vellet. nũq̃ inqt
ille cõmittam vt eius ciuitatis appeller ciuis: que ne talis fieret omni diligentia le
gatus elaboraui. Cũ vero Menillus Phocion pecuniam dono misisset. Respondisse
illum tradant Alexandro Menillum esse prestantiorẽ neq̃ honestiorem: nunc esse
sumendi occasionem: a quo etiã maiora repudiant. Cũ autem a Menillo eã vt Pho
cio filio sumẽdam permitteret rogaretur: Phocius inquit filius si vitam & mores

Photion

compos fuerit. viuet ille quidē paterna hereditate contentus si prodigus vt est im-
purusq; prestiterit nec argentum hoc satis futurum scio. Antipatro autē iniustum
quippiam ab eo per nuncios flagitanti nō habebit me inquit & amicū pariter & as
sentatorem antipater. Antipatrum q; plerumq; dicere solitū accepimus duos athe
nis sibi esse amicos. Photionem Demademq; quorū alteri nunq; potuisset vt cape
ret suadere alterum nunq; potuisset largiendo explere. Paupertatem etenim Pho
tion quasi precipium aliquod virtutis decus & excoluit: qui atheniensium tociens
imperator tantam opulentissimorū regum beniuolentiam consecutus omnē tamen
etatem pauper diuiciis contemptis exegerit. At vero Demades ingētes diuicias
sic vti quesitas turpiter ita luxuriose disiectas profudit. In quo nō necessitas nō ra
tio nō honestas sed sola libido modū sumptibus statuebat. Qui sibi laudem ex im-
pensis nō modo turpibus verūetiam patria lege vetitis queritabat. Nam cū Athe
nis esset lex que peregrinum vetaret publicis ludis in theatro saltare: & mille dra
gmarū mulcta indiceretur ludi prefecto: qui saltatorem eiusce induxisset. Dema
des cū ludos ipse pararet: pena nihilominus q; legis veneratione neglecta centum
& eo amplius magno vndiq; studio conquesitos aduenas saltatores in theatrū ad-
misit millenasq; pro singulis exoluit drachmas. Demee vero filii nuptias regio splē
dore parauit in quibus eum ita filio locutum accepimus. Matris tui nuptias o De
mea vix vel vicinorum quisq; sensit: cū ducebatur cum tue nunc & principibus &
regibus celebrate sunt. Cupiebant vehementer athenienses Macedonū leuari pre
sidio. Photionemq; propterea importunius ea de re agitabant quasi is vnus esset:
cuius dignitati ac beniuolentie id ab Antipatro facile donaretur. Photion siue con
sequende rei desperatione perterritus: siue id quod arbitror: populum ratus mode
stiorem hoc metu quietioremq; in ciuitate futurum nullis adduci precibus potuit
vt id muneris vellet accipere. Tributū vero vt in aliud tēpus differet libēs ab An
tipatro īperauit. Populus a Photione conuersus ad Demadem: facile illi suadet:
vt pro auferendo presidio legatus proficiscatur: Demades sūpto secum Demea fi-
lio in Macedoniam venit: fato quodam tunc vt videtur eo profectus: quo tempore
letali valitudine Antipater tenebatur. Nam Cassander cuius erant prime partes
apud antipatrum: Demadis ad Antigonum litteras nuper interceptas habebat: qui
bus illum ex Asia ad occupandum greciam iam velut ex putri veterique filo pendē-
tem accersebat: antipatrum scilicet filium putre per contumeliam appellans. Cas-
sander vbi primum istuc ventum est parentē natumq; iubet prehēdi. Primus De
meas inter paternos sinus carnifici iugulum dedit: ita vt Demades cruore nati fe
datus flebile cūctis mortalibus spectaculum fuerit. Ipsū deinde patrem multiplici
affectum contumelia & proditorem ingratumq; sepius vocitatum: tandem crude-
liter trucidauit: antipater moriens Polipercontem imperatorem constituit Tribu
num vero militem Cassādrum: hic rege vita functo: in spem occupandorum rerū
elatus omni sublata mora Nicanorem perinde hac Manillo suffectum athenas mit
tit: qui Manichiam anteq; Antipatri vulgaretur mors ab illo recipiat quod cū ces
sisset e sententia paulopost re patefacta: Photionem populus insimulare quasi ille
Nicanoris gratia cognitam Macedonis mortem silencio contexisse. Photion popu
lari leuitate neglecta Nicanorem nihilominus conueniens in longam diem secū tra
cto sermone: beniuolum eum mitem atheniensibus reddidit a quo etiam vt theatri
cos ludos ad leniendum merorem populi multu sumptu & splēdore instrueret im-
petrauit Secundum hec Polipercon cui relicti filii curam liquerat Antipater do-
lo & astu cū Cassandro agendum ratus epistolam regis nomine athenas mittit qua
se illos scribit pristine restituere libertati permittereq; vt more patrio veterique le-
ge ciuitas gubernaretur. Eo cōsilio insidias Polipercon sese Photioni parare credidit

Nam cum constituisset animo Athenas in suam redigere potestatem: nihil se nō e-
iecto Photione consecuturum putauit. Photinem autem facile perditum iri si erecta
ex federe cum antipatro paupertas in ciuitatem reciperetur: & si factiosi ac popu-
lares remp. nancisceretur de integro. Igitur cum motus ab hasce litteras excita-
rentur athenis: videreturq; plebs ad res nouandas plurimū inclinata: Nicanoe po-
puli colloquium petens imperium coacto ibi senatu preterit: sese corpusq; ac salu-
tem solius Photionis fidei tradēs. Dercillus interea quem regis nomine attica tūe
regio prefectum habebat: insidias Nicanori parat vt eo capto Cassandri deinde p-
sidiū Munichia eiiciat: presensit dolos Nicanor & in Munichiam permittēte Pho
tione sese repente recipiens: cum Dercilli fefellisset insidias putabatur vlciscende
iniurie gracia aduersus vrbem confestim arma moturus: proptereaq; Photionem
vulgo incusabant quod Nicanori fugiendi fecerit potestatem. Contra Photion se
se aiebat securum omnis periculi esse & Nicanoris promissis ita fidere vt ex eo ni-
hil penitus speraret hostile. Quod si serus ac ipse putabat euenisset. male se tamen
accepte q̄ illate iniurie & pigre & rerum esse. Hoc si Photionis dictum in se nu-
dum cōsideres videbitur illud profecto honesti constantis & fidelis animi imagi-
nē plane referre. Sin te ad patrie cōuertas pericula: meminerisq; illam non homi-
nis priuati: sed summum gerentis magistratum vocem fuisse: nescio an paulo seue-
rior illa fuerit q̄ vl' patrie pietas vel magistratus iura vel necessitudo ciuium postu-
labat. Nam quod Nicanorem permiserit Munichiam repetere nō id fecit quia ti-
mitatem suspicaretur in manifestum bellum inpingere sed amicitie iura datamq;
a se Nicanori dextram suo huic crimini pretendebat: arbitratus quieturum illum
promisse ibi pacis pudore nihil tumulti: nihil iniuriarum athenensibus illatueum.
Aliis etenim argumētis plane perspectum Photionē illi longe plus equo credidisse
quem cum palam pleriq; criminarentur quod Pireo pararet insidias trāsmitteret
q; peregrinum militē quotidie Salaminam: & multos item Pirei accolas auro sibi
cōciliaret: nō adhibuit aures Photion falsas eas esse calumnias arbitratus. Quin &
Philomedem Lampreum contempsit qui eiusce suspitionis metu ad populum tule
rat: vt omnes arreptis armis ad imperatoris si num presto essent nulla eni ratione
abduci potuit: vt que eis Nicanor cōtra ciuitatem molebatur accomodaret animū
quoad ille e Munihia impetum cum armatis faciēs fossam Pireo vallumq; circum
duxit. Tum Photion tumultuantem populum frustra conatus educere & odio &
contemptui omnibus erat. Dum hec ita geruntur. Polipercon alexandrum filium
cum ingenti aematorum īmittit in spetiem quidem ferēde athenensibus opis cō-
tra Nicanorem: re autem ad subigendā si posset vrbē ītestino iam morbo languētē
fauebant ei exules ferme omnes quibus suo iam beneficio restitutis ciuitate frui li-
cebat fauebat egenoꝝ turba q reip. p illū reddiri eo potissimū pocto relaturi gra-
tiā videbant. Contio igit ex omni mortaliū colluuione cōgeritur in q̄ eiecto magi
stratu Photioni nouos imperatores sufficiunt nec athene hoc vnq; periculi effugis
sent in rerebri clandestinisq; Nicanoris cū alexandro cōgressus propter menia sepi9
deprehēsi illoꝝ patefecissent cōcordiā & atheniēses eius periculi cautos reddidis-
sent. Secundū hec Photion reus pditionis accusante agnonide accersit. Eo metu p
territi Pericles & Callimedon clam se ex vrbe surripiunt. Photion & ipse relicta
vrbe ad polispercontē se confert cū paucis cū quis & Solon plateensis & Dinarch9
Corrinthius sunt profecti ambo Polipereonti necessitudine & familiaritate coniū-
cti. Ceterū Dinaechus morbo Melathea correptus complurimū dierum moram
itineri illorum adiecit. Hoc interim spatio rogationem tulit Archestratus suadēte
Agnonide populoq; probante vt qui Photionem accusarent legati ad regem conti-
nuo mitterentur. Eodem tempore & ipsi legati & Photion Polypercontem

Photion

peregre eū rege profectū assecantur Ad phrigias:is est Phocidis vicus in radici-
bus montis positus:quem Galatam nunc vulgo appellāt:Ibi Polipercon aurea vm
bella posita,cū sub illa sedentem regem constituisset:Dinarchum cōtinuo compre-
hendi iussum varius affectum suppliciis iugulat. Deinde legatis Athenensiū pote
state dicendi facta in ipso statim ɔsensu tumultuari & mutuis accusacōnibus con
clamari ceptū. Tum Agnonides mittite nos inqt athenas omnes & vinctos & vna
conclusos cauea. vbi de roiusq supplitio populos decernat ac statuat. Eam vocem ī
risū regem soluisse fertur. Macedones autē & Peregrinos quos audiēdi desideriū
traxerat huic consensui de industria circumfuderat. Fuit in eo iuditio partiū per-
iniqua conditio. Nam Photioni dicere pergenti sepius obstrens Polipercon:baculo
tandem tellure percussa a bactū illum silere coegit: Hegemonem vero sue in popu-
lum fidei & beniuolencie Polipercontis testimonium implorantem:cū illi Polipercon
con respōdisset iratus vt desineret improbe de se coram rege mentiri: ɔsiliens rex
Pilo transuerberasset:ni Polipercon illum extemplo complexus cohibuisset. Eius
tumulti causa solutus consessus est. Tum Photion & qui secum aderant lictoribus
custodiendi traduntꝰ. Reliqui eis comites quos melior fortuna tunc forte absentes
fecerat mutata veste capiteq velato custodias mentiti salutem sibi fuga compara-
uerūt. Illos itaq Cletus vinctos reduxit athenas:nō tam vt aiebat ꝙ de illorū cri-
minibus iudicato statueretur ꝙ vt capite plecterentur iniudicati. Fuit id spectacu-
lum cunctis mortalibus & mestū & miserabile viros illustrium factorum omnisq
laudis gloria pcecellētes. latronum more compeditos plaustrisq iniectos per Ceta
micum:id erat scortoriū diuersorū spectante populo in theatrum peruehi: ꝗs vbi
Cletus ignominie causa tamdiu detenuit quod ex omni hominū labe contio a ma-
gistratibus aduocata a qua nō mancipium nō peregrinū nō lenonem nō perditissi-
mū deniq quempiam exclusum fuisse ferunt. Sed volenti cuiq & theatrū & pul-
pitum patuisse. Hic regis preconcōne recitātur littere in quibus manifesto se reos
proditionis illos deprehendisse scribit populoq atheniēsi iudicādi facere potestatē
quippe qui liber iam & suis legibus viueret. His lectis cū Cletus eos distraxisset
in medium:optimus quisq crudelitate facinoris misericordiaq perculsi faciem ve
lare:oculos a tam troci flebiliq spectaculo prohibere. Solē nihil vsq crudelius ni-
hil vidisse indignius affirmare. Fuit inter hos qui surgens in media contione dicē
paulo liberius audiret seruum saltem esse & perigrinum queq eo conditio abigen
dum regem iudicandi arbitrium populo permisisse nō vt nepharie iniusteq sed vt
legittime rite sancte de ciuium capite statuerēt Hinc voci plebs inflāmata obstre
pit. conclamat aduentasse iam diem quo hanc paucorū potentiam: funditus deleri
oporteat perdēdum esse quicunq multitudinem oderit: rem atticam alio iā pacto
stare nō posse. ad ea cū nemo deinceps respondere auderet: Photion ipse inter furē
tis turbe tumultum & voces vix auditus. Nunquid nos inquit iure an iniuria ne-
cari par ducitis. Illis vero iure clamantibus quonam modo igitur inquit de inaudi-
tis iure decernitis & cum nihilo tamen attentius audiretur: procedens paululum
ego inquit me capitis reum profiteor pro his que in republic & gessi & sepe cō-
sului. at istos o viri athenienses quid est cause quamobrem nihil vobis iniuriatus
occidatis cui cū respōdissent quoniam tibi amici sunt secedens Photion tacitus ge
rebat. Tunc agnonides Psefisma recitat iam pridem ab se conscriptū eius hec fer
me sententia populus hos si reos obiecti criminis iudicarit capite plectuntur. Hoc
audito fuere nonulli tanta inmanitate animi seuitiaq vt psephismati id vnum de-
esse dicerent Photionem scilicet nō ante necari ꝙ varius esse cruciatibus & tormē
tis afflictus. Iubet atq induci rotam inspectante theatro & ipsos cum flagris & se
curibus carnifices expediri. Agnonides seu quod id egris auribus a Cleto auditū

aduertit: seu quia facinus ipsũ & barbarum & crude'e nimiam existimauit cũ Cal
limedontem inquit mastigiam o Athenienses damnabimus tunc ea supplicii credu
litate seuire licebat. In Photionem vero nihil tale laturus sum. hinc quendã sum-
misse dixisse tradunt. Recte facis Agnonides: nam si excruciabitur Photion tibi
quid faciemus? Post hec cũ ad scrutandam sententiã populi circumducerentur vr
nule: nullis vt in euersa contione sedentibus qbusdam etiam coronatis: vt plecterẽ
tur capite iudicatum est. Fuere cũ Photione damnati Nicocles Thudippus Hege
mon & Pithocles. Demetrium vero Phalereum Callimedontem Caridem aliosq
nõnullos qui tunc aberant & hos mortis decernunt reos. Contione dimissa cũ dã-
nati in custodiam ducerentur ceteri quidem inter postremos amicorũ familiariũq
complexus fletu & lamentis misere complebant omnia. At Photion cerneres eodẽ
oris habitu incedentem: quo domũ olim solebat imperator a contione reduci. Nec
minorem admirationis q̃ misericordie occasionem viri vultus & gestus animiq cõ
stantia & magnitudo mortalibus afferebat. Aduersarios tamen eius tanta fuisse
animi atrocitate: tanta crudelitate & impudientia dicit: vt obuiam interducendũ
sepius facti certatũ illũ probris & maledictis incesserent. auderentq ex his vnus
sputis eius ora fedare. Tunc Photion ad magistratum cõuersus: cohibebit ne qs-
piam inquit hodie huius hominis petulantiam atq ineptias? Atqui Tudippo cum
hic iam tritum poculoq infusum venenũ cõspiciens horruisset fleretq calamitatẽ
hanc & crudelis iudicii indignitatem: accedens propius Photion: num te solatur ĩ
quit quod iam es cũ Photione moriturus? Rogatus ab amicis si quid Photio filio
nomine suo dici vellet. Volo equidẽ inquit ne scilicet illate mihi ab atheniensibus ĩ
iurie reminiscatur. At cũ ab eo peteret Nicocles: is quem fidelissimũ semper om-
niũq carissimum habuit: vt prioris sibi liceret haurire venenũ durum id mihi qdẽ
inquit o Nicocles molestumq tamen & hoc tibi concedendũ est: cui nihil vnq̃ in oĩ
vita negandũ putarim. Igitur cũ & reliqui oẽs poculũ priores sũpsissent defecisse
venenum dicitur Carnifex vero se aliud nisi duodecim prius acceptis drachmis da
turũ negabat: tanti enim vnciam venire aiebat. Tum Photion vbi hominem videt
in proposito stantẽ vnũ ne morti fieret mora: ex amicis aduocãs quandoqdẽ ĩquit
nisi empta nece emori Athenis nõ licet: huic queso preciũ dato. Erat tunc Mum-
chionis mẽsis vnde vigesimus dies: quo tẽpore equester ordo Ioui solennem affere
bat pompam. horũ pars in speciem luctus coronas auferentes: pars flendo ad car-
ceris fores conuersi: eo pacto Prestantissimi & innocentissimi ducis interitũ orna-
uere. Nec mortaliũ quisq fuit in quo nõ fuisset aut feritate nature aut ire aliq a-
cerbitate penitus extincta humanitas qui nõ impium & nepharium duxerit diem
illũ sanctissimum semper & populo atheniensi sacrum atq solennem: hoc publico pi
aculo fuisse pollutũ & castas per id saltem temporis manus a tam impio scelere nõ
seruasse. At eius inimici: quorũ nondum erat in uiuum satis explicata crudelitas
mortui q̃ corpus atrociter insectati sunt. Illud enĩ nullo prorsus igne succẽso nullo
funesto lumine nulla denique nõ honoris modo sed ne humanitatis quidem significa-
tione acticis exportari finibus eduxerunt: diciturq ex illius familiaribus nemi-
nem eius corpus contingere ausum. Sed Conpionem quendam curandis fune-
ribus questum facere solitum mercede accepta in Eleusinam deportasse cadauer.
Ibiq igne ex agro Megarico sumpto id concremasse. Indigenam vero mulierem
cum ancillis aliquot inane ibi constituisse sepulcrum. Atq diis manibus vmbreq
Photionis inferias parentasse. Hanc ipsam tradunt collectos cineres gremioq re-
conditos intra domesticos lares tellure defessos sepelliuisse: dixisseq. Ego vobis
cari penates innocentissimi viri reliquias custodiẽdas trado vos illas patriis laribus
siquando resipiscant athene reddito. Nec multopost cũ res ipse edocuissent q̃lem

Cato Iunior

athenitnses presidem qualem reip. omnisq; iusticie perdidissent cus: sedem. Statua
illa erea iussu populi cōstituta est eiusq; inuente reliquie publicis sumptibus tumu-
lo sunt mandate Accusatores autē eius agronidem quidem capite damnatū inter
emsit: epicurum vero Demophilum vrbe profugum Photionis filius proprio telo
est vltus Photius intemperans perditusq; puellam ad lenonem quēpiam eductam
misere deperisse dicit: eumq; theodorum atheum forte aliquādo audiuisse in liceo
huiusmodi ratiunculam cōcludentem. Si amicū alere honestum est & amicā vtiq;
haud turpe. Itemq; si cū socio viuere fas est & cum socia iuxta fas fuerit. Que cum
suspicaretur Photius exprobande libidinis sue gratia a Theodoro fuisse inducta
conscientia & culpe sue pudore perculsus scortum cōtinuo missam facit. Hec sūt
que in Photionis vitam cōgerēda putauimus cuius sane interitus luctuosam So-
cratis memoriā excitauit. In ambos enī sicuti pari athenensium ingratitudine ita
nec dispari athenarum incomodo animaduersum est.

Incipit Vita Catonis Iunioris Clarissimi viri e greco sermone In latinum Per La-
pum Translata

ATONIS CENVS principium dignitatis & glorie sum
psit a proauo Catone viro imprimis claro magneq; auctori-
tatis: vt a nobis ī ipsius vita scriptum est. Relictus est autē
Cato parentum orphanus vna cū fratre Cepione & sorore
portia: erat & seruilia Catonis soror ex matre & hi omnes
apud Liuium Drusum auunculū suū virum & eloquētia &
sapientia prestantem qui per id tempus princeps ciuitatis
erat educabantur. Ferunt autē statim a puericia constanciā
& seueritatem Catonis conspicuam fuisse. Vim nanq; habebant vltra etatem eius
inceptā: adulantibus asper: terrentibus aduersus: tardus ad risū vt vsq; ad signifi
cationem dūtaxat os eius remitteret: idq; perraro ad iram nō facile labens sed cum ī
eam deuenerat implacabilis. Ad magistros autē disciplinasq; delarus in addiscēdo
quidem tardus erat. Que vero semel didicerat memoriter retinebat: quod in cete-
risq; natura fit vt qui celeri ingenio sunt nō multū memoria valeant qui vero cum
labore percipiūt hi sunt perceptorū tenatiores Videtur autē ipsa inflexibilitas mē
tis causa fuisse vt Cato in addiscendo tardior esset Nam passio nimirū quedam est
disciplinam & vt quisq; infirmior est ad resistendū ita facilius in sentētiam trahiē
Itaq; & iuuenes q; senes & egri q; sani facilius credunt. Pedagogo tamen vt aiunt
parebat Cato, omniaq; faciebat illius iussu. Singuloꝝ vero causas rationesq; ab eo
efflagitabat. Erat illi pedagogus Sarphedon homo comis atq; vrbanus & q verba
magis q; verbera ī prompto haberet. Puer adhuc cū esset Cato: latini sūmo studio
conati sunt vt in ciuitatem reciperentur: qua de causa cum Pompedius silo vir mi
litaris summeq; inter socios auctoritatis propter amicitiam que sibi cum Druso e
rat: domi eius multos dies obuersaretur puerisq; familiarior factus eos rogasset vt
socios populi r. in impetranda ciuitate apud auunculū iuuarent: Cepione id se fa-
cturum comiter significante Cato constanti vultu se nunq; facturum respondit: cū
vero sepius atq; iterum interpellatus & nihilo magis flecteretur Pompedius in ex
celsam edium partem leuatū inde abiecturum se illum nisi precibus annueret com
minatus est atq; ita a manib: suspensū efferens minaci vultu & acerba voce concus-
sit: neq; tamen ab incepto mouere illum potuit. Itaq; deponens cum Pompedius ad

socios conuersus gratulemur inquit nobis hūc esse puerū. qui si vir esset nullo mo
do ciuitatem sperare liceret. a quodā ex cognatis ad cenā in natali vocatus: cū ce
teri pueri in quadā parte edium luderent admixti simul minores & maiores natu
Erant autem eorum ludi iudicia & accusationes & detrusiones in carcerem: vno ex
pueris forma insigni: qui a maiore in cubiculū deductus & per vim inclusus erat
vociferante Cato intellecta rei felicitate cucurrit ad hostiū atq; his qui aditū pro
hibebant: vi deiectis puerū eduxit: itaq; incensus domū abit. Ceteris pueris vna
secū abeuntibus: ita vero inter pueros clarus erat: vt cū. L. Silla equestrum ludū
quē Troyam vocāt & edere statuisset ac delectis patriciis pueris duos prefecisset
alterumq; pueri acceptarent gracia matris: Erat enim filius Metelle vxoris Sille
Alterum vero qui Pompeii nepos erat sextum nomine nec recipere neq; sub eo lu
dere vellēt. Interrogati a Silla quē sibi ducem optarent: omnes vno ore Catonem
deposcerent quin etiam ipse Sextus sese vltro Catoni submisit. Erat. L. Silla Ca
toni ac fratrib; paternus amicus q̄re sepe illos ad se vocabat & inter suos habebat
paucissimis hunc honorem familiaritatis per insolentiam tribuens. Grate igit̄ hoc
accipiens Sarpedon plurimumq; existimans huiusmodi amicitiā pueris cū ad hono
rem tum ad securitatē conducere: frequēter ducebat eos ad Syllam: cuius domus
per id tēpus nihil a carnificina quadam differebat. Erat tum Cato quatuordecim
annorū: vidensq; ceruices clarorum virum ad Sillam deferri: atq; eos qui aderant
clanculum misereri. a Sarpedone quesiuit cur hūc talem virū nemo trucidaret. re
spondente Pedagogo quia plus timent Sillā homines q̄ oderint. Quamobrē mihi
inqt gladiū nō dabas vt patriā seuo huius dominatu liberarē. hec cū audisset Sar
pedon & simul acritatem vultus conspexisset. vsq; adeo territus est vt reliquo tē
pore diligentissime puerum obseruaret: ne quid temere contra Sillam moliretur:
Paruulus quē maxime amaret rursus ac sepius eodem modo interrogatus semper
fratrem respondendo interrogantem fatigauit. Sumpta deinde virili toga magis
confirmauit erga fratrem beniuolentiam vsq; ad vigesimū etatis annum nūq̄ sine
fratre cenabat nec peregrinabat̄ nec in campum descēdebat: cū tñ frater vngeret
ipse veniam postulabat: durus erat atq; seuerus. Cepio itaq; cū ipse vt continēs mo
deratusq; laudaretur: nō desinebat predicare se fortasse talem videri si cū aliis com
paretur verum si cū meo Catone inquit comparor nihil mihi a Sippo videor differ
re. Erat autem Sippus quidā propter molliciem atq; luxuriā apud Romanos nota
tus. Inde sacerdos apollini factus a fratre migrauit Centū viginti talentis in diui
sione bonorū paternorū acceptis & antipatrū Tirium stoice discipline hominē sibi
familiarem coiunxit ac moralibus ciuilibusq; preceptis inherēs cū omnem virtutis
speciem ingenue amplexaretur egregie tamen honestatem seueritatēq; adamauit
Eloquētie vero ea de causa operam dedit vt philosophie preceptis aliquid roboris
neruorūq; in agendo consultandoq; adiungeret. Nō tamen cū ceteris iuuenibus exer
cebatur nec audiri a quoq; volebat. Qui de re cū quedam eum reprehenderet dice
retq; improbant homines hanc taciturnitatem tuā. Cato vt libet inquit dummodo
vitam nō improbent & addidit Ego vero tunc demum hanc taciturnitatem meā
abrumpam cū talia dicere valebo que nō sunt digna taciturnitate. Erat basilica q̄
dam portia quam magnus Cato in censura ediderat eius basilice tr. pl. quoniam in
illa ius dicere consueuerant. calumnā que sellas eorū īpedire videbatur decreuerāt
tollere vel in alium locū transferre. ea res Catonem licet inuitum prima ī campum
deduxit opponens nanq; se tribunorum voluntati & vim dicendi suam ac prudētiā
ostendens vniuersos ciues in admirationem conuertit etenim sermo eius nihil iuue
nile neq; comptū habebat sed erat rectus plenus & durus quinimo gratia quedam
& attentio inerat breuitati sententiarū. mosq; eius oratione admixtus voluptatem

3 4

Cato Junior

& risum quendam honestũ audientibus afferebat. Vox autem multa & babundãs
tonum habebat infractũ inexhaustũ atq;. Per vniuersam sepe diem incessanter lo-
cutus sine lassitudine desinebat. Tum itaq; cum ea in causa superior fuisset rursus
ad silentiũ redijt ac in gimnasijs se exercens Assuefecit corpus tollerare calores &
niuem derecto capite: iter conficere sine vehiculo. Cũ vero amici qui vna iter faci
ebant: equis veherentur: singulos sepe adiens & pariter cũ illis ambulãs loquebatũ
pedibus ipse vadens cũ illi veherentur. Admirabilis vero tolerantie tũc erat maxi
me cũ aduersa valitudine laborabat: febri enĩ oppressus ipse solus degebat: nec vl-
lum secũ esse paciebatur: donec reuelationem certam sentiret. In cenis autem par
tes sortiebantur: quod si nõ obtineret amicis ipsũ prius capere iubentibus dicebat
nõ bene se habere in vita venere ac semel qdẽ prepotus ibat ad mensam: deinde ita
perstabat vt sepe cũ amicis ad aurorẽ vsq; ĩ potacionibus vigilaret Causam huius
rei credunt fuisse negotia publica in qbus per totos dies occupatus: atq; ita amicos
conuenire & cũ illis versari prohibitus: per noctẽ atq; potũ cũ eisdem esse cogeba
tur. Itaq; cũ Memius quidam dixisset totas noctes Catonem ebrium esse respon-
dit Cicero. Ad illud nõ addis: eum dies totos ad aleam ludere. Omnino etatis sue
moribus se opposuit: vtpote improbis & a quibus cõtraria via eundũ censebat. Ita
q; cũ ceteris hominibus purpuream vestem saturatam murice atq; rutuli coloris
placere videret: ipse fuscam gerebat interdũ vero nudis pedibus & absq; tunica ĩ
publicum prodibat: nõ gloriam aliquam ex hac nouitate captans sed se ipsũ assuefa
ciens obscenis rebus dumtaxat erubescere: cetera vero vt ignobilia aspernari. Ex
hereditate vero Catonis nepotis cũ centum talenta ad eũ peruenissent: pecuniam
ex bonis redactam sine vllo fenore indigentibus mutuabat. Deinde cũ iam tẽpus
sibi visũ ẽ matrimonii cõtrahendi nulla muliere ante id tempus cognita lepidã vxo
rem accepit: que prius Scipioni Metello desponsata renunciante Scipione & vadi-
monii penas soluente: tunc libera erat. Eam cũ accepisset Cato penitentia ductus.
Scipio rursus illam acceptauit. Hac re vehementer commotus atq; infensus Cato
decreuerat die Scipioni dicta iniuriã vlcisci: dissuadentibus tamen amicis se absti-
nuit & ira simul atq; iuuentute accensus: Iambos in Scipionem nõ sine Archilochi
mordacitate citra tamen lasciuiã & obscenitatem conscripsit. Atiliam deinde Sa-
rani filiam accepit vxorem: quam mulierẽ dicitur primam cognouisse: nõ tamẽ eã
solam cognouit quemadmodũ Lelius Cepionis amicus: ille nanq; in hoc felicior: q
vnam tantum in omni vita vxorem quã a principio duxerat cognouit. Bello seruili
quod Spartaum appellant exorto sub Gello pretore voluntarie militauit idq; fecit
gracia Cepionis fratris qui in eius exercitu tribunus militum erat sub quo quidẽ
duce virtutem quantũ cupiebat ostendere nõ in mollicie tamen atq; corruptela ex-
ercitus audaciam fortitudinem ac decorem ostendens nihil antiquo illo Catone in-
ferior apparuit. Sed cũ pretor virtutis gratia eum damnare vellet repudiatis mu-
neribus & nihil a se factum quod honore dignũ foret testatus inhumane facere vi
sus est in peticõne ꝗ tribunatus legem que candidato nomen datores adesse vetat
solus obseruauit per se ipsũ appellans populum atq; alloquens que res ipsius quoq;
laudantibus grauis erat & eo magis quod videbant hoc genus laudis mutari posse
T tribunus militum factus in Macedoniam missus est ad Rubrium pretorẽ cuius
discessum cũ vxor Attilia grauiter ferre videretur atq; ob id lacrimaret Munatiũ
quendam ex Catonis familiaribus ei dixisse ferunt vt bonam spem haberet nam se
Catonem illi custoditurũ cuius verbis Cato tunc presens cũ arrisisset postea vnius
diei iter profectus vocatum ad se Munatium monuit fidem Attilie seruaret: nec
vsq; ad se discederet atq; ita ex eo die binos lectos in eodem cubiculo sterni iussit
ipsumq; Munatium iuxta se accubere nõ certe custodientem sed certe custoditum

proficiscentem Catonem quindecim serui: duo liberti & quatuor amici secuti sunt
qui cū equis veherentur Cato ipse pedes cū singulis loquens pariter gradiebatur
Vbi vero in castra ventum est ex legionibus que illic erant vni prefectus a pretore
nunq̄ magnificum putās se dumtaxat bonū prestare milites: sibi parentes efficere
cōtendit nō timore aliquo iniecto: sed verbis ac rationibus eos castigans. Difficili
igitur dictum est vtrum humaniores vel fortiores & an ferotiores vl̄ iustiores sua
eos disciplina effecerit. feroces quidem aduersus hostes humanos vero erga socios
timidos ad iniurias inferendas promptus ad laudes adipiscendas reddidit Sed q̄d
minime querebat id maxime factū est: vt summā gratiam apud milites assequere
tur. Nam vna laborando & veste & victu atq̄ incessu militari magis q̄ ducis vten
do. clam ac latenter beniuolentiā exercitus erga se maximam concitauit. Vere em̄
virtutis zelus nō fit nisi per summam dantis beniuolentiam & honorem: qui vero
sine amore laudant bonos: ii reuerenter quidem fam ā ipsorum nō autem virtutem
admirantur: neq̄ imitantur. Inter hec cū audisset Athenodorū cognomine cordi
lionem stoice disciplina hominem pergami cōmorari: & iam Senescentem regū ac
principū familiaritates amicitiasq̄ resurgere: nō putauit Cato per litteras atq̄ nū
cios quicq̄ se profecturum. Sed cū per leges duos menses liceret ei abesse: trāsgres
sus in Asiam hominem adiit flexitq̄ eius animum & ex sententia deiecit effecitq̄
vt se in castra sequeretur. Letus atq̄ gloriabundus velud ingentem adeptus pal
mam & multo clariorem q̄ Pompeius aut Lucullus: qui tunc vniuersi orbis reges
nationesq̄ subigebant. Nondum finierat milicie tempus cū frater eius Cepio in A
siam proficiscens: circa Tratiam incidit in morbum quod cū per litteras nunciatū
esset Catoni: licet & mare vndosum foret & nauis aliqua idonee magnitudinis nō
adesset: tamen paruam nauiculam cū duobus familiaribus & tribus seruis conscen
dens: in Thessalonicam nauigauit nec multum abfuit quin mari obrueretur: fortu
na tamen quadam ex ingenti periculo seruatus: cum fratrem iam mortuum repe
risset: grauius ferre visus est q̄ Philosopho conueniret. Non solum enim lamentati
onibus & planctu & mesticia: sed sumptum funeris in modico exquesitisq̄ vapori
bus & preciosis vestibus corpus cremauit. Sepulcrum illi fecit in ipso Emeorum
foro lapide thasio talentorum octo. Hec autem non nulli carpebant: propter ceterā
Catonis seueritatem: non attendentes quantum in illa aduersus voluptatem timo
rem & impudentes preces inflexibili duricie humanitatis affectionisq̄ inesset ibi
cum ciuitates & potentes dona āplissima p̄ honore defuncti misissent pecuniis om
nino repudiatis Thura solū & ornamēta ob honorē illoꝝ q̄ mittebāt recepit. In di
uisione hereditatis q̄ ad ipsū & ad filiā cipionis obuenerat nihil ex his q̄ ī funere ex
pēdiderat deduxit. Finito tēpore p̄uīcia abeūtē nō votis vt fieri sed lacrimis & ī
saciabili āplexu milites p̄seq̄bāt: sternētes vestes p̄ ea loca q̄bus ipse pedibꝫ iturꝰ
erat manusq̄ obsculātes q̄ genus honoris nō nisi īperatoribꝰ idq̄ perpaucis eo tēpo
re tribuebat. Cū vero instituisset anteq̄ ad rēp. se ꝯferret ī asiā p̄ficisci & mores
hoīm viresq̄ p̄uinciaꝝ agnoscē simulq̄ vt regē Deiotarū hospitē paternū id sūmo
pere ab eo postulantē cōueniret Hoc modo pegrinationē ꝯfecit. Premittebat sum
mo mane pistorē & cocū ad loca ad q̄ diuersurus erat q̄ cū sūma cōtinētia atq̄ silen
tio vrbē intrātes si nullꝰ catonis hospes patnus amicus ibi esset ī diuersorio si habe
ri poterat necessaria p̄parabāt sine vlla cuiꝰq̄ incōmoditate: si vero nō erat diuersa
riū tūc magistratū adeūtes hospitalitatē postulabāt & quācūq̄ sibi a magistratibꝫ
traditā cupiebāt Ac sepe q̄dē euenit vt fide nō habita illi q̄s p̄miserat a magistra
tibꝫ cōtemnerētꝰ q̄a nō insolēter neq̄ minitādo petebāt Itaq̄ interdū nulla p̄paracō
ne facta Cato superueniebat ipse insuper a plerisq̄ cōtēptus habitus ob magnitudinē
curaꝝ sepe tacitus sedēs & ob id spetiem hominis ignaui secordisq̄ p̄ se ferens. Nā

Cato Iunior

numq̄ tamen ad eos conuersus monere solebat vt cessarent ab hac improba hospitali
tate. nõ enim semper Catones ad ipsos venturos comprimerent sua liberatate eorũ
licentiam qui occasionem quererent ab inuitis extorquendi quasi a volentibus obti
nere nõ possint. In Siriam vero cũ venisset ridiculum quoddã ferunt ei contigisse
Nam Anthiochie appropinquans offendit ingentem multitudinem vario ornatu
atq; sertis obuiam extra portam effusam. Ephebi in chlamidibus pueri in alio orna
tu separatim consistebãt. Sacerdotes & magistratus puras vestes & nõnulli serta
gerebant. Opinatus igit̃ hunc honorem sibi a magistratu preparatũ grauiter ferre
cepit & eos quos premiserat increpare qui talia fieri nõ prohibuissent. Iussitq; fa
miliares ex equis descendere & pedibus vna secũ iter facere. Qui cũ magis appro
pinquassent vnus ex his qui turbam Antiochensium & ordines atq; ornatũ dispo
nebant vir iam grandior natu baculũ manu & sertum in capite gestans obuiã Cato
ni factus sine vlla honoris vel reuerentie exhibitione quantum abesset Demetrius
percunctatus est Cunctis ferme hominibus per id tempus in Pompeium cõuersis
summo in honore etiam Demetrius seruus eius quoniã multum apud illũ poterat
habebatur. Ex ea re tantus risus socios Catonis inuasit: vt se nullo modo continere
inter multitudinem ambulantes possent. At. Cato ipse vehementer cõmotus o mi
seram inquit ciuitatem nec quicq̄ amplius locutus est. Posteriori autem tempore
solebat ipse & memorando atq; narrando ea que tunc sibi accidissent ridere. Verum
homines qui per ignorantiam illum neglexerant paulo post in admirationem eius
ab ipso Pompeio conuersi sunt. Nam cũ Ephesum venisset: & Pompeiũ quoniam
is maior erat natu maiorisq; auctoritatis salutatum iuisset: vt conspexit illum Pom
peius nõ passus est neq; expectauit vt sedentem se adiret. sed assurgens extemplo
quasi cuidam maiori obuiam processit: dextraq; eius apprehensa multa in ipso con
gressu plura etiam post decessum in laudem virtutũ eius sic enarrauit vt qui au
dierunt omnes in Catonem cõuerterentur illa admirantes que paulo ante contẽ
pserant mansuetudinem scilicet & magnanimitatẽ. Neq; Pompeii obseruantia ob
scura erat sed manifestissime apparebat inseruientis magis esse q̄ amantis idq; ex
eo maxime intelligebãt homines q̄ presentem verebatur: & ob eius decessum gau
debat & cũ ceteros aduenas iuuenes promptissime apud se detineret cuperetq; vt
secum adessent: nihil tale a Catone postulauit sed tanq̄ veritus potentiam eius li
benter dimittebat. Soli ferme ex omnibus qui ad eũ venerant filios atq; vxorem
commendauit cũ propter ceteram cõiunctionem: tum propter necessitudinem. Ex
hoc studia ciuitatum in Catonem accensa inuitationes & conuiuia certatim exhibi
ta. Quibus in rebus sepe iubebat Cato familiares suos diligenter videre: ne Curio
nis verbum a se confirmaretur qui eũ amicus quidẽ esset Catonis ceterũ infensus
eius seueritati vt audiuit in Asiam profecturũ: bene est inquit nam mitiorẽ & hu
maniorem Asia illum nobis remittet ab rege Deiotaro vt filios & filiam suã eidẽ
cõmendaret vocatus cũ ipse rex dona egregia protulisset vsq; adeo super ea re com
motus est vt cũ vespere ad eum venisset Postridie circiter horam terciam abiret.
Profectus etiã vnius diei iter apud pessinũtem maiora etiam dona ipsũ expectãcia
offendit & simul regis epistolam qua rogabat vt si ea dona capere ipse nollet: ami
cis saltem qui propter se bene merebantur habere vt pro amicis quoq; sat esset Sed
nec ipse accipere voluit nec amicos quanq̄ nõ nullos eorum sub querentes cernebat
capere permisit: affirmans omnẽ largicõnem velamen honestatis faciliter reperire
posse: amico vero eius habituros ex iis que ipse iuste possideat: ĩ Italiã rediturus cũ
cineres Scipionis fratris se cũ ferre decreuisset amicis suadentibus vt in alia naue
huiusmodi reliqaias poneret: potius animam suã a se seperaturũ respondit. Et dici
tur quidem magno cũ periculo ea nauis traiecisse cum cetere nihil ferme pericul

paterent. Romā deinde reuersus omne tēpus aut cū domi Athenodoro aut in foro
cū familiaribus erat. Questor vero factus nō prius magistratū inire voluit: q̄ om-
nes leges questorias perlegisset: & ab iis qui corū scientiam habebant recte atq̧ or-
dine singulas cognouisset. Itaq̧ postea huiusmodi magistratum iniens magnā fecit
conuersionem ministrorū & scribarum: qui in eo ordine versabantur: qui cū leges
& publicas scripturas in manibus haberent homines adolescentes: qui cū magistra-
tum gerebāt: ita gubernari soliti erant vt ipsi plane magistratus essent. Sed Cato
qui rem magis q̄ nomen aut honorem sequebatur Scribas vt par erat ministrorū locū
tenere coegit: fraudes eorum redarguēs & per ignorantiā pecantibus: quid agen-
dum foret ostendens. Vt vero erant impudentes & ceteros collegas adulando sibi
asciscere conabantur & aduersus Catonem repugnabant primum eorū vt reū frau-
dis in hereditate cōmisse & infidum erario expulit Alium vero tanq̄ inutilem ne-
gligēteemq̧ accusauit. Quem cū Lutacius Catulus censor vir magne auctoritatis
& Catonis amicus defenderet: victusq̧ rationibus atq̧ argumentis aperte postula-
ret vt sibi reus donaretur erumpens in mediū Cato turpe est inquit Catule te qui
censor sis & morum nostrorū moderator esse debeas: ne in ministris quidē nostris
grauitatē seruare. Hec dicentem prospexit Catulus tanq̄ responsurus: sed siue ira
siue verecundia silentio conscedit. Non tamen in eo iuditio scriba ille remotus est:
sed cū vno plures condemnarent q̄ absoluerent. M. Lollius collega: qui ob valitu-
dinem absens erat gratia Catuli in lectica ad erariū perlatus suam: illum sententia
liberauit. Nunq̄ tamen adduci potuit Cato vt eius scribe opera vteretur neq̧ vt sal-
larium persolueret: nec Lollium in numero iudicum habendū censuit: ita scribarū
insolentia a Catone repressa: deinceps eorū ministerio quemadmodū cupiebat vsus
breui tempore erarium honestius q̄ curiam ostendit vt omnes dicerent ac sentirēt
consularē dignitatē questure adhibitā a Catone. Nā cū reperisset multos remp. de-
bere: multos reip. debitores esse ab aliis repetens atq̧ exigens: aliis vero persoluēs
omnium mentes erexit: & eorum qui nunq̄ soluturos se arbitrantur: & eorum qui
nunq̄ vt sibi solueretur expectabant. Et cum antea rationes & decreta quedam
admitterentur falso: multaq̧ fierent per preces & precium: nihil tale Catonem
aufugit. sed semel quodam decreto in dubium vocato: quanq̄ multi testimoniū fer-
rent nō credidit: nec prius recepit q̄ consules iureiurando affirmarent se ei decreto
interfuisse. Erant multi quibus ob cesos ciues L. Silla pecuniam dederat: & quāq̄
omnes odio illos haberēt pollutosq̧ arbitrarētur nullus tamen punire audebat. At
Cato indignatione simul atq̧ ratione cōmotus & impium factū detestatus ab om-
nibus pecuniam tanq̄ indebitam repetiit. Enimuero hac pecunia restituta statim
per iuditium factū videbatur & quasi prius condemnati in causam homicidii tra-
hebantur. applaudente populo r. putanteq̧ tunc Sillām ipsū damnatum videre: ti-
rannidemue ex vrbe depelli. Cupiebat preterea populum assiduitas ac diligentia
Catonis. Nullus ex collegis prior ad erarium veniebat nullus posterior abibat
nulla contio nullus senatus habitus quin adesset timens ne homines per gratiā aut
vectigalia publica condonarent. Cum itaq̧ erarium calumniis purgasset pecuniisq̧
replesset. docuit atq̧ ostendit licere rei p. pecunias habere sine cuiusq̧ iniuria. &
quamq̄ in principio magistratus quibusdam collegis odio fuisset Postea tamen ab
vniuersis amabatur. Omnis omniū suscipiens cōtra largitionem atq̧ gratiā. Nam
cū quid postulabatur om̄s ea ratione preces reiiciebant quod nequiret id fieri cō-
tra Catonis voluntatē. Erat Marcellus Catoni ab adolescencia familiaris & ī hoc
magistratu collega vir quidem bonus si Catoni coniungeretur. ipse autem per se sic
pronus ad gratiam & sic facilis ob pudorem vt nihil cuiq̄ petenti denegare sciret.
Extrema igitur die finito magistratu magna frequentia ciuium domū reductus

Cato audiuit quosdã potentes Marcelli familiares apud erarium cõuenisse petisse
q3 a Marcello vt gratiose quedam prescriberet. Confestim itaq3 ad erarium regres
sus Marcellũ offendit precibus victum: omnia concessisse: cũ Cato irrumpẽs tabel
las poposcit: illasq3 vidente ipse Marcello atq3 silẽte in presentia eius deleuit: nec ta
men ob eam rem familiaritas eorum disiũcta est: nec vnq3 Marcellus aduersus Ca
tonem est questus. Post finitum quoq3 magistratum curam erarii nõ remisit. Sed
singulis diebus seruos mittebat: qui ea que agerentur perscriberent. Ipse autẽ li-
bros in quibus rationes publicarum pecuniarũ erant a Sille temporibus in suã que
sturam perscripte quinq3 talentis emit: semperq3 eos tenebat in manibus. In senatũ
primus veniebat: vltimus abibat: interdum vero cũ ceteri cogerentur: ipse sedens
toga circa librũ obducta legebat. nec vnq3 abfuit cũ senatus haberẽ Quandoq3 per
C N. Pompei amicos tentatum cum iis que contra ius facere volebant resistentem
viderent sibi impedimentum aliquod inicere: quo minus in senatu adesset. Qua re
animaduersa omnia semper negotia postbabuit: potiusq3 abesset. Neq3 enim glorie
causa neq3 lucri neq3 aliquo casu vt pleriq3 ad remp. se contulerat sed certo consilio
viri boni. Quin etiam prouintiarũ negotia & decreta & iuditia per hospites atq3 a-
micos sibi nunciari procurabat. P. Clodio turbulentissimo ciue sacerdotes ac virgi
nes vestales inter quas Fabia Terentia erat: soror Terẽtie Ciceronis vxoris apud
populum accusante suscepta rorũ defensione Cato tantam accusatori verecũdiam in
iecit vt cogerẽ vrbem relinquere. Qua de re cũ. M. Cicero Catoni gratias agẽt
nõ sibi sed rei p. inquit gratias agendas: cuius causa ista fecisset. Ex hoc magna e-
rat Catonis apud ciues ro. auctoritas: vt etiam orator quidam in dicendo cũ vnico
testi nõ esse credendũ diceret: nec si Cato inquit is foret. Pleruq3 etiam ad res in-
credibiles quasi prouerbii loco respondebatur: nec si Cato ipse diceret fidẽ esse ad
hibendam. & aduersus perditum adolescentem verba in senatu facientem de hone
state & continentia assurgens amicus quis te inquit ferat. cenantem vt crassus: e
dificantem vt Lucullus loquentem nobis vt Cato: ceteros q3 vt ꝑdigos atq3 luxuri
osos cũ qd seuere de continẽtia loquerenẽ derisiue Catones appellabãt. Multis ca-
tonem adhortantib9 ad tribunatum plebis petendũ: nõ putauit conuenire vt potẽ
tia tanti magistratus in tempore nõ necessario consumeretur. In Lucaniam itaq3 p
id tempus nõ ociũ sibi a rep. foret cũ liberis & familiaribus Habebat enim illic vil
las satis amenas proficiscenti multitudo hominum cũ vehiculis & impedimentis fit
sibi obuiam: ex qbus intelligit Metellum nepotem Romam redire ad tribunatum
Prestitit ergo aliquantulũ tacitus ac subito in vrbem regrediendũ esse dixit. Ad-
mirantibusq3 socus Metellus iquit per se ipse formidolosus est: & nunc ex Pompei
voluntate redit vt quasi fulmen remp. feriat. Non est igiẽ ocii tempus neq3 resti-
tutionis sed huic omnia turbare cupienti resistendũ est: aut pro libertate oppeten-
dũ. Extorserunt tamen familiares vt villas adusq3 progrederẽ sed breue tempus
commoratus cũ ad vesperas in vrbem redisset postridie summo mane in campũ de-
scendens tribunatũ peciit vt Metelli conatus refringeret. Ius enim Tribunicie po-
testatis magis ad impediẽdũ est q3 ad agendũ. quippe ceteris omnibus collegis vo
lentibus vnus q nolit & se opponat plus potest. Principio igitur pauci ex familia-
ribus. deinde eius sententia latius patefacta omnes boni Catonem sequebantur ce
terosq3 ad mandandũ Catoni tribunatum pl. cohortabantur vtpote qui non honorẽ
quereret sed operam suam patrie offerret qui cũ liceret per ociũ gerere magistra
tum noluerit: nunc vero pro republica ac libertate nõ sine periculo certaturos perat
Ferunt tantam fuisse multitudinem suffragantiũ sibi vt inter studia hominũ pres-
sus in periculo fuerit vixq3 habuerit facultatẽ sese a turba explicandi Creatus igiẽ
vna cũ Metello ceterisq3 tribunus plebis cum animaduertisset comitia consularia



venalia esse increpuit vehementer populum Romanũ & in fine orationis sue iure-
iurando testatus est: sese quicunq; largitionem faceret ei diem esse dicturũ: Exce
pit tamen Sillanum qui sororem eius Seruiliam babebat propter necessitudinem
quã ob causam bunc preteriens. L. Murenam ambitus accusauit: quod per largicõ
nem obtinuisset vt vna cũ Silano cõsul designaretur: dabat lex reo vt custode quo
dam apud accusatorem posito: cuncta sentiret que ille attentaret: vt nibil clam neq;
inopinate ad iuditium afferre posset. Missus igit̃ quidam a Murena qui Catonem
obseruaret: vt intellexit Catonem nibil inimico animo gerere: neq; iniuste quicq; tẽ
tare: sed ingenue & bumaniter sed ad causam comparare. vsq; adeo moribus Cato-
nis credidit: ut relicta obseruantia illa cõtinua sepe in foro aut domi Catonem adi-
ret: ab eoq; percunctaretur an ea die quicq; quod pertineret ad accusationẽ foret
acturus: ac si Caro negaret continuo abibat. Cũ veco tẽpus dicende cause venisset
Cicero qui per id tẽpus erat consul Murenã defendit: variis modis Stoicos Philo
sophos & ista que appellant̃ Paradoxa illudens: exquo cũ multum risum iudicibus
iniecisset: ipse quoq; Cato subridẽs illis qui iuxta erant dixisse fertur: dii boni q̃ ri
diculum consulem babemus In eo iuditio Murena absolutus nõ inimicũ se prebuit
Catoni: sed in consulatu gessit omnia ex Catonis voluntate & in cetera vita illũ ob
secuauit. atq; eius iudiciũ secutus est. Erat Cato in suggestu quidẽ grauis atq; ter
ribilis iusticie custos: in ceteris vero moribus mitissimus atq; bumanissimus. Pri
us tamen q̃ tribunatũ iniret multa gessit pro republica: precipuũ vero qđ fuit re-
bus magnis atq; amplissimis a Cicerone gestis finem preclarum imposuit. Nam L.
Catilina cõiurasse ad perniciem reip. cõuictus a cicerone ex vrbe migrauit. At Lẽ
tulo Cetbego ceterisq; coniuratis qui domi remanserant vrbemq; incendere & re-
bellionibus bellisq; concitatis imperium delere parabant deprebensis: quẽadmodũ
in ciceronis vita scriptum est. agitabatur in senatu quid de illis statuendum esset.
Censebat Sillanus eos vltimo supplicio afficiendos esse: buius sententiã pleriq; se-
quebantur. At cesar rerum nouarũ cupidus materiamq; ad illa que iam mente con-
ceperat querens necandos sine iuditio nullo modo censebat. sed in carceribus babẽ
dos. Hec cesaris sententia miti & composita oratione explicata sic mentes omnium
flexerat: tantũq; timorem senatui iniecerat vt Sillanus sententiã suã interpretaret̃
quasi nec ipse censuerit morte afficiẽdos sed carcere quod esset Romano viro extre
mũ supplicium. Facta igitur tanta cõuersione sententiarũ omnibusq; in mitiorẽ &
bumaniorem sententiam inclinantibus surrexit Cato: & in principio oratiõis sue
M. Sillani oratione reprebensa aduersus Cesarem suspitiõe induxit quasi sub po-
pulari specie & miti sententia remp. euertere vellet ac senatui formidinẽ incuteret
cũ timere ipse deberet & bene secum agi putare si impune talia patrasset nõ insup
tante impudentia parricidas defenderet nec patrie vix a tanto periculo seruate mi
sereret sed eos quos oportebat numq; esset natos comploraret cũ tamen eorũ crimi-
na fateretur grauiterq; ferret si perditi bomines a cede atq; incendio resp. suo sup
plicio liberarent. Hanc solam orationem Catonis seruatã ferunt: Cicerone cõsule ve
locissimos scriptores deponente atq; docente vt per signa quedã & paruas breuesq;
notas multarum litterarũ vim babentes dicta colligerent: nõdum enĩ reperti erãt
ii qui Notarii appellantur sed tunc primũ buius rei vestigium ferunt extitisse Vi
cit itaq; Catonis sententia assensusq; est illi senatus vt de cõiuratis suppliciũ sume-
retur & si oportet ne parua quidẽ suorũ morum signa pretermittere vt tanq; picto-
res animi eius figuram exprimamus. Ferunt dum magna esset inter Catonẽ Cesa-
remq; de supplicio cõiuratorũ in senatu contentio intuente eos vniuerso senatu lit-
teras Cesari in curiã allatas fuisse. Quod cũ animaduertisset Cato putaretq; per a
liquẽ de cõiuratis eas litteras Cesari missas clamare incepit ac postulare vt publice

Cato Junior

recitarentur. At illa erat epistola ab Seruilia sorore Catonis Cesaris scripta parū quidem pudice & amatorie: ac ne publice legerētur Cesar sibi legendas porrexit quas cū legisset Cato in cesarem statim eas iecit: & inquit capias ebrie atq; ita ad sermonem quem īstituerat reuersus est. Parum omnino fortunatus videtur fuisse Cato circa pudiciciam feminarū. Nam & seruilia soror vt dictum est a Cesare corrupta putabatur: ac de alia Seruilia huius sorore nihilo fama melior. Nupta enim Lucullo summo viro cū puerum ex eo peperisset propter libidinem ab ea repudiata est. Cato cū iam duos filios ex eadem sustulisset. Post Diuortium Attilie Marciam Philippi filiam duxit vxorem. Hec est Martia de qua tam multa feruntur. Quanq; vt in fabulis ita in hac parte Catonis vita incerta atq; obscura est. Attamē vt Thraseas scribit: qui huiusce rei Munatium familiarem Catonis atq; in vita comitem habet auctorem ita gesta res est. Inter multos Catonis amicos virtutem eius maxime admirantes & alius alios magis affectos magisq; pre se beniuolentiā caritatemq; ferentes in primis fuit. Q. Hortensius quidam vir clarus atq; humanus: qui cū optaret nō solum amicus & familiaris esse Catonis verū necessitudinē coniunctionemq; tocius familie admiscere: suadere perrexit vt Portia Catonis filia que Bibulo erat nupta atq; ei duos iam filios pepererat sibi vxor traderet: tanq; fecundus ager ad sobolem procreandum. Nam esse id opinione quidē hominū fortassis abhorrens: ceterum natura honestum atq; ciuile vt mulier in etatis flore constituta nec a procreatione filiorū vacaret nec plures cuiq; pareret q̄ illi commodū foret. Id enī nihil aliud esse q̄ molestiā & pauperiem inducere: si plures q̄ opus sit notos quis tollat: coniunctione vero familiaꝝ inter bonos viros & virtutē crescere & caritatem & ipsam ciuitatem huiusmodi necessitudinibus quasi nexibus quibusdā colligari atq; constringi. Quod si Bibulus grauiter ferat nec a se disiūgi mulierem patiatᷓ: confestim simul atq; illa pregnans esse se restiturū: contracta iam maiori amicicia & arctiori caritate: tam cū ipso Bibulo q̄ cū ipso Catone propter natorum consanguinitatem. Huic cū respondisset Cato se Hortensium amare: indignū tamē esse verba facere de nupciis filie: que alteri nupta esset: nō erubuit Hortensius iam aperte agens & sententiam suā enudans a Catone postulare vt sibi Martiam vxorē daret iuuenem adhuc & ad procreandum idoneam: cū ipse certe sufficientē prolē haberet. Nec dici potest hoc fecisse Hortensius quod sciret Catonem mulieri non dare operam: nam ī hoc ipso tēpore scribit Martiam pregnantem fuisse. Cum igitᷓ studiū atq; volūtatem Hortensii intueretur Cato nō denegauit sed inquit oportere vt Philippo Martie patri hoc persuaderetᷓ. Quod cū factum esset sponsalia facta sunt ipso Catone presente atq; adstipulante Ista quanq; posteriori tempore fuerūt tamen placuit quoniā in mentionem feminarū incideram referre. Sumpto igitur de cōiuratis supplicio Cesareq; pro his rebus quarū gratia in senatu a Catone impugnatus fuerat ad populum fugiente: hominesq; perditos & corruptos contra rē publicam excitante vt conatibus eius obuiaretur persuasit senatui Cato Annonam plebi Romane largiendam. Erat autem sumptus annuus mille ducentorū quinquaginta talentorum ob quā largitionē omnis motus popularis tunc subsedit Sed paulo post rursus cōcitatus ē Metello tribuno plebis turbulentas contiones habente lege promulgata per quā censebat magnum Pompeium cū exercitu ad vrbem vocādum eiq; demādandū vt videret ne quid respublica detrimenti caperet. Et verbis quidem sic Pompeius vocabatur quasi periculū quod ex Catilina imminebat propulsaturus. Re aurē vera id agebatur vt resp. in potestatē Pompei deueniret. De hoc cū in senatu referretᷓ sententiam dixit Cato nō omnia quemadmodū solebat contra Metellum inuectus sed miti oratione atq; composita admonens ac etiam obtestans Metellū per familie sue dignitatem que semper optimas resp. partes secute

fuisset: vt ab incepto dissisteret. Sed cũ Metellus longe magis elatus se per vim om
nia facturũ predicaret: confestim mutata oratione atq; habitu magna voce prote
status est: se incolumi nunq̃ passurum vt Pompeius cũ exercitu ad vrbem vocaret
idq; vsq; adeo senatus probauit: vt vniuersi faterẽtur: nullum preter catonem recta
ratiõne vti eiusq; puram virtutẽ ꝓ statu optimo ciuitatis pugnare. De Metello autẽ
ita sentiebat vt de homine qui omnia perdere atq; turbare vellet. Cũ dies itaq; suf
fragii venisset Metellus arma hospites gladiatoresq; in forum deduxit. Item mag
na pars plebis nouarũ rerũ cupida Metello fauebat: Cesar quoq; qui per id tẽpus
Pretor erat Metelli studium enixissime adiuuabat. Boni autẽ viri magis indigna
bantur. & secum ipsi moleste ferebant: quam Catonem fouerent. Itaq; tanta domi
Catonis mesticia erat: tantaq; trepidatio: vt & quidã ex familiaribus eius sollicit
de Catonis salute cibũ nõ sumerent. Vxor atq; sorores luctu se afflictarent. Sed ip
se Cato intrepidus omnia que in eo tempore agenda forent solito more exequebat
cenauitq; vt consueuerat: dormiuitq; altissime vna cũ Munatio termo collega. Ma
ne vero nõ magno comitatu descẽdit in forũ. a multis ante monitus vt sic saluti sue
consuleret diligenterq; caueret. Forum itaq; ingrediens cũ videret templũ quidã
castoris armis occupatum omẽsq; aditus gladiatoribus teneri: ipsũ desuper Metel
lum vna cũ Cesare sedentes: conuersus ad amicos: O timidũ inquit hominem: qui
contra vnum atq; inermem tantam multitudinẽ armauit. His simul dictis recta p
rexit cũ Termo. iis qui aditum seruabant viam ambobus dumtaxat cõcedentibus
ceteros omnes prohibentibus vt vix Munatius per manum a Catone tractus intro
duceretur. Inde ad sedendum pergens Cato repente sese mediũ inter Cesarẽ Me
tellumq; coniecit: eo consilio vt mutua eorũ colloquia impediret. Que res tum ad
uersarios eius primo aduentu turbauit: tum bonos atq; vrbanos viros fiduciã Ca
tonis admiratos erexit. Itaq; propius accedẽtes clamare. & plausu bonam spem ha
bere Catonem iubebant ac se inuicẽ cohorebantur ad resistendũ pro libertate Ca
toneq; defendendũ: qui ꝓ re p. egregie dimicaret. Vt vero minister legem manu
tenẽs per Catonẽ legere prohibitus est: & ipse Metellus eam capiens legere cepis
set. Cato librũ e manibus extorsit sed Metello verba ex ore quod eã mente tenebat
pnũcianti Thermus manũ ori opponens vocẽ Metelli preclusit. Quos cũ videret
Metellus ita agere & sibi vniuersũ populũ Romanũ ad vtilitatẽ reip. libertatẽq;
cõuersũ: iussit armatos qui domi erant magno clamore ĩ forũ discurrere: quo facto
cũ oĩs multitudo perterrita aufugisset Cato ipse sol9 relictus lapidibus atq; fustib9
concidẽtur. Murena quẽ supra memorauimus a Catone accusatũ tam indignũ fa
cinus nõ tulit sed accurrẽs toga ꝓtexit Catonem atq; eum repugnantem in tem
plum Castoris perduxit. Vacuefacto foro Metellus se vicisse ratos armatos abire
iussit ipse ad tribunal reuersus legem ferre cepit. Sed ii qui profugerãt confestim
redeuntes aderãt minaci clamore adeo vt perterritus Metellus ac vim formidans
vna cũ suis e foro profugeret. Cato studium populi Romani cõmendauit cõfirma
uitq; & plebs quidẽ Metellũ omnino deseruit: senatus autẽ Catoni fauere statuit
ad legẽ impediendã vtpote turbulentam & bellũ ciuile excitantem. Metellus itaq;
licet ꝑtinax erat tamen videns amicos timore perculsos putantesq; inuictũ & in
expugnabilẽ esse Catonẽ ex vrbe migrare statuit ac prius in forũ veniẽs inuidiam
Catoni conflare conatus est vociferans se tirannidẽ Catonis & cõiurationẽ aduer
sus Pompeiũ in iram aufugere ac fore aliquando vt populũ Romanum peniteret:
quod tantis iniuriis clarissimum virũ affecissent. confestim in Asiam abiit quasi hec
omnia apud Pompeium accusaturus. Erat ob hoc magna Catonis fama qui tãtas
inimicitias in tribunatu pro republica suscepisset & Pompei potentiam in Metello
ꝯtriuisset. Sed etiam magis ea creuit quod senatum ignominiã Metello infligere

voluntatem sua sententia compescuit: tunc enī & apud multitudinem laudata est
mansuetudo eius quod inimicum non insectaretur & apud prudentes consiliū eius
approbatum quod Pompeium minime irritandum putarat. Post hec cū. C. Men-
mius tribunus plebis. L. Lucullum tunc a bello Mithridatico redeuntem cuius fi
nem atq̧ gloriam Pompeius sibi abstulisse videbatur triumphare prohiberet dieq̧
sibi apud populū dicta: res ab eo gestas magis ob gratiā Pompeii q̄ ob aliā causam
criminaretur. Cato propter affinitatem Luculli q̄ vt diximus Seruiliam vxorem
habebat: tum quod rem indignam iniustāq̧ existimabat: sese Memio opposuit tā-
demq̧ effecit vt causa deserta ab accusatione desisteret. Cū ergo triūphasset Lu-
cullus postea magis atq̧ magis Catoni adhesit: putans maximū sibi presidiū in illo
constitutum aduersus Pompeii opes atq̧ potentiā: ipse autem Pompeius ab exerci
tu rediens nihil sibi a populo eo. denegari confisus. per litteras postulauit vt comi-
cia consularia in aduentum suū differrentur: quoniam Pisoni in petitione cōsulatus
presens fauere cuperet. Hec plerīq̧ censebāt faciēda Pompeii gratia: sed Cato ip
se obstitit: nō quia magnū momentum in delatione putaret esse: sed quia conducē
existimabat Pompeii spem experientiāq̧ rescindere. Senatus Catonis sentētiam
secutus est: que res nō mediocriter Pompeium turbauit vt iam se nihil facturū ar-
bitraretur: nisi prius Catonem sibi conciliasset & in amicitiam suā traduceret. Per
Munatium igitur postulauit vt duas neptes quas habebat Cato alteram sibi: alte-
ram filio nuptui traderet. Nōnulli tamen scribunt non neptes sed filias Catonis a
Pompeio petitas: quod postq̄ per Munatium Catoni relatū est: & vxore ac sorori
bus hanc affinitatem cū viro primario atq̧ amplissimo vehementer approbantibus
cupientibusq̧: ipse Cato statim sine vlla dilatione iussit Munatiū ad Pompeium re
dire: eiq̧ respondere Catonem per mulieres capi nō posse: sed beniuolentiam ei sibi
gratum esse & si recta faciat amicitiam polliceri: que omni propinquitate fidelior
esset. Obsides vero contra remp. Pompeio nequaq̧ daturū. Hoc eius consilium &
mulieres domestice grauiter tulerunt & amici responsionē improbarunt vt feram
ac superbiam. Postea tamen cū Pompeius cuidam ex amicis in peticone cōsulatus
fauens pecuniā in tribus diuisisset: eaq̧ largitio vulgo iactaretur & in ortis Pom-
peii numeratam esse pecuniam constaret: Catone tunc ad mulieres & amicos dicē
te necessariū fuisse huiusmodi rebus si affinitas contracta esset conniuere. Confessi
sunt omnes recte & honeste factū a Catone: q̄ Pompeii affinitatē repudiasset. Si
tamen oporteret ab euentu rerū consilia iudicare videt̄ errasse Cato in hac propin-
quitate repellēda. Nam effecit denegādo vt Pompeius ad Cesarē se cōuerteret: &
eam vxorē acciperet per quam vtriusq̧ opibus in vnum cōiunctus respuplica oppri
meretur: que forsitan stetisset: ni Cato parua Pompeii errata metuens maxima ne
glexisset: patiens alterius potentiam cōtra libertatem augeri. Sed hec posterius.
Deinde cū inter Pompeium & Lucullū esset orta contētio certabat enī vterq̧ vt
ea que in ponto egerant rata manerēt: & Cato Lucullo qui iniuriam passus vide-
batur fauebat. Victus in senatu Pompeius ad populum confugit: & ad legē Agra-
riam milites prouocauit. Hanc etiam legem cū Cato sese opponēs impediret: Pom
peius Clodium turbulētissimum popularem fouit & Cesarem sibi amicum fecit ip
so Catone quodammodo tamē prestante. Nam cū Cesar ex Hispania ī qua Pretor
fuerat rediens triūphum postularet & simul consulatum petere vellet legesq̧ iube
rent vt qui triūphaturi essent contra Pomerium expectarent: qui magistratū pe
terent comitiis adessent postulabat Cesar a senatu vt sibi per aliū petere cōsulatū
liceret contradicebat Cato qui vt sensit ad gratiam Cesaris senatum inclinari lon
ga diem oratione consūpsit & sic facultatem senatui abstulit decernēdi qua re co-
gnita Cesar confestim peticione triūphi omissa vrbem intrauit a Pōpeioq̧ adiut9

consul est designatus filiaq; Pompeio tradita quasi coniurationem quandã contra
remp. inierunt & alter de Colonia deducenda deq; agris diuidundis leges tulit al-
ter suis opibus & potentia huiusmodi legibus fauit. Ii vero qui cũ Lucullo Cicero
neq; sentiebant ad Bibulum alterũ consulem confugientes resistebant & in primis
ipse Cato. qui amicitiã & cõiunctionem Pompeii & Cesaris nulla bona causa factã
iam inde cernebat dicens nõ tantum diuisionem agroꝝ se timere quantũ id qđ hec
largientes populo pro mercede petituri forent. Hec igitur ostendens atq; docẽs se
natum vniuersũ ĩ suã sententiam adduxit ac multos preterea bonos qui grauiter fe
rebant Cesaris prauitatem quod is consulari potestate turpiter abutens ea perficẽ
contẽderet: que leuissimi tribuni plebis ad gratiam multitudinis facere cõsuessent
Diffisi igitur suffragiis vi censuerũt agendũ. & primũ ipsi Bibulo in forũ descen-
denti cofinus stercoris superfusus est: deinde lictoribus eius accepti fasces atq; fra
cti: tandem vero telis & vulneribus ex foro pelluntur. Sed alii qdem cursim fuge-
runt. Cato vero vltimus omnium pedetentim cessit: sepe in persequẽtes conuersus
eosq; detestatus. Nõ solum igitur legem tulerunt: verũetiam senatum iurare coe-
gerunt: se fauorẽ huic legi si quis impedire vellet prestiturũ magna pena aduersus
eũ statuta qui iusiurandum recusaret. Iurauerunt igitur omnes senatores necessi-
tate coacti: antiqui Metelli exemplo quẽ olim ĩ simili re iurare recusantẽ extra ita-
liam exulasse meminerãt. Quapropter & mulieres domi multis cũ lacrimis & ami-
ci atq; familiares Catonem monebant vt tempori cederet atq; iuraret. Maxime ta-
men eũ monebat atq; adigere nitebatur. M. Cicero Orator qui differebat nõ esse
fortasse iustum his que populus vniuersus statuisset ciuem vnũ repugnare. Et cũ
videret nullo modo ista que facta erant mutare posse: stultũ atq; insanum esse spon
te sine vllo fructu se periculis obiectare. Extremum vero malorum esse si patriam
cuius gracia hec omnia faciat deserens prodeat malis hominibus & secum ipse gau-
deat ex ciuitate abiens certamina reip. reliquisse. Nam si Cato Roma nõ indigeat
at certe Romam indigere Catone: indigere etiam amicos omnes inter quos se pri-
mũ esse Cicero fatebatur: cũ. P. Clodius sibi per tribunatum immineret eiusmodi
racõnibus ꝓcibusq; tradunt Catone inexpugnatũ ad iuramentũ descẽdisse. Iurauit
tamen vltimus omniũ preter vnum. M. Fauoniũ familiarem suum atq; amicũ his
rebus elatus Cesar aliam legem tulit per quã ferme omnẽ Campaniam egenis di-
uidebat nec vllus qui contradiceret inuentus est preter Catonem Hunc igitur Ce
sar cũ a subselliis in carcerẽ traheret nihil remisit Cato mentis atq; ꝓpositi sui sed
interambulandum verba faciebat dicebatq; nõ esse ferendos qui isto modo rem p.
euerterẽt Catonem vniuersus senatus cũ summa mesticia & omnes boni ciues vna
cũ senatu taciti atq; afflicti sequebãtur. Quod cũ Cesar animaduerteret: cupiebat
vt Cato preces aliquas porrigeret: deinde cũ iam manifestum esset tale nihil Cato
nem esse acturũ verecundia adductus tribuno cuidam plebis persuasit vt Catonẽ
eximeret: nec in carcerem trudi paterẽt. His legibus atq; his muneribus plebẽ ca
pientes obtinuerunt: vt Cesari quidẽ Illiricum & Gallia prouincia & quatuor legi
ones in quinquenniũ traderentur predicente Catone: atq; monente populũ Roma-
num acrem tirannuũ suis suffragiis constituere. P. autẽ Clodium ex patricia fami
lia ut Ciceronem vrbe depelleret atq; omnia illorũ gracia faceret tribunum plebis
Consules vero Calpurnium Pisonem qui erat Cesaris socer & Galbiniũ Paulũ qui
erat ex sinu Pompeii fecere. Sed quanq; tanta vi remp. occupassent: & alia gratia
alia timore efficerent: tamen formidabant Catonem Nam magno labore & nõ sine
verecundia in his rebus superabant: vim tamen ei afferre ac reũ facere nefas erat.
neq; omnino temptandũ. Nam Clodius ne Ciceronem expellere posse confidebat:
presente Catone quare cõsiliũ cepit vt eũ a conspectu vrbis remoueret: In pricipio

enim tribunatus sui Catone ad se vocato sic verba fecit: quasi omniũ ciuiũ integer
rimũ atq; incorruptissimum esse iudicio suo putaret: eius rei iudicium se facturum
Nam multos profectionem in Ciprũ postulare: sed ad eam rẽ Catonem solũ existi
masse idoneum cui eũ statim aduersaretur Cato: assereretq; nõ ob honorem sed ob
cõtumeliam atq; insidias hoc sibi negotiũ demãdari Clodius nimiũ superbe at si nõ
volens inquit tamen coactus dolensq; proficiscere: aduocataq; contione plebiscito
firmauit missionem Catonis eiq; abeunti nec nauem neq; militem nec ministrũ quẽ
piam tradidit: preter duos scribas quoꝝ alter fur erat alter Clodii clientulus & q̃si
parum negocii foret Ciprus ac Ptbolomeus vt etiam exules bizantium reduceret
iniunxit: eo consilio vt ipsũ plurimo tempore extra vrbem ablegaret. Hac igit̃ Ca
to necessitate coactus anteq̃ proficisceretur: Ciceronem cui Clodius apud populũ
diem dixerat ammonuit: ne in arma atq; cedes vrbem cõiiceret sed tẽpori cederet
vt rursus patrie salutem prestare posset. Deinde per Canidium familiarem suum
in Ciprum premissum suadere Ptbolomeo instituit: vt sine cõtentione atq; pugna
concederet: quasi neq; pecuniarũ neq; honoris expers futurus: daturum eñ sibi po
pulũ Romanum sacerdotium veneris Paphie Sic ergo Canidio qui hec nunciaret
premisso: ipse Cato apud Rhodum commoratus ea quibus opus erat comparabat
& simul responsũ Ptbolomei expectabat. Inter hec Ptbolomeus Egipti Rex a ci
uibus suis exactus relicta Alexandria Romam nauigabat: ea spe vt Pompeu & Ce
saris armis in regnum reduceret̃. Volens igitur Catonem affari. certiorẽ de volũ
tate sua eũ fecit: credens illum statim ad se esse venturũ. Cato per id tempus pur
gando ventri operã dabat: itaq; iussit Ptbolomeũ si ita placeret ad se venire: ac ei
venienti nec obuiam processit: nec assurrexit: sed tanq̃ priuatũ quedam recipiens
ac sedere iubens. Primo congressu regem turbauit: & in admirationem conuertit
quod sub populari mente & simplici tanta superbia insolentiaq; lateret. Sed paulo
post cũ verba Catonis audiret optimo consilio & sũma prudentia de re sua differẽ
tis ac eũ reprehendentis: quod tanta felicitate relicta se laboribus dispendiis & ob
seruationibus eorũ: qui Rome petentes forent: se subiiciat: quoꝝ cupiditatẽ si vni
uersa Egiptus in pecuniam redigatur vix explere possit & simul consulentis vt do
mũ rediret & cũ suis ciuibus pacaret̃: & se vna nauigaturũ ac intercessurũ pollicẽ
tis tanq̃ ex insania quadam recipiscens veritatemq; agnoscens & virtutẽ Catonis
admirans decreuit ita facere: vt Cato suadebat. Sed postea ab amicis in priorem
spem reductus cũ Romam venisset statim ad ianuam alicuius magistratus puenit
errorem suum recognouit: damnauitq;: quod nõ consilium viri boni sed potius dei
oraculum neglexisset. Ciprius autem Ptbolomeus felicitate quadã Catonis se ve
neno necauit: qui cũ magnã vim auri argentiq; reliquisse diceretur: ipse Cato quo
niam Bizantium nauigare decreuerat. M. Brutũ nepotem suũ in Ciprum trãsmi
sit: nõ enim satis Canidio in tractione pecuniarũ confidebat. Exulibus post hec Bi
zantium reductis & pace inter eos firmata in Ciprum venit: vbi cũ Gazam regiam
in poculis mensis lapidibus & purpura reperisset que omnia opus erat venundare:
& in pecuniam redigere: volens in ea re diligentia vti & in summũ precium addu
cere cunctisq; ipse adesse & supremã licitationem suscipere: non credidit consuetis
auctionibus sed in suspitione habens omnes ministros omnes precones omẽs man
gones omnes amicos per se ipsũ priuatim eos qui emere volebant cõueniens ac res
tractans effecit vt cũ ceteri amici quasi parũ fidei eis haberet̃ moleste ferrẽt: tum
inprimis is qui omnes anteibat Munatius vt Cesari oracõnem aduersus Catonem
scribenti acerbissime accusationis pars ista fuerit locumq; immorandi exinde habu
erit. Munatius tamen scribit nõ diffidentia sibi aduersus Catonem accidisse vt in
dignaretur sed neglectu quodã Catonis & obtrectatione Canidii. Nã Munacius

Librum edidit de rebus Catonis quẽ Thraseas maxime secutus est. In eo libro scribit se post Catonem in Ciprũ venisse: nec satis honeste a Catone se acceptum sed cũ aliquãdo staret ꝑ foribus reiectum se fuisse: Catone intus aliquid vna cũ Canidio baiulante: & cũ de ea re quereretur non satis clemens a Catone tulisse responsum: dixisse enĩ ait periculum esse ne nimia amicitia secundũ Theophrasti sententiã interdum causa foret odii generãdi. Quippe tu propter maximũ amorẽ minus te ĩ honorẽ habitum putas apud me ꝗ̃ oporteat idq; grauiter fers. Ego autẽ opera Canidii vtor: cũ propter experientiam rerũ que in ipso est: tum propter fidelitatẽ: qui & prius venit & integer comprobatus est. Hec tamẽ Catonem secrete secũ locutũ dicit. Verum postea ad Canidiũ relata: cũ audiret nec ad cenam ire voluisse: neq; vocantibus paruisse: minante autẽ Catone vt fieri solet: se pignora capturũ ex Cipro nauigasse: & multo tempore sic aduersus Catonẽ ĩfensũ perstitisse vt nec Marcie quidem hec enĩ nondũ a Catone migrauerat: loqueretur. Deinde cum Barca ad cenam eos vocasset & Catone morã trahente: alii iam discumberent tandem venientem Catonem quesisse a Barca: vbi nam sederet: cũ vero Barca dixisset vbicunq; liberet: circũspexisse Catonem ac dixisse iuxta Munatium sedẽ velle atq; ita fecisse nec tamen quicq̃ colloquii inuicem in cena habitum. Verum postea Catonẽ a Marcia rogatum vt Munatio scriberet: scripsisse vt postridie mane domũ veniret se autẽ a Martia retentũ: donec omnes recesserunt atq; ita Catonem ad eos ingressum salutasse Munatiũ & ambabus manibus complexũ fuisse. Hec scripsimus ꝓlixius arbitrantes nõ minus in huiusmodi rebus mores hominũ cognosci posse ꝙ̃ in peruagatis ac magnis negociis. Collegit autẽ Cato apud Ciprũ circiter septẽ milia talenta argenti. Veritus longitudinẽ nauigationis: vasa multa preparauit singula duorum talentoꝶ & quinquaginta dragmarũ capacia longum funem autem singulis alligauit & in funis capite suber bone magnitudinis erat vt per ipsũ si naufragium fieret vbi esset argentũ cerneretur. Hec omnis pecunia incolumis Romam delata est preter admodũ pauca. Libri autẽ duo in quibus rationes de ea pecunia diligenter perscripta erant in via perierunt. Nam cũ alterum Libertus eius nomine Philargirus secum deferret ex Cenchris delatus cũ ipsis oneribus periit. Alterũ vero cũ ipse cato vsq; in Corciram seruasset ignem in modice faciẽtibus arsere tabernacula liberq; deperiit & licet calumniatores refellere poterant ministri regii tamen hanc libroꝶ iacturam egerrime cato tulit nõ tamen ob fidem ꝙ̃ ob exemplum diligencie sue quod ceteris hominibus prebere cupiebat. Aduectus igitur nauibꝫ cũ vrbem intraret omnes magistratus omnes sacerdotes omnis senatus. Item maxima pars plebis sic obuiam processerunt vt ripe Tiberis vtriq; complecterent nec a triumpho multũ differret. Nõnullis tamen agrestis superbusq; visus est quod consulibus pretoribusq; obuiam progrediẽtibus neq; substitit neq; cursum retinuit nec in terram ad eos descendit sed pretergressus nõ prius destitit ꝙ̃ classem in naualia coniecisset. Cum tamen argentũ per forum portaretur admiratus est populus ro. tantam magnitudinem & senatus post multas catonis laudes decreuit ei preturã extra ordinẽ & ludos inspicere purpurea veste. Verũ hec senatus decreta Cato ipse deprecatus Niciam regis seruum petiit a senatu manumitti ob fidem & diligentiam reꝶ administrandarum. Erat per id tempus consul Philippus Martie pater & quodãmodo magistratus eius potentia in Catonem redibat. Collega Philippi Lentulo nõ minus in honore Catonem habente propter virtutes ꝙ̃ Philippus ipse propter affinitatem. Post hec Cicero in vrbem vnde prius a Clodio pulsus erat reuersus cũ potẽtia qua plurimũ pollebat fretus tabulas in Capitolio fixas in quibꝫ res in tribunatu Clodii geste perscripte erant per vim deleuisset senatusq; super ea re haberẽ & Marcus Cicero absentem Clodiũ accusaret diceretq; omnia a Clodio

gesta esse irrita oportere: quoniam ipse Clodius cōtra leges tribunatum accepisset nō placuit id Catoni. Itaqꝫ assurgens dixit Clodii tribunatū nihil sani neqꝫ boni in se habuisse si tamen quis irritare vellet qcquid ab eo gestum esset necesse fore vt ea etiam que ipse in Cipro fecisset irrita haberentur: neqꝫ fuisse secundū leges profectionem eius in Ciprum cū is tribunus referret qui auctoritatem nō haberet Nō igitur contra leges tribunum esse factū P. Clodium qui ex patricia familia ad plebem lege concedente transisset. Quod si tribunatu quemadmodū ceteri multi abusus est ipsū corrigere oportere: qui deliquerit: nō vero potestatē tribunitiā dissoluere. Ex hoc indignatio inter Catonem & Ciceronem exorta est: postea tamen procedente tempore reconciliati sunt. Cū deinde Pompeius & Crassus cū Cesare qui citra Alpes venerat communicato consilio statuissent secundū consulatum inire & cō sules factos Cesari quidem in quinquenniū prouinciam & exercitus prorogare pro se vero magnas pecunias & prouīcias & delectus accipere & remp. vexare: ac cū multi boni viri consulatū petituri destitissent: solus. L. Domitius qui Portiā sororem Catonis vxorem habebat monente Catone nō esse illis concedendū sed pro reip. libertate certandum sustitit competitor esse: nec solum ad Domitiū hic peruenit sermo sed ad omnes bonos nō esse negligēdas Crassi & Pompeii opes in vnū collectas sed disiungendū esse altecum ab altero: fore enī graue & intollerabilem eorū potentiam si vna consules fierent: fauebant igitur omnes Domitio: confirmabantqꝫ ostendentes multos ex iis qui metu silerent in comitium suffragatutos sibi: Hoc cū Pompeii familiares vererentur insidias Domitio tendūt cūqꝫ is prima luce in campū cū funalibus descenderet: vno ex suis qui precedebant interfecto multis insuper vulneratis omnes in fugam vertunt preter Domitium & Catonē. Nā Cato Domiciū retinebat: ipsūqꝫ cohortabatur. dicebatqꝫ resistendum esse pro libertate patrie aduersus tirannos q̄diu spiritus supersit: qui quemadmodū magistratu abusuri sint iam extunc patefaciant: per tanta scelera ipsū procurantes Hec dicebat Cato iam Brachium Saucius: sed cum Domitius periculum spectare nollet domūqꝫ se reciperet: designantur consules Pompeius & Crassus: Nec tamen Cato quieuit: sed preturam petiit: priuatus cōsulibus aduersaretur. At illi cū hoc timerent quod videbant preture dignitatem in Catonem parē fore consulari potestati senatum habuerunt multis ignorantibus & in eo decreuerunt primo quidem vti Pretores: qui creati essent confestim magistratum inirent neqꝫ consuetum tempus expectarent: deinde fraudi esset: si quis eū magistratum per ambitum obtineret: Et sic ipsi amicos & ministros ad peticōnem eius concitacunt porrigentes argentum & ipsi suffragio presidiētes. Et cū nichilominus omnia ipsoꝝ studia Catonis virtus superaret: ecubescentibus cunctis suffragiū nō dedere Catoni preturā petēti qui vel precio comparandus foret ad eū magistratum gerendum & cum prima tribus eū nominasset: Pōpeius id animaduertens turpissime mentitus se tonitrua audiuisse comitia dissoluit nihil enī fas erat agere: cū talia contigissent. Post hec cursus magnis largicōnibus freti & optimatibus ex campo per vim pulsis pretorē fecerunt Vanium pro Catone quo in loco ferūt eos qui suffragiū tulerant cōtinuo pre verecundia e campo fugisse. Reliqui vero qui id grauiter ferebant tribuno q̄dam plebis contionem prebente Catonem induxecunt qui omnia que futura erāt & reip. euētura q̄si a diis edoctus predixit: ciuesqꝫ in Pōpeiū & crassum cōcitauit qui ita sibi conscii essent ita remp. admīstrare cuperēt vt timerēt catonem Pretorem fieri. Tandem vero cū domum reuerteretur tanta multitudo eū prosecuta est quanta ne omnes quidem illos qui pretores erant creati. C. deinde Trebonio legē promulgante de prouinciis consularibus, vt alter Hispaniam Affricamqꝫ haberet: alter Siriam & Egiptum & quibus videretur terrestribꝫ naualibusqꝫ copiis bellū

inferrent: ceteri omnes cũ desperarent probibere posse: supersedetunt: nec aduer
satisunt. Catoni autem contradicere volenti vix tempus duarũ borarũ ad dicendũ
concessum est: qui cũ multa dicendo ac premittendo tempus consumpsisset nõ per
miserunt vt amplius loqueretur. sed minister eũ adbuc dicentẽ & in suggestu stan
tem attripuit. Quinetiã cũ ex inferiori loco vociferaretur: multiq; ex ea re turbati
essent: rursus per lictorem apprebensus extra forum tractus est: ibiq; relictus: Ca
to vero simul atq; dimissus est rursus ad rostra magna vociferatione reuersus: mo
nebat ciues ne boc paterent. Hoc modo cum sepius ex eo loco deductus semper re
diret: moleste id ferens Trebonius: iussit vt Cato in carcerem duceretur: quod cũ
factum esset ingens multitudo ciuiũ sequebatur: & ipse Cato interambulandũ co
bortari ac monere cõtra legem nõ desistebat: quamobrem territus Trebonius Ca
tonem dimisit. & illa qdem dies frustra consumpta est. Posteris vero diebus par
tim minis partim largicõnibus: vno preterea ex tribunis plebis Aquilio armis de
pulso ipsoq; Catone foro direpto multis vulneratis nõnullis etiam interfectis per
vim legem tulerunt: quod quidẽ tam indigne tulerunt boni: vt pleriq; statuas Põ
peii ob indignationem cederent. Sed hec quidem fieri Cato probibuit: deinde cũ
de prouinciis exercituq; Cesaris prorogandis referretur: nõ amplius cũ plebe egit
Cato: sed ad ipsũ Pompeium conuersus: attestatus est ac predixit in suam ceruicẽ
Cesarem armari: idq; nõ videre nunc. verum enĩ eo tempore sensurũ esse: cũ ꝓpter
grauitatem ac potentiam nec deponere valebit nec perferre: proinde fore vt eo tẽ
pore Catonis reminiscatur intelligatq; nõ minus vtilitatis inesse sententie sue q̃ ho
nestatis atq; iusticie. Hec tamen Pompeius neglexit: confisus felicitati sue nec pu
tans fieri posse: vt Cesar ab eo disiungeret. Sequenti vero anno cũ Pretor factus
nõ tantum visus est ei magistratui afferee quantũ demere sepe nudis pedibus & si
ne toga ad rostra veniens & causas capitales clarorum virorũ eo babitu cognoscẽs
Tradiderunt & nõ nulli iudicia nõ nunq; post prandium cũ vinũ potasset eũ exer
cuisse: quod tamen falsum est. Cũ autem populus Romanus largitionibus corrup
tus tanq; mercenaria opera suffragiis vteretur: cupiens mederi buic parti reip. Ca
to Senatui persuasit decernere: vt bi qui designati essent si nullũ accusatotem babe
rent ipsi tamen iuditium subire atq; ratõnem reddere cogerẽtur. Hoc per inique fe
rebant: ii qui magistratũ petebant: iniqua etiam plebs largitionibus assueta Ita
q; cũ Cato postridie ad rostra venisset: multitudo bominum in eũ impetum fecit:
clamans detestans ac percutiens illum quoad vniuersi qui circa rostra erant aufuge
rent. Ipsũ vero Catonẽ multitudine pressum atq; delatũ vix rostris apprebensis cõ
tinere se potuisse dicũt Sed cũ ĩ rostra se recipisset grauitate & auctoritate turbã
sedauit clamoresq; repressit & oratione babita miti attente auditꝰ est turbationẽ
omnẽ ex aĩs deleuit ob quã rẽ cũ a senatu laudaret: at ego inqt P C vos minime lau
do q me ꝑtorẽ in tãto piculo deseruistis. Hi vero q magistratũ petebãt: cũ singuli
a largicõnibꝰ deterriti essent in vnũ cõuenerũt cõtulerũtq; vnusq̃sq; duodecĩ milia
& senis dragmaꝝ argẽti facta spõsione vt q ex eis ꝑ largicõnẽ petẽt id argẽtũ p
deret arbitrũ ad eã rẽ Catonẽ eligũt & pecuniã apud illũ deponere statuũt sed ip
se Cato pecuniã quidẽ recipẽ noluit fideiussores tñ recepit. Cũ autẽ dies comitio
rũ venisset obseruãs etiã suffragia depbẽdit quẽdã ex spõsoribꝰ pacta ꝯtra egisse
ipsũq; dãnauit & eiꝰ pecuniã aliis tribuit Illi vero iusticiã atq; integrẽtatẽ bomis ad
mirati penã remiserũt satis penaꝝ dedisse illũ arbitrati q a catone esset dãnatꝰ sed
ea res nõ mediocrẽ inuidiã ĩ Catonẽ cõcitauit q̃si senatus ĩdiciũ ac magistratuũ vĩ
atq; potestatẽ sibi arrogaret. Neq; enĩ vlla virtus est que magis inuidiã cõtrahat q̃
iusticia quoniã potentia & fides populoꝝ illã maxima secunt. Neq; enĩ dũtaxat in
bonore babent iustos quẽadmodũ fortes neq; admirantur quemadmodũ sapientes

verfitiam amant atq; eis ꝯfidunt. Ex illis vero quos supra memoraui alios timēt alijs parum credunt. Preterea arbitrantur natura magis q̄ voluntate illos excellē putantes fortitudinem & prudentiam alteram acritatem quandā alteram robur animi esse. Iustus vero esse quiuis potest: modo prauitates repellat. Itaq; iniuriam maxime vt inexcusabile viciū improbis ducunt. Quamobrem Catoni tunc omnes potentes atq; clari inuidebant: & īprimis ipse Pompeius: qui putabat Catonis gloriam sue potencie officere: atq; ea de causa semper quosdam submittebat calumniatores in Catonem: quoꝝ vnus erat P. Clodius: qui rursus cū Pompeio in gratiā reuersus Catonem criminabatur multum argenti sibi in Cipro expilauisse. Pompeio autē q̄ nuptias filie vt indignas repudiasset. Ad hec respondebat Cato se tantum argenti ex Cipro Romam detulisse: sine vllo equite: sine vllo milite quātū Pompeius ex omnibus triumphis ac bellis quibus vniuersum terraꝝ orbem turbasset non attulerat. Affinitatem vero Pompeii nunq̄ elegisse: nō quod indignū putaret: sed quod nō eadem in republica esset mens ac voluntas. Nam se quidem prouincia abstinuisse: cū sibi a senatu post preturam vltro traderetur. Pompeium vero partim pro se accepisse prouincias: partim alijs procurasse. Nunc autē sex milia militum ī Galliam ad Cesarē mittere: quos neq; Cesar petierat a senatu: nec ipse Pompeius auctoritate senatus concessit. Sed tot hominū tante armorū copie tot equi gratie sūt ac remuneratiōes priuatim elargite. Imperatorem appellatū Pompeium alijs prouincias exercitusq; cōmisisse: ipsū vero domi manere: vt seditiones & turbas aleret: quibus rebus manifestum est imperiū affectari a Pompeio. Hoc modo Cato Pompeium vltus est. Erat. M. Fauonius Catonis amicus atq; emulus: qualis Appollodoros Phalerius dicit Socratis fuisse: vir quem faciliter verba mouerent nec id quidem modice aut humane: sed vsq; ad insaniam atq; furorem. Hic edilitatem petens repulsam ferebat: cui cū faueret Cato animaduertit tabulas vna manu omnes perscriptas. Itaq; hanc machinationem redarguens & tribunos super ea re appellās comitia dissoluit. Postea Fauonio edili facto & cetera pro eo munera obiuit & spectaculum edidit in Theatro: proponens certantibus non ex auro coronas sed quemadmodū in Olimpo fieri solet ex oleastro. Dona etiā attribuit Grecis quidē ex Thridaco & Raphano & Bliti & Appio. Romanis autē vini amphoras: carnes porcinas & ficus & lignorum fasces: quoꝝ vilitatem alij deriserūt alij laudauerūt propter Catonis austeritatem. Fauonius inter multitudinem se conijciēs & cū alijs sedens Catoni applaudebat admonebatq; vt victoribus ea dona tribueret attestabaturq; se Catoni hanc potestatem concessisse. In alio autē theatro collega Fauonij magifice ludos faciebat sed vniuersa multitudo illū reliquerat & ad Catonem Fauoniumq; pro rei nouitate se contulerat: fecit autē Cato vt doceret oportere eos qui ludos faceret: ludis vti & gracia magis ac simplicitate certare: q̄ tantos apparatus & sumptus in rem nō vtilem consumere & curas ingentes ea de causa suscipere. Post hec vero cū Scipio & Hipseus & Milo consulatum petentes nō solū illis solitis vsitatisq; largitionibus sed etiam armis & necibus contenderent ac temeritate & audacia bellum ciuile concitassent: quibusdam censentibus Pompeium comitijs perficiendū contradixit Cato neq; oportere inquit a Pompeio legibus presidendum esse. sed Pompeio a legibus. Verum postea cū per multos dies tria veluti castra forum obsiderent: censuit anteq̄ sūma necessitas cogeret. sponte & gracia senatus eam rē Pompeio esse mandandū. Ex duobus malis eo quod mitius foret eligens: ne cū ciuitas seditionibus atq; armis diu afflicta esset tunc demū in potestatē vnius deueniret. Dixit igitur sententiam in senatu M. Bibulus Catonis necessariꝰ qua censebat solum Pompeium consulem designandum fore enim vt vel respublica quietem accipiat Pompeio gubernante: vel meliori seruiat. Cato autem assurgens

contra expectationem omniũ Bibuli sententiam laudauit: asserens prestare vt que-
uis potestas in vrbe sit quã remp. sine magistratu ac preside manere. Se quidẽ ex-
pectare vt Pompeius remp. sibi cõmissam laudabiliter tueatur & gerat. Per huc
modũ consul designatus Pompeius a Catone postulauit vt in suburbanum ad se ve
niret: qui cũ venisser amicissime eũ recepit atq; gratias egit: rogauitq; vt sibi in cõ-
sulatu gerendo adiutor esse vellet: se ex illius auctoritate cuncta facturũ. Ad hec
respondit Cato: se neq; priori tempore aliquid vnq; contra Pompeium fecisse inimi
co animo: neq; in presenti vt graciã eius sibi compararet: sed pro vtilitate reipubli
ce semper locutũ esse priuatim quidem igit' sese Pompeio affuturũ: si Pompeius id
postulet: publice vero etiam si nõ postulet omnia prescrutaturũ & sane ita fecit vt
promiserat primũ enĩ magnam ac nouam penam aduersus deculpatores Pompeio
statuente preterea condonanda censuit: futura vero punienda. Neq; enĩ finẽ pre-
teritorum facinorũ faciliter reperiri posse: nec noua pena que nunc imposita est pu
nienda esse delicta tunc commissa cũ lex aliam penã statuebat. Deinde cum multi
summi viri hac ipsa lege rei postularentur Pompeiusq; interdum pro amicitia & fa
miliaritate eorũ se facilem prestaret remitteretq; seueritatem increpabat eũ Cato
vehementer atq; excitabat. Preterea cũ Pompeius cõmendationes reis dari in iu-
diciis consuetas per legem vetuisset: ac postea ipse Munatio Flacco cõmẽdationẽ
scripsisset: Cato qui in ea causa iudex erat: cũ recitari cepta esset Pompeii commen
datio: aures manibus clausit legiq; illam prohibuit. Flaccus vero ipsũ ex iudicibus
reiecit equidem post oratam causam: sed nihilominus condemnatus est. Omnino
autẽ difficilis atq; anceps scrupulus erat Cato iis: qui in iudiciũ vocabantur. Nul-
lus enĩ reorum habere iudicem volebat Catonem: & tamen reiicere formidabant.
Nam multi eo ipso condemnati sunt: quod Catonem reiiciendo nõ satis confisi sue
innocentie videbantur. Multis etiam in magni obprobrii partem obiiciebatur qd
Catonem iudicem oblatum recipere noluisset. Post hec cũ Cesar in Gallia magnas
copias haberet. Rome vero pecunia largitionibus & amicis plurimum posset: tũc
demũ munitiones Catonis diu antea predicte Pompeium quasi dormientem exci
tarunt. Cũq; etiam tũc piger videretur ad Cesarem compescendũ: perrexit Cato
consulatum petere quasi confestim arma Cesari arrepturus: eiusq; insidias patefa-
cturus. Competitores Catonis duo fuerunt ambo graciosi: quoq; alter P. Sulpici
us plurimũ Catonis auctoritate ac potentia omni tempore fretus nõ recte tunc fa
cere videbatur: neq; satis gratum se erga Catonem prestare: ipse enim Cato nunq;
questus est sed minime admirandũ esse dixit. si id quod quis maximũ bonum esse
putat. alteri nõ concedebat. Senatui vero persuasit: vti ipsos qui consulatum pete
rent per se Romanũ p. appellarẽt: ob quod etiã magis homines sibi aduersos fecit
quasi nõ solum accipiendi pecuniam verũetiam graciam concedendi populo Roma
no abstulisset: ad hec accedebat quod nec ipse ad dicendum pro se satis idoneus erat
sed dignitatem morum potius conseruare volebat: q; compellando atq; rogando di
gnitatẽ magistratus acquirere: neq; vt amici hoc facerent permittebat ob qd mul
titudo capi & deliniri solet. Itaq; victus a competitoribus consulatum nõ obtinuit
Et cũ ea res nõ solum iis qui repulsam tulerant verum amicis q; & familiaribus ro
bori esse soleret & tristiciam atq; calamitatẽ per multos dies afferre ipse Cato ita
negligenter id tulit vt sequenti die vnctus in campum descẽderet & post prandiũ
rursus vt solebat sine calceis & tunica in forũ veniens vna cũ familiaribus ambula
ret. Hoc factum Catonis Cicero reprehendit q; rebus poscentibus vt consul fieret
nõ studuerit populum humanitate delinire sed etiam ad reliquũ tempus defessus
fuerit. At qui preturam quidẽ rursus petiit idq; illa de causa se facere dixit quod
nõ iudicio populi Romani sed violentia atq; corruptione quorũdam hominum in ea

petitione succubuisset. At consularibus comitiis nullam fraudem adhibitã: sed nõ
satis populus Romanus suos mores probatos fuisse: quos neq; mutare ob eam cau'
sam neq; cũ illis vtatur velle se rursus periculum sui facere. Inde cũ Cesar in belli'
cosissimas nationes impetum fecisset: easq; superasset: germanos etiam cõtra fedus
bello lacessisset: & tricenta hominũ milia occidisset. aliis ob rem prospere gestam
supplicationes decernentibus: Cato censuit ipsũ Cesarem iis dedendum quibꝰ con
tra fedus bellum intulerat: neq; faciendo vllo modo vt ipsi in se atq; in remp. tantã
pollutionem reciperent. Attamen inquit diis immortalibus gracias agendum est.
quod pro hac tanta imperatoris nostri temeritate in exercitum nostrũ penas non
verterunt: sed reip. pepercerũt. De his Cesar certior factus epistolam scripsit ad
senatum: in qua multa maledicta in Catorem congessit. Qua lecta Cato ipse assur
gens nõ ab ira neq; ab obtrectatione aliqua sed ab ingenio atq; ratione crimina que
in se dicta erant iurgio similia esse ostendit: & ludum aliquem pompãq; continere
Deinde mentẽ Cesaris ab ipso initio patefaciens & omnẽ illius volũtatem quasi
ipse socius atq; coniuratus foret aperiens ac docens nõ Britannorũ neq; Celtarum
filios sed ipsum Cesarem esse formidãdũ: ita mentes omniũ mutauit & acuit vt a
micos Cesaris vehementer penituerit q; huiusmodi epistola in senatu lecta faculta
tem Catoni dedisset vt verbis pro iusticia factis Cesarem merito & iustissime re-
dargueret. Nihil tamen a senatu decretũ est verba dũtaxat habita: oportere Ce-
sari successorem dari. Amicis Cesaris dicentibus vt Pompeius etiam arma depo'
neret: prouĩciasq; dimitteret: quod vi faciat Cesarem q̃ nõ esse facturũ: iam illa vo
ciferans Cato que ab initio pdixerat aduentare scilicet virũ & manifestissime vĩ
afferre cũ illis ipsis copiis quas a decepta ciuitate adeptus foret senatum ĩ suã sen
tentiam traduxit. Deinde cũ Arimino Cesar occupato ad vrbem contendere dice
retur: hinc iam vniuersi Catonem intuebantur: tam Pompeius q̃ ceteri omnes vt-
pote qui primus omniũ ista vidisset. Dixit igitur Cato at si iis que ego predicebã
credidissetis P. C. nec vnũ nunc timeremus: nec etiam in vno spes nostras habere
mus. Censeo tamen vni Pompeio cõmittendũ. vt videat ne quid respublica detri-
menti capiat. Etenim eorũdem hominum esse solet magna inferre mala ac repellẽ.
Pompeius igitẽ cum neq; exercitum paratũ haberet: nec quas tunc diligebat copiis
satis credẽdũ putaret: vrbem deseruit. Cato vero cũ Pompeium sequi decreuisset
minorem eius filiũ in Brutios ad Munatium misit: maiorem vero vna secum duxit
domus autẽ & filiaꝝ suaꝝ gratia Martiã rursus accepit q̃ tũc vidua erat & ab hor
tensio heres relicta quod eius factũ maxime Cesar carpẽdo: auariciam Catonis cri
minari conatur. Nam si indigebat inquit cur eam dimisisset. sin autẽ nõ indigebat
cur eam recepisset nisi videlicet illam mulierẽ tanq; escam a principio posuisset &
iuuenem dimisisset: vt diuitem reciperet. Ad hec autẽ que a Cesare dicta sunt pro
be illa cõueniunt: q̃ dixit Euripides in eos qui Herculi timiditatem exprobabãt.
Nam persimile est Herculi timiditatem animi obicere: & Catoni turpitudinem q̃
stus. An vero improbande sint he nupcie alterius erat considerationis. Sed postq;
Martiam recepit & curam rei familiaris ac filias ei cõmisit: ipse Pompeium secu-
tus: a qua die ferunt neq; capillos neq; barbam deposuisse: luctum vero ac mesticiã
pro tantis rei publice cladibus siue superarent siue superarentur eodem modo sem-
per obseruasse. Sortitus autem Siciliam prouinciã ac Siracusas profectus: cũ audi
uisset Asinium Pollionem cũ multis militibus Messanam traiecisse: & simul cogno
uisset: Pompeii fugam ex italia: res diuinas per magnam obscuritatem multosq; ĩ
se errores habere questus est: siquidẽ Pompeio in his rebus quibꝰ nihil iusticie in-
erat semper dii fauissent: tunc vero patriam seruare cupientẽ & pro libertate pug
nantem deseruirint. Quanq; ita Asinium ex insula deturbare posse: tamen Siciliam

cladibus belli inuoluerect: abeundi consilium sumpsit: monitis prius Siracusanis vt
de salute sue ciuitatis prouiderent: Dirachium ad Pompeium nauigauit. Cum in
castra peruenisset: semper in eadem sententia fuit: censebat enĩ oportere vt bellũ
protraheretur sperans vt tractu temporis ire mitigarẽtur neq; ferendũ putabat
vt populus Romanus se ipsũ pugna ferroq; trucidaret. Suasit etiam vt Pompeius
ceteriq; primarii viri decernerent: ne qua ciuitas socia aut amica populi ro. diripe-
retur: neue quisq; Romanus ciuis extra aciem interficeretũ. Hac ille humanitate
multos mortales ad partes Pompeii cõuertit. Missus deinde in Asiam vt appara-
tus nauiũ delectusq; militũ accelerarct: secũ duxit Seruiliam sororem & Lucullũ
puerũ ex Seruilia genitum Nam Seruilia qdem post mortem viri se Catonis po-
testati subiecerat: eũq; sponte sequebatur: ob aduersam impudicitie famam abster
gendã Veruntamen Cesar ne in hac quidẽ parte Catoni pepercit & in ceteris qui-
dem vt videtur nihil erat opus Catone. Nam ii qui a Pompeio missi erant summa
cum diligencia cũcta perfecerant Rhodios dũtaxat auctoritate atq; oratione sua
permouit. Et Seruiliam illic atq; Lucullũ relinquẽs ad Pompeium rediit: cũ mag-
nis terrestribus atq; naualibus copiis. Atq; in eo tempore maxime Pompeii mens
ac sententia cognita est. Nam cũ naualibus copiis preficere Catonem decreuisset:
& haberet naues pugnaces circiter quingentas preter liburnicas & exploratorias
subito mutauit sententiam: Bibulumq; classi prefecit: putans nõ id labore Catonẽ
vt Cesar superaretũ: sed vt omnino respublica libera foret. tam Pompeio q; ceteris
potentibus e medio sublatis sed in quadam pugna que Dirachii cõmissa est cũ ipse
pompeius ceteriq; duces ad pugnam milites hortando nihil proficerent. Cato ora
cionem habuit de libertate de virtute. de gloria de condemnẽda morte: que ĩ phi
losophia didicerat: prout tempus paciebatur differens tandemq; orationẽ suam in
deos cõuertens: vtpote presentes & illos intuentes qui pro patria pugnaturi erãt
ita militũ animos incendit: vt cũ summo clamore sũmoq; decernendi desiderio pu-
gnam deposcerent. omnesq; Cesaris cohortes ea die in fugam verterent nisi Cesaris
fortuna & Pompeii ĩfelicitas obstitisset vt in eius vita scripsimus Tunc autẽ oĩbꝰ
ob ea que gesta erant leticia exultantibus: Cato ipse plorauit patrie fortunã & am
bitionem detestatus cernens multos ac bonos ciues in acie cecidisse. Deinde Pom
peius Cesarem persecutus. cũ in Thesaliam venisset: multeq; copie Dirachii essent
relicte: & preterea multe pecunie multi. R. ciues omniũ custos atq; dux Cato pre-
ficitur: datis sibi quindecim cohortibus: atq; id fecit Pompeius quia Catonis pre
sentiam formidabat quẽ vt absentem firmissimũ victis refugiũ: sic presentem vi-
ctori sibi minime concessurũ existimabat: nec permissurum vt pro arbitrio victoriã
exerceret. Accepta deinde apud Pharsaliã clade in ea sententia fuit Cato vt si Põ
peius interisset omnes qui secũ erant in Italiam reduceret: ipse vero solus tirannı-
dem fugeret atq; in exilium iret: sin autẽ Pompeius euasisset: omnino copias illas
Pompeio conseruare. Hac igitur mente in Corciram vbi naues erant delatus: cum
Ciceronem ibi offendisset perrexit primũ omnes copias illi tradere & sese ei sub-
mittere (vt decenserat) pretorium virũ consulari: sed Cicerone nõ recipiente &
in Italiam abeunte: cognita Pompei voluntate: qui cũ minime tempus exposceret
eos qui in Italiam nauigabãt afficere suppliciis & imprimis Ciceroni ipsi manus
afferre cogitabat: priuatim ipsum corripiens Ciceronem ex manifesto periculo li-
berauit & ceteris facultatem abeũdi prestitit. Arbitratus vero Pompeiũ magnũ
in Egiptum aut Libiam peruenisse: ad illum ire perrexit cũ omnibus copiis: data
prius potestate abeundi iis qui nõ voluntarie sequerentũ. Catoni oram Libie pter-
uecto fit obuiam. Sextus Pompeii filius minor natu: qui mortem patris nũciauit
cuius mortem cum vniuersi grauiter ferrent nec alium ducem sequi vellent. Cato

detestatus hominū perfidiam qui difficillimo tempore bonos desererent pricipatū
petiuit:& in Cyrenem perueniēs a Cireneis receptus est:cum paucis ante diebus
Labenum exclusissent. Hic cum audisset Scipionē apud Iubam regem se recepisse
& Appium Varum Africe prefectum una cum Scipione esse profectus ad eos pe-
des Hiberno tempore multis asinis qui aquā ferrent cōgregatis multū preterea
cōmeatum ferens multos etiam currus ducens & insuper homines qui Psilli nomi
nantur:qui morsibus serpētum medentur ore trahētes uenenum & ipsos serpētes
cantibus mitigantes:septē continēter diebus iter fecit:ipse sēper absq; equo & ue-
hiculo agmen precedens:in cena uero sedebat Nā post Pharsalicā pugnam hoc q̄
priori mesticie addiderat ut nunq̄ iaceret nisi cū dormiret. In Africa Hibernis per
actis exercitum eduxit. Erant militum circiter decē milia. Res autem pessimo lo
co erant Scipione & Varo simul contendētibus:& ob id Iubam obseruantibus ho-
minē propter opes & potentiā tumētis superbie:qui primo Catonis aduentu thro
num suum mediū posuit inter Scipionem & Catonē:quod cū animaduerteret Ca
to sublata sella ad aliam partem se contulit:& Scipionem inter se & Iubā medium
fecit:quāq; sibi infēsum atq; inimicū:utpote qui librum aduersus illū ediderat: At
hoc quidem nō atendūt hoīes Catonis factū:si uero Philostratū in Sicilia mediū
ambulans habuit in honorem Philosophie illū accusant. Tunc igitur Iube insolētia
repressa:qui quasi Satrapas effecerat sibi eos qui cū Scipione erant:omnibus cōci
liatis:cū ducem Catonem cuncti sequi vellent. & precipue Scipionis ac Vari mili
tes:negauit se contra leges imperiū suscepturum:quas vt seruaret aduersus Cesa
rem bellū gerebat:neq; se pro pretore dum procul adsit antepositurū. Nam Scipio
pro consule prouinciam obtinebat spesq; nōnullis erat in Scipionis nomine quasi in
Africa id esset ad uictoriā fatale. Accepto itaq; a Scipione principatu. cum ille sta
tim Iube gratia omnes Vticenses qui in etate erant trucidare uellet:urbemq; fun-
ditus euertere utpote cū Cesare sentiētes:Cato obstitit:Attestās enī ac uociferās
in consilio uix crudelitatem eoꝝ coercere potuit:Ac parti Vticensium rogatu:par
tim ex Scipionis sententia custodiā Vtice recepit:vt neq; inuita neq; uolens partes
Cesaris sequeretur. Ea vrbs oportunissimo loco sita & habūde munita erat:magis ta
men a Catone confirmata est:nā & Annone uim introduxit:& menia turribus ual
lo fossaq; muniuit presidiaq; imposuit. Ciues antē quicūq; puberes erāt ablatis ar-
mis pro turribus collocauit:reliquos in vrbe continuit: vehementi diligentia adhi
bita ne cuiq; eorū inferretur iniuria:nec inferre aliis ipsi possent. Arma vero & pe
cuniam & frumentum inde ad castra mittebat habebatq; eam vrbē quasi horreum
belli Quod autem Pompeio magno prius idem tunc Scipioni suadebat ne signo cō
ferret aduersus homines pugnacissimos sed protraheret bellum: tempusq; cōtere-
ret: quoad tirannidis acies obtunderet. Sed Scipio Catonis consilia neglexit & ali
quādo etiam timiditatem exprobrauit scribens ad eū satis nō esse si ipse in vrbe sit
& menibus circundetur nisi etiā ceteros impediat quo minus ea que optima factu
sunt: exequantur. Ad hec rescripsit Cato se paratum offerens cū iis copiis quas in
Africam duxerat in italiam trahere. Cū vero hoc quoq; Scipio aspernaretur. ma-
nifestissime cernebatur in Catone penitentia: q̄ principatū concessisset ei: qui neq;
belli artibus valeret neq; si fortuna aliqua vinceret temporate victoria vsurus foret
Quamobrem vt secū ipse agitabat & familiaribus patefecit se nō bonam spem ī bel
lum habere propter impericiam ac superbiam ducis ac etiam si Cesar ipse superetur
se Rome nō mansurum sed in exilium futurū propter crudelitatem & superbiam
Scipionis qui iam tunc insolentes minas aduersus multos iactaret. Et euenit quidē
citius q̄ expectaret Cato vt a Scipione male pugnatum esset. Et prima nocte qdā
a castris veniēs tercia ante die pugnam cōmissam Cesaremq; vicisse nūciauit capta

etiam esse castra: Scipionem & Iubam cũ paucis euasisse reliquas omnes copias fũ
ditus esse deletas: his auditis vniuersa ciuitas ad huiusmodi nũciũ Attonita vix se
infra menia continebat: quod cũ animaduerreret Cato. singulos monendo atq; cõ
solando & nõ tanta esset quanta nunciebantur mala sed rem verbis augeri: trepida
cõnem sedauit. Postridie vero Romanos ciues qui vtice negociabanť quoꝝ tricen
tos in consilium delegerat per preconem in templũ Iouis acciri iubet quo facto ve
nit ipse in templum sine vlla trepidatione: vultu pacato quẽadmodum priori tem
pore solebat. librũ in manibus tenens dum illi cogebantur lectitare cepit. Erant in
eo libro scripre rationes quas ad bellum preparauerat: armorũ frumenti balistarũ
coacto autem cõsilio incipiens ab ipsis tricentis viris laudauit fidem & studiũ eoꝝ
quod consilio q; corporibus qꝫ pecuniis bene de republica meruissent: deinde co
hortatus est ne spẽ abiicerent: neue in diuersas partes aufugerent sed in vnũ conti
nerent: fore enĩ vt eo modo plus roboris in resistendo haberent: faciliusq; a victore
salutem impetraret. Proinde sibi ipsis cõsulerent: in vtram vellent partem: si tamẽ
periculis sese obiectare velint & pro libertate pugnare se nõ solum virtutem eorum
laudaturum verũetiam ducem ac sociũ se prestiturum: quoad extremam fortẽ pa
trie experirentur: que nec Vtica sit nec ad Rimetum: sed Romana vrbs: que sepe
maioribus periculis euaserit & sese receperit. Multa qdem esse illis ad salutem pa
rata & precipue quod aduersus eũ hominem bellum gererent. qui a tẽpore ac for
tuna totus penderet: Hispaniam ad Pompeiũ iã defecisse. Vrbem vero ipsam Ro
manam nõdum frenum seruitutis propter insolentiam recipere: sed grauiter ferre
& ad res nouas conspirare. Demq; hostem ipsũ pro exemplo habendum: qui nullũ
recuset periculum vt patriam suã ac iura subuertat. quod cũ ille faciat pro iniuria:
quanto magis eos facere decet: qui si vicerint felicitatem adepturi: si vincanť glo
riosissimam mortẽ obituri sint. debere tamen ipsos per se consulere deos precantes
vt pro virtute quam superiori tempore prestiterũt ea res feliciter eueniat. Hec cũ
diceret Cato plurimi oratione eius ducebantur: ac fortitudinem hominis humani
tatemq; intuentes quasi periculorũ imminenciũ obliti offerebant: vt corporibus &
armis eorũ arbitratu suo vteretur: vtpote solus omniũ inuictissimus dux. & cuius
cunq; fortune victor. Satius enim fore vt eum sequentes morirenť: q; si eo deserto
salutem accipiant. Cũ vero quidã censeret seruis libertatem esse dandam. & pleri
q; eius sententiam laudarent: negauit Cato: se vllo modo id passurũ: Neq; enĩ iustũ
esse: neq; legibus cõsentaneum: si tamen domini liberare velint recepturũ: quod cũ
multi pollicerentur iussit eorũ nomina edi atq; scribi sic cõsilium dimisit. Nec mul
topost afferuntur sibi littere a Iuba & Scipione: & quorũ Iuba quidẽ cũ paucis in
monte quodam latebat. Scipio autẽ nõ longe ab Vtica naues conscenderat atq; in
portu ipso euentum rerũ expectabat: quod sibi agendum videretur. Cato itaq; eoꝝ
tabellarios quoad priora consilia firmarentur retinuit. Et senatores quidẽ promp
tissime seruos dabant: manumittebantq; & armabant. Cetera autẽ multitudo ve
luti Nauicularii Feneratores & cetera huiusmodi turba qui maximam partẽ fortu
narum suaꝝ in seruis habebant: mirũimmodũ refrixerant. Velut enĩ corpora quedã
faciliter incenduntur. & rursus remoto igne cito refrigescunt: sic dũ presens erat
Cato versabaturq; in eorũ oculis ad virtutem incendebãť. cũ vero descenderet atq;
ipsi per se erant: Cesaris formido plus valebat q; honesta cõsilia. Qui enĩ sumus aie
bãt illi. cuiq; bellũ inferre paramus. Nonne hic est ille Cesar qui omnẽ Romanorũ
habet potentiã. Nostrũ autẽ nemo est Scipio neq; Pompeius neq; Cato sed quibꝰ
tẽporibus vniuersi mortales timidiores sũt q; oportet: in his temporibus nos pro li
bertate Romanoꝝ ex Vtica pugnabimꝰ aduersus eũ q & Catonẽ & Pompeiũ ex
Italia pepulit & seruos aduersus Cesarẽ liberos faciemus q tantum libertatis ipsi

habituri sumus: quantũ ipse Cesar nobis cõcedet: cognoscamus nos ipsos dum tem
pus est veniamq; petamus a victore mittamusq; ad eum homĩes qui illius iram de
precentur. Hec multorũ verba erant: nam reliqui vim aduersus senatores parabãt
putantes si eos caperent & Cesari darent: fore vt ira Casaris mitigata facilius sa
lutem impetrarent. Que cũ Cato audisset nihil hanc mutationẽ reprehendit: Sci
pioni tamen Iubeq; rescripsit: ne Vticam accederent. Cũ vero magna manus equi-
tum a pugna que inter Cesarem & Scipionem cõmissa erat euasisset: missi sunt ad
Catonem tres legati: nõ tamen omnes eadem mandata habebant. Nam alii ad Iu-
bam eundum fore censebant alii Catonem ducem poscebant: alii Vticam accedere
formidabant. Hec audiens Cato. M. Rubro operam dedit: vt nomina eorũ recipe-
ret: qui seruos ad bellum manumittebant. Ipse vero senatoribus assumptis Vtica e
gressus tribunus equitũ cõuenit: eosq; rogauit ne senatores proderent: neq; Iubam
potiusq; Catonem sequi mallent: sed in vrbem accederent: vt se ipsos ceterusq; ser-
uarent: esse quidẽ vrbem ipsam inexpugnabilem: & multorum annorũ victum ha-
bere: omniq; apparatu belli habundare: Ea cũ senatores multis cũ lacrimis precarẽ-
tur: prefecti equitũ ad equites retulerũt. Cato interea in quodam aggere vna cũ
senatoribus sedens responsa equitũ expectabat. Inter hec. M. Rubrius accedit cũ
sũma indignatione: nuncians motũ in vrbe fieri: quod cũ auditum esset aliis quidẽ
in lacrimis lamentationesq; cõuersis. Cato eos confirmare temptabat. Nuncii post
hec ab equitibus venere acerba postulantes. Aiebant enĩ neq; Iubam ducem sequi
velle pro mercede: neq; Cesarem vllo modo timere: si Catonem habebant ducem
Vticensibus tamen ex Phenitia profectis hominibus infidis nullo modo inter eadẽ
menia sese commicturos. Nam simul atq; Cesar copias suas ad vrbem admoueat in
uasuros esse Romanos: atq; prodituros proinde si vellet Cato eorũ opera ad bellum
vti. Vticẽses omnes vel expelleret vrbe vel intra menia trucidaret: quod si faceret
Vticam se accessuros pollicebanẽ. Ista Catoni aspera nimium & intollerabilia visa
sunt: benigne tamẽ pro tẽpore respondit: se de ea re una cum trecẽtis deliberaturũ
Atq; ita in vrbẽ regressus offendit homines nõ clã neq; latenter sed corã reclamã-
tes: si quis contra Cesarẽ impellat: cui neq; posse se bellũ inferre neq; uelle dicebant
Nõnulli etiam uoces contra senatores iactabãt: capiendos esse illos: Cesariq; dedẽ-
dos. Sed ipse licet hec audiret tamen nõ audire simulabat: & erat quidẽ Subsur-
daster. Vt autem equites abire nunciati sunt: timens ne tricenti illi viri contra sena
tores aliquid molirerentur profectus vna cũ amicis: cũ cerneret eos iam procul ab
euntes equo accepto consecutus est. Et equites Catonem intuentes cũ summa leti-
cia conuersi eum receperunt: adhortantes vt vna secũ esse vellet: in hoc loco ferunt
Catonem lacrimasse: dum pro salute hominũ senatorii ordinis milites precaretur:
manusq; tetendisse & nõ nullorũ equos freno captos vertisse: armaq; ipsorũ tenuisse
quoad ab equitibus extorsit: vt ea die iuxta Vticam morãtes securitatem senatori
bus prestarent. Vt igitẽ eos reduxit & alios quidem portis alios arci custodes im-
posuit magnos metus plerosq; inuasit vt penas darent mutate voluntatis. Postu-
labant igitur a Catone vt eos adiret. At senatorũ pro Catone sollicitĩ cũ retinebant
neq; dimissuros se neq; prodituros qui in tantis periculis eos seruasset predicabãt
Manifestissimus enĩ vt videtur sensus erat & zelus & admiratio virtutis eius cun
ctis qui Vtice erant cũ ipse nihil simulate nihil dolose faceret. Vir q cũ antea mor-
tem sibi afferre decreuisset ingentes tamen labores & magnas curas pro aliis susci
piebat vt cũ ceteri omnes secure iam viuere possent essentq; a periculo liberati tũc
ipse demum mortem obiret erat occulta eius deliberatio ad mortem quanq; pro ce-
teris affligeretur. Venit igitur tunc ad tricentos solus qui cũ sibi gracias egissent
rogassentq; ne eos in suspitione haberet sed fidei eorum crederet & si oẽs Catones

nõ essent neq; tantam magnitudinem animi prestarent miserendum esse eorum im
becillitati. censebant ad Cesarem mittendum potissime pro Catonis salute: quod si
Cesar nõ concederet: ne si ipsis sponte offerat gratiam eius accepturos: sed quoad
spiritus superesit aduersus eum pro Catone pugnaturos. Cato eorũ sententia lauda
ta respondit vt pro se ipsis si ita vellent Cesarem precarentur pro Catone autẽ nul
lo modo faciendum. Nam victorum quidẽ esse deprecari: & eorũ qui errassent ve
niam petere: se vero per omnem etatem inuictũ prestitisse. & Cesarem honestate
atq; iusticia longe superasse. Ne esse victum aut captum Catonem: sed ipsũ Cesa
rem qui bellum quod iam diu contra patriam parabat: cũ sepe id negasset: nunc tã
dem conuictus est agitasse: hec locutus abiit. Cũ vero audiret Cesarem cũ omibus
copiis aduentare: dii boni inquit: vt contra viros ad nos ille & ad senatorios cõuer
sus monuit ne differrent dũ equites adessent saluti sue prouidere. Et omnib9 por
tis preter vnam que ad mare prospiciebat clausis. naues suis assignauit: ordinauit
q; vniuersos sine trepidatione vlla aut tumultu. Egenis autem & tenuioribus pecu
niam tradidit. Deinde cũ. M. Octauius cũ duabus legionibus haud procul ab Vti
ca castris positis a Catone postularet vt pro imperio diffiniretur: Cato nihil respõ
dit: sed ad amicos conuersus: quis iam mirabitur inquit si res male gesta est: quãdo
in ipsa morte cupiditatem dominandi in nostris hominibus cernitis. Inter hoc audi
ens equites iam abire volẽtes Vticensium domos diripere: cursim ad eos profectus
primis spolia e manibus eripuit: ceteri vero omnes abiecerũt & cũ summo robore
discesserunt. Post hec Vticenses in vrbem reductos orauit: ne Cesarem cõtra ciues
Romanos qui Vtice erant irritarent: sed cõmuniter pro omnibus salutem peterẽt
ac rursus ad mare rediens: curauit eos: qui nauigaturi erant & amicos hospitesq;
complexusq; dimisit. filio persuadere nõ potuit. vt vna cum ceteris nauigaret: neq;
enĩ putabat vllo modo patrem esse deserendum. Erat autẽ etiam quidam Statili
us etate iuuenis mente validus Catonis imitator: huic suadebat Cato vt inde naui
garet: nec Cesaris sibi inimici expectaret aduentum: qui cũ se facturũ negaret re
spiciens Cato Appollonidem Stoicum & Demetrium Peripateticũ: inquit vestrũ
hoc opus est iuuenem lenire & ad curam sui ipsum conuertere. Totam noctem &
magnam partem diei in dimittendis amicis & pecuniis dandis consumpsit. deinde
L. Cesar. C. Cesaris cognatus: qui a tricẽtis ad Cesarem mittebatur: a Catone po
stulauit quemadmodũ sibi verba facienda viderentur pro salute ciuium. ro. Nam
pro te quidem inquit & manus apprehendende & genua amplectenda erunt. Ca
to vero nullo modo id faciendum respondit: sibi enĩ ipsi si salutem petere vellet ad
Cesarem eundum fore: sed nolle se tiranno gratias agere: pro iis rebus quas contra
leges per iniuriam fecit. Nam salutem dat quasi dominus eorũ quibus nullo modo
dominari potest: quemadmodum tamen ille preces Romanorum ciuium exaudiat
simul considerare velle. Hec vna cum. L. Cesare meditatus cũ filio amicisq; comita
tus est amplexusq; virum dimisit & filium suũ amicosq; reduxit. Et cũ cetera mul
ta locutus est: tum illud preceptum filio dedit. Ne vnq; ad rempoblicam se confer
ret. Nam vt iam digna Catone faceret: nullum esse locum in republica. Ailter au
tem vt se gereret turpe esse. Post hec cũ aduesperasceret balneum intrauit: & in
terlauandum: cum sibi Statilii in mentem venisset: alta voce Appollonidẽ vocauit
petiitq; an iuuenem dimisisset eiusq; magnitudinem animi repressisset & an nauim
ascendisset se inscio insalutato? Respondente Appollonide se multa cũ illo verba fe
cisse. verum perseuerare illum in sententia vt omnia faceret: que Cato ipse faceret
subridens Cato at hoc inquit confestim apparebit. Post lauacrum cũ multis cena
uit sedens quemadmodum post ciuile bellum consueuerat. neq; enĩ iacebat nisi cum
dormiret. Cenauerunt cũ eo omnes familiares & Vticensium magistratus: ac post

cenã magña & iocunda disputatio agitata est. Cũ deinceps philosophie questiones proponerẽtur: quoad peruentum est ad illa que Paradoxa Stoici vocant: veluti solum virum bonũ liberum esse: omnes malos esse seruos: aduersus que cũ Peripateticus pugnaret: vehementer in ea disputatione: accensus Cato extendit disputationem miro certamine: ita vt omnes suspicarentur illum vite sue finem facturũ atq; e rebus humanis migraturũ Itaq; cũ silentium post verba catonis sequeretur anim aduertens Cato eorum mesticiam conatus est timorem auferre: & suspitionẽ quã ante conceperant remouere. Quamobrem curas rursus illis iniecit: pro presentibꝰ rebus: quasi pro illis qui nauigarent solicitus foret & pro illis qui pedestre iter facerent: cũ per deserta loca & aque expertia transituri essent. His ille dictis conuiuium dimisit: & facta cũ amicis deambulatione: que illi post cenam consueta erat & iis qui excubiis preerant ea que tempus poscebat locutus: in cubiculũ ire cepit Abiensq; filiũ & amicorũ quenq; magis q̃ prius consueuerat amplexus est: exquo rursus suspitionem prebuit necis future. Cubiculum autem ingressus cepit in manibus librum Platonis de animo: & maxima parte eius libri lecta: & cũ nõ videret ensem pendere: surripuerat nãq; eum filius dum cenabatur: vocato seruo: quis abstulisset ensem poposcit: at illo tacente rursus legere incepit: & quasi nõ festinaret sed alia de causa ensem quereret vt afferretur mãdauit: quod cũ ille nõ faceret atq; ipse iam totum librum perlegisset rursus singulos seruos vocauit & maiori voce ensem reposcere cepit. Vnum etiam ex seruis pugno percussit: Ex quo cũ ei manus tumefacta fuisset grauiter iam id ferens & vociferãs se inermem a filio atq; seruis prodi: nõ prius destitit q̃ filius cum amicis venit & multis cum lacrimis se supplicem obtulit Cato autem torue ipsum prospiciens: an me inquit insanum putas qui non rationibus sed vi rompescis Quid me vero nõ ligas patrem ac tamdiu in vinculis tenes: donec Cesar occupet nullo modo resistere valentem. Sed nihil agis mihi crede: Non enĩ mihi ense opus est ad mortẽ Nam si breue tempus spiritum preclausero: & si caput parieti incussero mori possum. Hec cũ dixisset adolescens lacrimans abiit. Ceteri etiam amici cubiculum egressi sunt: preter Appollonidem & Demetrium qui intus remanserunt: ad quos Cato conuersus mitiori voce: an vos quoq; putatis retinendum esse hominẽ grandem natu: & iuxta sedendo eum custodire: an rationem aliquam habetis per quam possitis ostendere non esse turpe Catoni salutem ab hoste petere: Quid igitur nõ verba facitis? quid nõ arguitis me? vt primis illis rationibus quibus ad hunc diem viximus repulsis: & per Cesarẽ sapientiores facti ingẽtes illi gratias habeamus. At qui decreui equidem nihil de me ipso: oportet tamen me deliberare: ita vt ea faciam: que facienda videbuntur: deliberabo igitur vobiscum si cũ iis rationibus quibus vos in philosophia vtimini id facio. Abite igit̃ bono animo & monete filium meũ vt patri vim nõ afferat. Ad hec illi nihil respondentes sed lacrimantes abiere. Qui cũ abissent Cato ensem sibi remissum nudauit inspexitq;: & mei nunc iuris sum inquit. ac rursus ense reposito lectitare cepit. Ferunt bis librum de animo perlegisse totum: atq; subinde dormisse altissime: vt etiam ii qui extra cubiculum erant stertentem sentirẽt. Cum esset circiter mediam noctem vocauit ad se Cleantem medicum: & Butam quendam cuius opera ad res ciuiles plurimũ vtebatur. Erant hii ambo Catonis liberti: & Butam quidem ad portum misit: vt sciret an omnes nauigassent: medico autẽ manum ostẽdit febricitantem ob eam plagam quã vt supra diximus seruo inflixit. Ea res se... [illegible]em omnibus prestitit quasi cõsilio abiecto de vita cogitaret. Paulopost Buta [illegible]cedit & alios omnes preter Crassum nauigasse nũciauit: Crassum quibusdã [illegible]impedimẽtis detineri: ceterum mare magnis fluctibus agitari. Quo audito ingemuit Cato pro eorum qui nauigarant incommodis & rursus Butam remisit: vt si quis cuiusq; rei

indigeret afferret. Iam erat circiter Gallicinium: & rursus in somnũ cõuersus est. Deinde reuerso Buta & composita esse omnia renunciare iussit eum prouidere, vt porta clauderetur: & se in lectum demisit quasi reliquum noctis quieturus Vbi vero Buta recessit: statim accepto ense se sub pectus percussit Sed cũ egrota manus minus alte vulnus imprimeret nõ confestim examinatus est sed moribundus ex lecto prolapsus Abacum quendam Geometrie qui forte iuxta lectum stetit non sine magno strepitu in terram deiecit qui cũ a seruis auditus esset subito acclamatum atq̃ concursum est tam a ministris q̃ a filio & amicis. Ingressi itaq̃ cubiculũ offenderũt Catonem sanguine fedatum intestina eius magna ex parte effusa ipsum tamen adhuc viuentem Medicus igitur accedens temptabat et viscera remittere q̃ illesa erant & vulnus ligare. Sed ipse statim atq̃ ad se rediit medicũ repulit & viscera manu lacerauit: vulnusq̃ patefaciens e vita decessit. Vix credebatur ĩ tota domo auditũ cũ iam in portis aderant ciues Romani quos tricentos fuisse supra diximus & paulo posto populus vniuersus Vticensium occurrit: omnium erat vna vox benefactorem liberatorẽ solum liberũ solũ inuictum Catonem vocitabãt: & hec faciebant cũ iam aduentare Cesarem nunciabatur: sed neq̃ timor neq̃ gratia victoris neq̃ seditiones que inter eos erant inhibebant: quo minus Catoni honorem debitum redderent. funus ornatissimum cũ longa pompa magnifice fecerunt sepelieruntq̃ in litore maris vbi nunc est eius statua ensem manu tenens. Funere autem perfecto vt sibi salutem quererent perrexrũt Cesar igitur a trãffugis cognito Catone vna cũ filio & familiaribus expectare: nec abisse cũ ceteris fugientibus excogitare nõ poterat quod foret. Catonis cõsiliũ exercitum admouebat deĩde cognita eius morte dixisse dicitur Inuideo morti tue Cato nam et tu glorie mee pro salute tua inuidisti Quid tamen futurum fuerit: si petita esset salus incertũ est: credunt vero meliora de Cesare. Mortuus est Cato quadragesimo octauo sue etatis anno. Filius vero eius nihil mali a Cesare passus est. Ferunt hunc filium. Catonis dissolutum fuisse: & precipue erga mulieres male temperasse. Vnde in cappadocia: cũ hospitem haberet Marphadatem quendã regulum: cui mulier pulcerrima erat: ac diucius q̃ deceret apud ipsũ moram traheret: talia in eum scripta sũt carmina. Cras abibat Cato post triginta dies: Potius & Marphadates vna anima Marphadatis mulier & preterea illa. Nobilis & clarus Cato regiam possedet animam. Sed hec maledicorum verba deleuit: & falsa esse ostendit gloriosa mors. Nam cũ pro libertate patrie contra Augustum & Antoniũ in Philippis pugnaret: inclinata iam Bruti acie nec fugere voluit: nec latere: sed in hoste ruens magna cede edita et quis ipse & ex quibus ortus foret testatus: admirationem virtutis sue omnibus prestitit atq̃ ita mortuus est: Filia etiam Catonis vxor Bruti: qui Cesarem occidit neq̃ pudicitia: neq̃ fortitudine inferior fuit: Nam & coniurationis aduersus Cesarem fuit conscia: & quemadmodum nobilitatem suam decebat generose mortua est. Statilium tunc se instar Catonis occidere volentem philosophi qui aderant prohibuerunt. Sequenti vero tempore se Bruto coniungens cum fidem et studium in bello ostendisset in Philippis & ipse mortuus est.

Epistola Guarini In Vitam atq; gesta Dyonis Incipit feliciter.

VM PLVTARCHVM quem nō hospitio solum verum etiam possessione mecū esse voluisti: inter manus Francisce versarem: cepi ad eū omnem animum cogitationemq; conuertere ac reputare q̄ eligans in eo ingenii magnitudo. Preclara omniū rerum & optimaꝝ artium eruditio q̄ vberrima rerum gestarum & tocius antiquitatis noticia seu nostra seu grecanica contempleris nec minus peregrina. Adeo vt quicquid ab eo in tam multimoda materie varietate cōscriptum perpendis nō ex vnius capite: sed ex multorum perinde ac habundantissimis quibusdam fontibus manasse credideris. Qua qdem in re cū pro mea paruitate ingens magnificum ac prīcipale munus intueor te nō tam suscipientis q̄ tue eationē dignitatis habuisse autūmo. Prudenter equidē acuteq; id prouidisti. Nam vt vere officium liberalitatis absolueres in eum tuum collocare beneficium maluisti. Vnde parem tibi referri posse gratiam ne minima quidem tibi spes esset quo munifici nō autem feneratoris animum sine vlla ambiguitate penitus aperires. Id in ceteris q̄ manificentie cultoribus sepe conspectum est. Cum nōnunq̄ Alexandrum equales q̄ amplissima pusillis elargiret̄ incusarent quasi eos nesciret illos qdē inqt scio: ceteꝝ me ipsū nō ignoro. Verum enimuero si mecum de diuitiarum amplitudine & facultatum splendore contendis: cedo: victumq; me fateor palmasq; protendo. Sin de amoris magnitudine studio caritate beniuolentiaq; certamen indixeris: ibo aīs contra vel magnum prestes Achillem. Cum igitur grate mentis quoddam veluti signum proferre instituo optimum factū tuisq; haud sane meritis dissonū fore duxi. Vt cum abs te Plutarchum grece susceperim Plutarchum latine restituam. Id cū facere aggressus essem Dionem Siracusium Brutumue conuertere ceperam. Vix autem primum absolueram cum Brutum iam pridem nostro interpretatum esse sermone familiari quodam renuntiante cognoui. Subsisti diuq; versanti mecum vt abstinerem potius visū est ne Fucorum instar alienos depasci labores iure fortassis accusarer. Ceterum quod omissum fuerat: in dictionem Romanam traduxi exquisitum & subtile Plutarchi de vtroq; iudicium peculiariter ac collatas de alterutro differentias. Hanc vero de qua loquor positam in calce particulam nō ante perlegere debebis q̄ post Dionem Brutum quoq; percurreris. Atqui si te hoc litteraꝝ vel lituraꝝ potius genere delectatum intellexero: in vertendis ceteris audatiorem me prorsus efficies: tanti tuū eruditum facio iudicium. Illud autē imprimis ornatissime mi Francisce postulo: vt ne quicq̄ legere prius incohes q̄ suauissimo & doctissimo preceptori meo Manueli Chrisolore Virgilianū decantes illud. Semper bonos nomenq; tuū laudesq; manebunt. Quoniam cū preter ceteras italie calamitates immensas etiam tenebras atramq; noctem grece ignoratis disciplne late sparsisset: is & insita benignitate & ingenti excellentia nō paruum splendorem attulit hominibus nostris ad quos pristina litteratura longum per interuallum profuga huius clarissimi viri ductu & auspitio rediit quasi post liminio cepit.

Plutarchi historiographi greci de Vita atq; gestis Dionis historia: per Guarinum oratorem clarissimum in latinum traducta Incipit feliciter.

ROFECTO SOSSI senetion quemadmodum Troianis minime succensuram fore Corinthus ait Simonides qui aduersus eam vna cũ Achiuis expeditionem egerunt: quoniam Troianis etiam Glaucus qui ex Corinthiis genus ex primordio ducebat promptissimũ se belli socium asciuit: ita nec Romanis aut grecis incusanda merito est Achademia qui paria ex scriptis hisce reportant: que Bruti vitam continent atq; Dionis. Ex quibus cũ alter quidem Platonis consuetudinem habuerit: alter vero platonicis ĩnutritus sit disciplinis. Vterq; perinde ac vna ex palestra ad maxima prodiere certamina. Nec vero admirandum est: eos qui similia permulta ac sororia gesserint ipsi virtutis duci testimonium reddidisse q; prudentie ac iusticie cũ potestate comitem oportet esse fortunam quo pulcritudinem pariter ac magnitudinem ciuiles suscipiant actiones. Nam sicut Hippomachus Aliptes rũ exercitatos instructosq; ab se adolescentes ferentes e foro carnes aliquando vidisset se illos ex suis esse procul agnoscere dictitauit: sic & doctorũ hominum studia ac discipline res eorũ gestas pari virtutis ratione prosequant̃ est necesse: que concentum quendam & similem eis aptitudinem afferant cũ decore. Horum autẽ virorum fortune casibus q; voluntate magis eadem ipsorum vitas ad similitudinem vna perducunt. Ante exitum enĩ cesus est vterq; dum per multas & ingentes conflictationes nauare propositum nequiuissent. Quodq; super omnia longe mirabilius est: vtriq; genius suum significauit interitũ: vtriq; haud beniuolum sane Phasma metuendũ se obtulit. Tam & si quidem talia prorsus tollẽtes afferãt nulli sapienti simulachrũ cõparuisse uel geniũ. Ast puellos mulieresq; ac uecordes quosdam ex imbecillitate hominis in animi errore aut corporis intemperie constitutos inanes & alienas opiniones attrahere qui malum in se ipsis esse geniũ superstitionem habent. q; si Dion atq; Brutus grauissimi viri & sapientie studio dediti ac nullam per affectionem morbũ ve aberrantes aut facile captabiles ab ipso ita dispositi fuere fasmate vt amicis ac familiaribus retulerint: haud scio an ex vetustissimis quendam maxime admirationis sermonem cogemur admittere quod viles quidam ac maligni demones cum viris bonis inuideant: demones eorum rebus gerendis obstant: metus & perturbationes inducunt: virtutem cõquassant falluntq; ne rum stabiles integriq; in honestate permanserint: Post supremum vite diem meliorem illi sortem consequantur. Verum hec ad aliud dicendi genus reseruentur. Ceterum in hac duodecima comparandorũ hominum vita maiorem natu priorẽ adducemus. Dionisius senior statĩ vt in principatu constitut9 est Hermocratis Siracusani filiam duxit vxorem. Dehinc cũ stabiliro nõ dum dominatu ab eo Siracusii defecissent muliere corpus grauib9 & iniquissimis affecere vituperiis ob que sibi necem sponte consciuit. Dionisius recuperato postea confirmatoq; dominato duas simul denuo duxit vxores. Alteram quidẽ ex Locrorum genere Dorida nuncupatã alteram vero ĩdigenam nomine Arestomacham Bipparini filiam. Is erat inter Siracusanos homo primarius & Dionisii cũ primo belli dux & imperator delectus est collega. Ferunt ambas vna duxisse die incertũq; hominibus fuisse vtri prius cõgressus sit. Reliquum tempus vtriq; se parem assidue prebuisse. Solebant nanq; cũ eo cõmunes habere cenas inq; vicem nocturnam agere quietem: quãuis indigenam ac nobilem q̃ externam sibi plus habere Siracusana cuperet multitudo. Verum huic

ad genus adiumentum existebat q iam Dionisio grandiorem natu filium peperat
Aristomacha vero diu cū Dionisio habitans sobole caruit q̄uis de suscipiēdis ex ea
liberis admodum solicitus esset: quippe qui Locrine matrem q Aristomachen ve-
nenasset incusans interfecit: huius frater cū Dion esset initio quidē ob sororē ei ma
gnus habebatur honos. Postea vero cū prudentie iam experimētum edidisset per
se ipsū tiranni beniuolentiam contrahebat. Quocirca vniuersis edicit custodibus:
vt quicquid exposceret Dion tribuerēt: ac si quid tribuissent ea die regi referrēt.
Cū excelsis moribus īgenii magnitudine ac virili animo plenus esset: maius ad eas
res incrementum accepit: dum diuina quadam sorte nullo hominū consilio Plato ī
Siciliam appulisset: Ac numen aliquod vt videtur Eminus Siracusanis initium li
bertatis afferens: de q abroganda iam tirannide meditans Platonem ex Italia Si-
racusas adduxit & eius doctrinis Dionem adiunxit. Qui tum apprime iuuenis cū
ctos Platonis discipulos ingenio ac industria superans ad obeunda etiam virtutis
precepta impigerrimus & accutissimus extitit: sicut & ipse Plato scribit & rerū
testimonia comprobant humilibus enim sub tiranno moribus innutritus & inequa
lis ac sub trepide vite consuetudine per locupletem indulgentiam superuacuas de
litias & viuendi formulam imbutus que in voluptate auariciaq bonū poneret: vt
primum disciplinam & ducere ad virtutem philosophiam degustauit confestim a-
nimo conflagrauit Cumq per ipsius egregiam in persuadendis honestis potētiam
idem obtingere posse Dionisio speraret: studiosissime effecit vt ille per otiū cū Pla
tone simul esset eumq differentem audiret. Qui vbi cōuenissent sermonis quidē sū-
ma de hominis virtute fuit. Cūq plurimum de fortitudine disputatū esset: Plato
cunctos longe magis q tirannos fortes esse demonstrauit. Hinc ad iusticiam versus
per beatam quidem iustorum: calamitosam autem impiorum vitam esse docuit. Tirā
nus haud perinde ac redargutus Platōis verba tulit. Ceterum cū ad stantes homi
nes eloquia suscipere ac mirūimmodum demulceri perspiceret dolore angebatur.
Tandem furiis & ira percitus eū rogat cuius rei voluntate in Siciliam aduenisset
quo respondēte se virum bonū querere excipiens Dionisius mediusfidius inquit ta
lem nōdum comperisse videris. Dion hunc factum esse irarum exitum putans soli
citus omittere Platonem in triremi quadam curabat: que tum in greciam Sparta
num vehebat Pollidem. Dionisius vero Pollidem clanculum exorauit: vt q maxi-
me hominem internauigandū occideret quod si minus iuberet eum omnino vende
ret nihil detrimenti perpessurū. At cū iustus existat tametsi redactus in seruitutē
fuerit eum nihilominus fore beatum. Quocirca Pollis Platonem eginam depor-
tans eum vendidisse dicitur qua tum aduersus Athenas belligerente decretū ex-
tabat: vt quisquis ex Atheniensibus caperetur Egine venundaretur. Nec vero Di
on propterea apud Dionisium minus honoris consequebantur aut fidei. Ceterum ad
Carthaginenses missus maximas disponebat legationes. Singularis q admiratio-
nis erat. huius ferme solius sententiam intrepide loquentis & dicendi libertatem
sufferebat: sicuti cū illū pro Gelone acriter increpuit. Nam cū Gelonis vt ferē prin-
cipatus irrideretur ipsumq Gelona Dionisius Sicilie gelota hoc est risū esse dicirē:
ceteris quidem admirati dicacem hominis morsum simulantibus grauiter ferens
Dion. Tu sane inquit Dionisi cū ob Gelonem fidem habeas dominaris: cui vero te
propter fides habeatur alter futurus est nemo. Et profecto cū Gelo pulcerrimum
videatur ostendisse spectaculū suo moderatam imperio ciuitatem Dionisius certe
turpissimum. Dionisius cū liberos haberet tris quidē ex Locrina quatuor ex Ari-
stomacha ex quibus due feminei sexus erant Sophrosina videlicet & areta: filio ip
sius Dionisio Sophrosinam iūxit vxorem. Aretā vero Tharacle fratri: quo mortuo
Dion coniugē cepit aretam sibi ex sorore neptem. Egrotante deinde Dionisio: vbi

nulla vite spes habebatur eum super Aristomache liberis Dion alloqui conabatur
Quam qdem ad rem medici vt successuro in imperio morigerarēt tempus minime
prestabant. Et vt Timeus asserit somniferam ei postulanti potionē tradiderant:
omnemq; illi sensum ademerant quo continuatam sopori mortem efficerent. Dion
tamen postea cū apud iuniorem Dionisium factus esset amicorū conuentus: adeo
pro temporis cōmoditate disseruit vt cunctos profecto sua quidē prudentia pue-
ros: orationis vero auctoritate atq; licentia tirannid s seruos ostenderit. Qui plu-
ra eorū consilia demisse ac trepide ad adolescentis gratiam explicarent. Eos preci-
puo stupore confecit: cū ex Carthagine impendentia contra dominatū discrimina
formidantibus pollicitus est: si Dionisio pace opus esset se ꝙ primum in Africā na-
uigaturum: & bellum optime depositurū. Sin ad belligerandum promptior foret
animus ipsū sese propriis sustentaturum impensis: bello preterea quinquaginta ad
nauigandū instructas triremes daturum. Cuius animi magnitudinem vehemen-
tissime admiratus est Dionisius: & tantam promptitudinē insuper amore cōplex-
us est. At ii sese Dionis claritate argui ac potētia deiici cogitantes captato statim
initio nullis parcere verbis. In eū instigare iuuenem: vt qui sibi per maria principa-
tum alliciens: omnem ad Aristomache filios potentiam nauibus perduceret: q sibi
nepotes erat Apertissime & maxime ad odium & inuidiam cause aderant & vite
differentia & nulla cū admixtione seuera viuendi formula. Ille enī principio quidē
adolescentis tiranni ac turpiter educati cōuersionem familiaritatemq; illicebris &
assentationibus occupantes quosdam semper amores & inania excogitabant exer
citia in compotationibus mulieribus ludisq; aliis inhonestis. A quibus tirannis ipsa
perinde ac ferrum demollita subditis perhumana videbatur que nimiam illā sū-
mitteret contentionem nō aliqua potius mansuetudine ꝙ secordia dominantis ob
tusam. Quamobrem progressa paulatimq; depascens ea iuuenem remisso adaman-
tina illa vincula quibus allegatum se relicturū principatum senior Dionisius dicti-
tabat liquefecit atq; destruxit. Cū enī inchoauit assidue per nonaginta vt ferūt di
es compotabat. Interim aula honestis viris atq; sermonib nullum prsus patefecit
ingressum: debacchationes dicacitates cantus saltationes procacitatesue cuncta te-
nebant. Quēadmodū igitur par est inuisus erat Dion: ꝙ ad nihil sese iocundū aut
iuuenile dederet. Quocirca verisimilia vitiorū nomina illius virtutibus calumniato
res obiectabāt. Eius nanq; grauitatē insolentiam & orationis libertatē pertinentiā
vocitabant cōmonefaciens etiā accusare censebatur. Cunq; delictis se minime sociū
adsciceret aspernator putabat quippe cū mores nō nihil natura tumidos haberet:
essetq; in colloquiis asper & in cōpellando difficilis. Non solum enī florentis etatis
hominum & delicatissimas ab assentatione aures habenti aduersa & nequaq; ea ade
rat consuetudo. Verū etiam ex familiaribus multi cum simplices ac generosos eius
diligerent mores conuersationē improbabant: ꝙ acerbius & ꝙ ciuiliū rerū necessi-
tas exigebat se difficilius adiungeret. Quibus pro rebus ad eū posteriori tempore
Plato quasi futura diuinaret prescripsit vt comitem ac vicinā solitudinis pertinaci
am magnopere deuitaret. Per id tamen tempus cū ob turbulentas sane res sua plu
rimi dignitas censerēt vt is solū aut egregie labefactū attollere ac tueri regnū sat
esset intellexit se nō gracia verū necessitate & inuito quidem tiranno primum esse
longeq; maiorem. Quod cū ab imperitia proficisci Dion opinaretur eū ad liberales
adducere exercitationes & ad degustanda studia moralesq; disciplinas cupidissime
contendebat vt cū reformidare virtutē desisset honestate letari consuesceret. Dio
nisius enī natura haud vilissimus ex tirannis erat. Ceterum ipsius pater veritus nē
excelsos captans animos aut prudentum hominū inita familiaritate ei quādoq; tē
deret insidias ac principatū interciperet: inclusum domi sub custodib obseruabat

Dyon

Quo tempore aliis destitutus equalibus & rerũ inexpertus plai strella cardelebra
ligneas sedes ac mensas fabricasse dicitur. Eo enĩ tirroris senior Dionisius proces-
serat vt cũ nemini fidem haberet suspectos omnes duceret mortales ita vt capitis
crines tonsorio radere cultro nequaq; auderet: pigmentarius quidam accedebat
adurens carbone cesariem. Eius cubiculum neq; frater neq; filius vt indutus erat
ingrediebatur. At vnusquisq; suo deposito prius amictu alterum suscipiebat ita vt
eum satellites nudatum aspicerent. Frater eius Leptines cũ aliquando regionis si-
tum explicans ab stipatore quodam suscepto spiculo locum descripsisset: illum qdẽ
grauiter obiurgauit: hunc vero qui iaculum tradidisset occidit. Ab amicis quoq;
sapientibus cauere sibi dictitabat quin ignarus nõ esset eos imperare malle q̃ serui
re. Marsiam quendã ab se ad dignitatem euectum idcirco necauit: q̃ is Dionisium
per quietem iugulare se existimarat. Ab diurna enĩ cogitatione ac consilio hec illi
visa per somnum obstitisse. Contra Platonem furore permotus est: q̃ eum cunctis
longe mortalibus fortiorem minime pronunciasset: qui trepidus adeo tantis refer-
tum malis animũ ex pauore gestabat. Eius filium & imperitia vt dictum est cor-
ruptum & infractos mores conspicatus Dion: vt ad disciplinam animũ cõuerteret
exhortabatur: principem q; philosophorum vt in Siciliam perueniret totis exora-
ret precibus: Eiq; cũ aduenisset totum se dederet: vt comparato ex moribus virtu
te ac studiis ornamento ad diuinum & rerũ omniũ pulcerrimum sese confirmaret
exemplar: Cui ad singula ductori cũ obtemperatum est ex turpitudine ac deformi
tate ornatus existit atq; venustas. permultũ etiam sibi felicitatis permultisq; ciui-
bus vendicaret: quantũ in presentia in meroribus & molestia commorantur modo
res illorum modestia iusticia & caritate paterno curatas more prestans se ij sum ex
tiranno regem efficiat. Nec enim vt eius pater referebat ad amantina esse vincula
metum violentiam classem aut illud ex decem milibus Barbarorũ constitutum pre
sidium. Verum beniuolentiã promptitudinem & graciam a virtute ac iusticia insi
tam. Que quanq; superioribus illis rigidis quidẽ atq; durissimis molliora existant:
ad regni tamen diuturnitatem magis magisq; valitura. Ignominiosũ esse preterea
minimeq; expetẽdũ: Vt cum princeps corpus preciosis ornet amictibus delicatisq;
& apparatis respondeat edibus nihilomagis cõsuetudine aut disciplina infimis ex
cellat hominibus: nec ipsam animi regiam pro regali dignitate cõuenientiaq; hone
statam habeat. Hec cũ multociens Dion admoneret: & nõnullas interdũ Platonis
rationes intersereret: vehemens ac insanus quidam studiorũ cõsuetudine Platonis
amor Dionisium tenuit. Statim igitur complures Athenas a Dionisio littere com
plures insuper a Dione cause rationesq; peruenerũt. Alie etiam ex Italia ab Pitha
goreis: qui illum vt eo proficisceretur exhortabant. Quo nouellum animũ ingenti
licencia & potestate vagantem corripiens intra grauiora consilia detineret. Itaq;
Plato quemadmodũ idem refert suopte pudore cõmotus: maxime ne solis obuer-
sari verbis nullum autẽ sponte opus subire videret speransq; si vrũ virum sicuti pri
cipalem partem expiasset cunctam languentem Siciliam medicaminibus curaturũ
obsecutus est. At Dionis inimici Dionisii permutationẽ veriti: ei vt ab exilio Phi
listum acererseret persuaserunt: quo illum contra Platonem ac philosophiam perin
de ac obicem ac impedimentũ haberet. Principio nanq; Philistus dum principatus
cõstitueretur: promptissimũ sese prebuerat diuq; custodie arcis p̃fuerat. Erat autem
rumor eũ cum senioris matre Dionisii congressum habuisse: haud prorsus ignoran
te tiranno. Cũ Leptines ex alia quadam vxore ab se violata duas genuisset filias: al
teram nihil Dionisio prefatus Philisto collocat. Ille stimulante ira Leptinis quidẽ
vxorem in compedibus continuit: ac e Sicilia Philistum expulit. His circa adriam
ad quosdam sese hospites profugus recipiens ibi nactus otium plurimam historie

partem compilasse creditur. Nec enĩ quoad seniori Dionisio vita superfuit reuersus est. Verum post illius mortem vt dictũ est ab ingenti quadam ceterorum erga Dionem reductus est inuidia. Vtpote & illis longe magis idoneus: & tirannidi stabilior futurus Iste igitur cũ primum aduenit sese regni rebus applicuit. Ceteri de Dione calumnias criminationesq; ad tirannum instruebant. De dissoluendo enĩ imperio cũ Theodote Heraclideq; collocutũ. Is nanq; sperare videbatur vt aduentãte Platone cũ imperiosam illam e principatu nimisq; intemperatam acerbitatem abstulisset mitissimrũ atq; legittimum regem Dionisium cõstituere t: q; si repugnasset aut mitigari nõ vellet decreuerat eo destructo Siracusanis ciuitatis moderamina restituere: non quia popularem collaudaret principatum: sed quia eũ tirannide multo prestantiorem iudicaret. In huiuscemõdi rerũ conditione profectus in Siciliam Plato primis quidem occursibus mira familiaritate & honore susceptus est Ei nanq; triremem egresso regius affuit currus decentissimis instructus ornamentis. Tirannus etiam perinde ac maxima regno felicitas obuenisset sacrificia celebrauit: verecurda deinde conuiuia ordo curie ipsa etiam tiranni in iure dicendo benignitas mirificam ciuitati spem de hominis cõmutatione prestitit. Erat vnus omnium ad doctrinam & philosophiam impetus. Erat preterea puluerulenta vt ferunt regia ob eorũ multitudinem qui geometrie figuras describebãt. Paucis post diebus intra regias edes sacrificiũ de more fiebat vbi precone vt assolet orante vt multa per tempora in concussum duraret imperiũ: Dionisius cũ adesset num desines inquit execrãda nobis imprecari: Id permagnũ Philisto errorem incussit cogitanti inexpugnabilem Platonis tẽpore ac cõsuetudine fore potentiam si parua modo conuersacõne iuuenis mentẽ & sententiam alienauit atq; transposuit. Haud amplius itaq; seperatim aut occulte sed vniuersi Dionem manifestis vrgere comitiis. Non esse clam cũ carminibus & veneficiis per Platonis eloquentiam inuasisse Dionisium: vt cũ ille vltro repudiarit imperiũ Aristomache liberos subinde constituat quorũ is existit auunculus. Nonnulli molestissimum habere fingebant si superiori quidem tempore Athenienses ingentibus eo copiis tum nauibus tum terrestribus nauigãtes ante profligati ac in perniciem dati sunt q; Siracusas capere potuissent Nunc vero Dionisii regnum vno cũ sophista destruant: cuius animum huc induxerũt vt e decem milibus stipatorum fugiens omittẽs etiam triremes quadringẽtas & decem milia equitũ ac milites pluries totidem tacitum quoddã in Achademia bonũ perscrutetur. & beatam ex geometria vitã sibi perquirat cũ interim Dioni Dionisiq; nepotibus constantẽ ex regno opibus & delitiis beatitudinem relinquat Eas ob res cũ primum qdem suspitio mox autem apertior ira & inimicitia conflaretur quedam clanculum Dionisio defertur epistola quam ad Carthaginẽsium profectos scribens Dion: petebat vt cũ Dionisio de pace differerent: haud absq; se colloquia facerẽt: quo per eum constantissime cũcta componerẽt. Eam vbi Dionisius Philisto perlegit secum inito vt ait Thimeus consilio Dionem ficta inuadit amicicia: & pauca quedam commẽtatus vbi secũ in gratiam redisse dictitauit solum i arcem mare versus adduxit cõmonstransq; illi epistolam vehementer increpuit: q; cõtra se vna cũ Carthaginẽsibus conspirasset. Dionem excusationem afferre volentẽ nequaq; tollerans Dionisius statim vt erat cimbe impositum nautis edixit vt delatum ad Italiam exponerent. Hoc postq; hominibus palam factum est: regiam qdẽ muliebris tenuit vlulatus. Siracusana vero ciuitas res nouas & subitam expectans permutationem pendebat: tum hoc ipso Dionis tumultu tum ceteris nullam tirãno fidem habentibus. Que vt Dionisius conspexit timore anxius amicos ac mulieres solari cepit. haud exulasse Dionem ac secessisse paululum peregrinationẽq; suscipisse: ne illo presente cõtra hominis pertinaciã deterius aliquid per iracundiã

deliquere cogeret. Dionis inde cognatis duas exibes naues: quicqd pecuniarum
aut mancipiorum optarent eis imponere ad eūq; ī Peloponnesum cōuectare iussie
Erant Dioni opes immense & regia propemodū in viuendo pompa atq; suppellex
Quam in vnū collectam ad eum amici detulere: alia complura mulieres ac socii trās
misere: ita vt ob eam pecuniam grandesq; adeo diuitias & clarus inte grecos exti-
terit & exulis opulencia regni potentiam declararit. Dionisius continuu Platonē
cōmigrare ī arcem faciens honorificam illi sub humanissime hospitalitatis pretex
tu custodiam excogitauit: ne scilicet Dioni comes nauigans testis iniuriarum esset
Cū ab diuturno deinde cōuictu sicuti fera quedam hominē attingere consuetudi-
nemq; ac sermones iam proferre assuesset eum tirannico amore complexus est: mu
tuasq; solum in amore vices a Platone consequi & ab eo pre cunctis admirationi ha
beri postulabat: res illi regni cōmittere paratus modo ne Dionis amicitiam sue an-
teponeret antiquiorēue duceret. Itaq; Platoni quedam erumna hec ipsa erat affe-
ctio: dū ille per zelotipiā vt difficiles ac īportuni solent amatores insaniret breui
multotiens tempore nunc secum iratus nūc conciliatus modo ad supplicandū ver
sus de percipiēdis ab eo disciplinis communicardisue philosophie negociis immenso
ferebatur studio. Quiq; illum ab ea re detrahebant ipsos perinde ac pestem aliquā
verebatur. Ingruente interim bello quopiam Dionisius Platonem emisit: secum pa
ctus vt in sequentis anni vere Dionem reuocaret. Quod cū statim ementitus esset
ei tamen prediorum prouentus misit: veniā subinde propter belli potestatē a Pla
tone postulans. Nam cū primum confecta pax esset Dionem se accersiturū: modo
illum vt quietem agat exoret: & ab innouandis rebus abstineat: seq; apud grecos
nullis insectetur maledictis: hec facere Plato conabatur. Quocirca cōuersum ad sa
pientie studia Dionem in Achademia cōtinebat. Habitabat igitur ī oppido penes
familiarem quendam Calippum nomine agru otii & amenitatis gracia comparato
Hoc postea cū in Siciliam traiiceret Speusippum donauit cuius amicitia & consue
tudine longe magisq; ceterorq; qui Athenis versarentur vsus est. Volebat enim Pla
to cū Dionem graciosa conuersatione & cōuenientibus pro tempore iocis tēperas-
set eius mores dulces ac facetos reddere. Talis autem Speusippus erat quāobrem
Timo cū de salibus scriberet eum ad ioco satq; facecias idoneum appellauit. Dum
Plato ludorum prefectus esset Dion & chorum exercitatione instruxit: & cunctā
persoluit impensam cōcedente Platone. Quo talem erga Athenienses magnificētiā
ostenderet: que maiorem illi beniuolentiam q̄ sibi gloriam afferebat. Alias quoq;
Dion vrbes adibat vna cū optimis & excellentibus in rep. viris otium agens & fe
stos cōuentus celebrans cū interim nihil eius vitam immodestū nihil tirannicū ni
hil lasciuum indicaret: verum temperans probum forte & honestas deniq; studi-
orū ac philosophie curas ac exercitacōnes. Quas ob res ex omnibus beniuolentias
& emulationem consequebatur: & publicos insuper honores ac ciuitatū decreta
Ab Lacedemoniis etiam ciuitate donatus iram Dionisii paruipendentibus: tamet
si eum contra Thebanos per id tempus promptissimū belli socium haberet. Ferūt
aliquando Dionem Pteodori megarensis opera indigentem eius domum peruenis
se. Pteodorus autem vt ferunt diues ac potens erat. Dion igitur turbam pro fori
bus conspicatus eumq; pre negotiorq; multitudine summo eum labore colloquia &
cōgressus admittentem: cū id socii grauiter ac moleste perferrent ad eū respectās
quid istū incusamus inquit. Nam & ipsi Siracusis iis omnino similia faciebamus.
Procedente deinde tempore cū grecorum erga Dionem beniuolentia Dionisium
zelumetuue torqueret: ei prouentus mittere destitit ipsius bona propriis curato-
ribus erogans volans deinde malos aduersum philosophos rumores Platonis causa
de se dispersos oppugnare: complures ex iis qui eruditissimi existimabant adduxit.

Cum vero per quandã glorie cupiditatem vniuersos vicere differendo cõtenderet
auditis a Platone rebus male vti cogebatur. Eius autẽ desiderio tenebatur seq̃ ip
se damnabat q̃ illius presentia minime vsus esset: nec que honesta fuerãt auscultas
set. Limphantis igitur & leuissimi more tiranni ad cupiditates & omne celerrime
studium approperans ad Platonem statim concitatus est. Tum omnem attollens
machinam architam aliosq̃ Pithagoreos conuentorũ ac pollicitationũ vades & cõ
firmatores induxit vt ad se Platonẽ conuocarent. Ipsius nanq̃ interuentu ii primũ
amicitiam hospitalitatemq̃ confecerant. Missus ad eum Archedemus: Dionisius
quoq̃ triremes ad Platonem & suppliciter exoraturos trãsmisit amicos. Ipse etiã
aperte ac dilucide scripsit nihil se Dioni quod modestum esset facturum nisi in Si
ciliam aduentante Platone. Eo autem persuaso cũcta facturum. Complures item
ad Dionem a sorore ac vxore conficte venerunt cause: opus esse vt Dionisiũ p̃sus
audiret Plato: ad eamq̃ rem nullam preberi occasionem debere. Hunc in modũ ad
Siculi fauces freti tercio commeasse se Plato refert quo perniciosam denuo charib
din remetiretur. Aduentans igitur & leticia magna Dionisium & spe magna totã
repleuit Siciliam intentam & precipuo solicitam studio vt Plato quidẽ Philistum
amor autem sapientie violentum superaret imperium. Studiosissime in eũ mulie
res extiterũt. singularis illi ab Dionisio fides qualem alius assecutus est nemo ha
bebatur: ita vt illum indiscussus adiret: Cum grandem illi pecuniam dono multoci
ens traderet nunq̃ suscepisse constat Cui dum aliquando Cireneus interesset Ari
stippus tuto inquit liberalis & magnificus est Dionisius. Qui enĩ pluribus indiget
iis pauca tribuit. Plato vero cũ nulla suscipiat permulta exhibet. Postea q̃ familia
rissime primo congressi sunt: super Dione sermones inchoante Platone dilationiba
primum mox cõuiciis ac disceptationibus actum: clam tamen externis rẽ occultan
te Dionisio & conante insuper vt Platonem cũ honore tum aliis cultibus ab Dio
nis caritate distraheret. Nec vero superioribus ille temporibus perfidiam & men
tita verba retexerat: vsq̃ adeo patiens simulatam ostentarat habitudinem. His eo
pacto inuicem se habentibus cũ latere omnes arbitrarent Helicon Cizicenus vnus
ex Platonis equalibus solis defectionem predixit Qua vti prefatus erat effecta is
a tiranno ingenti habitus admiratione argenti talento donatus est. Tum Aristip
pus ad alios iocans philosophos ego quoq̃ mirabile quippiam habeo inquit q̃d pre
dicam. Quibus vt proferret obsecrantibus predico igitur ait Platonem atq̃ Dio
nisium breui tempore inimicos fore. Postremo Dionisius Dionis patrimoniũ ven
dens pecuniam sibi detinuit: Platonem in vicino edibus orto diuersorium habentẽ
ad satellites traduxit qui odio illum & inimicitia consectantes necare querebant:
vt qui Dionisio persuaderet vt omissa tirãnide absq̃ stipatorum custodia degeret
Architas ac sui vbi in huiuscemodi constitutum esse periculis Platonem didicerũt
confestim nauem cũ legatione miserunt que virũ ab Dionisio reposceret diceretq̃
illum quoniam se vades ac itercessores securitatis accepisset Siracusas nauigasset
At Dionisius cũ pro eorum controuersiis excusationem attulisset Platonem anteq̃
a se dimitteret per epulas & familiarissima habuit officia: ad quẽ tale aliquid dixis
se cõmemorant. Complura de nobis Plato & grauissima certe crimina tuis denun
ciabis equalibus & studiorum sociis. Cui subridens ille respondit: Haud tanta di
sciplinarũ fieri potest in Achademia mẽdicitas & inopia: ve vlli de re cõmemorare
uacet. Hunc in modum dimissum esse Platonẽ asserunt: quanq̃ haud iis ualde cõ
sona sint que ab ipso Platone feranẽ. Ceterũ ea Dion grauiter patiebatur & pau
lopost cum uxoris factum p̃didicisset de quo scribens ad Dionisium Plato obscu
rissimis insinuauit uerbis: apertum sese penitus egit hostem. Id autẽ erat huiusce
modi. Dionisius eiecto Dione cum Platonem ab se dimitteret orauit vt eũ secreto

interrogaret nunquid ĩpedimento esse vellet quo minus vxor alteri in matrimoniũ
collocaretur. Erat enĩ rumor seu verus seu ab Dionis aduersariis fictus: ingratum
illud Dioni extitisse connubium vt eũ cum vxore discrepantem haberet coniectam
Vt igitur Plato peruenit Athenas habito cũctis de rebus cũ Dione colloquio quã
dam tirãno ɔscribit epistolam. Cetera quidẽ clare quibusuis explicantem: istuc aũt
ipsum illi dumtaxat soli cognitum: illa de re se cũ Dione collocutum esse. Eum ve
hementissime declarare se moleste perlaturũ si Dionisius eam confecerit. Eo tem
pore cũ magna de ipsorum recõciliatione spes adesset nihil erga sororem nouitatis
intulit: ipsam autẽ cũ Dionis filiolo habitare sinebat. Postq̃ omnis in gratiam re
deundi adempta spes est: & Plato rursus in Siciliam profectus cũ odio & inimici
cia remissus erat. Areta in vitam equidem cuidam familiari suo Timocreati nomi
ne nuptui dat. In hoc saltem haud patris mansuetudinẽ imitatus. Polixenus enim
eius sororis Testhe maritus inimicus factus illi esse traditur. Quopropter metum
secedente & e Sicilia profugiente Dionisius accitam sororẽ incusare cepit: q̃ fuge
mariti conscia nil sibi denuntiasset. illa meduissidus secura & omnis pauoris expers
adeo ne Dionisi ait vilis abiecta & virilitatis indiga visa tibi sum mulier vt si conin
gis mei fugã ipsa pscissem eiusdẽ nauigationis comes & fortune particeps esse no
luissem. At ante incognitũ habui quoniam mihi satius extitisset Pollixeni vel exu
lantis vxorem q̃ tui dominantis sororem appellari. Hec eũ ingnue ac egregia qua
dam licentia Testa protulisset admiratum ferunt tirannũ: admiratosq̃ Siracusios
tantam in muliere virtutem adeo vt post destructam etiã tirannidem honoribus &
regali more colere perseuerarint. Defuncte vero funus ciues publice cõsectati sũt
Hec quidẽ excursionem habent haud incomodam. Deinde Dion animum cõuertit
ad bellum nequaq̃ interueniente Platone tum quia hospitalitatis erga Dionisiũ iu
ra verebatur: tum quia matura iam pregrauabat etas. Ceterum Speusippus & fa
miliares alii auxilia conferebant simulq̃ exhortabantur vt porrigẽtem manus Sici
liam & promptissimis receptaculis inuitãtem libertati restitueret. Cũ enim Sira
cusis Plato versatur: Speusippus longe magis sese hominibus immiscuisse ac illorũ
studia sententiasue perdidicisse videtur. Qui cũ initio q̃dem ipsius in loquendo fr
dationem perinde ac regis tentamina formidarent: ei fidem tempore habuerũt. Idẽ
nanq̃ omniũ erat sermo supplicãtium & Dionis aduentum inuocantiũ nõ classem
agentis nõ milites nõ equos. Ipse modo contra Dionisiũ corpus ac nomen Siculis
ɔministerii partem accõmodaret. Hec annunciante Speusippo cõfirmatus Dion oc
culte per alios externorũ delectum habebat quo suã celaret sententiã. Conspirabãt
multi tum philosophi tum ciui'iũ rerũ studiosi inter quos & Ciprius erat eudemus
ad quem morientem Aristoteles suũ de animo dialogum misit: Itemq̃ Leucadius
Timonides. Ei quoq̃ Militam Thessalum addixerunt virũ diuinationis peritũ &
studiorum in Achademia socium. Ex iis autẽ quos in exilium tirannus extruserat:
haud pauciores mille: quinq̃ dũtaxat & viginti se expeditionis comites adsciuerũt
ceteri eum timore perculsi prodiderunt. Primus belli motus e Iacinthiorum insula
extitit in qua sese milites collegerãt octingẽtis sane pauciores. At celeberrimi om
nes multis ingentibusue militiis exercitatis: preterea corporis strenui industria &
fortitudine prestantissimi: quiq̃ multitudinis animos quam in Siciliam Dion ha
bere sperabat succendere pariter & ad audatiam incitare possent: ii cũ primum cõ
tra Dionisium ac Siciliam deligi classem audierunt iniecto stupore cepta damnare
Dionem per iram ac furias desipientem aut propter spei melioris inopiam: se ipsũ
ad plenas desperatione res inicere: suis inde ductoribus & qui eorum delectum
habuerant magnopere succensere: q̃ ipsis confestim ex initio bellum nõ predixerãt
Tũ Dion habita oratione quanta regnũ imbecillitate labaret edocet eos nõ magis

Siracusanorum aliorumque Siculorum milites quam duces traiicere qui iam pridē ad de
fectionem parati aderant. Post Dionem orauit alcimenes: qui inter Acheos gloria
generecque primarius erat. Eorum sermone deflexi militum animi vigente tū estate
tenebant fretum etesie: luna pleno lucebat orbe. Dion cū magnificentissime appol
lini sacrificium pararet: vna cū militibus ornatas indutis armaturas pompā duxit
ad templum. Post sacrificiū in ipso Iacinthiorum stadio discumbētibus dedit epu
lum: argenteas atque aureas admirātibus pateras & mensarum splendorē longe ma
gisque priuatorum consuetudo postulet opulentū reputantibus etiam vt vir ille eta
tis iam flore decurso tantarumque diis opum haud ardua profecto & periculosa in
uaderet facinora nisi certa sibi spes & amici plurimas atque ingētes illinc occasiones
tradidissent. Post libamenta factasue de more precationes luna defecit. Qua re ni
hil admiratus Dion cū defectionis limites & occurrentem lune a sole terre vmbrā
animaduerteret. Turbatis autē militibus addenda quedam erat consolatio. Cōsti
tutus igitur in medio Milthas vates eos bona spe esse: & optima queque expectare ius
sit. Significare enim numina quempiam defecturū esse clarissimum. Dionisii vero
regno clarius extare nihil: cuius splendorū ab eis vt primū Siciliam attigerint: re
stinctum iri: hoc quidē Milthas in medium cunctis exposuit. At cū examen apum
circa Dionis naues a puppe conspectum esset: de illo separatim sibi & amicis expli
cauit. Timere enī se ne res illius gerende cū honestate quidem plene sint: vbi pflo
ruerint breui contabescant tempore. Complura etiā Dionisio deorū potentia appa
ruisse dicunt: aquilam correptū a satellite iaculum in sublime detulisse: dehinc in p
fundum abiecisse: mare quod arcem allnit die vna dulces & potu peramenas pboit
aquas ita vt vnicuique perspicuū foret Sues illi in lucem nuper editi cū reliquis nā
ci partibus non essent nullas habebant aures. Declarauere vates ea defectionis &
spernēdorum ostenta mandatorum esse: nec amplius audituros imperio ciues. Maris
vero dulcedinem e tristi ac sceua tempestate ad optimū rerum statū permutationē
Siracusanis afferre. Preterea ministrā Iouis aquilam insigne magistratus ac potē
cie iaculum esse deorum: itaque maximam regno cladem internicieque decreuisse. Hec
Theopompus refert. Dionis milites duabus rotundis recepti nauibus & tercio quo
dam haud ingenti sane nauigio duo subinde tricontori sectabant. Arma preter ea
que milites gestabāt: duo clipeorum milia missilia telaque complura abunde etiā viati
cū ne quid eis pelago proficiscentibus deesset: vt qui metu terre ventis ac freto suā
plurimi nauigationē facerent. Philistum etiam cū classe in Iapigia stationē agere
senserāt. Cererum diebus duodecim raro molique nauigantes flatu terciodecimo Pachi
num Sicilie promontoriū applicuere. Primus gubernator eos illico descendere ius
sit. Si enim omisso sponte promontorio a terra longius abierint complures in mari
dies ac noctes agitandos estiuo tempore austrum expectantes. Dion propinquum
hostibus descensū reformidans cū vlteriora pertingere loca mallet: Pachinum trā
nauigat. Tum asper incumbens septentrio longius a Sicilia naues ex ingenti pcel
la dispulit. Ex oriente tum arcturo fulgura simul: & tonitrua cōcidebant permultā
tempestatem & precipites e celo nimbos diffundentia. Qua re turbati naute cū er
rare cepissent: naues repente ad finitimam Libie cercinam fluctibus disiectas esse
vident. Ea autem insula est quam aspera que maximus referta scopulis in eos equore
delatos obuia pcurrebat. Parum igitur cū abfuisset ne eiecti saxis illiderentur: sū
mo cū labore remis innixi elabuntur: donec tempestate sedata sese ad magne capita
sirtis esse cognouerunt: iis ita disiectis & in ipsa etiam tranquilitate mestissimis: e
regione australis quedam effunditur aura cū austrum nequaquam expectarent: eamque
minime fieri posse permutationem crederent. Paulatim crescecente & validius flan
te vento tota panduntur vela. Tum adoratis deis e Libia Siciliam versus medio

profugere pelago. Quinto demum die facili cursu penes Mionam iactis constitere
Anchoris. Id scilicet oppidum est Carthaginensiũ subditum potestati. Eius forte
loci pfectus erat Synalus plurima Dioni amicitia & hospitalitate coniũctus: q cũ
Dionem eiusq; classem adesse nesciret descendentes arcere milites adortus est. at il
li cũ armis excursantes otioso nemine id enĩ Dion ob Carthaginensis amicitiã per-
petrari cohibuerat uersisq; in fugam oppidanis una irrumpunt itaq; locum in pote
statem redegunt. Deinde cũ duces se inuicem salutãtes occurrissent: Dion violato
nemine vrbem Sinalo reddidit. Tum Sinalus habitis hospitaliter militibus neces-
saria Dioni comparauit. Precipuam vero iis fiduciam afferebat q casu Dionisium
foris versati contigerat. Nuper enim octuaginta nauibus in Italia nauigauerat. Id
circo cũ Dion milites diu per maritima fatigatos incommoda: ibidem ad curanda
corpora inuitaret minime passi sunt: dum ad arripiendam temporis occasionẽ pet-
magno approperant studio: Siracusas adduci deposcebant. Superuacuis igitur ar
mis & sarcinis ibi relictis: ac exorato Sinalo vt ea ad se vbi tempus esset transmit-
teret Siracusas itnr. Proficiscente inde Dione ducenti agrigentinoꝝ equites qui
Ecnomum incolebant ad eũ sese conferunt. Post eos Geloi Illico fama Siracusas ac
cnrrerat cũ Themocrates vxoris Dionis & sororis Dionisii marit9 qui relictorum
in vrbe amicorum princeps erat: repente nuncium cũ litteris ad Dionisium super
Dionis aduentu mittit. Ipse dehinc ad ciuiles tumultus ac motus animum aduer-
tit: vniuersi nanq; pendebant. Ceterum cũ rebus fides non haberetur inter pauorẽ
quies agebatur. Tabellatio casus quidã sane admirandus obtigerat. Nam vbi tra-
iecit in Italiam cũ iam reginum euasisset agrum in Cauloniam ad Dionisium acce-
lerans in familiarem quempiam incidit: qui nuper ferebat arietem a quo suscepto
carnis frusto iter approperat. Magna inde pariter parte noctis absũpta: cũ ob la
borem se aliquandiu somno dedere cogeretur: vt erat secus viam insula quadam: ac
cubuit secutus odorem lupus alligatas saculo carnes diripiens carnes simul appor-
tans & saculum abiit in quo homo litteras deferebat. Dehinc cũ exercitus persen-
sisset: errore plurimo singula incassum peruestigans nihil inuenit. Ad tirannũ igit̃
sine litteris haud proficisci decernẽs profugit eminus. Quocirca serus quidem ex
aliis ad Dionisium de Sicilie bello peruenturus rumor erat. Interea cõmeanti Di
oni camerinei sese socios adsciuere: & Siracusanorum qui per agros versabanẽ nõ
parua multitudo confluebat. Erat cũ Thimocrate Leontini atq; Campani q Epi
polas pro statione tenebant: ii simul ac falsus quidẽ a Dione sermo manauit: se q̃ p
mum ad eorũ vrbes copias conuersurum: Thimocrate destituto: abiere opem suis
allaturi. Hec vbi Dioni circa Matras exercitum habenti renunciata sunt: cõcitatis
militibus per tenebras ad Atiapum fluuium decem ab vrbe stadiis distantem per
uenit. ibi sistens iter mactatis penes flumen hostiis solem adorauit orientem simul
arnspices deos victoriam portendere tradiderunt Tum adstantes vniuersi Dionẽ
inter sacrificandum mronã insignẽ conspicati vno impetu sibi coronas imposuerũt
Erant autem haud pautiores milibus quinq; qui se Dionis intereundum romites ad
iunxerant. Ceterum cũ ob repẽtinum incursũ male armis instructi venissent armo
rum inopiam promptitudo supplebat: adeo vt cũ Dion castra mouisset ii cursibꝰ in-
cederent clamore & alacritate sese mutuo ad libertatis dulcedinem exhortantes.
Ex oppidanis quicunq; gracia & nobilitate prestabant insignibus ornati vestibus
sese ad portas obuiam effundebant. Cetera subinde multitudo tiranni familiares i
uadit. Tum prosagogide sic appellati solebant discerpuntur. Impii sane & diis in-
uisi homines ii vrbem Siracusanis promiscui peragrabant singulorum dicta facta
ue sagacissime speculantes: deinde tiranno cogitationes omnium sermonesq; de-
nunciabant: hi primum omniũ occurrẽtes penas dedere: virgis enĩ cesos mẽbranis

exuerunt. Thimocrates cũ se arcis custodibus permiscere nequiret: accepto equo, profugus ex vrbe migrauit: cuncta pauore ac tumultu replens: ne modiocri trepidatione ammisisse vrbem videretur maiorem in modũ Dionis res extollebat Accedens inter hec Dion perspicuus iam cunctis erat lucidissimis indut9 armis. Cingebant illius latera hinc frater eius Megacles hinc Atheniẽsis Calippus coronis ambo decori. Ex externis militibus autem centum erant qui Dionem ad corporis custodiam sectabantur. Reliquos prefecti ducebant ornatissime instructos. Spectabãt Siracusani & perinde ac sacram quandã & deo dicatam libertatis & popularis potentie pompam excipiebant: que tandem post annos octo & quadraginta rediẽs ciuitatem inuiseret. Per Meniditas inde portas ingressus sedato per tube sonũ tumultu huiusmodi preconium edidit. Dion fraterq Megacles cũ ad abolendam venerint tirannidem: Siracusanos reliquosq item Siculos liberos & tiranno solutos reddunt. Volens etiam per se ipsũ homines compellere per Achradinam conscendit Siracusani per vias vtrinq sacrificia mensas craterasq statuerant: & quocũq accesserat missos flores frugesq spargebant: seq in eum uti deorum preces ac uota conuerterant. Sub arcem & pentaPyla illustre quoddam & excelsũ Dionisii opus extabat horologium: huc ascendens contionẽ exorsus. Ciues ad uendicãdam sibi libertatem irritauit. At ii ambos per sũmam leticiam & festiuitatẽ imperatores & belli duces creant Eis insuper ita uolentibus ac rogantibus Syracusani collegas uiginti deligũt ex quibus dimidii ab exilio una cũ Dione redierant Vates illustria extare prodigia censebant: quoniam Dion interorardum magnificentissimũ Dionisii edificium subiectum pedibus habuerat. Ceterum expauebant quia locus in quẽ dilectus imperator ascenderat: de solis permutatione rationem rontinebat: ne scilicet mox nullam fortune permutationẽ res illius gerende capesserent. Dehinc redactis in ditionem Epipolis coniectos illic in vincula ciues exoluit: murũ insuper circumduxit arci. Septimo post die Dionisius in arcem sese cũ classe retulit. Arma Dioni cũ vehiculis comportata que Sinalo ante reliquerat: hec ciuibus dispertita. Reliq pro se quisq ornate instructi promptos exhibuere milites. Dionisius initio quidẽ priuatim missis ad Diona legatis experiri rem cepit. Ast illi ad liberos iam Siracusanos in medium verba facere iussi humanissimam tiranni nomine contionẽ habuerũt. Medioeria polliceri vectigalia militie requiem excepto si quã illi vltro suscipiendam esse decreuerint. Ea Sirasanus populus irridebat. Dion legatis respõdit. Dionisium ne verba faceret ni prius se principatu abdicasset: quem simul atq deposuisset: vbi ad rem quampiam modestã opus esset pro eorũ necessitudinis memoria suam se impensurũ operam. Ea Dionisius collaudabat. At missis denuo legatis peciit: vt vna cũ Siracusanis aliqui ad eum in arcem cõmearent cũ quibus tum persuadens tum persuasus de publica vtilitate differerent. Missi ergo ad eum viri quos Dion ipse probarat. Tum plurimus per Siracusanũ ab arce populum: sermo manabat Dionisium relicturũ esse tirannidem: idq sui magisq Dionis gratia facturum: At ea subdola quedam erant figmenta tiranni & insidiarũ contra Siracusanos instcuctos. Coniectis nanq in carcerem ciuitatis legatis luce prima saturatos mero stipendarios contra circũductum a Siracusanis murũ discurrentes immisit. Tum inuadentes ex inspirato Barbari multa cũ audacia pariter & tumultu murũ peruastant. Quibus deinde intra ciuitatem irruentibus: cũ adferendam opem expectare nemo prorsus auderet soli Dionis milites restitere Qui vt primũ tumultu antes persensere subsidiũ attulerunt: ii tamen auxilii modum intelligere exaudireq haud satis poterant adeo fuga surripientes se inde Siracusani errore ac vociferationibus inter eos permixti discurrebant. Dion cũ eius exaudiri verba non possent: ad rem peragendam opere se ducem exhibere volens primus irrupit Barbaros

Acris circa illum atroxq; pugna cõmittitur quandoquidẽ nihilominus hosti q̃ suis
agnoscebatur. Facto enĩ a cunctis impetu magno cũ clamore concurritur. at ille cũ
iam per etatem ad huiusmodi subeunda certamina grauior esset: animi fortitudine
inuadẽtes tum excipiens tum obtruncans manum tragula vulneratur. Ad reliqua
deinde tela & inflictos cominus ictus vix thorax ipse per clipeum q̃ sat erat hastis
vndiq; plurimis pulsatis & sp.culis quibus perfractis collapsus est Dion. a militib9
subinde abreptus imperatorem eis Thimonidem instituit. Ipse autẽ equo vrbem
circuire Siracusanos e fuga retrahere. externos milites qui Achradinam pro stati-
one tenebant cõtra Barbaros concitatos adhibere integros quidẽ contra labore cõ-
fectos promptos contra spe debilitatos & in ipso iam cõatu deficientes animus. Cũ
enĩ impetu primo vniuersam pariter ciuitatẽ vel discurrentes occupare sperassent
ac ex improuiso in fortes viros & strenuos bellatores incidissent: gradum in arcem
referre ceperunt. Dehinc vt inclinati sunt incumbente vehementius grecorũ agmi
ne terga prebentes sese menibus includunt: quatuor ac septuaginta ex Dionis par
te truncatis: cũ ex suis multos amisissent. Parta adeo clare victoria Siracusanus po
pulus externos milites centũ minarum coronis ornauit. Ast illi aurea corona Dio-
nem mox a Dionisio caduceatores descenderunt epistolas a necessariis mulieribus
afferẽtes inter quas vna extrinsecus erat inscripta ad patrem ex Hipparino. Istuc
ipsũ enim Dionis filio nomen erat. tametsi Thimeus illum ex Areta matre vocatũ
fuisse dicat Aretum. Verum his de rebus maior habenda Thimodi fides viro Di
onis cũ familiari tum cõmilitoni Cetere in vulgus perlecte multas ex mulieribus
supplicationes precesq; continebant. Illam vero que a filio perscripta videbat: cum
palam solui minime permitterent Dion inuitis soluit: Ea ex Dionisio erat q̃ verbo
quidem Dioni re autẽ Siracusanis colloquia faciebat: formam quippe supplicacõ-
nis & exponendi pro se viris habebat ad Dionis calumniam compilata. Eorũ siqui-
dem cõmemoratio erat que pro tirannide prompro effecisset animo in carissima cor
pora comminationes sororis filii & vxoris. Cause etiam quedam graues querelis
& plangore confic̃te & quod eũ maxime permouit obsecrabat vt regnum ne de-
strueret verũ capesseret neq; libertate donaret homines qui acceptorum haud ĩme
mores malorũ magnis in cum odiis conflagrarent. At vero principatum iniret ipse
amicis ac necessariis tutamen exhibens. Illis perlectis Siracusani nõ vt equum erat
Dionis constantiam nullo languētis affectu aut animi magnitudinẽ sunt admirati
Qui honestatis ac iusticie causa contra tot necessitudines & sanguinis coniũctiões
fortissimus perstaret. Sed suspicari timereq; ceperunt: ne cũ ingens illis necessitas
adesset tirãno parceret: dehinc alios intueri prefectos precipueq; vt Heraclidem re
dire didicerunt: eidem magnopere affecti sunt. Erat autẽ exul Heraclides rei qdẽ
militaris gnarus homo & ex principatu quem penes tirannos habuerat celeberri-
mus. verum ineptus consilio & ad omnia leuis: in rebus que dignitatem haberent
aut gloriam cõmunitandis minime stabilis. Ille postq̃ in Peloponneso cũ Dione dis
sidium actitasset decreuit suapte cõtra tirannũ classe annauigare. Tribus igit̃ na-
uibus & triremibus septem Siracusas aduentãs rursus Dionisium muro circũsep-
tum offendit & suspensos animo Siracusios. Mox igitur quãdoquidem ad suaden-
dum permouendũq; gratiam nõ nihil a natura leporis habebat popularẽ ingressus
est gratiam: blandimenta queritante turba. Eos suscipiens facilius ad se traduxit
q̃ ii Dionis rigorem & grauem & in ciuilibus duriorem officiis abhorrebant: Cu
ius rei causa erat q̃ parta victoria ociosi etiã audaces facti populi duces priusq̃ po
pulus esset sibi preesse volebant. Tum ad contionem vltro cõcursantes classis pre
fectum deligunt Heraclidem. Accedens eo Dion collatam Heraclidi prefecturam
pristini principatus sui labefactionem esse conquestus est. Singularẽ enim manere

imperatorem nõ euenit: vbi maritimis alter rebus presideat. Quocirca haud lube-
tes quidem Siracusii Deponēdū Heraclidem censuere. Inde Dion accitum domū
Heraclidem paucis increpuit ꝙ nõ bene aut cõmode eo tempore secū pro gloria se
ditiones atq discordias actitaret: cui ad inferēdam cladem exiguo certe opus esset
momento. Coacta cursus contione ipse classis prefectum designauit Heraclidē ci-
uitati persuadens vt & illi quemadmodū & ipse habebat corporis custodia prebe-
retur. Ille Dionem verbis quidē & habitudine colens & gracias habere confessus
humilis sequebatur: vsq quaq iussis obtemperans. At multitudinem ac rerū noua-
rum cupidos corrumpens: & clandestinis mouens tumultibus: omnibus Dionem
ambiguitatibus circūsidebat. Siue enī per inducias dimittendum ex arce Dionisiū
diceret: calumniam ne illius saluti parceretur habebat. Siue vt ne quo merore con
ficeret obsidionem quietus agere vellet conseruare bellum censebatur vt diuturni
ore principatu perculsos terrore ciues teneret. Erat Sossis homo quidā ob flagitia
simul & temeritatem inter Siracusanos notus atq famosus qui quandā libertatis
abundantiam esse ducebat: vt adusq res huiusmodi effrenatas voces & procacissi
ma emitteret obloquia. Iste Dionis insidiator frequenti primū cōtione surgens mul
ta in Siracusanos conuicia protulit nisi ex vecordi ac tremulenta libertati tiranni-
de vigilantem ac sobriū suscepisse se dominum intelligant. Dehinc manifestum se
Dionis hostem aperiens e contione discessit Postridie nudus per vrbem cursitans
capite ac vultu sanguinolento spectatus est: vt qui persequentes plerosq fugeret.
Talis forū ingrediens paratas sibi ab Dionis militibꝫ referebat insidias vulneratū
subinde caput ostentans. Qua quidem in re compacientes sibi multos & aduersus
Dionem infectos habebat. Illum imperiosa & grauia patrare si per cedes ac peri-
cula liberas ex ciuitate linguas velit auferre. Eius tamē detecte fraudes. Dion enī
tametsi in discreta turbulentaue contio esset eo procedens purgauit obiecta. Sossi
dem cuiusdam ex Dionisii stipatoribus esse fratrem demonstrauit. Eius verbis in-
ductum seditionibus ciuitatem ac discordia perturbasse: cū nulla Dionisio nisi per
eorū diffidencias & mutuas disceptationes supersit salus: simulq medici Sossidis
plagam perdiscentes per summa magisq profunde actam inueniunt. Ensis enī vul
nera medium presertim ex pondere premunt. Totum vero pusillum erat in Sossi
de multa habēs initia cū is vti par est ictus ex dolore remitteret & subinde rursus
adigeret. Deinde familiares quidam inter contionē attulere nouaculam narrātq
commeantibus ipsis obuium factū esse Sossidem cruore stillantem & Dionianos se
se fugere milites dictitantem: a quibus ea se vulnera accepisse: qui hominem inseq
retur prorsus deprehendisse neminem. Ceterum sub cauo iacentem saxo conspexis
se nouaculā: vnde is prodisse visus fuerat: Has ob res facinorosus iā Sossis per hec
habebatur inditia: plerīq etiam aduersus illū serui testimonia dixere: noctu solum
cū nouaculam teneret egressum Quocirca secessere Dionis accusatores & populus
damnato mortis Sosside in gratiam cū Dione redit. Stipendarios autē nihilomi-
nus suspectos habebat: precipue ꝙ plurima aduersus tirānum maritima agitabant
certamina. Postq enī Philistus ex Iapigia multis triremibus Dionisio subsidiū al-
laturus aduentasset: cūq ii externi forent milites ad nullum amplius belli vsū eos
esse censebāt. Verum satis per se fore cū & nauticam instructi & vires ac potenciā
nauibus essent assecuti eos insuper prosper quidam maris euentus amplius extolle-
bat vbi superato Philisto in eum crudelissime ac Barbarorum ritu digrassati sunt.
Ephorus quidem refert eum capta naui mortem sibi conscisse. Thimonide autē a
primordio rerū gestarum Dionis socius cū ad Speusippum philosophum scriberet
Philistum viuum in potestatem venisse tradit: in terram excedente naui Siracu-
sanosq exuto thorace nudū ostentasse corpus hominis iam etate confecti. Ei subinde

per contumelias habito caput obtruncasse: pueris corpus tradidisse: vtque per Achradinam distractũ in latumias deicerent mandasse. At rursũ Thimeus maioribus insultãs vituperiis puellos ait Philisti cadauer claudo ex crure deligatum p vrbem inter probra cõtumeliasque uexasse spectãtibus iterea Siracusanis raptatũ crure hominem dictitare solitũ oportere Dionisium haud equo citato verũ crure raptatũ e regno profugere. Verum enimuero Philistus nõ ab se sed ab alio prolatum Dionisio nunciarat. Ceterum Thimeus haud iniusta occasione suscepta quod fidum studiosumque pro imperio Philistum extitisse constabat: sese iactatis in eũ maledictis exaturat. Cui siquis ea lacessitus tempestate adusque insensibilem iracundiam grauiter inuectus impertienda fortassis est venia. Qui autẽ res illius gestas postremo scripsere: cũ in eius vita triste nihil pertulerint: hi hominis gloria refelliunt ne rumoribus aut alieno sermone freti per cõtumelias ac procacitatem miserias obiectent: quarum particeps vel prestantissimos homines fieri modo fortuna velit res nulla prohibet. Nec vero sanus est Ephorus qui laudationibus Philistum exornat: quod tametsi rebus iniustis & moribus prius honestas adiicere causas & ornamentorũ rationes inuenire grauiter apteque sciat: haud tamen ipse cũcta excogitans eũ ab incusatione potest abducere: ne supra omnes homines tirannorum amator extiterit: maxime omniũ tirannicas semper illecebras: potentiam: opes & connubia beatitudinis existimatione admirationeque sit psecutus. Sed enim aptissimus ille quisquis Philisti neque gesta collaudarit neque fortunas obiectarit. Post Philisti necẽ Dionisius ad Dionẽ mittit: quod illum arcẽ tradere uelle dicant: armaque ac mercennarios milites & integrũ illis septenos per menses stipendium. Se per inducias in Italiam decessurũ: ibique domiciliũ habiturũ ex Giarte modofructus perciperet. Is intra Siracusanos fines permultus ac fertilis ager est ad Mediteraneum a mari surgens. Ea cum Dion minime recepisset exorandos esse iussit Siracusios. Ast illi iuuentem Dionisium ab se captũ iri sperãtes legatos repulere: Tũ Dionisius grãdiori natu filio Appolocrati arce tradita: uehementem obseruans flatũ pretiosissima corpora pretiosissimamque supellectilem nauibus imposuit. Itaque prefectum classis latens Heraclidem euasit. Quare male de se audiẽs cũ ciues eum magnis tumultibus circumuenirent Hipponem factiosũ quendam hominẽ instituit: qui plebem ad diuidendum agrum accerseret. Etenim libertatis initium equalitatẽ esse: seruitutis vero penuriam cũ prediis careant. Huius sentencie fauens Heraclides aduersantem sibi Dionem magis implicat seditionibus. Tum Siracusanis persuadet vt hisce rebus decreto cõfirmatis externos milites mercede spolient: aliosque subinde bello imperatores deligant sese ab huius molestia & difficultate liberantes. Ii confestim dum ex tirãnide perinde ac egrotatione longeua sese conantur attollere: & vti suis restituti legibus intempestiua factitant: rebus infeliciter gestis odia contra Dionem exercebãt qui instar medici in accurato & modesto viuendi ordine continere ciuitatem expetebat. Ad nouorũ deinde creacõnem magistratuum cũ cõuenissent: estate media insitata tonitrua & dira prodigia per dies quindecim obuenere. Ob quorum religionem surgens assidue populus alios designare duces impediebatur. Factiosis postmodũ constanti serenitati obseruata comitia conficientibus. Bos quidam domitus tumultus haud inexperiens neque insuetus per id tempus furore contra bubulcum agitatus e iugo profugiens ad theatrum citato cucurrit impetu. Quocirca surgentẽ illico populum nullo fugiendi ordine passim diffudit: ceteram discurrit vrbem petulcis conturbans saltibus quantum postea hostes occupauere. His tum neglectis & vane factis Siracusani quinque & viginti prefectos creant: ex quibus vnus erat Heraclides alios clanculum submittere qui milites a Dione subducerent. Eos ad se multis pollicitacõnibus prouocare: & ciuitate pariter donaturos dicere, at illi ea repudiantes Dionẽ fide

& promptitudine cũ armis complectentes atq; stipantes ex vrbe decedentes viola
to nemine quibuscunq; obuiabant multa de ingratitudine de ĩprobitate obiectabãt
Siracusani contemptu paucitatis sese q̃ eos nõ prius inuasissent paruipendere. Ma
iori igit̃ coacta manu impetum faciunt vt intra menia superatos obtruncarent. In
hoc necessitatis ac fortune cõstitutus Dion vt vel contra ciues dimicandum vel cũ
suis moriendum esset: militibus multa supplicare manus Siracusanis tendere: re-
fertam hostibus arcem ostendere: qui desuper e muris comparentes eorũ facta in-
tuerentur. Sex cũ inexorabilis multitudinis incursus esset: etiam factionis duces
ciuitatem sicuti mare venti late tenerent: suis vt ab aggressibus abstineãt imperat
At illis perinde ac incursũ facerent cũ clamore arma vibrantibus nullum Siracu-
sanorum manere cerneres fuga per vias decedunt insectante nullo. Dion enim suis
continuo reuocatis Leontinos contendit. Siracusani principes derisui mulieribus
facti: cũ ab ea sese exuere ignominia queritant: armatis denuo ciuibus Diona per
sequunt̃ Quem vt fluuium quendam traicientes offendunt abacto equitatu prelĩũ
inchoãt. Ast illum vbi neq; miti animo neq; more patrio sua amplius errata sufferre
conspicantur. Verum etiam suos facto agmine per iracundiam conuertentem fedi
orem q̃ antea fugam capescentes haud multis sane cedis in vrbem reuertunt̃. Le-
ontini Dionem splendidissimis suscipiunt honoribus: militibus stipendia ciuiliter
impartiunt: ab Siracusanis per legatos postulant vt militibus que iusta sunt faciãt
Sed ii legatos qui Dionem accusarent miserunt. Cum vniuersi deinde socii in Le-
ontinis conuenissent: postq̃ multa disseruere Siracusios iniusta patrasse censetur.
Illi sociorum iuditio nusq̃ stare: iam delitiis & insolencia gloriari q̃ nulli ausculta-
rent. Sed seruientibus & reformidantibus plebem ducibus vterentur: Inter hec a
Dionisio ad vrbem venere triremes Neapolitanum aduehentes Nipsiũ qui & An-
nonam & pecunias apportabat obsessis. Facto nauali prelio victores Siracusani fu-
ere: captis ex regia classe nauibus quatuor. Ea victoria insolẽtes & iam nullius au-
dientes imperio leticiam ad conuiuia & furiosos vertunt conuentus. Adeo que vsui
erant neglectui data vt cum arcem habere se putant ciuitatem insuper amisere. Ni
psius enim vbi nullam ĩ ciuitate partem cernit incolumem: & vulgus quidem a lu-
ce prima in profundam vsq; noctem inter modulamina ebrietatesq; detentum: pre-
fectos vero per huius sodalitii voluptatem vllam temulentis hominibus adiicere
necessitatem segnes atq; pauẽtes: commodisse fretus tempore murum aggreditur
Quo perfracto immissis imperat Barbaris vt quoscunq; obuios habuerint eis pro vi
ribus atq; libidine vtantur. Statim id malum sentiunt Siracusani. Tarde autem
& magno cum labore per stuporem auxilia conferebant. Populationes in vrbe fi-
eri mortales interimi parietes dirui mulieres ac pueri cũ eiulatu ĩ arcem agi Sum
ma rerum desperatio prefectos habebat: q̃ vbiq; promiscuos cum hosce ciues vllos
ad vsus habere nequibant. Hunc in modum vrbanis sese rebus habentibus: cũ A-
chradine iam propinquum discrimen esset: in quo reliqua spes inniteretur. sciebat
vnusquisq; nemo dicebat ob ingratitudinem & mala ĩ Dionem consilia pudore per
plexi. Ceterum vi necessitatis inpendente sociorum & equitum clamore exoritur
vocandum esse Dionem: & ex Leontinis accersendos esse Peloponnenses. Quod
vbi per audatiam proferri: & exaudiri ceptum est: vociferator gaudium lacrime
cunctos tenuere Syracusanos: hominis orantes aduentum: aspectumue cupientes
aut immemores quanto in terroribus robore ac promptitudine valeat: vt non
modo ipse impauidus sit: Sed eos etiam audaces & in conferenda cum hosti-
bus manu intrepidos exhibeat. Mox igitur ad eum mittunt sociorum qui-
dem nomine Archonidem & Thelesidem: ex equestri vero ordine: qui tum

cum Hellaniro missi: hi per totũ iter equos laxatis agitantes habenis vrgente iam
die in Leontinos perueniunt. Tum desilientes equis primum corã Dione obortis
procidere lacrimis: calamitates Siracusanorum exponunt. Nõnulli iam Leontinorũ
interueniebãt multi etiã Peloponnenses circa Dionem congregabãtur: dũ hominũ
tu studio tum supplicacõibus innouatum aliquid suspicãtur. Eapropter cum por
ille ad contionem processisset promptissime facto concursu Archonides & Hellani
cus introgressi succinte malorum magnitudinem exponũt: & milites ob litterata
iniuriarum memoria ad ferendã Siracusanis opem deprecantur Quandoquidem ma
iores ipsi penas dederint q̃ illi maleficus irritati voluissent. Postq̃ hi desiere loqui
ingens silentium totũ habuit Theatrum. Surgente Dione cũ orare cepisset cõplu
res ei manabant lacrime ita vt vocem teneret. Tum condolentes ei milites bono
vt esset animo rogitabant. Cũ igitur ex affectu sese paululum Dion recepisset: viri
inquit Peloponnenses ac socii hoc vos in loco vt pro vobis deliberationem capessere
tis coegi: mihi haud pulcre res se habet: vt cũ Siracusana vastetur ciuitas de me ip
se consultem: q; si eam seruare nequiero proficiscar in patria igni & ruina tumulan
dus. At si inconsultissimis & infelicissimis nobis opem afferre statuistis vestrũ opꝰ
Siracusanam erigitis vrbem. Sin hoc propter Siracusanorum iracundiã & concep
tas in eos querimonias aspernabimini: dii vobis pro pristina in me virtute & prop
titudine dignas persoluant grates. Memineritis autẽ neq; vos prius iniuria lacessi
tos: neq; ciues posterius calamitate vexatos ab Dione destitutos. Ea adhuc disserẽ
te milites cum clamore prosiliunt mature sese ad prestandam opem duci iubentes.
Tum Siracusanoꝝ legati eos amplexantes salutare multa ab diis immortalibꝫ Dio
ni multa militibus bona orare. Sedato tumultu Dion illis imperat vt confestim ab
euntes apparent sese cũ temtauerint illum in locum armati veniant: noctu enĩ sub
uenire decreuecat. Ceterum Siracusis Dionisii duces quoad illuxerat multis ciui
tatem malis afflixere. Ingruentibus tenebris paucis suoꝝ amissis in arcem deces
sere. Tum factionis principes recepta fiducia cũ hostem ob perpetratã quietem a
cturũ esse sperarent: rursũ ciues vt Dionem omitterent orabant: quẽ si forte cum
militibus aduentarit ne suscipiãt: neq; illis vt virtute prestantioribus cederent. Ipsi
vero per se vrbem libertatemq; saluã tuerentur. Denuo igitur prefecti qui eũ re
uocarent mittunt: equites autẽ & familiares ciues vt maturaret iter: quamobrem
tarde simulat per otium proficiscẽs aduenerat. Precedẽte nocte Dionis inimici vt
illũ excluderent portas tenebant. At Nipsius rursus ex arce longe plures multoq;
promptiores immittens stipendiarios vniuersũ confestim murum demolitus est tũ
ciuitatem percurrens diripuit. Cesi non modo viri sed etiã mulieres ac pueri di
reptiones modice: ast magna cunctoꝝ strages. Dionisius enĩ cũ desperatis iam re
bus in Siracosanos grauissimis conflagraret odiis cadẽtem principatum vrbe tu
tare volebat. Proinde cũ illi Dionis auxilium preuenire concupiscunt que per
nicissima omnium strages & conuastatio est igne crassant. Proxima queq; tedis ac
lampadibus succendentes Pirobolos autẽ arcubus in longinqua spargentes qui ꝑ
fugerent per vias intercepti necabant: qui domos introirent igne compulsi rursus
erumpebant: incendio complures interiere quidam in discurrẽtes ferebantur. Ea
maxime calamitas vna vociferantibus vniuersis vrbem Dioni resecauit. Cũ enim
inclusos in arcem hostes accepisset: haud amplius gradum studio solicitabat. Proce
dente die prodeuntes ei obuiam equites captã secundo vrbem denunciant. Nõnulli
deinde aduersarioꝝ aderãt: Velocius properare obsecrantes: latius intendente ma
lo. Heraclides fratrem emittens dehinc auunculum Theodotem auxilium supplex
implorabat. Nullum iam hostibus impedimento esse se quoq; vulneratũ parum ab
esse me ciuitas euersa & concremata collabatˀ. Dion cum in tales incidisset nuncios

procul a portis stadiis aberat sexaginta. Exposito militibus vrbis periculo eisq̃ nõ
nihil adhortatis haud amplius pedetentim: uerũ concitato cursu ad oppidũ duxit
exercitum: aliis atq̃ aliis occurrentib9 & vt approperaret deprecãtibus. Mira de-
hinc militũ velocitate ac promtitudine fretus per portas in vrbis regionẽ Hecatõ
pedon appellatam euasit. Continuoq̃ in hostes leuiorem immisit armaturã ut eoꝝ
cõspectus audaciã Siracusanis adiceret: reliquos munitos armis simulq̃ confluẽtes
ad eum ciues unaue consistentes instruxit: rectos componens rurras prefectosq̃ di
spartiens: vt multis simul ex locis terribiliorem se hostibus inferrer. His itaq̃ pa-
ratis vbi deis adoratis suos per vrbem in hostes agens cernitur: clamor leticia & i
gens vociferatio Siracusanorum votis pariter & adhortationibus permixtus exo-
ritur. Liberatorem Diona deũq̃ compellabãt. Milites vero fratres atq̃ ciues nec
vllus ea tempestate tanto sui aut vite amore tenebatur vt nõ magis ꝓ vnico Dione
q̃ ceteris vniuersis anxius viderẽ: qui per cruorem ignem & strata per plateas ca
dauera discrimen primus inibat. Res etiam hostiũ formidolosa erat: qui seuitia re
ferti structa pro muro acie difficilem ac pene insuperabilẽ reddebant ingressum.
Ingens ab igne periculum Dionianos perturbabat milites: ac infestum efficiebat
iter. Hi nanq̃ cũ edes flamma depasceretur quaqua versũ relucentes feruida prea
bant rudera: & descendencia murorũ fragmenta ancipites transcurrebant: multo
simul fumo & puluere incedentes obnixe contendebant: ne continuata scinderetur
acies: vt vero sese hostibus immiscuere: pauci cũ paucis ob locorum angustias & in
iquitates cominus pugnam cõferunt. Siracusanis clamore & promptitudine forci-
us incumbentibus: compulsus vi Nipsius plurimos suoꝝ in proximam fugientes ar
cem reduxit incolumes: destitutos quosdã extrinsecus & pallantes ipsi Dionis mili
tes insectantes interimũt. Eius victorie fructum alacritatẽ inq̃ atq̃ complexus q
talia decent opera presens minime tempus exhibuit. Dum ad suas conuersi domos
Siracusani in restinguendis ignibusq̃ ea vix nocte factũ est occupantur. Vt pri-
mũ illuxit: ceteri quidẽ factiosi propria salute desperata fugam capessunt. Herach
des vero & Theodotes Dioni sese dedentes iniuste perpetrasse fatenẽ. Vtq̃ in eos
se meliorem q̃ erga illum fuerit exhibeat suppliciter orant. Decere profecto vt cũ
Dion reliquis virtutib9 nullis comparãdus sit mortalibus in ipsam iracundiã etiam
ipsis excellat ingratis: qui vt inferiores se virtute fateanẽ: aduentant pro qua pri-
ores cũ eo seditiones accitarunt. Hec deprecante Heraclide amici quidẽ Dionem
hortabantur vt ne flagitiosis ac inuidis parceret hominibus. Ceterũ Heraclidẽ mi
litibus largireẽ & populareẽ ex ciuitate sedicõnem eximeret quã sane furore vexa-
tam non minorẽ tirannide constat esse languorem. Quos Dion placabat ita ꝑfatus
ceteris quidẽ imperatoribus aduersũ bellum & arma plurimũ exercitationis exti-
tisse. Se autẽ in Achademia diucius exercitatum: quo furoris iracũdie inuidie om
nisq̃ victor contentionis esset: quarũ rerum demonstratio est nõ erga familiares &
bonos viros modestia. Verum siquis acceptis iniuriis delinquẽribus exoratu faci-
lis mitisue sit. Velle autẽ se Heraclide nõ tantum potestate ac prudentia quantum
bonitate ac iusticia superiorẽ esse. In istis enĩ vere meliorem esse liquet. At res bel-
licas prospere gestas & si nemo mortaliũ certe fortuna suo iuri vendicat. Si ob inui
diam Heraclides peruidus nefariusq̃ sit: haud propterea opus est Dionem virtutẽ
per iram furoremue corrumpere. Meritas enĩ infligere penas q̃ iniurias ꝓuocare
iustius esse definitur a legibus quod ex inbecillitate natum est. Hominis autẽ im-
probitas quãq̃ id fortasse difficile: haud vsq̃ adeo ferox penitus & immortalis est
vt nõ multis persepe victa beneficiis gracia permutetur. Hisce fretus rationibus
Dion missum fecit Heraclidem: ad murũ deinde cõuersus Siracusanis viritim im-
perat: vt vnam cominus fossam extruerent. Illis autem noctu quieti sese dedentib9

Dyon

milites ante locans transuersis trabibus arcem circumsepsit Que res adeo latuit:
vt luce prima hostes pariter ac ciues & celeritatem & opus admirarētur. Inde vbi
necatos sepulture mandauit: captiuosq; haud certe duobus milibus pauciores solui
reuocata cōtione: procedens in mediū Heraclides vt terra mariq; Dion imperator
deligeretur sententiam dixit. Quod cū optimates suscepissent & creandū esse cen
serent: nautaꝝ & mercennariorum greges fremere: e classis prefectura eiectū He
raclidem cōdolere. Eū tametsi reliquis in rebus nullius dignitatis hominem at om
nino popularem multitudinēq; magis obnoxium autumare. Hoc permisit eis Dion
& Heraclidi maritimū restituit imperium. Eis deinde ad agri ac domorū diuisio
nem concitatis aduersatus: & facta prius super his decreta rescindens merorē in
iecit. Quocirca alterum statim Heraclides iniens principatū socios nauigationis
milites ac nautas Messanam deducens: ibi resedit: ad seditionem illos cōmouens:
& contra Dionem instigans quē sibi regnum parare diceret. Ipse clandestinas cum
Dionisio pactiones per Spartanū pharacem transigebat. Quod vbi clarissimi Sira
cusanorū intellexere in exercitu orta seditio est. Ob eamq; rem caritas ac penuria
Siracusas premebat: adeo vt anceps Dion male de se ab amicis audiret qui hominē
adeo intractabilem liuoreq; ac nequicia corruptum contra se amplificarit Heracli
dem. Pharace penes Agrigentinoꝫ Neapolim merante Dion cū Siracusanis egres
sus se cū alio in tempore decertare volebat. Ceterum inclamantibus Heraclide ac
nautis Dionem idcirco nolle rem prelio decernere: quo perpetuū illi maneat impe
riū coactus Martem conseruit: vbi & superatus est. Ceterū cū ob sedicōnem inte
stinam perturbati sese magis ipsi in fugam vertissent: iterato Dion preliū parare:
instructisq; persuadere ac adhortari. Initio mox noctis nuncius affertur Heraclidē
tota cū classe Siracusas versus annauigare: eo consilio vt capta vrbe eum cū toto ex
cludat exercitu. Continuo igitē robustissimos & expeditissimos recipiens noctu
adequitat & tercia demum hora diei septingentis exactis stadiis pro portis stetit
Heraclides quanq; nauibus certatim contendisset. Vbi sero venisse se intelligit: re
flexo cursu errabundus agēda inuadebat. Ita ex improuiso Spartanus illi occurrit
Gesilus: qui ex Lacedemone vt Siculorum ducem annauigare se aiebant queadmo
dum superiori quandoq; tempore Gelippus. Hunc ita libens virū assumens vt eū
perinde ac aliquod contra Dionem medicamen adsciseret se socius ostendit. At pre
misso caduceatore Siracusas ciuibus vt Spartiatem susciperent prefectū impera
bat. Cui Dion satis prefectorū Siracusanis esse respondit: ꝙ si res ipse Spartano
prorsus indigeant: Spartanum se ciuem factū esse. Omisso Gesilus principatu ad
Dionem nauigans conciliat Heraclidem: fidem maximā & iusiurandū prestantem
quo Gesilus ipse iurauit. Dionis quidem vltorem & acerbissimū Heraclidis anim
aduersorem fore: siquid ab eo nefarie perpetratū extitisset. Dehīc Siracusani clas
sem quandoquidem nihil ea opus erat dissoluunt: que ingentium impensarū ac sedi
tionis causa principibus fuerat. Ad obsidendam dehinc arcem intenti circūductū
exedificant murum. Postmodū circumsessis opitulante nullo: cū iam annona dees
set & facinorosi forent milites: Dionisii filius desperatis omnino rebus cū Dione
inducias agit. Ei arcem arma & reliqua tradit impedimenta. Ipse matre sororibꝫ
ꝗ receptis quinis honustis triremibus ad patrē nauigat: tuto illum emittente Dio
ne. Huic spectaculo Siracusanoꝝ nemo ferme defuit: at qui quicūq; defuerat mag
nis inclamabatur vocibus: ea die solem liberis exorientem Siracusis nō inspectasse.
Maximū & quod etate etiam nostra durissimū narrari fortune possit exemplum
fugam constar esse Dionisii: qualis tunc illoꝝ existimāda leticia: qualis vero illis
sensus qui minimas per occasiones ex ampliore ꝗ preterita viderint secula tirānide
descendebāt. Postq; vela dedit Appolocrates. Dion vadit ī arcē. Cuius ingressum

haud expectare mulieres: ad fores cunctare. Aristomacha Dionis filiã docere: po- ne equi Areta lugubris & incerta quonam modo virũ salutans compellaret: ꝗ cum altero consorciũ habuisset. Eo sororem primũ: dehinc filiolum saluere iubente Aristomache adducta coram Areta: te quidem inquit exulante Dion in magnas īcidimus miserias. Ceterũ rediens parta victoria nobis omnibus merores eleuasti. Hac sola dumtaxat excepta: ꝗ infelix ego te incolumi alteri nuptã viro coactam quidem & inuitam aspexi. Cũ igitur te nobis dominum fortuna constituerit: quo pacto illã huic necessitatem indicas. Te ne vt auunculum aut vt maritum cõsultabit. Talia dicente Aristomacha Dion profusis lacrimis vxorem magna beniuolencia & caritate complectitẽ. Tradito postmodũ ei filio in suam transmisit domũ: in qua postea ꝗ in Siracusanorũ manu arcem posuisset vitam ducebat. Progredientibus hunc in modum rebus nullũ prius ex presenti felicitate fructum suscipere dignũ censuit: ꝗ amicis gracias focus largitates precipueꝗ in vrbe familiaribus & militibus aliquam humanitatis & honoris portionẽ impartiret: animi magnitudine vires ac facultates exuperans. Cũ interim ex iis que obuenerant sese parce tenuiter ac modeste curaret: magna vero omnibus admiratione habebatur: ꝙ nõ solum Sicilia atꝗ Carthago: sed vniuersa etiam grecia ad eum feliciter ac tranquille degentem aspiceret. Cumꝗ nihil tante amplitudinis ea tempestate putaretẽ: nec alterius imperatoris clariorem esse fortitudinem fortunãꝗ constaret: ipse talem sese prestaret: veste famulatu & mensa frugalem qualem cũ in Achademia vna cũ Platone vitã duceret: nõ qui inter ductores militum aut mercennarios bellatores degisse videretẽ quibus quotidiane sacietates libidinesꝗ voluptarie laborum ac periculorũ solacium est. Ad eum perscribens Plato hunc vnũ aiebat ex orbe terrarum omnes intueri cũ ille ipse vnicũ vnius ciuitatis locum Achademiam cernere videretẽ. Eius loco viros spectatores & iudices agnoscebat: qui non rem gestam: non audatiam non victoriam quampiam admirarentur. Sed qui id solum animaduerterent: siquis in magna rerũ amplitudine per honestatem temperanciã ac modestiã vti fortuna sciret. In habenda autẽ hominũ societate nihil ex elato animi tumore & seuera nimis in populũ ꝯtentione auferebat: nihilue remittebat: tametsi res illius gracia magnopere indigerent: & Plato eum vt diximus increparet ac perscriberet comitem ac vicinã solitudinis esse pertinatiam. Ceterum cũ solutos nimium Siracusanos & emollitos ex illecebris retrahere nitebatur natura quadam nullo lepore aut comitate permixta videbatur vti. Rursus ei Heraclides incumbit. Is primum quidẽ in conciliũ accitus adire noloit. Cũ enĩ priuatus esset: nõ nisi cũ ceteris pariter ciuibus in contionem iturum. Dehinc accusare Dionem cepit ꝙ arecẽ demolitus nõ esset: cumꝗ populus Dionisii sepulcrum euertere & discicere corpus affectaret: haud sciuerit: cõsiliarios etiam ex Corinthio accersat: ꝙ ciues dedignetur habere collegas. Re autẽ vera Dion Corinthios aduocabat quoniã eis presentibus facilius reipublice statum quem animo versabat constituere posse sperabat. Cogitabat enĩ illum populi dominatum inhibere: qui nõ ciuilis forma rei sed vt a Platone dictum est: quedam vniuersalis rerũ ciuilium mercatus esset. At cũ Laconicum & Cretense quoddam genus permiscens ex populari ac regio optimatum principatũ comparasset: qui superior amplissima queꝗ disponeret ordinem rebus instituere decernebat. Videbat nanꝗ Corinthiocũ ciuitatem dominatione paucorum administratã haud multa ex publicis in populo agere. Cum igitur his aduersaturũ consiliis expectaret Heraclidem alias quidem ad res turbulentum hominẽ seditiosũ & permutationis auidũ quod diutius impedierat eo tempore necare volentibus assensus est. Hi igitur domum irrumpentes illum obtruncant. Eius mors Siracusanos vehementi dolore confecit Dion tamen ei magnifice iusta parauit. Insectãte exercitu cadauer associãs habita

deinde ad populum cōtione veniam impertierunt: haud enim fieri potuisse: vt cū
Heraclides ac Dion ciuiles agerēt magistratus vrbane seditiones ꝑcarent. Erat
quidam Dionis socius Calippus Atheniensis: quem illi nō ex disciplina: verum ex
misteriorum inductione & circūcurrenti societate notū & consuetum fuisse Plato
refert. Hic expedicōnis particeps magno habebatur honore adeo vt cunctis prior
equalibus Siracusas coronatus intrauerit: & dimicādo clarus ac insignis extiterit
Ast vbi ꝑmarios atq; prestātissimos Dionis amicos bello assumptos cernit: & occi
so Heraclide Siracusanū populum duce priuatū Dionianos etiam sibi milites ani
mum magnopere adiecisse scelestissimus hominū factus est Ex hospitis cede premi
um omnino Siciliam consequi sperans & talenta viginti vt tradidere nnonulli ne
cis mercedem ab hostibus captans quosdam aduersū Dionem milites corruptos in
stituit nequissimum ac versutissimū agitans exordium. Nam cum aliquas semper
militum voces aut re vera deprehensas aut commenticias illis referret: talem ex fi
de licentiam cepit: vt quibuscūq; vellet contra Dionem magna cū audacia occultos
faceret sermones: eo ita mādante ne cuiuspiam simultas lateret aut odiū. Hinc eue
nit vt Calippus flagitiosos ac languētes confestim repertos adsisteret. Quod siqs
hisce reiectis sermonibus sese Dioni tentatum fuisse retegeret: ille nihil turbatus
aut grauiter ferens erat: perinde ac iussa nauante Calippo: constitutis hunc ī mo
dum insidiis ingens ac prodigiosū Dioni se simulacbrum obtulit Dies uergebat in
uesperam: cum ille intra domi cobiculū solus secum cogitabundus sederat. Inte
rim e regione porticus repētino exoriente strepitu cum lumē abesset stetit inspe
ctans: grandē intuetur feminam nihil uestitu aut facie ab tragica permutatā furia
Ea scopis quibusdā mundabat edes: perculsus graui pauore Dion conuocatis ami
cis uisum exponit: penitusq; consternatus cum extimesceret ne id denuo uidēdum
soli sibi aduētaret ostentū eos obsecrauit: vt cū eo pernoctātes manerēt. Verū enī
uero id haud rursus accidit: sed paucos intra dies filius eius cum ferme pubesceret
ex parua quippe tristitia & puerili quadam iracundia prius causa suscepta e tecto
se precipitem deiciens periit. In hoc rerū statu cū Dion esset Calippus insidiis ma
gis atq; magis instare. In Siracusanos rumorem edere: vt orbatus liberis Dion Di
onisii filium Appollocratem vocare & heredē facere instituisset: qui vxori quidem
ex fratre nepos: sorori autē ex filia nepos erat. Iam Dionem ac mulieres eorū que
patrarentur suspitio habebat: & vndiq; nuncii afferebanē At Dion vt ferunt post
Heraclidis interitum merore confectus: quasi vite ac rebus a se gestis quandā inu
reret maculam grauiter semper ac moleste degens multociens iam se neci paratum
esse & cuiq; volenti prebiturū se iugulum dictitabat: si viuendum ei foret nō hostes
modo verumetiam amicos obseruaturo. Calippus vero cū mulieres rem diligenter
īuestigare cerneret perterritus venit ad eas. Factū effusis negare lacrimis quāuis
daturū se fidem Ille vt magnum iuret iusiurandū postulant. Id extat huiusmodi.
Qui fidem prestat in Thesmophorum descendit templū: & quibusdam paractis sa
crificiis dee purpuram induit. Tum ardentē captans faculam iurat: His confectis
omnibus Calippus iuratus deos adeo irrisit: vt eius quam iurauerat dee diē festū
expectans cedem inter ipsa perageret proserpinalia: eam nihil faciens dee diē quā
omnino violaret: & impie coleret: si alio in tempore dux ipse sacrorū illius sacerdotē
iugulasset. Cū plures in eius communicatione facinoris essent: & Dion domi q̄ nō
nullos habet accubitus: vna cū amicis assideret: alii exterius obsidere: alii foribus
atq; fenestris adstare. Iacinthii qui manus afferre debebant: tunicati sine mucroni
bus accedere: simulq; qui extrinsecus versabanē attractos tenere postes. Iacinthii
Dionem inuadentes vt cū tenerent opprimerentq; eniti. Quod vbi incassum cedir
eesem efflagitare. Nemo fores reserare audere. Multi enī cum Dione intus erant

quorum vnusquisq; dum eo misso de propria salute cogitat nusq; afferre subsidium audet. Dum ita contantur: Licon Siracusius pugionē cuidam Iacinthio per fenestras porrigit. Quo retentū aliquandiu & attonitum Dionem vti victimā obtruncant Sororē continuo vna cū vxore pregnante cōiciunt in carcerem. Obtigit autē vt cū per sūmam calamitatem partus instaret in vinculis masculum parturiret infantem. Quem placatis custodibus mulieres educare aggresse sunt. iam enī turbulente seditiones Calippum inuoluebant. Principio nanq; Dione ceso cum famosus esset: & Siracusas oppressisset: Atheniensiū ciuitati scripsit: quā secundū deos posteaq; tam abbominando se facinore contaminarat vereri ac expauescere debuisset Sed id vere dictū extitisse videt̄. Excellentissimos virtute eos esse viros q̄s bonos ciuitas illa protulerit quos autē malicia deprauatos eos q; scelestissimos quēadmodum eoꝝ tellus & mel optimū & ocissimum necatu conium parturit. Haud dū Calippus quoddam fortune deorūq; conuitium diu superstes euasit: vt qui hominem tantam per humanitatem principatus & opulentiam consecutum incurie aut neglectui dedissent. At digna confestim dedit supplicia. Siquidem carinam capere adortus cōtinuo Siracusas ammisit. Quo tempore eum dixisse ferunt ammissa vrbe Tiroc nestin in potestatem redegi Subinde Messanos inuadens maximam militū partem in quibus & Dionis interfectores perdidit. Postmodum cū nulla eum Sicilie ciuitas susciperet: verum vniuersi per odium propulsarēt rhegium occupat. Ibi cū summa degens inopia stipendiariis necessaria male suppeditat a Leptino & Poliperconte occiditur. Ad ipsius necem eo forte vsi pugione dicuntur quo vulneratus est Dion. Illum autem a magnitudine cognitum perhibent. Laconicorum enī mose perbreuis: Preterea artificii apparatu vtpote magno cum ornamento ac subtilitate fabricatum. Huiusmodi penas Calippus dedit. Aristomachen vero & Aretam vt primum exempte vinculis fuere: Hicetes Siracusanus Dionis amicus suscepit & magna fide ac beniuolentia curare visus est: Dehinc ab Dionis hostibus inductus: eas perinde ac in Peloponnesum transmissurus: naui ad id comparata imposuit subinde mandans vt internauigandum necate deicerentur in pelagus. Nōnulli venientes adhuc vna cū puello demersas asserunt. Hunc etiam digne pro audacia pene inuaserunt. Ipse enim cū in Timoleontis manus peruenisset interiit. Siracusani preterea in Dionis vlcionem duas filias interfecere: de quibus in Timoleontis vita singulatim perscriptum est.

Plutarhi historiographi greci de vita atq; gestis Bruti viri clarissimi historia per Guarinum poetam In latinum linguagium traducta Incipit feliciter.

ARCI BRVTI progenitor fuit iunius Brutus quē prisci Romanorum in Capitolio ex ere fixerunt medium inter reges ensem strictum exerentem q2 is constantissime Tarquinios euertisset: ille veluti quedā fulminei ensis acies durum & īexorabile ingeniū nactus adeo animi intēperātis aduersus tirannos fuit: vt tanq; insano impetu vectus vsq; in liberoꝝ suoꝝ cedē seuirit. Hic vero Brutus de quo nūc agit̄ & bonaꝝ arciū disciplina & philosophie studiis ībutus moresq; suos natura graues & humiles cuilibꝫ negociis excitās ad bonū & equū modestissime ferri visus ē. Quare etiā q ob ꝯspirationē q̄ in caput Cesaris acta est inimicitia in Brutū flagrabāt si ea res magnificū & generosū qcq; afferebat: id Bruto dabāt

sin difficile durũq; Cassio. Erat Cassius imprimis Bruto familiaris atq; beniuolus sed dissimili ingenio ac varius impuruſq;. Seruilia mater Bruti fuit: cui9 genus ad Halam Seruilium referunt: qui clam gladio cinctus Melium spurium seditiosũ ciuem & sollicitatione plebis tirannidẽ machinantem in mediũ forum traxit. ibiq; simulato colloquio eum obsequentẽ ferro cõfecerat. Maternum hoc Bruti genus clare compertum habet: Paternum vero qui cesaris gratia odio quodam in Brutum extuabant nõ ab eo deducunt Bruto. qui Tarquinos vrbe eiecit: cum ab eo dicant liberos superstites nullos fuisse: Nam eos occiderat: sed Plebeium ipsũ commemorant: & ex quodam ipsius Bruti dispensatore genus ducere: ipsũq; nuper in senatũ accitum. Possidonius philosophus priorẽ Brutum narrat geminos filios natu grãdiores vt habet historia securi percussisse: sed tertium vnum eumq; infantem ex eo superstitem fuisse: a quo vno deinde eius familie posteritas omnis propagata est. Preterea asserit tempestate sua quosdã claros ex ea gẽte floruisse viros quoꝝ aliqui formam ex Bruti simulacro ducere visi sunt. De his hec cõmemorasse satis est. Seruilie quam Bruti genitricẽ diximus frater fuit Cato vticensis quẽ auunculum primo deinde etiam socerũ Brutus in primis Romanorum omniũ studio habuit: philosophos grecos ferme omnes: vt his vtamur verbis attigit: nec vllius ipsoꝝ discipline vł expers vel ignarus fuit. Platonicos tamen enixe coluit mouam ac mediã Achademiam linquens veterẽ fouit. huic secte addictus Antiochum Ascalonitam ingenti admiratione obseruauit: eiusq; fratrẽ prestanti virtute virũ amicicia sibi iunxit: ac viuendi comitem fecit. Hic enĩ doctrine habitu licet a multis philosophis longe abesset: vite tamen integritate ac humanitate egregia primus adequandus habebat᷑. Emphilus illi nomen: cuius Brutus in epistolis suis Brutiq; domestici sepius meminerũt ob amboꝝ victum: quẽ cõmunem simul agebant. Is etiã Emphilus erat orator: & de cede Cesaris opusculũ quod Brutus appellatur nõ ignobile edidit. Latine Brutus facundiam militarem belliſq; accomodatã exercuit. Grecum vero graue ac sententiosũ dicendi genus: & Laconum breuitatẽ quoddãmodo imitatus est. Exquo in quibusdam epistolis suis grecis est adnotatus vt in ea quam iam bello implicitus Pergamenis scripsit. Vbi inquit audio vos Dolobelle dedisse pecunias: si sponte dedistis. fassi estis iniuriam: si inuiti hoc ostendetis si cõtra eas mihi sponte dederitis. Samius consilia vestra nil pensi: res tarde. Quis horum finis existimate. Scripsit & alibi de Patereis in hec verba. Xanthii beneficiũ meũ contemnentes in sepulcro desperationis patriã posuere. Paterei sese mihi dedẽtes confisi nihil omittunt: sed omnia curant que in rẽ libertatis sint fas sit & vobis aut Pathereorum sententiã aut Xanthiotum fortunam eligere. Huiuscemodi epistolarũ Bruti genus est: que ex hac breuitate notantur: nondũ adolescentie fines egressus cũ auunculo suo Catone qui in Ptholomeum Egipti regẽ a senatu dux fuerat designatus in Ciprum est profectus: in qua expeditione cũ Ptholomeus nece accersita se suaq; simul absumpsisset & Cato apud insulam Rhodum oportunam moram ageret: Canidius vir Catoni beniuolus ad tutandas regis opes ab eo missus in Ciprum. Sed Cato extimescens ne Canidius sese furto nõ abstineret: Bruto scripsit vt extemplo Epamphilia Ciprum peteret. Ibi enĩ redimende valitudinis causa obuersabatur. Ex quib9 Brutus licet inuitus Ciprũ nauigat. Ibiq; Canidiũ modeste cõueniens dissimulata suspitionis causa: ne a Catone adeo ignominiose improbari videretur: cũ liberaliter habuit omnẽ procurationis curam vt iunior ac vagus nihil ad se pertinere simulauit. Verũ ita omni studio & diligentia rei solicitus fuit: vt a Catone summis laudibus ornatus fuerit: & opes illas in argentũ redactas apud se ipsũ assumens Romam adduxerit. Ceterum cũ res Vrbis in manifestam seditionẽ ruere videret᷑ & turbato senatu Cesar atq; Pompeius arma ꝑferrent: creditus est

Brutus palam Cesaris partes sequi. Nam eius pater iam pridẽ ob Pompeium obierat. Sed ipse indignissimũ ratus priuatos affectus publicis anteire: preterea Pompeii causam estimãs iustiorem esse q̃ Cesaris Pompeium secutus est. licet Anna cũ obuiam illi fieret eum minime salutaret. Scelus ingens estimans cum interfectore patris habere colloquiũ. Pompeio igitur qui dux patrie constitutus fuerat se subiciens legatus cũ Sexto cui Sicilia forte euenerat in prouinciam proficiscitur: qua in legacõe cũ nihil gloria dignum erigere posse cogitaret: & iam Cesar atq; pompeius de rerum summa certare statuissent: & insula in Macedoniam venit: sponte vniuersũ periculum patrie subiturus. Eius aduentu audito ferunt Pompeiũ sũme letatum: admiratũq; moxq; presenti ad surrexisse ipsũq; velut ceteris prestantiorẽ in conspectu omniũ amplexatũ. In castris per integros dies: nisi cũ Pompeiũ ipsum conueniret circa litterarum studiũ codicesq; diuertebatur. Cui cure nedum aliud dedit tempus: sed etiam diem que maximã illam pharsalie cladem antecessit. Erat media estas & preter loca paludosa vbi castra metati fuerant calor ingens nec Bruto aderant qui celeriter tentorium attulissent. Fessus autẽ hac iugi cura: cũ meridies aduentasset modice vnctus cũ pauca comedisset: quiescentibus ceteris aut de euẽtu future pugne anxiis: hic vsq; in crepusculum scripsit: Polibii Epithoma cõponens: dicitur etiã Cesarem haud viri huc neglexisse. Sed exercitus sui duces p̃monuisse vt illum in pugna nõ occiderent: sed seruarent: qui si facilem se preberet liberater ducerent: si capture obsisteret eũ mitterent: nec vim aliquã inferrent sibi. Hec dicunt ob graciam Seruilie Bruti matris Cesarem fecisse. Nouerat enim cũ adhuc esset adolescens Seruiliam sibi insano amore extitisse. Et quia eo tempore q̃ hic amor efferbuit. brutus est genitus: quodãmodo creditus est Brutus e Cesare genitus. Fertur cũ ardui motus Catiline: qui fere rempublicã euerterunt in senatu incidissent: & Cesar atq; Cato aduersis sentenciis differrent: inter hec litterulas quasdam foris delatas Cesari redditas. Qui cũ tacite eas legisset: Cato id egre ferens adclamasse perhibetur. Rem indignã Cesarem facere: cui colloquia: qui litteras medio in senatu ab hostibus habebat. Ex quo cũ pleriq; streperẽt: & Cesar litterulas quẽadmodum ipse habuerat Catoni dedisset: Cato lecta impudica Seruilie sororis epistola eam Cesari proiecit: inquiens: Vince et rie. Atq; ad sententiã ac prepositã orationẽ extemplo reuersus est. Sic ergo amor Seruilie aduersus Cesarem vulgo patuit. Ceterũ expedita Pharsalica clade: cum Pompeius sese per vndas preriperet & castra obsiderẽt: clam Brutus per paludẽ aquis plenam calamisq; manantem noctu euasit Larisseq; sese recepit. Huic deinde cum scriberet: Cesar eius salute letatus est: eũq; iubens ad se venire nõ tantũ veniam illi dedit: sed p̃ter ceteros qui iuxta se forent ipsũ maximo in honore habuit: cũ nemo dicere posset q̃ Pompeius fugeret obq; id omnes anxii forent. Cesar spaciũ quoddam cum Bruto ambulans solus huiusce rei sententiã Brutum rogat. Cumq; videret ex quibusdã rationib; de fuga Pompeii Brutum optime cõiectare: Cesar alias mittens iter in Egiptũ arripuit. Pompeius autẽ sicut extimauerat Brutus egipto heserat: ac fatis cessit. Brutus deinde Cesarem Cassio inclinauit. Preterea cũ Cesar in Regem Libie grauis ira afficeretur & magnitudine m criminũ ipsius obrueretur pro hoc suscepta causa Brutus tum precando: tum excusando: ipsũ liberauit: multamq; illi partẽ seruauit imperii fertur Cesarem cũ primũ Brutum orantem audiret: ad amicos conuersum dixisse. Adolescens iste quid velit ignoro. Quod enĩ vult: nimis vult. Eius enĩ grauitas que nõ facile imo nequaq; ob gratiam flectebatũ: sed ex habitu rationis tendebat ad bonum: valido atq; efficaci impetu fruebatur. Ad iniustas vero partes fuit inexorabilis. Eorũq; modestiam sine turpe silentium qui sine rubore iniusta rogant apud magnũ virũ acriter improbãs dicẽ solitus erat. Quod qui nihil negare

audent sibi videntur male suũ tempus instituisse. Traiecturus Cesar exercitum in
Libina aduersus Catonem & Scipionem gallie Cisalpine Brutum prefecit: & ex
quadam felicitate prouincie. Ceteras enĩ ꝓuincias & contumeliis & auaricia pre‑
sidum qui eas veluti captiuas diripiebãt cũ male administrare cõtingeret: Brutus
requies & cõsolatio erat: omnesq; accedebant in Cesaris gratiam. Vnde cũ rediẽs
Cesar circumambularet Italiam dulcissimũ fuere spectaculum ciuitates: q̃bus Bru
tus prefuerat. Cũ maxime Brutus ipse Cesaris honorem sua presentia adaugeret
gratissime. Cũ plures preture forẽt: & ea que vocatur Vrbana maxima dignitate
precelleret: manifeste constabat Brutum aut Cassium eam sortiri. Sunt qui dicãt
eos ex aliis primis causis maxime differentes: tamen magis ex hoc inter seipsos in
odiũ erupisse: licet affines essent: Iuniam enĩ sororem Bruti Cassius vxorẽ duxerat
Alii contionem hanc manauisse ex Cesare dicunt: quod inter vtrũq; se ingerens spe
vtrũq; pascebat. Demum irritati incensisq; animis ad certamen ꝯstituti sunt. Certa
bat Brutus gloria & virtute: cum multa & splendida strenuitate cassiũ apud Par
thos comparata. Que audiens Cesar: Amicosq; consulens inquit: Cassium equiora
dicere: sed rei sũmam Bruto esse dãdam: declaratus tamen secũdus pretor Cassius
est: nõ tantũ beniuolentie habens ex hac quam fuerat adeptus quantum iracundie
ex illius ammissione. Ceteꝝ Brutus alias ex potentia Cesaris quantũ voluit habe‑
bat. Volenti enĩ fas erat amicorum omniũ Cesaris esse primo & plurimum posse.
Sed hinc eũ sodales Cassii abstraxerunt ipsũq; plane in perniciem adduxere. Non‑
dum enĩ ex contentione preture conciliatus fuerat: cũ illos audiebat orantes ne sese
despiceret: & a Cesare mollitũ Cesaris blanditiis captũ. Sed simulatas gratias ti‑
rannicas & illecebras fugeret. Nõ enĩ honore virtutis Cesarem sibi esse propitium
sed vt omne eius robur animũq; ad se trahere aiebant: nec tamen Cesar ipse absq;
huius suspitione omnino erat: nec in eũ absq; calumnia. Sed huius viri magnitudinẽ
dignitatem & amicos extimescebat. Preterea eius fidebat consuetudini cũ Anto‑
nius atq; Dolobella apud Cesarem primo reꝝ innouandarum criminarent: nõ inq̃t
se a pinguibus ac comãtibus illis viris molestari sed a pallidis & macilẽtis: de Bru
to locutus & Cassio. Deinde quibusdam calumniantibꝰ Brutum Cesaremq; monẽ
tibus vti sibi caueret: manũ pectori ammouens: quid inquit: nõ videtur vobis Bru‑
tum posse hoc expectare crepusculum: veluti nemini nisi soli Bruto post eius fata
tantũ posse liceret. Atqui in vrbe omniũ primus fuisse videtur: eo tempore paruo
quo tempore Cesari obsecutus suã gloriam strenue comparatam parũ opprimi vel
extingui permisit. Sed Cassius vir furiosus & ꝓuate magis inimicus Cesari q̃ pub
lice tirannidi: illũ inflammauit impulitq;. Dicitur enĩ Brutus dominationẽ graui
ter tulisse. Sed Cassius odisse dominantem: & preter cetera que ĩ ipsũ criminatus
est: etiam leones ablatos cõmemorabat: quos ipse edilibus ludis preparauerat. Hos
enĩ apud Megarem relictos: cũ ciuitas per Calenũ capta est: Cesar detinuit. Ferũt
has feras cladem Megarẽsibus fuisse. Nam cum ciuitas iam caperetũ: Megarensis
carceres ferarum effregere. Laxarũtq; ipsarũ vincula vt & mox irruentibus hosti
bus obiicerentur. Sed Leones in ipsos hisce rei auctores versi sunt: inermesq; viros
fugientes tot laniarunt: vt hostibus ipsis hoc spectaculum miserabile fuerit. Hãc
dicunt fuisse Cassio conspirationis potissimã causam: falsa existimantes. Nã ex ini
cio erat Cassio naturalis quedam impacientia atq; difficultas ad omne tirannorum
genus: sicuti eũ adhuc puer esset ostendit. Cũ ad eundẽ preceptorem cũ Fausto fi‑
lio Sille graderetur. Cum enĩ hic intra pueros se offerret & patris sui monarchiã
laudaret: insurgẽs in illum Cassius calophos ipsi inflixit: quã rem volentibus ꝓcu‑
ratoribꝰ & necessariis fausti ferri atq; decerni iuditio: inhibuit Pompeius: puerosq;
ambos vna coniungens de re iudicauit. Dicitur etiam Cassium hec verba dixisse:

Eia Fauste:aude corã hoc proferre sermonẽ illum quo irritatus fui vt os tibi iterũ
frangam. Talis qdem erat Cassius. Brutum vero multi amicorum suoꝝ sermones
multi etiam ciues pluribus rumoribꝫ atq; litteris ad rem ꝓuocabant. Incendebant
q;. Apud enĩ statuam progenitoris sui Bruti qui regũ deleuit imperiũ scriptũ est.
Vtinam Brute nunc viueres & nunc Brutus esses. Preterea ipsum tribunal Bruti
pretoris mane repertũ est talibus verbis plenũ Brute dormis neq; vere es Brutus
Horum causa erat ipsius Cesaris adulatores: qui alios inuidiosos honores ei dabãt
& noctu statuis eius coronas imponebant: cũ plerosq; adducerent vt pro dictatore
Regem Cesarem appellarent. Sed. secus ipsis obtigit: sicut in Cesaris vita diximꝰ
Amicos cũ pretentaret Cassius: contra Cesarem: respondebant omnes se assensu-
ros: si Brutus his rebus se ducem preberet Hoc enĩ nõ audatie nõ manum indigere
dicebant: sed dignitate viri qualis est brutus: vt si inciperet req; assereret ius sectã
adesse extimabãt. Si abrueret ĩ agendo animos defuturos vel postq; id pfecissent
in Scipionem venturos. Vnde absq; illo pulcrã habituros causam nõ censebãt. Hec
secum reputans Cassius post contentionẽ illam prior cõuenit Brutum conciliatisq;
animis inter grata colloquia ipsũ interrogat. An idibus martiis statuisset interesse
senatui. Se enĩ audiuisse inquit: amicos Cesaris de dominatiore regia tunc relatu-
ros: dicente Bruto: se nõ affuturũ. Quid inquit Cassius si ros vocent? meum est re-
spondit Brutus nõ tacere: Sed tueri rempublicã & pro libertate emori. Tum elatꝰ
animis Cassius: quis inquit Romanorũ te moriente id tollerabit? An nescis o Bru-
te te ipsũ: vel credis tribunal tuũ homines textores vel tabernarios inscribere non
primos & optimos viros. A ceteris quidẽ pretoribus legationes spectacula & gla-
diatores a te nõ maiorum tuorum debitum euersionẽ tirannidis repetunt: ipsi om-
nia per te pati parati sunt: te vnũ qualem optant expectant. Inter hec illũ amplex-
ans osculatus est. Deinde disiuncti ad eoꝝ amicos cũ his sese ambo verterunt: erat
quidam. Q. Ligarius intra Pompeii beniuolos: quẽ ob Pompeium apud Cesarem
criminatum: Cesar liberauerat: Hic vero ex crimine quo solutus fuerat gratias ha-
bens: sed dominationem ob quã accusatus fuerat grauiter ferens. Erat Cesari qdẽ
inimicus. Bruto vero maxima familiaritate coniunctus: adhuc egrotantem acce-
dens Brutus: o Ligari inquit: en quo tempore egrotas: & ille confestim se cubito e-
rigens: dexteramq; apprehendens: o Brute respondit: si quid te ipso dignũ excogi-
tas valeo. Ex hoc inter notos quibꝫ fidebant: quosq; temtauerant hec cõmunicare
ceperunt. Neq; solum delectum fecere familiariũ: sed assumpserunt etiam omnes:
quotquot ad bonũ pronos ac audaces: mortisq; contemptores agnouerant. Quare
& Ciceronem: fide precipuum & apud eos beniuolentia singularem latuerunt: ne
ipse qui natura audacie erat inops: preterea ex etate similem cautelã assumpserat
ac omnia suis rationibus ad sũmam securitatem satagebat adducere: ipsoꝝ promp-
titudinis robur obtunderet: qui celeritate factoq; egebant dimisit: & Brutus ex a-
liis sodalibus suis Stallium Epicureum: & Faonum Catonis imitatorem Quoniã
e longinquo inter disputandũ ac philosophandũ sermone circuito illorũ animos ex-
pertus erat. Inquit enĩ Faonus bellum intestinũ durius esse q̃ monarchiam ex lege
Stallius viri sapientis nõ esse: ob indoctũ vulgus & insensatum turbari periculũq;
subire: quibus cũ Labeo interesset cõtradixit ambobus. Brutus vero quasi hic ser-
mo aliquid rationibus difficile haberet maleq; poterat solui subtiruit. Deinde La-
beoni conciliũ communicat Quo annuente haud trepide visũ est: alium Brutũ cog-
nomine Labienum: nõ tamen strenuum siue audacẽ sed gladiatorũ copiis quos spe-
ctarulis preseruabat potentem: Cesariq; fidum negociis addere: cui Cassio & La-
beone rem apperiente nihil illi respondit. Brutus priuatim ipsũ cõueniens dicensq;
se ducem huie rei esse. ꝯfestim Brutus libẽtem illũ fecit annuere. Plerosq; preterea

aliorum optimos ad hoc dignitas Bruti adduxit qui omnes neq; iuramento astricti
neq; inter se fide tradita vel accepta neq; quibusdam sacris obnoxii sic ↄspirationē
hanc apud se habuere: sic eam cōticuere sic ipsam pertulere: ut diuinationibꝫ sacra-
fitiis signisq; deorū ipsas portendētibus nulla negotio fides data sit. Ceterū Brutus
ueluti vir: qui ī vrbe dignitate genere ac virtute prior erat: secū remeditās: & um
ne periculum secum uoluens: & in difficultatibus: ipsius rei īmorās uxorē vna quie
escentem minime latuit: quod insolite cure: atq; turbinis plenus erat. Quodq; in-
dissolubile quoddā & male ferēdū conciliū apud sese mouebat. Hec erat portia fi-
lia ut superius diximus Catonis: habuerat hanc ab auunculo Catone Brutus in cō
iugem: non ex puericia sed eius priore viro defuncto: quā adhuc puellam & ex illo
filium paruū habentem nomine Bibulum ipse duxerat. Huiusce Bibuli opusculū quē
dam de gestis Bruti seruat. Cū sapiēs esset Portia & viri amatrix: preterea haud
vane dignitatis referta: nō prius est ausa virum de archanis sui cordis interrogare
q̄ sui ipsius hanc experientiam sumere: paruū accipiens cultrum: quo tonsores au-
ferūt vngues omnesq; thalamo pedissequas pellens profundū vulnus sibi egit in cru
re. Ex quo nō pauci sanguinis fluxus erupit. Deinde post paucū vehementes dolo
res & horride febres ex plaga ipsa corripuere. Qua in re anxio Bruto atq; id graui
ter ferente: cū dolore acrius ipsam vrgeret: ad eam sic est locuta. Ego Brute Catu
nis filia tue domui data sum nō quemadmodū pellex: vt cubilis solum & mense te-
cum particeps fierē: sed vt cōmunicarem tecū leta cōmunicarem simul & tristitia.
Que ex tuo cōiugio mihi omnino sunt queri nō habeo: que vero tibi ex meo sūt quā
habent demonstrationē siue gratiam apud te nisi passiunem tuam ipsa pariter ferā
& curas fide dignas ego nō tollerem. Scio muliebrem naturā fragilem esse ad ar-
chana ferenda. Sed est o Brute vis quedam & bone educationis & optime cōsue-
tudinis ad ingenium mihi & Catunis esse filiam & Bruti cōiugē datum esse. His
si hactenus minus credidi nunc meipsam agnoui: ad laborem inuictam esse. Hec la-
tuta plagā ostēdit: ac periculū quod de se sponte fecit aperuit. Tū exterritus Bru
tus ac manus ad celum tendens deos orauit vt ceptis strenue sibi perfectis faxint:
se virum Portia dignū esse: deinde vxorem solatus modeste est. Ceterū descripto
senatu ad quem manifeste constabat: Cesarem ingressum conspiratores eū aggredi
statuūt. Nam tunc insimul rongregati absq; suspitione se fore censebant. Preterea
omnes bonos & optimos viros se habituros esse credebant: qui cede perfecta con-
festim ꝑ libertate simul assurgerent. Videbant ex diuinitate etiā quadam locū ip-
sum offerri. Porticus enī erat vnius gradus ordinem ad theatrum similitudinē ha-
bens: in qua erat imago ipsa Pompeii populi iussu erecta cū inter ceteras Porticus
atq; theatra locus iste exornaretur. Ad hanc igitur medio mēsis martii quod. Ro-
Idus appellant cōuocabatur Senatus. Vnde videbatur fortuna quadam virū hunc
ad Pompeii iudicium ducere. Dies ergo cū aduenisset Brutus vxore tantūmodo
conscia paruo succinctus gladio in Senatum peruenit: alii Cassio cōgregati eius fi
lium tunc sumentē virilem togam ducebant in forum. Hinc deinde omnes in Por
ticum Pompeii profecti: ibi cōmorabantur veluti confestim Cesare in Senatū ven
turo. In qua re qui futurum excogitasset: maxime virorū constantiam & in tam gra
uibus periculis fortitudinē admirari dignissime posset. Nam cū ex officio preture
multis cogerentur dare iudicium: nō quiete solum adstantes & differētes inter se
viros audiebant sed veluti ociosi iuditia diligenti cum deliberatione ac maturitate
reddebant: Cū uir quidam. qui iuditium subire nolebat: prouocasset ad Cesarem
& multum exclamans obtestaretur. Brutus ad astantes aspiciens me Cesar inquit
facere iuxta leges non prohibet: neq; prohibebit. Multa etiam alia turbulenta casu
quodam tum contigere. Primū & maximū: quod procedente die Cesar in Senatū

venire tardauit. Nam male succedentibus factis a coniuge domi detinebatur. Preterea ea die proficisci ꝓhibebatur a vatibus. Secundũ vero ꝙ quidam accedens ad Cascam: qui ex cõspiratibus vnus erat: dextera apprehensa tu inquit o Casca archana nobis occuluisti. Brutus mihi omnia nunciauit. Exterrito Casca ridens: ille vnde inqt o beate tam subito diues factus es ꝙ ad Ediles accigeris: ferme itaq; ab Amphibologia deceptus Casca occulta detexit. Ipsũ etiã Brutũ & Cassiũ vir Senatorius Popilius Lena cũ auidissime salutasset: placide susurrans: deos inqt oro vt que corde habetis recte serundant: moneoq; vt maturetis. Nõ enĩ res ipsa tacet. Hoc dicens nõ paruam illis suspitionem iniecit: ꝙ omne id negotiũ persensisset: Interea quidã e domo currit ad Brutum nũcians sibi cõiugem suam mori. Portia enĩ futuri anxia nec cure ipsius magnitudinem ferens: se ipsam vix detinebat. Ad omne preterea murmur ad omnem vocem vt vates que insano furore Bachi tenetur exiliens: quemlibet e foro venientem interrogabat quid ageret Brutus: alteros illuc etiam frequenter transmittebat. Tandem cũ tempus longitudine tereret: vis eius sustentari nequiuit: priusq; domũ sese reciperet. Circũdedere eam sicut erat ĩ media porta sedentem examinatio & ingens stupor. Calor mutationem accepit: & omnino vox faucibus hesit: ad cuius rei aspectum acclamauerũt ancille. Deinde vicinis ad limen domus procurrentibus: statim exiuit rumor sermoq; sparsus est: ꝙ Portia moreretur. Extemplo tamen respirauit illa: & ad se rediit ac a mulieribus suauissime fota est. Brutus hoc audito sicut decuit exterritus: publica tamen minime liquit: neq; domũ ob dolorem accurrit. Iam Cesar etiam venire nunciabatur lectica delatus: deliberauerat enĩ ob infausta sacra: magnũ nihil in eo senatu sancire sed malam simulans valitudinem in aliud tempus: cuncta differre. Cum e lectica egressus esset: occurrens sibi Popilius Lena ille quẽ paulo ante diximus Bruto & Cassio cooptasse: vt eis omnia diu secundarent: permultam horã colloquium cũ Cesare habuit: qui omni cũ diligentia atq; fide audiebat. Ex quo coniurati: vt eos sic appellemus: nõ intelligentes ipsius vocem sed coniectantes ex quibus antea ex illo perceperant. id colloquiũ esse cõspirationis iuditiũ: animis fracti se mutuo aspexerunt: fronte plane confessi nõ expectandũ esse vt caperentur sed confestim potius emori. Igitur Cassio & quibusdam aliis manus imponentibus super capulis gladiorũ quos sub veste tenebant cũ ipsos clam enudassent: Brutus ad gestũ populi Lene aspiciens: qui studiose Cesarem orabat: non quos clam criminabatur nihil locutus est: ob multos alienos viros: quibus immiscebatur. Sed leto ex vultu Cassii exhortatus est. Deinde post paucum Lena Cesaris dextram osculatus inde discessit manifeste cognitus quod pro se ipso ob aliquod ad eum attinens negotium: id colloquium cũ Cesare habuisset. Ceterum Senatu ad consessum ingresso: ceteri Curulem Cesaris circumstetere: veluti quiddam cum ipso collocuturi. Cassium feront ad imaginem Pompeii: versum illam veluti animatam orasse. Trebonius iuxta fores curie moratus ad Antonium: colloquia secum producens eum extra tenebat. Ingresso Porticum Cesare ei Senatus assurrexit. Deinde sedentem statim circumstant illi frequentes: Tilium Cimbrium ex ipsis vnũ obicientes: pro exilio fratris orantem: pro hoc orabant: & simul omnes ac Cesaris manus apprehendentes & pectus illius & caput osculabant. Has preces atq; blanditias Cũ Cesar modeste primũ morã propulsaret: deinde nõ desinentibꝰ illis: in assurgendo repelleret: Tilius vtraq; manu vestem ex humeris illius traxit Casca primus: retro enĩ stabat gladium exerens: eum iuxta humerum vulnerauit: licet vulnus haud altius penetrauerit. Deinde obluctante ob plagam Cesare & magna voce latine clamante: Scelerate Casca quid facis. Ille greco sermone fratrem nominans auxilium sibi petiit. Cesar cum a multis iam saucius foret. & obsistere nolens se circumaspiceret vt vidit

Brutus

Brutum gladium in se nudatũ efferentem manum Casce quam tenebat dimisit Ca
putq; suum veste obtegens corpus vulneribus liquit. Illi tamen inter se ipsos impli
citi multisq; gladiis corpus ipsius aggressi se inuicem etiam vulnerabant. Vnde
Brutus etiã manum plaga illisus est cũ cedis in Cesarem vulnerumq; cõmunicaret
Omnes tum & suo & cesi sanguine maduerũt. Cesare exanimato Brutus ꝓfectus
in medium orare volebat & suasu suo speq; fiducie Senatum detinere. sed ii metu
acti confuse omnino fugerunt. Vnde circa fores persequẽte nullo seu vrgente plu
res: pre turba illisi. Statutũ intra eos validissime fuerat: alium nõ occidere preter
Cesarem: sed omnes ad libertatẽ reuocare. Ceteris tamen omnibus cũ de facinore
cogitarẽt. Placebat occidi etiã Antonium virũ contumeliosum: monarchiamq; fo-
uentem. Preterea addentẽ Cesari vires ex vsu ac rei militaris peritia: obq; id maxi
meq; nature elatum ac magis inhians Consulatum cũ Cesare adsumpserat: eiusq;
collega tunc erat. Sed Brutus his consiliis se obiecit: primũ equitati innixus. Dein
de spem habens mutationis Antonii. Nõ ipsum agnouerat ambitiosum atq; tumẽ-
tum virũ & nimis glorie cupidum. Sed ablato Cesare illum sperabat patrie liber-
tati cõuenturum ac ob ipsoꝝ gratia allectum cũ eis ad cõmune bonum occurrere.
His igitur Brutus saluauit causis Antoniũ. In hoc rerum turbine Antonius muta-
ta veste sub Plebeo habitu fugit. Qui vero cũ Bruto erant: eo duce manus sanguĩe
respersi: & enses strictos ostendentes: in Capitolium profecti ciues ad libertatem
vocant. Initio cedis vlulatus manauerunt: discursionesq; quẽadmodum vnũquemq;
ex dolore ferebat casus tumultum auxere. Verum postq; nulla alia cedes facta est:
neq; rapina quedam vllius rei patrata: cũ fiducia multi Senatorũ: multi etiam po-
pularium in Capitolium ad hos viros ascenderunt. Hic magno numero ciuiũ con
gregato. Brutus verbis gratie populi & ipsi rei accomodatis concionatus est. Que
cũ omnes laudassent: & e capitolio eos descendere iuberent: confisi illi in forum de
scendunt: alius alium subsecutus: Brutũ multi insignes viri in mediũ splendide ni-
mis ab arce deduxerunt: ac in rostris constituere: ad eius aspectũ ꝙ multi ex plebe
ad tumultũ parati procurrerunt. & tacite atq; modeste rei summam expectabant.
Procedente deinde ipso omnes silentiũ indixere. Quod nõ omnibus grata ea cedes
fuit: tunc plane apertum est. Incipiente enĩ orare Cinna & accusare Cesarem: cõtĩ
ipsũ multi ira prorumpere: eiq; maledicere: ita perseuerauerũt vt iterum viri ĩ Ca
pitolium se receperint. Quo in loco timens obsidionem Brutus: optimates illuc se
cũ qui ascenderant dimittit: existimans indignum vt qui in causa nõ participarãt
periculum subirent. Senatus nihilominus postera die cũ conuenissent in tẽplo Tel
luris & Antonius & Plancus & Cicero de abolitione cedis atq; cõcordia conciona-
rentur censuit nõ tantum veniam conspirationis sed sententiam de premiis sibi dan
dis protulit. His Senatus consulto rite decretis inde decessum est. Antonius cum
filium in Capitoliũ obsedem misisset: spem optimam de se prebuit. Vnde Brutus
cũ ceteris ab arce descendit. Quo facto cũ conuenissent: alius alium mixtim com-
plecti dexteramq; cũ dextera coniungere. Cassium Antonius ad se trahens conui-
uam domi recepit. Lepidus Brutũ: ceteri ceteros: vt quisq; cũ quoq;: aut amicitia
aut consuetudine affectus fuerat. Postera etiam die cũ Senatus mane conuenisset
Antonium laudibus prosecutus est: ꝙ bellum intestinũ iam oriens extinxisset. De
inde Bruto adstantibus omnibus multa preconia data: inde diuise ꝓuincie: Bruto
Cretham Cassio Libiam Trebonio Asiam & Cimbro Bitinam designauere: Alteri
Bruto Galliam iuxta Eridanum tribuere. Post hec de testamẽto Cesaris: eiusq; fu
nere cũ sermones inciderent: & Antonius eiusq; beniuoli: censerent testamentũ pa-
lam esse recitandum corpusq; Cesaris efferri nõ occulte nec absq; decore ne ex hoc
irritarent plebis animi pertinacissime contradixit Cassius. Orauit deinde Brutus

Antonioq; concessit. Secundo hoc errore captus. Dum ei Antonio parcit: causa fit
statuendi conspirationi grauem & inexpugnabilem hostem. permittens etiam que
Antonius iudicauerat de funere in Senatu sanciri ab omni spe decept9 euasit. Pri
mum igit̃ testamento cũ legauisset Cesar ciui cuilibet septuaginta & quinq; dra
chmas: Preterea cũ reliquisset ortos qui trãs tibrim erant: vbi nunc est templum
fortune: ingens beniuolentia & admirabile desideriũ omnes tenuit. Postea funere
per medium forum elato ac Antonio laudes iuxta consuetudinem pro rostris profe
rente: cum multitudinem ad suam orationem cõmoueri uidisset: sermonem ad mi
sericordiam flexit Cesaris. vestem illius accipiens sanguine maculatam eã extendit
palam ostẽtans & ictus & vulnerũ multitudinem. Ex hoc dignitatem & decus suũ
nemo seruauit. Alii homicidas occidi clamabant: alii veluti antea in funere Clodii
ex officinis sedilia mensasq; diripientes: & aggregantes in vnũ: permagnam pirã
struxere. In qua corpus cũ posuissent: in medio multorum sacroꝝ immolabiliũ san
ctorũq; locorum illũ cremãtes consecrauere. Quam primũ flamma eloxit: hic inde
irruens: alius atq; alius semicombustos diripientes stipites ad domos percussorum
concurrere: vt ipsas incẽderent. Sed illi antea muniti effugere periculum. Cinna
vir quidam erat poeticus & qui in hoc crimen nihil cõmunicauerat: sed amicus fu
erat Cesaris. Hic ipse per quietẽ a Cesare ad conuiuium vocari sibi visus cũ abnuis
set ab ipso orari: deinde cõgi tandemq; manu comprehensus: ad vastum & obscurũ
quendam locum adduci: & inuitus & stupefactus: illũ sequi se vidit quod somniũ
cũ haberet obtigit vt ea nocte febricitaret: cũ tamen efferretur Cesaris funus pu
dore captus q̃ non adesset: processit ad turbã: que iam irritata erat cognitus itaq;
& ab aliquo appellatus creditus esse Cinna ille qui nuper in frequẽtia incusauerat
Caserem trucidatus est. Hic furor Antonii animum mutauit: quare Brutus ac sui
metu cõpulsi ex vrbe discessere primũ apud Antium cõmorati sunt vt q̃ primũ ira
cundia plebis extincta siue molita foret ad vrbem reuerterẽt: quod facile fore spera
bant: ex repẽti atq; celerrima mobilitate vulgi: preterea q̃ propitium Senatũ ha
bebant Verum Senatus eos dimittens qui Cinnam trucidauerãt: questioneẽ pro
posuit illoꝝ qui domos percussorum inuaserant eorũq; plerosq; comprehendi iussit.
Interea ob Antoniũ qui Monarchiam ferme sibi constituerat Enixus cepit Brutus
desiderari: preterea expectari vt spectacula que ob Preturam debebat: presens
exolueret Sed Brutus sentiens plerosq; qui sub Cesare militauerant & ab eodẽ a
gros & ciuitates acceperant insidias sibi parare & paulatim vrbi affluere Romam
proficisci ausus nõ est. Sed statuit vt eo absente ludi fierẽt magnifice nimis & sũp
tuose. Elephãtes enĩ cum emisset quamplures: iussit eos spectaculis dari: & parce
nihil exponi Sed omnia abusiue tribui: deinde profectus Neapolim: cũ pluribus Ba
chi cultoribus: id est histrionibus ac mimis colloquiũ habuit de comitio quodã qui
in Theatris habeatur strenuus ad necessarios scripsit vt nõ nisi volentem illũ ludis
adducrent. Nõ enĩ fas esse dicebat: grecum quemquam vi cogi. Scripsit Ciceroni
ipsum orans vt omnino his spectaculis interesset. Hoc ergo in statu cũ res essent:
alia oritur mutatio iunioris Cesaris qui iam vrbem aduenerat. Hic erat filius filie
sororis Cesaris & tastamento Cesaris: in filium adoptatus relictus. In appolonia
is morã ducebat. Cum Cesar occisus est: & litterarum studio operam dabat. Pre
terea ibi expectabat Cesarem qui nuper expeditionem in Parthos habuerat: audi
ta cede Cesaris: hic ad vrbem accessit vbi primum fauorem plebis alliciens & sibi
Cesaris nomen assumens: argentum etiã testamento relictum diuidens ciuibus in
antonium seditiose se habuit stipendiaq; distribuens multos qui sub Cesare militiã
egerant ad se traxit. Postq̃ vero Cicero antonii odio fauebat partib9 Cesaris. Hoc
exterritus Brutus Ciceroni scribit quod dominũ moleste nõ ferebat sed eum qui

dominum oderat vereretur. Preterea in republica domestice seruitutis partes eli
geret scribens & inquiēs ꝙ vir bonus esset Cesar sed nostri inquit progenitores ne
ꝗ dominos mites sustinere. Hoc tamen in tempore neqꝫ manifeste bellum delibe-
rasse cognitus Brutus est neqꝫ plane quieturus. Sed vnum tantūmodo consuluisse
nō seruire scilicet. Admirabatur autē Ciceronem ꝙ bellum ciuile periculosū & gra
ue timeret. turpem vero concordiam & infamem nō expauesceret premiū poscēs:
quod Antonium a tirannide eiiceret Cesarem tirannū constituere. Talis in p̄mis
epistolis fuit Brutus iamqꝫ his ad Cesarem aliis ad antoniū partitis atqꝫ militibus
ceu sub hasta venalibus ad eū concurrentibus qui stipendia maiora dedisset rebus
desperatis Brutus Italiam linquere statuit terrestriqꝫ itinere Lucaniam ad Eleam
mari adiacētem peruenit. Ex hoc loco Portia Romam repetitura dolores quibus
vrgebatur viro tētauit occulere. Sed generosa ac magnanima a pictura quadam
prodita est ex grecis erat hic textus: Hector videlicet Troiam exiens ad Andro-
macha comitatus que ab eo filiū susceperat oculosqꝫ in viro figebat. Hec cū aspice-
ret Portia similitudo passionis ipsam ad lacrimas liquefecit pluresqꝫ Portia huc ac
cedens miserandos ploratus emisit. Qua in re cū Acilius quidā Bruti beniuolus
versus quos Andromacha ad Hectorem habuerat recitasset: Hector tu mihi iam
pater es tu mihi frater & optima mater: tu mihi vir dulcis: subridens Brutus Sed
mihi inquit ad Portiam versus Hectoris proferre nō licet. Te tua pensa decent la
nas calatumqꝫ reposce: ancillisqꝫ iube. Corpore enī natura deficit a virili strenuita-
te mente quoqꝫ pro patria nō minus ꝗ nos ipsi viriliis. Hec in historiis suis Bibulꝰ
Portie filius tradidit. Digressus inde Brutus Athenas nauigauit vbi a plebe aui-
de susceptus & honoribus & decretis ornatus apud hospitem quendā mansit. Au-
diens interea Theomnestum Achademicū & Cratippum Peripatheticum philoso
phie cū ipsis operam dabat. At omnino circa id solum vacare videbatur. Verū cir-
ca rem belli absqꝫ suspitione operabatur. In Macedoniam enī misit Herostratū eos
alliciens qui ibidem militarent. Preterea iuniores qui Athenis philosophie operā
dabant apud sese suscepit in quibus Ciceronis filius quem apud ceteros precipue
laudat inquiens seu vigilia ipsa seu somno ductus sit: se illum admirari ita genero-
sum ac ita tirannos exosum cū ad bellum Brutus se manifeste exposuisset: audiens
Romanas quasdam naues cū pecuniis ꝗ multis ex asia adduci: illarum ducem esse
Pretorem virū iocundum sibi notum apud Caristum obuiam sibi factus est: collo-
quio deinde cū eo habito cū ipsum persuasisset acceptis nauibus festū splendidius
duxit: eoqꝫ maxime ꝙ hac ipsa in die primū in lucem editus fuit. Vt ergo ad portū
peruentum est libationes facte atqꝫ leticia de victoria Bruti & de populi Romani
libertate. Hic cū cuperet Brutus magis rem ipsam letificare permagnum cratera
exposcit: quo accepto nulla motus occasione versū hunc protulit. Sed me sors mi
sera & latone perdidit infans. Preter hec in historiis reperitur Brutum in ea pug
na quam in philippis vltimam egit: appollinem in signū militibus tradidisse. Vnde
existimabant eam p̄nuntiatonem huius infortunati conflictus fuisse portentū. Ce
terum antistius ex quibus adducebat in Italiam quingenta milia eris Bruto dedit
Quotquot milites ab exercitu Pompeii Thesalia vagabātur: auide ad Brutum cō
fluxere. a Cinna equites quingentos abstulit. qui Dolobelle in asiam ducebantur.
Cū Demetriada applicuisset ꝗ plura arma que antonio ferebantur nactus est. Ius
su enī prioris Cesaris hec parthicum parabantur ad bellū. Hortensio Pretor Ma-
cedoniam sibi tradente. Preterea reges ac principes circumuicini cū ipsius adde-
rentur partibus nunciatur Gaius antonii frater ex Italia profectus ad copias quas
Epidauri & appollonie Gabinus continebat celeriter aduentare. Vnde desiderans
Brutus ipsū inuenire & preoccupare milites preoccupatis comitibus suis per loca

grauia atq aspera celo etiam affluente niuibus proficiscēs: cū Epidaurꝝ accessisset
ex labore ac frigore defecit. Hec passio maxime contigit ex frigore niuali tempore
iumentis & hominibus lassis seu q calor cū his ex frigore & obturatione meatuū
intus in corpore comprimitur. confestim cibū stomachi consumit seu q rigidus &
acutus quidam spiritus ex niue procedens corpus allidit corrumpitq caliditatem
que ab ipso foras egreditur Huiusce enī morbi sudores caliditas prebere videtur:
que circa corporis cutem extincta est: frigido obuiam sibi facto. Hec in ceteris a-
nimalibus dubia magis sunt. Cū defecisset animi Brutus nullusq in castris ad ve-
scendū cibus haberetur: eius comites coacti sunt ad hostes confugere. Vnde cū ad
portas ipsorꝝ profecti forent custodes cibum petiuere qui audito Bruti casu adue-
nerunt: & ipsi Bruto cibū potumq ferētes: ex quibus Brutus vt vrbem nactus est
nō solum istos sed ceteros omnes huiusce vrbis horum causa sūma humanitate tra-
ctauit. Gaius enī Antonius vt Appolloniam applicuit: illuc milites qui vicini fue-
rant conuocat. Sed postq nouit eos Bruto deditos: Preterea Appolliantes sensit
Bruto obsecuturos vrbem linquens Buthrotum profectus est: primumq in itinere
ipso cohortes tres amisit a Bruto cesas: deinde loca que circa Billidem valide pre
ocupata fuerant superare conatus prelium cū Cicerone comittēs vincitᷓ. Hoc enī
duce tum Brutus vtebatur multaq per eum strenue gesta pertulit. Cū Gaium na-
ctus esset in locis paludosis longe distractum manus conserere passus nō est: sed cir
cūequitans suis iubebat vt abstinerent veluti hostes confestim propria preda futu
ri essent: quod contigit ita vt dixit Illi se ipsos cū duce dedidere: vnde iam magna
potentia Bruto fuit: tempus nō paucū Brutus Gaium in precio habuit & insignia
sue dignitatis nō abstulit. Licet vt ferunt alii q multi ac Cicero ipse a Roma scrip
serint illūq occidi iusserint. Verum cū incepisset clanculum conuenire cū ducibus
reiq innouande studuisset: naui impositus custodie traditus est. Ceterū militibus
Gai ab duce deficientibus & in Appollonia vocantibus Brutum. Nō inquit Brut9
hanc esse Romanorꝝ consuetudinem sed oportere eos ad principē proficisci & apud
eum orare veniam & ea que perpetrauerint excusare delicta vt principis ira emol-
liatur. Ex quo cū aduentassent illi veniamq rogassent: eam Brutus indulsit. Inte-
rea cū esset in Asia profectus e Roma retulit nuncius mutationem reꝝ ibi fuisse.
Iunior enī Cesar aduersus Antoniū nitebatur. Qui cū ex Italia eum eiecisset iam
se timendū omnibus prebuit: ad consulatum adspirans preter legem ac exercitum
alens vrbe huius impēse nō indiga. Aspiciens igitᷓ has ob causas Senatum grauari
& ad Brutum foris oculos flectentem: preterea inclinantem Bruto sententias ac ei
prouincias confirmantem extimuit: confestimq ad Antoniū mittēs ipsum ad ami
citiam ꝓuocauit Deinde copias vrbi sistens consul factus est: nōdum adolescense
tate perfectus sed vigesimū agens annum quemadmodū ipse in suis commentariis
dixit. Hoc facto statim aduersus cōspiratores de patrata cede proposuit: quia virū
dignitate maximum indemnatū occidissent. Accusatorem Bruti constituit. L. Cor
nificium Cassii M. Agrippam Qua in re cū illorū causa respondente nullo deserta
foret coacti iudices sunt proferre sententias. Fertur cū preco vt consuetum extite
rat e tribunali Brutū vocaret ad iuditiū vulgus manifesta duxisse suspiria: optima
tesq oculis defixis in terram silentium egisse. P. vero silitium lacrimauisse moxq
parua interiecta mora ex proscriptis vnū neci damnatum post hec triūuiri cōciliati
Cesar Antonius & Lepidus ꝓuintias partiti sunt ac cedes proscriptionesq ducen-
tarum viroꝝ fecere: in quibus Cicero ipse occisus est. Hec cū nunciarent in Mace
donia coactus Brutus Hortensio scribit. vt Gaius antonius occideretur in Bruti Ci
ceronisq vindictam. Huic enī amicos Brutus alteri antē genere propinquus exti-
terat, His igitur ex causis antonius cū Hortēsium postea in philippis ↄ̄phendisset

(Bruti

eum monumento fratris iugulauit. Brutus causam cedis Ciceronis erubuit magis
vt inquit ꝗ de nece doluerit. Qua in re amicos suos Rome incusabat: qui ex rerum
causa magis seruirent ꝗ culpa tirannorū. Preterea presentes atq; videntes ius spe-
ctare posse dicebat: que sibi tollerabilia auditu nō erant. Cū exercitum iam amplū
& splendidum traiecisset in asiam: classem in Bithinia & apud Cizicum liquit: ter-
restriq; itinere proficiscens ciuitates sibi confirmat: interq; illarū principes siquid
oportuerat iudicauit. In Siriam etiam mittit ad Cassium ipsū reuocās ab Egipto
Non enī aiebat seipsos ob principatum errare: sed ob patrie libertatem copias com
parare quibus tirannos opprimerent. Oportere igiť se ipsos dicebat memores esse
propositumq; seruare: neq; ab Italia longe abesse sed eo festinare ciuibusq; succurrē
His cū pareret Cassius inde abiens Bruto tunc obuiam iuxtaq; Smirnas in mutuū
colloquium venere: tunc primū ex quo Apireo Atheniensi disiuncti. Cassius Siriā
& Brutus Macedoniam petiuit. Leticia ergo vtriusq; ingēs fidutiaq; preterea ob
copias quas vterq; ductabat. Cū enī ex Italia egrederentur similes fugitiuis exuli
bus visi inopes inermes nō solam vnius ordinis nauem nō militem vnū nō ciuitatē
vnicam habentes Inde paruo nimiū tempore elapso conuenere nauibus peditatu eq
tibus opibusq; ita rupiosi vt digni iudicarenť pro Romana libertate certare. Ceteꝝ
volebat Cassius equalem honorē Bruto tribuere: sed preueniebat huic rei Brutus
qui vt plurimū accedebat ad Cassium ꝗ etate precederet corporisq; labores nō e-
qualiter secum toleraret. Erat opinio in re militari Cassium aptissimū esse: iracun
dia aspetū metuq; extimescendū cū domesticis ꝗ risui pronū & scomatis auidum.
Brutum ferunt virtutibus suis a plerisq; amatum ab amicis desideratū: preterea
admiratum ab optimis ipsisq; hostibus non exosū: etiam maxime clemens fuit atq;
magnanimus ab omni iracundia voluptate auariciaq; intactus. mētem etiam rectā
& inflexibilem ad bonū & equū conseruans maximā sibi gloriam auxit & fidei ad-
iumentū in electione partium quā adsumpsit. Nō enī magnus il'e Pompeius si Ce
saris victor euasisset: sperabatur vtiq; dignitatem atq; potentiā suam ex legibus di
missurus. Sed semper rerū potiturus nomine consulatus ac dictature aut alia inici-
ori dignitate plebē consolaturus. Hunc veru Cassium impetuosū atq; iracundū vi-
rum ac plerūq; questus gratia a recto demū ferme existimabant omnes errare atq;
in armis esse ac periculis ꝗ dominacōnem quandā sibi machinaretur nō patrie liber
tatem. Ceteri etenī ea per tempora que hactenus precesserūt Cinne Marii ac car
bones premiū in medio predamq; scilicet patriam ponentes ferme vt ita loquar ꝑ
tirannide patrie certauerūt. Bruto nec etiam hostes hanc mutationis labem impo
suere: sed constat nōnullos ab Antonio audiuisse dicente ꝗ solū putabant Brutum
inuasisse Cesarem a splendore & bono patrie ductū. Ceteros vero ex inuidia atq; o
dio in virū conspirauisse. Vnde Brutus nō potentia tantū quantum virtutibus no
tus erat. His enī innixus iamiam periculo. Vicinus scribit atticum optimo in statu
mentem suā locatam esse. aut enī victor Romanā remp. liberabo aut moriens a ser
uitute euadam. Alii licet vite certitudinē atq; securitatem sibi proponant: tamen
incertū est an cū libertate victuri sunt siue morituri. M. antoniū inquit meritam
penam daturū: qui cū posset in Brutis & Cassiis atq; Catonibus numerari se ipsū
Octauio addidit qui licet tum alio modo nō superetᷣ: Post paucū tamen cū illo pug
nabit. Hec quidē optime de uenturis Brutus diuinasse visū est. Ceterū pecunias
q̄s Cassius ꝗ multas Smirne colligerat. secū vt participaret petebat Brutus. Que
enī Brutus habuerat cū struxisset classem qua omne interius mare subiecerat ex-
penderat: nō permisere tamen amici Cassii illas dari dicentes equū nō esse ea que
parce teneret & cū odio congregasset: Brutum accipere & cū ipsis magnum apud
populū fieri gratiosūq; militibus esse. Nihilominus Cassius partē omnium illarum

terciam illi dedit. Post hoc iterũ disiuncti ꝑagendorũ diuisione: cũ Cassius insulã
Rhodum vi cepisset: nõ vt decuit rebus vsus est & circa inclementiã maxime. Hu
ius autẽ ingressu insule cũ appellaretur rex atq; dominus respondit se neq; regem
neq; dominũ esse sed regis atq; domini interfectorem. Brutus vero litios pecunias
exercitũq; poposcit. Sed Naucrates qui princeps erat in populo: Postq; persuasit
ciuitatibus Bruto dissentire & colles quosdã tãq; aditũ clausurus premuniri fecit
Brutus cũ primum prandentibꝫ ipsis equitatũ immittit: a quo sexcenti trucidati:
deinde loca atq; castella expugnãs captiuos omnes absq; redempcõne dimisit velut
illos ad suã beniuolentiam addicturus. Sed pertinatiores facti sũt iracundiam au
gentes ex damnis que passi fuerãt clementiam & humanitatẽ omnino cõtempsere
quousq; Brutus eorũ bellicosissimos persecutus apud Xanthum eos obsedit q iux
ta ciuitatem labente flumine subnatantes in menia quesiuere euadere. Capti in re
tibus pleriq; fuere que vsq; ad ima aque emittebant. Summitates enĩ retiũ tintina
bula quedã appensa habuere quoꝝ sonitu plane cognoscebatur subnatantẽ in retia
incidisse. Ceterum cũ Xanthii machinis quibusdã Romanorum irruissent ignẽq;
ipsis iniecissent a Romanis cogniti vt se recepere in menia inspirante in eos validis
sime vento ex facibus flamma ad ligneas turres delata est ac deinde ac viciniores
ciuitatis domos ingressa. Ex quo timens Brutus vrbis incendium militibus suis
iussit vt ad extinguendos ignes hostibus auxilio forent. Litios deinde impetus q
dam durus & dictu incredibilis ad desperationẽ accepit: quam desiderio mortis p
similem quis iudicaret: Liberi enĩ & serui cũ filiis atq; coniugibus suis. Preterea
omnis etas ac omnis sexus hostes ad comprimẽdos ignes immissos reiiciebãt eosq;
ferire haud cessabant: ipsiq; calamos ligna omneq; ignis fomentũ afferẽtes ignesq;
in vrbẽ inducebant: omnẽq; materiã ipsi prebentes omniq; quo poterãt modo nutri
entes incendiũ vt late flãma se sparsit & ꝑ ciuitatẽ circũplexa vndiq; multa eluxit
eos miseratus Brutus foris circũequitans auidissime auxiliũ ipsis obtulit. Deinde
& manus extendens ipsos orabat vt sibi ipsis parcerẽt: vrbemq; saluarent. Sed hi
nihil his verbis intenti sed omnino de se ipsos perdẽtes nõ solũ viri ac mulieres sed
pueri paruuliq; cũ clamore atq; vlulatu igni insiliebãt. Quidam vero ab excelsis se
ipsos muris precipitauerũt: alii suoꝝ patrum ensibus iugulum nudũ porrigebant o
rabantq; vt se ferirent. Consumpta ciuitate inuenta mulier est que laqueo se appẽ
derit: que paruũ infantem manibus strangulauerit que incensis ardens lampadibꝫ
domũ combusserit. Hoc spectaculum ferme tragicum videre Brutus passus nõ est
Verũ in eius auditu collacrimauit: constituit premiũ militibus suis qui hominem
Licium saluassent. Dicunt hos tantũ centum & quinquaginta fuisse: qui salutem
suã minime effugerunt: Xanthii ergo vt iussersit fata per multa tempora sue euer
sionis rursũ consecuti simili audatia ꝓgenitorum suoꝝ cladem innouauere: Illi enĩ
eandẽ vrbem bello Persarũ similiter incendentes se ipsos absumpsere. Verum Bru
tus Patereorũ ciuitatẽ aspiciens contra se ipsũ inniti: eam inuadere noluit similem
desperationẽ & crudelitatem timens. Habens autẽ quasdam ipsoꝝ mulieres capti
uas eas nõ redemptas sed omnino liberas dimisit. Que coniugibꝫ ac patribus qui in
signes ingente Patereorũ erant de Bruto narrantes: q vir esset continẽtissimus &
iustissimus eos Bruto cedere suaserunt ciuitatemq; tradere: ex hoc & alii hos imi
tari se ipsos Bruto cõmisere potiti duce optimo & preter spem viro beniuolo: qui
cũ Cassios Rhodios ferme per eandẽ tempestatem coegisset vt aurũ & argentum
quod quisq; priuatim sibi possederat ipsi afferret ex quo circiter octo milia talenta
collegerat: ipse a Litiis centũ & quinq̃ginta talentis exactis. Cũ his nihil aliud fe
cisset iniurie in Ioniam ꝓfectus est. Multa quidem digna hoc tempore fecit: hono
res penasq; in benemeritos statuens. Vnum quo & ipse & Romanorum optimi

ferati sunt exprimam. Cũ Pompeius magnus Egipto atq; Pelusio propinquaret:
quando illũ magnum principatũ amiserat & a Cesare fugiebat: curatores regis q
adhuc puer erat cũ beniuolis suis frequẽtes erant: nõ inter se eadẽ sentientes. Qui
busdam enĩ videbatur ipsũ recipi: aliis ab Egipto repellere. Theodotus vir quidã
cuius in Rethorica facultate mercedis gratia regis preceptor cũ ex inopia melioꝝ
rogatus fuisset vt consiliis adesset: vtrosq; consultores errare ostendit: eos scilicet q
Pompeiũ recipi iudicabant ac eos qui repelli cũ ab Egipto iubebant. Vnũ enĩ vti
le esse inquit vt receptũ occiderẽt: addens consiliis hominem mortuũ nõ mordere
Huic sententie cũ Senatus inclinaretur incredibile & inexpectatũ fuit exemplum
Pompeius magnꝰ rhetorice Theodoti atq; facũdie sicut ipse orator iactare postea
nõ est veritus. Paucũ deinde post tempus cũ Cesar inuasisset Egiptum: illi ob iu
diciũ suum pessimũ pessime extincti sunt. Theodotus vero sorte quadã ad ignobi
le & miserũ quoddam tempus reseruatus errabundus Brutũ vero latuit: cũ Asiã
exercitu petiuisset. Coram Bruto itaq; adductus atq; damnatus magis ex morte
nomen q̃ ex vita adeptus est. Cassium interea Brutus vocauit in Sardis: quo acce
dente Brutus cũ amicis illi obuiã fit: vtrosq; armatus exercitus ĩperatores appel
lauit. Queadmodum autẽ in rebus magnis & amicis multis ac ducibus cõtingere
solet: ibi ex causis quibusdã innatis atq; calumniis. Ante cetera omnia cõfestim ex
itinere ipso in parte quadã hospitii sese colligere. Ibi amotis procul arbitris & fori
bus clausis ad mutuas querelas deuenere: deĩde sese arguere criminariq; cepere Ex
his cũ ob vtriusq; vehementiã ad lamentationes lacrimas audaciãq; fluxissent ad
mirati eoꝝ beniuoli asperitatem vocis & tonũ extimuere ne ex hoc vlterius prore
derẽt. Immissi igitr̃ ad eos ingredi ausi nõ sunt. Marcus autẽ Faonius Catonis imi
tator neq; doctrina magis q̃ vbertate quadam & insano ferme affectu philosophãs
intro ꝓfectus est: quanq̃ a domesticis inhibitus. operepreciũ quippe erat nancisci
Faonium intra cuiusq; generis litigantes. Vehemens enĩ erat in omnibꝰ atq; prom
ptissimus. Verũ hac in re nõ existimabat se dignũ inter hos Romanos duces cõsul
torem: sed qui audacia quadã Cinnica: vt alias nõ semel altercantiũ iras extingue
ret: cũ iocunditate risuq; receptus vi itaq; cũ per ꝓsentes manibus sibi locũ vendi
cans portas irrupit & composita voce ad eos accessit: carmina recitans que Home
rus Nestori dedit. Sed credite nobis ambo etenĩ iuuenes magis estis: deinde vt se
quitr̃ Cassius irrisus est ductus. Brutus ipsũ foras eiicit: vere falsũ canere grecis
vocabulis ipsum appellans & nihilominus hoc tunc finẽ illoꝝ altercatioĩbus dedit
statimq; disiuncti sunt. Hinc Cassius cũ cenã apparuisset: Brutus amicos conuocat q
cũ oẽs discubuissent: Faonius ex obliuione dimissus vbi se lauerat intercenandũ ac
cessit Sed attestãte Bruto illũ nõ accersitũ illuc venisse & ob id ĩ infimã spondã de
duci iuberet. Faonius vi ꝓfectus in medium discubuit. Inde cibus potusq; nõ inio
cundũ risum atq; iocũ exibuit. Postero die Brutus. L. Pallam ciuem Romanũ qui
sub ipso militauerat: sibiq; iam fidus fuerat sardianis furti ipsũ criminantibꝰ pub
lice damnans ipsũ infamem reusuit. Quam rẽ grauiter Cassius tulit. Ipse enĩ ante
dies paucos suos eisdem delictis redargutos priuatim admonitos palam dimisit eis
q̃ tum etiã vtebatr̃. Vnde Brutũ improbabat q nimis austerus atq; seuerus foret:
eo tempore in quo humanitate atq; clementia opus erat. Sed ille eũ admonebat vt
idus martias in memoriam sibi duceret: in quibꝰ Cesarem occiderunt. Nõ enĩ cesũ
aiebat q omnes homines vndecũq; vexaret: sed q substentaculum ac columen illis
foret qui id facerent. Quare siqua occasio laudari potest ex qua negligeretr̃ iustum
satius fuerit Cesaris amicos tolerare q̃ eos qui corã se ipsis delicta patrarent. Illis
enĩ inhumanitatis crimen imponitr̃ nobis iniquitatis. Ceteꝝ cũ ex Asia digressuri
essent: dicunt admirandũ signum seu portentũ Bruto fuisse. Natura quidem erat

somni parcissimus: hic vir somnumq; & exercitatio & continentia ad paruu tempo
ris spaciũ producebat. Interdiu dormiebat nunq; noctu tantum quãtum neq; qcq;
facere neq; cũ quoq; colloqui quiescentibus omissis instante bello hic rerũ omnium
summã habens in manibus: preterea sensus omnes rebus futuris exponens. cũ pri
mũ in foro ex cibis somnesceret quiescebat. Deinde reliquũ noctis tempus necessa
riis rebus dabat: si vel superabat tempus: vel negotia illa deficiebãt: vsq; tertiam
vigiliam litteris operã prebebat. Iuxta enĩ eandẽ horã Centuriones atq; Tribuni
secũ conuenire consueuerant. Cum ergo ex Asia discessurus foret: exercitũq; trai
cere vellet: nox equidẽ erat profunda & ferme media: lumen vero splendidũ nimis
contubernia nõ habebant & silentium vndiq; tenebant castra. Is itaq; secũ aliquid
reputans sibi ipsi intentus aliquem a se ingredientẽ presensit: ad introitũ aspitiens
horrendã & monstruosam aspexit imaginẽ corporis feri atq; terribilis: silentio sibi
adsistere. Interrogare tamen eam ausus Brutus. Quis inquit hominũ aut deorum
es quid tibi vis? qui ad nos venisti: ad que murmurauit ille. Tuus o Brute malus
Genius sum: in philippis me videbis. Tum Brutus nõ exterritus: videbo respõdit
Verũ cũ euanuisset imago: accersitis pueris atq; his dicentibus se nullam vocẽ au
diuisse: atq; nullam vidisse imaginẽ: Brutus accubuit. Deinde suborta luce versus
ad Cassium visionem ei narrauit. Tum Cassius rationibus Epicuri innisus cõsue
tus & alias in his cũ Bruto differre. Noster inquit o Brute hic sermo est: q nõ om
nia vere patimur: neq; vere videmus: Sed mutabile & deceptibile quiddã noster
sensus est: preterea intellectus est perspicax admouendũ sensũq; illũq; e subiecto in
illo mutare ad omnẽ formã. Imaginatio enĩ cere similis est. Anime vero homĩs q
fingens & ficta pariter habet: facillimũ est per se ipsam idem variare componereq;
Hoc ostendunt somniorũ imitationes: quas breui momento fantasia vertit in multi
formes passiones & imaginũ species: moueri semper naturale hoc est. Motus autẽ
vel fantasia est vel quedã intelligentia tibi o Brute corpus natura triste eleuat in
tellectũ atq; diuertit. Demones nullo pacto esse credibile: neq; si sunt hoĩm habẽt
formã aut vocẽ siue potentiam: que ad nos pertrãseat quam vellẽ O Brute hos esse
ut non solum armis equis nauibus sed deorum suffragiis fideremus qui optimorũ
operum ac sanctissimorum duces sunt His sermonibꝰ Cassius Brutũ emoliuit. Cũ
milites ad prima signa egrederentẽ. due aquile simul impetu magno delate iuxta ca
stra euolauere usq; Philippos a militibꝰ continuo enutrite: ex quo loco ea die que
pugnam antecessit abire vise Ceterũ plerasq; vicinas his locis gentes Brutus sibi
subegit Si qua ciuitas aut dux ipsis obsisteret: tunc omnes illuc copias conducẽtes
tantos totq; expugnauerunt vt vsq; mare ad vrbẽ Chassum pgressi fuerint. Hinc
iuxta Norbanum in locis que difficillima atq; angusta sunt castra ponẽtibus insul
tantes in ipsos hostes eos vt absisterent coegere & dimissis locis fugauere. Qua in
pugna cũ Cesar ob valitudinem abesset: ne copias Brutus caperet parũ abfuit: nisi
auxilio & breuitate more contra Brutũ ceterosq; hostes incredibili celeritate An
tonius succurrisset. Deinde post decem dies venit & Cesar: castra disposuere ad
uersus Antoniũ Brutus & aduersus Cassium Cesar: campi qui in medio eorũ adia
cebant Philippos Romani appellauere. Hic tunc maxime Romanorũ vires vtriq;
cõuenere: Verum multitudine Bruti copie nõ parũ distabant a militibus Cesaris:
sed ornatu & armorũ ipsorũ cultu splẽdidior Bruti exercitꝰ apparuit. Ex auro enĩ
pleraq; horũ arma videbantur, argentumq; inter eos habunde exuberabat: licet in
ceteris ex singulari quadam Brutus modestia ductores sui exercitus parce & mo
dice assuetos cõtinuisset. Censũ enĩ quem circa manus & reliquũ corpus habebãt
existimabat in viris honore cupidis quiddã dignitatis ac elationis adducere. Pre
terea huiuscemodi ambitiosos atq; cupidiores viros bello asperiores fore: si amorẽ

Brutus

& fiduciam in armis perinde ac diuitiis eoꝝ posuissent. Ceterum cũ castra lustra
rentur: paucũ tritici & quinq; drachmas viritim ad sacra diuiserunt. Quam rẽ mi-
lites Bruti cõtempserunt ex parsimonia seu ex pusillanimitate. Inde ipso sub diuo
quẽadmodũ est consuetudo lustrauere exercitum atq; pro sacrificiis ciuilibus secũ-
dum eorũ contubernia frumẽtum debitũ & quinquaginta partiti drachmas & ex
beniuolentia & auiditate pugnãdi longe magis beniuolos suos adepti fuere. Nihi
lominus in hac castrorũ lustratione memorant pestiferum quoddã de Cassio visũ.
Coronam enĩ inuersam ac delaceratã eius satelles sibi attulit. Dicitur & antea in
spectaculo quoddam victorie signũ ex auro conflatũ: cũ sibi apportaretẽ cecidisse la
bente illo qui eam afferret: preterea volatilia plura que carnibus pascunẽ quotqt
diebus in castris apparuisse. Examen etiã apum circa locũ quendam intra vallũ in
sedisse: quẽ locum augures superstitione cõmoti clam exclusere a castris. Hoc etiã
Cassius ex Epicuri rationibus suduxit. Sed eius milites omnino perterriti: dein-
de nõ vehementer optabat Cassius in presentiarum rem ferro decerni: sed censuit
milites ꝙ auro dicebat esse vberiores: numero vero dificere ab hostib9 preliu mo-
rã terre. Brutus autẽ festinabat id expediri quod celerrime ab hostibus aut liber
tas patrie expediretur: aut viri omnes q̃ impensis militia & imperiis vexabanẽ. his
malis liberarentẽ. Dumq; hec animis reputaret: aspitiẽs Brutus equites suo q iam
initia pugne acceperant ꝑualere & aduersus hostes salubriter prosperari. Dũ ma-
gis mentẽ attollit: defectiones etiã quedam ad hostes calumpnieq; atq; suspitiones
in castris innate: plures ex amicis Cassii ad sententiã Bruti verterũt. Verũ Attel
lius vnus ex beniuolis Bruti ipsi aduersabatur iubens ad pugnã hiemem expectan-
dam omnino esse: quẽ cũ interrogasset Brutus: quid expectatio illa in alium annũ
conduceret? respondit plus tamen temporis viuã. Ad hoc Cassius indignatus est:
sed nihil minus Acellius & alios simili sermone dicati haud mediocriter lesit. de-
cretũ est igitẽ postera die preliũ cõmittere. Brutũ interea optima spe fretus ac phi
sicis rationibus innixus peracta cena nulla quieuit. Cassiũ inquit Messala cenauis-
se: secũq; in cena ex domesticis habuisse ꝙ paucos & preter nature sue cõsuetudinẽ
secũ meditantem tunc conspectũ fuisse: ac silẽtio pressum: deinde amota mensa re
fert: eũ cũ suam manũ apphẽdisset: hec verbis grecis iactans vt consueuerat ꝓtu-
lisse te o Messala testor hec Pompeio magno coactus prebui vt vna in pugna ꝓ pa
tria iacta alea sit: mentẽ tamen bonam habemus cũ ad fortunã intuemur: cui & si
malum consiliũ minimus: diffidere haud iustũ. Hec locuto Cassio refert Messala il-
lum tunc vltimo se complexũ: deinde ab ipso se in posterũ diem conuiuã vocatũ: in
qua eius natalitiũ celebrabant. Vt vero illuxit dies vtriusq; castris Bruti & Cassii
certaminis signa imposita sunt: paliũ rubeũ ipsi in medio conuenere castroꝝ. Dein
de Cassius vtinã Bruto inquit nobis vincere datũ sit: simulq; per omne tẽpus mu
tua felicitate cõiungi. Cũ autẽ maxima rerũ humanarum incerta sint. & ꝑter vtri
usq; mentẽ euadentes prelio: nõ facile est vt nos iterũ mutuo videamus. Quid aũt
de fuga aut de nece decernis? Ad hec respõdit Brutus: adhuc cũ iunior essem Cas
si & rerũ inexpertus: nescio quomodo in philosophia sermonẽ edidi magnũ in quo
aduersũ Catonem sum inuectus: ꝙ se ipsũ peremisset tanq; nephas & inhumanum
esse fatis cedere neq; intrepide recipere que contingunt sed ea fugare nunc diuerse
sententie in casibus fio: quare si deus presentia nõ tueatur: iterum alios apparatus
iterũ alias spes redarguere nõ est opus sed a fortuna liber euadã: idus martias lau
dans in quibus libertatem patrie dedi alibi victurus ob patriã liberã & gloriosam
& splendidam vitã. His verbis subridens Cassius Brutum complexus. Hoc inquit
proposito in hostes irruamus Aut enĩ vincem9 aut vincentes nõ timebimus. Post
hec presentibus eoꝝ amicis de struẽdis aciebus inter eas sermo exortus est. Brut9

Cassium postulauit vt dextrũ sibi cornu concederet quod ob peritiam rei militaris & ob etatẽ magis videbatur Cassio ꝑtinere. Nihilominus hoc concessit. Preterea Messalam hoc in cornu bellicosissimã partem militũ habentem locari iussit q̃ pacto Brutus equitatũ eduxit omni ornamento maxime cultũ: iuxta quos haud segnius pedites instruxit. Antoniani versus paludes vbi castra posuerant vallũ iecere: iterq̃ ad mare Cassio precludebant. Cesar inter hec iocabat absens ipse quidẽ ex mala valitudine: sed eius copie que aduersus hostes pugnature haud nimiũ videbantur sed incursionibus tantũ ꝓ tempore vsure que leuibus sagittis atq̃ tumultibus insidiantes aduersarios perturbarent. Parũ hi intenti cornu opposito Bruti clamorem qui circa vallũ effundebatur admirabant. Non enĩ huius causam scire poterant & hic continuus multusq̃ efferebatur. Interea cũ a Bruto Tessara prodiret: ex q̃ ꝑlii signũ ducibus dabatur: ipseq̃ Brutus eques legiones ambiret admonens vti spem bonã haberent: pauci expectare potuerũt vt signum sibi datũ acciperent. Alii vno impetu ingenti clamore in hostes prosiluere. Perturbato igit̃ acierũ ordine ac legionibus hinc inde distractis: a Messala primũ deinde a ceteris sinistrũ Cesaris cornu pretermissum. Vnde parũ in hoc latere ferientes in media castra procurrunt. Ex his Cesar vt ipse in cõmentariis suis scripsit: cũ quidã Artorius Marcus inter domesticos Cesaris primus in somnis esset admonitus priori nocte vti Cesar inde abiret castraq̃ relinqueret: Antea parũ excesserat creditũ tamen est eũ tum occisũ fuisse. Lecticam enĩ ipsius licet vacuã pilis ensibusq̃ cũ perforarent: hinc lacerã abstraxere. In castris inde fit magna cedes comprehensoꝝ. Preterea duo milia Lacedemoniorũ qui nuper in auxiliũ Cesaris aduenerant cesa mõ enĩ ambierunt Cesaris copias sed recta irruentes facillime perterritos auerterũt: strictisq̃ gladiis tres cohortes fudere: deinde fugientes alios impetu persecuti in castra sunt vincendi cupiditate detenti Brutumq̃ ipsũ ducere habentes. Ceterum id quod victores haud aduertunt Cesar ipse victus ostendit. Nondũ enĩ & scissum latus aduerse phalãgis a qua dexterũ cornu Bruti disiunctum erat: dũ insecunt̃ mediã eoꝝ aciem non omittunt sed magno conamine in ea detinentur. Sinistrum vero Cassii & ex cõfusione militum & ex ignorantia rerũ que obtigerant in castra cũ fugauissent illos intra vallũ persecuti cuncta diripiũt presente nullo imperatorũ. Antoniũ etenim dicũt initio pugne hostium congressum euitasse atq̃ in paludẽ sese recepisse Cesar vero necubi manifestus erat nam vallum exierat. Quidam ꝑterea Bruto enses sanguine madentes ostentauerunt: iactantes se illũ interfecisse effigiem oris ac etatẽ in qua fuerat referẽtes. Interea & Cesaris media acies strage suppreme cede oppressa fuerat & omnino Brutus victor apparebat: queadmodũ Cassius victus. Hoc vero solum hoꝝ res in perniciem duxit ꝙ Brutus Cassio veluti victori auxiliũ non tulit. Cassius Brutũ veluti victũ expectare nõ potuit: deinde ꝙ messala victorie metas posuerit ꝙ tres aquilas & plura hostiũ signa comprehenderit ipsiq̃ nihil amiserint Verũ rediẽs Brutus iam deleto Cesaris apparatu admiratus: ꝙ copias Cassii sicut consueuerat in loco nõ videret excelso neq̃ cetera ordine suo esse: rapta etenĩ extẽplo atq̃ dilacerata fuerũt ab irruẽtibꝰ hostibꝰ. q̃ veru iuxta ipsũ erãt aciẽ acutiorẽ habẽtes sibi retulere: sese multas videre cassides fulgẽtes: multos clipeos argenteos intra vallum Cassii deferri. Vnde apparere sibi neq̃ eundẽ numerũ neq̃ eũdem armatorum apparatũ esse quos reliquisset. Nihilominus nec se videre cesoꝝ multitudinẽ qualem fas foret tot cohortes vide mctis Hec primũ mentẽ Bruto ꝓbuere Cassiane cladis: relinquens igit̃ perfidia in castris hostium milites reuocat: eosq̃ cogit tanq̃ laturos Cassio auxiliũ sed res Cassii sic ierant: neq̃ libenter aspexit Cassius primũ ingressum militũ Bruti ꝙ sine signo sine iussu irruissent in hostes. Neq̃ sibi placuit ꝙ hi victores confestim ad rapinã ꝓcurrissent & ad questum contemnẽtes hostes circũdare. Quare dilatione sua atq̃ ignauia magis q̃ consilio & impetu

ducum a dextro hostiũ cornu circũopprimebatur: moxq; vt equites inclinare vicin
& uersus mare de fuga cogitare subfugiẽtes etiam pedites retinere temtauit sig-
numq; ab euadente milite uno rapuit & illud ãte pedes fixit. Sed militib; qui circa
corporis sui presidiũ locati fuerant haud sponte manẽtibus coactus Cassius cũ pau
cis in editũ collem vnde castra spectari poterant: euadit: sed preter castra ab hosti
bus capta hic nihil ꝓspexit. Erat enĩ visũ ebetior. Equites vero circũstãtes aspicie
banẽ multi qui ad ipsũ aduentabant hi erãt illi quos nuper Brutus in presidiũ sibi
miserat. Sed credidit Cassius has cohortes hostium esse qui ipsũ aggrederentu
ex presentib; vnũ tamen dimittit nomine Titinium qui concta specularẽ. Hic e
go ꝓfectus equites aduenientes minime latuit. Sed vt eũ videre virũ amicum &
Cassio fidũ leticia exultant. Inde consueti salute data ex equis dissilire dextrasq;
iunxere. Alii ipsũ ambientes ex magno gaudio cũ plausu peana cantabant qđ maxi
mũ malum euitauissent. Interea Cassius vere existimauit Titinium ab hostib; cap
tum: cũq; hoc dixisset ob salutẽ nostram spectare potuimus virũ amicissimũ ab ho
stibus raptũ: tristis in solo quodam tabernaculo sese recepit. Ex libertis vnũ nomi-
ne Pindarũ secũ trahens: quẽ ex cladibus Crassi ĩ hos extremos casus sibi appara-
uerat. Tunc Cassius clamide obducta caput obtegens iugulumq; enudans sese fe-
riendũ prebuit. Auulsũ ab humeris caput repertũ est. At Pindarum post cedẽ hãc
nemo hominũ vidit. Ex quo plerisq; scrupulũ dedit ꝙ iniussus virũ interfecisset.
Post hec haud longe equites manifeste cogniti sũt. Et Titinius corona redimitus
ab his redibat ad Cassium. Vt vero ex ploratu & amicorũ sese affligentiũ questib;
& ululatibus rem ĩtellexit & errorem ignorantie: ensem diripuit multumq; in suã
tarditatem inuectus se ipsũ iugulauit. Brutus conflictũ etiam Cassii cũ intellexis-
set approperans iuxta vallũ mortẽ ipsius audiuit: corpus deinde cum exornasset lu
ctibus: ac sũmum Romanorum virum omniũ eum appellauisset asserens nullũ iam
posse ciuẽ talem in vrbe fore ipsũ dicenter ornatum: Tassum mittit vt in exercitu
eius funus turbe atq; mestitie causa non esset quo peracto ipse Cassianos milites
cogens eos solitus est. Preterea cũ aspexisset omnes necessariis expoliatos ꝓ rebus
amissis cuilibet duo milia drachmaꝝ pollicitus est. Milites ad huius orationem spe
recreati sũt: magnitudinẽ largitionis admirati: deinde abeuntẽ eum cũ leto clamo
re sunt comitati: ipsũ laudibus efferẽtes ꝙ ex quatuor imperatoribus solus ipse in-
uictus fuerit. Factũ enĩ res ipsa docebat & prelio tunc bene secũ peractum esse cõ-
stabat. Nam cohortibus paucis aduersarios omnes fugauit: si omnibus copiis vsus
esset ĩ pugna nec plurimi omissis hostibus ad hostilem predã corruissent. Nulla ꝓ-
fecto pars ipsoꝝ inuicta vt credit̃ remãsisset. Hoꝝ octo milia cesa cũ domesticis q̃s
Brutus Brigas appellare solitus erat. Aduersarios refert Messala se extimare plu
resq̃ in duplo cecidisse. Quapropter magis extimescebant illi anteq̃ Cassii seru9
nomine Demetrius nocte imminẽte ad Anthoniũ venisset. Is enĩ e cadauere clami
dem rapiens atq; ensem ad Antoniũ est ꝓfectus: quibus delatis ita confidere cepe
runt. vt prima luce copias ad pugnã ducere statuerint. Ceterum cũ vterq; exercit9
apud Brutum satis cũ periculo fluctuaret sue etenĩ copie captiuis honuste diligen
tiori presidio egebant. Cassiani vero imitationẽ ducis nõ facile ferebant sed aduer
sus victores inuidia quadam ac odio flagrabant. Milites in armis esse iussit: pugna
tamen abstinuit. Captiuoꝝ deinde qui serui fuerant & in armis suspecti versabanẽ
occidi iussit liberos a vinculis soluit. Inquiens optare se vt ab hostibus magis cape-
rentur & apud eos captiui & serui fierent: apud se enĩ nisi ciues & homines liberos
esse nõ posse. Quam rẽ cũ aspiceret duces & proximos suos moleste ferre: eos ocul
te taciteq; saluauit: clam eos e stationibus proripiens. Inter hos viri quidam erant
Volumus Minimus & saculio Histrio captiui: quos cũ Brutus in aliqua forte non

ponerent eos adducentes & amici corã Bruto ipso criminabant̃ quod etiã tũc neq̃
dicere neq̃ carpere contumeliose abstinerent. Quocirca tacente Bruto alius implici
to curis Messala Coruinus censuit vt eos virgis cesos nudos traderent hostiũ du
cibus vt viderent qualiũ viroꝝ in exercitu egeant compotatorũ atq̃ dicatiũ. Publi
us Cascha is qui primus Cesarẽ percussit: nõ belle inquit defuncto Cassio cũ risu
iocoq̃ sacra facimus. Tu vero Brute clare ostendes q̃lem animũ habeas circa Colle
gam ducẽ: si hos punieris mordaces ac cõtumeliosos viros aut in vinculis truseris
qui ei male dicere haud cessabãt. Ad hec indignatus Brutus: cuid ergo inq̃t o Ca
scha me interrogatis: cur nõ ipsi iuxta libitũ facitis vestrum. Hoc responso captas
se visi Bruti mentẽ aduersus miserrimos hos viros ipsos inde abductos perdidere.
Brutus deinde dona ꝑmissa militibus tradidit moxq̃ pauca questus ꝙ nuper pug
ne signũ nõ audissent ꝙ vniuersi ĩmoniti atq̃ confusi in hostẽ erupissent. Pollicitus
ipsis est si victoriã proxime pugne reportarẽt duas ciuitates in predã liberam sese
concessurũ. Thesalonicã & Lacedemonẽ. Hoc solum in vita Bruti inter cetera cri
mina quibus arguit̃ inexcusabile haberet̃. Licet longe his grauiora prima militibus
suis Antonius atq̃ Cesar ꝑmiserint. Italiam fetire totã exclusis antiquis habitato
ribus ac possessoribus eius vt ea loca illi ꝑterea ciuitates integras nihilõiue sibi per
tinẽtes acciperent. Sed illis q̃dem dominari ac vincere propositũ erat & hic erat
belli ipsoꝝ finis. Brutũ ex sola virtutis gloria neq̃ vincẽ neq̃ saluari creditũ est ni
si cũ bono & equo. Hec igit̃ concessit post excessum Cassii qui a plerisq̃ accusabatur
ꝙ Brutũ ad iniusta quedã & violenta adduceret. Sed queadmodũ in naue temone
effracto conant̃ alia ligna figere & iuxta necessitatem operi adaptare licet male id
possit. Sic Brutus in tot & tantis copiis haud nimiũ re fortunata Collegam ducem
nõ habens q̃ pari lance responderet rebus cogebat̃ presentibus vti. Preterea multa
facere ac multa dicere militũ suoꝝ arbitrio. Quare videbat̃ oĩa illa cõcessurus que
Cassii milites placatura erãt. Intractabiles enĩ hi erant in castris ex ammissione du
cis asperi & effrenes aduersus hostes ex cõflictu precepto ignaui ac timidi. Nihil
vero melius Antonii ac Cesaris se res habebant q̃ necessario vtebant̃ vt aiunt foro
& ex castroꝝ concauitate asperrimã hiemẽ expectabant. Paludib⁹ enĩ impliciti ꝑ
terea post pugnã autumnalibus pluuiis copiosi limo oĩa cõtubernia ĩpleuerant: atq̃
q̃ que ex frigore in glaciẽ densabat̃ dũ hoc in statu sese vtrinq̃ habẽt de clade de pe
lago accepta nunci⁹ in castris Cesaris refert. Plures etenĩ copie militẽ q̃ ex Italia
Cesari ducebant̃ a nauibus Bruti assumpte sũt. Hoꝝ perpauci hostes effugiẽtes ex
fame vela rudentesq̃ mandẽtes supstites tamen fuerũt. Hec audiẽtes Cesar & an
tonius festinauerũt rẽ ferro decerni anteq̃ Brutus victoriã ꝑsentiret. Eadẽ nanq̃
die obtigit ut terrestris pugna cõmissa fuerit atq̃ naualis. Verũ quodã ex casu ma
gis q̃ ignauia eoꝝ qui nauibus presidebãt ignorauit Brutus victoriã partam cũ iã
viginti dies abessent. nõ enĩ pugnã ꝯseruisset secũdam cũ ꝑmultũ tẽpus res necessa
rias ꝓ castris reparauisset. Preterea ipse in locoꝝ oportunitate tenebat exercitum
hiemis expers nec facile hostib⁹ inuadendus vicisse mari vicisse etiam cõtinenti ad
spẽ magnã Bruti dignitatẽ eleuauisset. Sed cũ res ut videt̃ iam a multis regende
nõ essent sed ad monachiam aspicẽt deus & mutare & abducere cuncta q̃ velit pe
tẽs Bruto fortunã hanc letã abstulit: licet iãiam ita ꝓpinqua foret ut eũ vix latue
rit. Ea nanq̃ die q̃ pugnã ꝓcessit ferme sub noctẽ Clodius q̃dam spõte e castris ho
stiũ ad Brutũ venit nũcians ꝙ q̃a sensisset Cesar classem ab hostib⁹ superata pugna
re festinat. q̃ cũ dixisset hic vir fidẽ nõ habuit nec ad ꝯspectũ Bruti accessit: oĩno
spretus seu ꝙ verũ nihil audisset seu ꝙ ob gratiã falsa nunciaret. Verũ in ea nocte
dicũt tetram illã imaginẽ Bruto apparuisse q̃ cũ eandẽ faciẽ repsentasset nihil dix
isse sed mox abiisse dicitur. Publius Volunius vir philosophus qui ex initio Bruto

cōmilitauerat hoc rō cōmemorat signū: sed aquilā ꝓmā apiū plenā cōſpectā fuiſſe
refert & ex tribunis militaribꝰ quēdā repēte brachiū mira ſuauitate roſei odoris
manans oſtēdiſſe qđ cū plures abſterſiſſent nihil deſiiſſe. Duas etiā refert aquilas
in medio vtriuſq; exercitus ſpacio ante preliū cōgreſſas ſimul pugnauiſſe quas cū
vidiſſent omnes in preliū ꝓfectas ſilēciū ambo caſtra tenuerūt ꝑmagnū & incredi
bile ferme ceſſiſſe tñ aquilā e partibus Bruti profectā atq; fugiſſe narrat. Pretea
Ethiops uulgo ſe ſe oſtēdit qui apertis caſtroꝝ portis aquilā ferēti obuiā factus a
militibꝰ auguria captātibus gladio ceſus eſt Brutus acie educta cū eā ex oppoſito
hoſtiū ſtatuiſſet ꝑmultū ſpatiū irroratus eſt Nam ſuſpicōnes multe & īditia que
dam diſponēti exercitū a quibuſdā ꝑbita. Preterea equites videbat pugne initiū
haud auide inire Sed cōtinuo operā peditū expectare: deinde vir quidā bellicoſꝰ
& hactenus maxīe fortitudīne ſua celebris iuxta Brutū ex equo deſcēdēs defecit
ad hoſtes: Camulatus is vocabat̄: quē cū videret Brutus abeuntē grauiſſime indo
luit ꝑtim ob iracūdiā ꝑtim ob maioris mutacōis ꝓdicōniſq; metū Circa horā deu
de nonā inclināte iā ſole aduerſus hoſtes Brutus mouit caſtra qui ea militū parte
quā ducebat ipe vicit urgēs ſiniſtrū hoſtiū cornu qđ irruēti ſibi cedebat Equites
enim corroborati vna cū peditatu hoſtes vi repulere. Alteꝝ vero cornu ne ambi
ret ducibus ipſū in hoſtes adducētibꝰ qđ numero erat breuius ꝑ mediū ſciſſum ē
Vnde inualidius factū aduerſariis mīme obſtitit: ſed ꝑmū aufugit Tū hoſtes illud
feriendo ꝓſecuti ꝑtinaciſſime Brutū circūdederont. Sed ipſe quotquot opera ul
imꝑatorie ul militaris virtutis & manu & mēte in re tam graui atq; periculoſa tū
oſtēdit. Sed quod ꝑore pugna ſibi ꝓfuerat in hac eū offendit. Tū enim quicūq; ex
hoſtibꝰ victi erāt: cōfeſtim ꝑditi fuere: preterea e militibus Caſſii fugatis paucis
ceſi. Qui uero euaſerūt anteq; cōflictus undiq; fieret reliquā exercitus partem tu
multus atq; timoris repleuerūt. In hoc aūt prelio ꝑter ceteros. M. Catonis filius
inter optimos ac generoſos iuuenes pugnās defeſſus haud fugit ſiue ceſſit ſed ſtre
nua manu uſus dicēs quis eſſet & ſe ſe a patre denominās in plurimis ceſorū corpo
ribus cecidit. Ceciderūt & alioꝝ fortiſſimi Bruti gratia omni periculo ſe ſe obiici
entes. Inter Broti domeſticos erat vir quidā optimus nomine Lucilius: hic barba
ros quoſdā equites videns in ꝓſequēdo alioꝝ nullā rōnem habere: ſed in ſolū Bru
tum cū magno impetu ferri. ſtatuit periculo ſuo q; primū ſe illis obicere: obmiſſus
ergo ab ipſis paucū cū iteꝝ coram adeſſet ſe inquit Brutū eſſe. Credidere illi quo
niam orabat is ut ad Antoniū ſeipm adducerent Nam Ceſarē extimeſcebat In an
tonio vero ſpem letā habebat cū illi virū complexi & admirāda quadā felicitate ſe
frui exiſtimātes nocte iā immināte ad Antoniū illū ducūt ꝑmittentes e ſuis quoſ
dā qui hec Antonio nuntiarēt. His letatus Antonius obuiā fit adducētibus virum
nōnulli etiā alioꝝ audientes Brutū viuū haberi duciq; ꝓcurrerunt ii fortune caſū
miſerebant̄ alii dignitatis ſue ipſū arguebāt q; viuēdi cupiditate barbaroꝝ ꝑdam
ſe feciſſet: Cum appropinquaſſet ſubſtitit antonius mentē uoluēs qualiter Brutū
recipere oporteret. Lucilius igit̄ ductus antonio ꝓximiū fidens. Marcum inquit
Brutū o antoni nemo cepit abſitq; ut ipſū quiſq; capiat hoſtis ne fortuna tāte virtu
tis victrix ſit. Sed ille aut viuus inuenie̅t aut mortuus digne ſe ipo vſus. Ego mi
lites decipiēs ad te veni ob hoc nihil pati abnuēs intollerabile. Hec loroto Lucilio
exterritis omnibꝰ antonius ad eos qui ipſū adducerāt uerſus. Nempe o cōmilito
nes hūc errorē grauiter fertis eludi exiſtimātes ſed ſcitote meliorē vos venacionē
adeptos. Dū enim hoſtē queritis amirū nobis adducitis. Viuo quidem Broto per
deos ignoro qua in re uterer: his amicis vtinā magis q; hoſtibus potiar. Cum hec
dixiſſet antonius Luciliū amplexus tunc illū cuidā ex familiaribus commendauit
Poſtea vero illo in omnia fido atq; diligentiſſimo cōtinuo vſus eſt Ceteꝝ ꝑtrāſiens

Brutus rupē quādā arboribꝰ densam atq; pruptā iam nocte obscura haud multū
pcessit sed in loco cōcauo & p magnā habētē petrā sedens psentibꝰ paucis & ami
coꝝ & ductoꝝ exercitus & pmū ad celū stellis ornatū inspiciens duos locutus est
uersus: quoꝝ alteꝝ Volumnius scripsit. Ista Ioue haud lateant quicq; borū est causa
maloꝝ. Versū aliū se oblitū fuisse cōmemorat: paulopost pacta pugna Brutus īter
comites ceteros amissos quēlibet nominās maxīe in Flauii atq; Labeonis mētione
suspirauit. Erat Labeo ipsius legatus Flauius opificū pfectus. Interea e pximis
quidā sitiēs cū Brutū aspiceret illi auiditate detētū galeā accepit & ad fluuiū cu
currit. Sed strepitu e parte altera facto Volūnius speculatū accessit & cū eo Dar
danꝰ scutifer. Hi post paucū regressi de potu pcontant̄ ad que modeste nimis sub
ridens Brutus: Volūnio inquit absorbitus est: sed uobis alius afferet̄ Idem igit̄ de
stinatus ferme cōprehēsus ab hostibꝰ sautius vix euasit. Existimāti Bruto nō mul
tos in certamīe cecidisse pollicitus est. Statilius id p hostes vadentē se scituꝝ
Alias enī fas nō erat eoꝝ castra cōspicere: facē accēsam igit̄ hic eleuatuꝝ se si eua
sos a cede inueniret reditu pmisso eo pfectus est. Cū ergo in castra puentū esset
fateq; eleuata plurimā horā terēte Statilio inquit Brutus si uiuit Statilius uenet
Obtigit aūt ut cū rediret in hostes īcideret perirētq;. Ceteꝝ nocte pcedēte Bru
tus accubās ut sedentē tulerat casus ad Clitū eiꝰ familiarē alloquit̄ quo tacēteatq;
allacrimāte Dardanū scutiferū ad se ducēs sermonē quēdā puati cū ipo egit Tan
dē Volūniū ipm grece qbusdā oracōibus exēplisq; cōmonefaciēs orat ut manu en
sem uulneri adaptaret sicq; impelleret Sed Volūniꝰ id ab aīo Bruti euellere tēpta
uit ceteriq; haud dissiliter id conati sūt Verū dicēte quodā ex primis manere non
oportere: sed fugere. Surgēs Brutus nēpe inquit fugiēdū est nō pedibꝰ sed mani
bus: deinde dexterā cuilibet superimponēs iocūde nimiū se letari īquit gaudio sū
mo q amicoꝝ suoꝝ nemo sibi mētitus erat fortunā vero patrie accusare Se quippe
ipm magis beatū existimare q victores suos neq; heri tātūmodo neq; aū sed nūc
virtutis gloriā reliquentē quā nec armis nec potētia relinquūt illi qui vincūt. Iu
dicio nāq; meo viros iustos iniqui & optios pessimi pdūt & pter leges fasq; domi
nant̄. Hinc eos obtestās obsecrāsq; ut salutē ipoꝝ curēt cū duobꝰ illoꝝ aut tribꝰ lō
gius recessit. In his fuit & Strato in facultate rhetorice quondā domesticus hunc
Stratonē Brutus apud se se cōstituēs ac ensem nudū ambabꝰ manibꝰ super capulo
erigēs cuspidi incubuit vitāq; finiuit. Sed aliqui dicūt Stratonē validissimis btu
ti pcibꝰ oculos aliorsū inflexū ensem sibi subiecisse Brutū vero īpetu pectus pbēte
viribꝰ pprijs vsū q pri ū obijsse. Stratonē hūc Messala bruti beniuolus cū postea
Cesari esset cōciliatus in psentiā egit: Lacrimās enī o Cesar inquit hic est qui meo
Bruto gratias extremas subministrauit. Quare Cesar ipm suscepit: eūq; ī laboribꝰ
sociū habuit. Deinde in agonibꝰ apud actiū ex optimis grecis vnū & ipm duxit.
Messalā etiā dicūt postea a Cesare laudatū q licet in cāpis philippis Bruti gratia
acerrimꝰ hostis sibi fuisset in actio tā prōptissimū se se pbuit Adque & ille respō
disse fert̄. Ego tibi o Cesar semp melioris atq; iustioris partis honorisq; fui Ceteꝝ
Antoniꝰ Brutū defunctū inueniēs corpus ipsius in pciosissima suaꝝ uestiū iussit ī
uolui. Hāc uestē purpureā cū deīde furto ablatā cognouisset furē occidit. Reliqas
vero ad matrē bruti seruiliā misit & vxorē Portiā Nicholaꝰ philosophus & Valeri
us maximꝰ narrāt cū mori statuisset & nemo amicoꝝ assētiebat imo diligēti cura
id phibebāt ex igne ardētes pruinas arripuisse atq; bibisse deīde os claudētē sic vi
tā extīxisse At qui epistola quedā Bruti īuenit̄ aduersꝰ necessarios cōquerētis atq;
lamētātis q ab ipis Portia ita neglecta fuisset ut ex morbꝰ vitā finire magis elegis
set Videt̄ igit̄ Nicholaus tēpꝰ ignorauisse postq; & passiōꝫ mulieris & affectū &
modū necis subintelligere pbuit epistola: si epistolā uere Bruti fuisse dicimus.

Brutus

Is itaq; hominibus cũ multa bonoꝝ adsint genera: illud q̃d inter pma-
tes amplissimi mimas p occasiones facti sunt Dioni pulcherrimũ ex-
tat. Neminẽ enĩ habet qui ullã reꝝ ab eo gestaꝝ partẽ sibi uẽdicet si
cuti Brutus Cassiũ qui vir licet in virtute gloriaue haud similẽ me
ruerit existimatiõnẽ: ad bellũ tñ audatia: fortitudine tñ etiã gerendo nõ minora ꝑ
fecto momẽta pbuit. Quippe cũ nõnulli sint q totiꝰ exordiũ opis adscribãt & hũc
ipm suscepti cõtra Cesarẽ cõsilii ducẽ asserant. Dion vero sicut arma nattes milita
rẽue potentiã: ita & amicos & socios & ad rẽ pagẽdã adiutores ipe videt̃ ab se cõ
parasse. Hec vero Dion uti brutus ex bello rebusq; gerendis ullas habuit opes aut
potestatẽ. Ceteꝝ ꝓprias ipe bello facultates attulit: quẽ exilio cõmeatum habebat
ad liberãdoꝝ ciuiũ vsũ erogãs. Preterea Brutus & Cassiꝰ cũ patria eiecti Roma
tutũ agere nequirẽt otiũ quinimo capitali damnati crimĩe a ꝑsequẽtibꝫ peterent̃
ad bellũ necessario cõfugere & seruãda armis corpa cõmẽdãtes: pro se magis q̃ ci
nibus pitula subire. Dion aũt cũ securiorẽ ac iocũdiorẽ exulãs q̃ qui extorrẽ illũ
fecerat tirãnus vitã degeret in tãta discrimina ꝓ Sicilie salute se ultro coniecit.
Haud cẽte Siracusis atq; Romaĩs par fuit. Illis ut ab Dionisio his ut a Cesare ab
soluerent̃. Ille enĩ se tirannũ esse nõ infitiabat̃ & Siciliã infinitis iã referserat ma-
lis. Cesaris vero potẽtia dũ cõstituebat̃ quidẽ nõ modicas aduersantibꝫ turbas at
q; molestias pbuit. Postq; a victis suscepta est nomẽ & opinio duntaxat apparuit.
Nullũ ex ea crudele facinꝰ nullũ deniq; tirãnicũ extitit: sed rebus signari indigẽti-
bus principatu se clemẽtissimũ quasi medicũ a numine datũ ostendit. Quapropter
Romanus cõtinuo populus adeo Cesarẽ affectauit ut infestus & inexorabilis illis
fuerit interfectoribꝫ. At Dionẽ uel hinc maxĩe ciues q̃ e Siracusis euasisse Dioni-
siũ siuisset & poris sepulchrũ tirãni fũditus nõ euertisset incusarũt. In re igit̃ bel
lica Diona ĩculpãdũ fuisse impatorẽ liquet. Rebꝫ enĩ quascũq; voluit optĩe fũctꝰ
est. Que ab aliis infeliciter geste sũt recuperãs meliorẽ in statũ cõstituit. Brutus
eũ de sũma rei postremo decertaret neq; prudẽter iuisse neq; re postea male gesta
rectum cõperisse remediũ videt̃ & fracto animo spẽ prorsus abiecit. Hec quantũ
Põpeius ipe cõtra fortunã audẽtior iit & q̃d maius maiusq; est ingens sibi spes re-
stabat in armis & omnẽ Maritimã orã classe victor cõstãter obtinebat. Maximum
Bruto crimẽ obiciũt q̃ cũ Cesaris gratia cõseruatꝰ: insup quoscũq; uell; ex captis
cõseruasset eiusq; nõ solum amicus existimatus veꝝ etiam pluribꝫ ãnpositus foret
ipsius corpus cõfoderit. Hoc aduersus Dionẽ dicere nemo poterit. Veꝝ ecõtra dio
ni sic nanq; amicitia & ꝓpinquitate cõiũctus res illius administrabat unaq; tuebat̃
Patria vero eiectus & in re lacessitus uxoria: bonis insup spoliatus manifestum in
stituit bellũ iure legittimo indictum. Sane istuc ipm pmum mõ se habet opposito.
Quod enĩ viris maxĩam cedit in laudẽ id synceꝝ purumue cõsecutus est Brutꝰ. Nã
cũ nulla in re Cesarẽ puatim insimularet: ꝓ cõmuni libertate pericula tãta suscepit
At dion nisi mala ipa ptulisset: nullum ꝑfectꝫ bellum intulisset. q̃d Platonicis de-
clarat̃ epistolis qbus ꝑspic uũ ẽ eũ ab regno non descẽdentẽ sed reiectũ destruxiss;
Dionisiũ. Rursus Brutus cu hostis Cesari & aduersariꝰ esset quid Põpeio etiã cõ-
ciliauit nisi bonũ publicũ utilitasq; cõmunis. Vt qui vnico amoris & odii termino
ipa videlicet iustitia vteret̃. Dion ad gratiã pmulta dionisio ministrabat quoniam
cõstans illi pmanebat. Ceteꝝ fide sibi detracta p iracũdiã belligerauit. Quocirca
nec id vniuersi quidẽ credidere familiares cum q̃ pmum Dionisium expulisset re-
gnum sibi mĩme stabilituꝝ cum pmansuetius tirannide nomen ciues subduxisset.
De Bruto autẽ & ipsi dictitabãt inimici solum ex cõspiratoribus Cesaris ab initio
usq; in reꝝ exitum vnicum sibi ꝓposuisse signum & rectis intendisse studiis ut soli
tam populi ro. rẽpublicã restitueret. Preterea contra Dionisium ac Cesarẽ haud

simile pfecto certamẽ extitit. Nã qui Dionisiũ nõ sociefecerit: neminẽ uel ex eius
equalibꝰ fuisse cõstat ꝙ plurimũ p ebrietates aleas scortaq; tpis exigebat Ad Ce
saris vero perniciẽ mentẽ adiecisse nec illius potentiã vires ac fortunã expauisse
cuiusetiã nomẽ ipsos Parthoꝝ & Indoꝝ reges somnũ capere non sinebat: id animi
natura pstantissimi fuit qui p metũ nihil ex ppria sũmitteret excellẽtia Ea prop
ter cũ pmũ in Sicilia cõspectꝰ est Dion nõ pauca hominũ milia cõtra Dionisiũ cõ
fluxere. Cesaris aũt vel cadẽtis gloria amicos erexit. Quiq; illius functus est noĩe
ex imbecilli porro adolescẽte p id adeo in sublime puectus est ut princeps cõsesiĩ
Romanoꝝ factus aduersũ Antonii vires & inimicitiã quasi quoddã auxiliare me
dicamẽtũ fuerit adhibitus dicet quispiã p urgentia Dion certamina tirãnũ extru
sit Cesarem Brutus nudũ ac nullis munitũ psidiis interfecit hoc ipsm excellẽtis in
dustrie & imperatorie virtutis opus extitit viꝝ tãta circũspectũ potẽtia inobserua
tũ nudũue dephendere. Hec enim illũ repente solus aut cũ paucis inuadẽs occidit
ex quibꝰ eo nemo fefellit. Aut cũ illico delegit optimos aut fidos sibi deligẽs stre
nuos effecit. Dion vero siue male iudicarit nefarius sese credidit siue dũ vtitẽ ta
les eos ex bonis reddidit Quoꝝ neutꝝ ad prudentẽ certe attinet. Eum quoq; plã
to uehementer increpat ꝙ tales sibi delegerit amicos ab quibꝰ in pnitiẽ datus sit
Ceso Dione nullus ei ultor apparuit Brutũ hostis etiã Antonius honorifice sepul
ture mãdauit. Cesar suos illi cõseruauit honores. Mediolani naq; Cisalpine Gal
lie vrbis aerea illius stabat imago. Hãc posteriori tpe Cesar Bruto perquã similẽ
generosissime laboratã cõspicatus pteruectus est Paululũ deinde subsistẽs auscul
tantibꝰ multis: cũ principes accersisset Fidifragã sese illoꝝ ciuitatẽ deprehendisse
dixit que se penes suũ teneret hostẽ Initio cunctĩ ut par erat inficiabant̃ seq; inuicẽ
intuentes quẽnam diceret pcontabant̃ Conuersus ad statuã Cesar uultu cõtracto
nonne iste inquit interdiu hic manet hostis Maiore rursus stupore pculsi cõticue
re Cesar subridens Gallos collaudauit ꝙ amicis & pter fortunas cõstãtes adessent
Et ut statua eodem in loco permaneret imperauit.

Plutarchi Historiographi greci De vita atq; gestis Demoschenis Per Leonardũ
Aretinũ poetã Eximiũ Historia in Latinũ traducta linguagium Incipit.

EMOSTENIS pater demostenes vt Theopõpus histori
cus tradit In pmis honestus ac pbus vir fuit. Cognoĩatus
est aũt Macheropius ab officina gladioꝝ quã athenis egre
giã multisq; artificibꝰ seruis instructã habebat. Que vero
de matre eius dixit Eschines ex Gilone quodã ob pditio
nem ex Athenis pulso & Barbara muliere natã fuisse ea
nescimus vtꝝ ad veritatẽ vel ad falsam calũniã orator obie
cerit Relictus aũt a patre septẽ annoꝝ habũdãte patrimo
nio. parũ enĩ aberat a xv. talẽtis tutoribꝰ male admĩstrantibꝰ eũ parti subriperẽt
eius bona partim negligerẽt nec pceptoribus pueri salariũ psoluere curarẽt nõ so
lum in patrimonio cladẽ accepit veꝝ etiã liberalibꝰ artibꝰ quẽadmodũ decebat im
bui nõ potuit Accedebat ad hec imbecillitas corporis cuĩ verita mater ipm one
rari laboribꝰ nõ pmittebat nec pedagogi cogere ac vim afferre audebãt. Erat enĩ
ab initio tenui ualitudine & ex hoc batali cognomẽtũ ꝙ aduersarii in eius cõtume
liã freqũẽter vsurpãt a pueris illi inditũ est Fuit aũt batalus tibicinis nomẽ. in
quẽ ob infractũ ac distortũ corpus Aristophanes poeta uersus pscripsit. Alii poe
tam lasciuorũ carminũ fuisse batalũ tradũt. Videt̃ insup quedã ex hiis corpis par
tibꝰ que honeste noĩari nõ possunt tũc apud atticos batalus appellata Argas uero

Demosthenes

nã hoc etiã cognomentũ fuisse Demosthenj tradit̃ aut ex feritate morũ illi inditũ
est q̃d anguere poete Argã appellãt uel ex duritia sermoĩs p quã non mediocriter
auditores obtũdebat. Est enim Argas nomẽ latoris legũ malaꝝ quidẽ ac durarũ
Ad oratoriã uero facultatẽ p hũc modũ applicuisse animũ Demosthenes traditur
Callistrato oratore causã Oropi acturo permagna erat hoĩm expectatio cũ ꝓpter
oratoris famã tũc maxĩe florentẽ tũ propter iudiciũ rei per id tẽpus satis uulgate
Cum itaq; magistri & pedagogi ad fore statuissent postulauit Demosthenes a pe
dagogo suo ut vna secũ duceret Ille habẽs cũ publicis ministris qui iuditia aperie
bant familiaritatẽ: locũ facilẽ obtinuit: inquo puer clã collocat9 sedẽs audiret Cũ
q̃ ea die callistratus egregie orasset magnãq; ꝓbuisset admiratiõẽ sui gloriã eius
Demosthenes adamauit. Vtpote quẽ uidebar magna hoĩm multitudine comitan
te inter ingẽtes applausus magnis cũ laudibus domũ reduci: Admirabat̃ itaq; illũ
Demosthenes sed multomagis orationis vim potestatẽq; admirabat̃ ob quã omnia
ꝑfici ac mitigari posse cernebat. Quare omissis ceteris disciplinis ad vnũ se se ipm
cõparauit atq; exercuit ut dicẽdi facultatẽ nancisceret̃ Et ad eã quidẽ rem p̃ceptu
rem habuit Iseum quanq; floreret tũc maxĩe Isocrates siue ut quidã aiunt mercedẽ
ꝓstare Isocrati nõ ualẽs erat enĩ p̃ciũ decẽ minarũ siue q Isei sermonẽ ut efficatiorẽ
cautiorẽq; magis ꝓbauit Hermippus tamen scribit se in cõmentaria quedam sine
auctore incidisse in quibꝰ scriptũ erat demosthenẽ fuisse auditorẽ platonis magnã
q; exinde utilitatẽ ad dicẽdũ suscepisse Refert etiã ctesebiũ apud Calliã Siracusa
nũ & quosdã alios dixisse Isocratis & Alchidamãtis artes clã habuisse Demosthe
nẽ ac didicisse. vt igit̃ p etatẽ licuit tutoribꝰ suis diẽ dixit: mitaq; ĩ eos varie subt̃
fugiẽtes scribẽs & se in his rebus exercẽs: tandẽ nõ sine piculo & industria supa
uit. A quibus quanq; exigere quantũ sibi subreptũ erat nõ potuit tamẽ id assecu
tus est ut audatiam in dicẽdo & cõsuetudinẽ nact9 gustata causaꝝ orandiꝝ dulce
dine fame ac potẽtie statuerit ꝓdire in mediũ & ad rei. p. certamina se conferre Et
queadmodũ Orcomeniũ Laumedõta scribũt: ob uitandũ in spleenis morbũ ex cõsi
lio medicoꝝ lõgissimis cursibꝰ uti cõsuesse: atq; exinde habitũ currẽdi nactũ: post
recupatam ualitudinẽ certaminibus intẽdisse: ceterosq; uelocitate currẽdi supasse
Sic Demosthenis euenit ꝓmo necessitate recuperandi patrimonii ad dicẽdũ uenis
se: atq; ex hoc peritiã nactꝰ in rei. p. curriculis tanq; certaminibus quibusdã ceteros
anteisse Atq; ab initio populũ alloquẽs turbas strepitũq; cõtionũ ferre nõ poterat
spernebat̃q; ab auditoribꝰ q eius oratio cõfusa circuicõibus & supfluis argumẽtis
elaborata uidebat̃. Voce p̃terea & lingua laborabat: ob que nõ mediocriter turba
bat̃ oratio: nec mẽs eius intelligi poterat Cũ itaq; desperacõe quadam haꝝ reꝝ me
rens in pireũ secessisset increpit9 est uehemẽter a Thrasio Ennomio tunc admodũ
sene: q cum eius sermo ꝑsilis esset pericli seipm ꝓdiret: ob ignauiã atq; secordiã
nec strepit9 cõtionum ꝑferre auderet: neq; corp9 ad certamĩa p̃pararet. sed molli
tie quadam animi seipm abiceret: Rursus igit̃ orare aggressus cum apud populũ
cõcidisset & cõfusus domum abiret assecutus est eum Satirus histrio: apud quẽ cũ
de suo casu erat enĩ illi cũ Demosthene familiaritas grauiter quereret̃: q sibi maxĩ
me oĩm diligẽtiam tẽpusq; adhibẽti & quasi omnes vires corpis in eo studio cõsu
mẽti soli eueniret ut apud populum nullam in dicẽdo graciam asseq̃ret̃ Nautis &
indoctis hoĩbus aures & silẽtium a populo p̃stari: se vero reici ac repelli. pollicit9
est illi Satirus si mõ aliqua sibi euripidis aut sophoclis carmĩa ꝓnuntiare uellet: se
medicinam adhibituꝝ Quod cum Demostheni placeret & faceret sic vocẽ eius &
actionẽ Satirus emẽdauit formauitq;: ut nõ prior Demosthenes sed alter videret̃
Intelligẽs ergo quãtum gratie & ornatus ꝓnuntiatio apta locutioni afferret subtẽ
raneum locum qui usq; ad nostrã extat etatẽ sibi edificauit: in quẽ p dies singulos

descēdens: gestū ac motū corporis fingebat vocēq; exercitabat. Sepe etiā duos uel
tres mēses cōtinuos domi īclusus nō cessabat a brasa parte capitis ut exeūdi facul
tatē sibiipsi ꝑciperet. Sermones insuper & negotia foris agitata ad studiū refere
bat cōfestī siqdem domū rediēs & in subterraneū descendēs res ipsas recitabat &
rōnes cur ita fecisset adiūgebat Sermones etiā repetēs sentēcijs locisq; nō sine ma
gnis mutatiōibus trāsformabat. Atq; ex hoc putatus est non multū natura & inge
nio sed labore & exercitatione ualere Hui9 rei signū videbat̄ qđ nō facile reperie
batur q Demosthenē ex tpe dicentē audisset. quoniā etiā sepe a populo noīe cōpel
latū cū sederet in contione assurgere noluisse cōstabat. nisi rē de qua dicturus erat
iā antea cogitasset. Quod & alii quidā tūc clari viri irridebāt: & Pitheas aliquan
do inquit Demosthenis entimemata lucernā olere Et huic qdē nō sine amara ca
uillatione Demosthenes respōdit nō eadē sibi & illi lucernā cōscire. Alijs vero nō
penit9 inficiabat̄ sed nec oīno scripta nec oīno nō scripta ab se dici asseuerabat At
qui popularē hoīem esse ostēdit dicēdi studio suū. Gratia enī placēdi & inseruiendi
populo eloquētiā cōparari. Negligere aūt studiū eloquētie eoꝝ esse qui dominari
populo querant. Non enī suadēdo sed cogēdo p vim operā dare. Timidū aūt fuis
se Demosthenē in dicēdo ex tpe illo quoq; pbat̄: q Demades orator sepe ex tpe as
surgēs Demostheni indigēti opitulatus est Demosthenes aūt illi nunq; Quomodo
igit̄ dicet quispiā Eschines audacissimū ī dicēdo fuisse Demosthenē affirmat Quo
modo Pithoni bizantio aduersus atheniēses inuecto solus respōdit. Quomō aduer
sus Lamachū mirreneū laudes alexandri & Philippi quas scripserat Olimpie reci
tantē. & in eis multa cōtra Thebanos & Olinthios dicentē assurgēs & quāta bo
na Thebani & Chalcidēses grecie fecissent ex historia & ꝓbationib9 ostēdēs & cō
tra quā multoꝝ maloꝝ causa fuissēt assentatores Macedonib9 blādiētes subiugēs
sic tādē audiētes cōmouit. ut Lamachus ipse ob timorē clā aufugeret Sed vidēt
hic vir morē periclis in hac pte imitat9 nō faciliter nec de omni re ad dicēdū ꝓsilu
isse: sed maturitatē quādā ut auctoritatē tueret̄ obseruasse. & ob hoc non temere
fortune & tēpori existimationē suā cōmittere uoluisse. Nā audatie quidē plus ha
buit q̄ scripta eius ostendāt: ut Eratosthenes & Demetrius Phalereus & Comici
qdā ꝓbare vident̄. quoꝝ Eratosthenes tradit ipm in dicēdo nō nūquā ueluti furo
re quodā correptū debaccasse. Demetrius aūt quodā loco in maxie illud iusiurādū
iurasse dicit p terrā p fontes p amnes p vndas fluētes. Comicoꝝ uero quidā ropo
peritrā ipm noiat. alius sic recepisse eū ut accepisse cauillat9 in Demosthene q hoc
verbo vsus sit frequētius cū de Holoneso cōsultaret̄ quā nō capiēdā sed recipiendā
esse a Philippo suadebat. Omnes sui tpis oratores sine cōtrouersia supauit. pter
vnū Demadē: quē naturali īgenio fretū insupabilē fuisse & ꝓstitisse Demosth enī
omnes fatebant̄. aristochi9 in historia retulit qđdā theophrasti iudiciū de oratori
bus Dicit enī theophrastū rogatū q̄lis sibi orator demosthenes videret̄ respōdisse
dignū ciuitate Athenaꝝ sibi videri: subinde q̄lis Demades īterrogatū respōdisse
supra ciuitatē. Idē philosoph9 scribit polienctū sphictiū vnū ex viris q tūc in re p.
versabant̄ solitū esse dicere maximū fuisse oratorē Demosthenē sed plurimā vim ī
dicēdo phocionē habuisse. multas enī sentēcias paucis verbis cōplecti solitū. Quin
etiā ipm demosthenē quotiēs assurgebat phocion ab eo dissētiēs familiarib9 dice
re cōsuesse uerboꝝ ei9 securim assurgere. Hoc enī incertū est: vtꝝ ad vim dicēdi uī
ad integritatē vite & auctoritatē phocionis Demosthenes referebat Plerūq; enī
ꝓbatus vir & fidē apud populū habēs vno verbo uel nutu longas aliorū orationes
exsuperat. Aduersus impedimenta quibus laborasse Demosthenē supradiximus
hec ut phalereus Demetrius scribit remedia adhibuit. Refert enī se a Demosthe
ne ipso iā sene audiuisse hesitantiā lingue coniectis in ore lapillis emendasse Vocem

Demosten.

aűt currēdo ſcādēdo inter ꝓnūtiandū exercuiſſe. habuiſſe domi magnū ſpeculum
ad qd ſeipm videē; geſtū formaret. Dicit cōfugienti ad ſe cuidā narrātiq; plagas
accepiſſe: cū patrociniū eius īploraret reſpōdiſſe. At enī ex hus q̄ tu narras nibil
ppeſſus es. Quod cū ille altiori voce & indignatione quadā magis aſſeueraret pu
tauit Demoſthenes hoc ad fidē faciēdā plurimū actinere. & multitudini quidem
eius ꝓnūtiatio uehemēter placebit. Politioribꝰ aūt hoībus figmentū qđ clā lene
ingeneroſūq; videbat̄ ex quoꝝ numero Demetrius phalereus eſt Referr Hermip
pus cū e ſſet queſitū ab Eſcbine de ſupioribꝰ oratoribꝰ & qui ſue etatis fuiſſēt quid
ipe ſentiret: dixiſſe admirabilē in illis ornatū maieſtatē ꝓ dicēdi cū ad populū loq̄
rent̄ fuiſſe: ſcripta tñ Demoſthenis multū ceteris añcellere. Quanq̄ vero ex lectō
ne orationū ſuaꝝ durus quidā & auſterus Demoſthenes uideat̄. tñ & ioco nō nun
q̄ uſus eſt. ueluti aduerſus Demadē: cū ille dixiſſet: me demoſthenes ſus miner
uam. At iſta inquit minerua nap in adulterio depreſa fuit & rur ſus aduerſū quē
dā ferrū noīe q ii de furto ſuſpectꝰ erat: cū ille vigilias & lucubrationes Demo
ſthenis in iurgio carperet. Scio īquit demoſthenes tibi moleſtū fuiſſe q̄ ego lucer
nā p noctē habueri. Vos aūt viri Athenieſes nolite iā admirari plurima furta in
hac urbe cōmitti cū fures quidē ferreos parietes vero luteos habeamꝰ. Sed hec ſi
cet plura in hoc genere poſſimꝰ referre omittamꝰ. Reliquos aūt eius mores ex re
bus geſtis contēplemur. Cōtulit ſe ad rem p. ſub tēpus phocēſis belli ut & ipe di
cit. & ex philippicis oracōibus depbendi poteſt. Cōſtat aūt duos ſupra. xxx. na
tū annos fuiſſe qñdo Midiā accuſauit. quo tpe nec potētiā nec auctoritatē aliquā
in re. p. habebat. Idq; ut credo veritus pecunia accepta ab accuſatione deſtitit Ne
q̄ enī benignitate aut magnitudine animi iniuriā contēpſit. cū eſſet ꝓtinax & pro
nus ad ulciſcendū. Sed cū videret nō eſſe potētie ſue virū diuiciis eloquētia & ami
coꝝ copia ſuffultū euertere. cōceſſit mediatoꝝ ꝓcibus. Nā pecunia illa quā ob deſe
rendā cauſam accepit nō mihi ſatis ualuiſſe videt̄ ad acerbitatē eius obtundēdā: ſi
ſupare poſſe crediddiſſet. Nactus aūt in re. p. materiā uberē & honeſtā ꝓ grecorū
libertate aduerſus Philippū & in ea ꝓclare decertās cōfeſti nomē & gloriā adſe
cutus eſt. nec ſolū ut diſertus veꝝ etiā ut fortis vir circūſpiciabat̄: ut admiraretur
ipſū grecia obſeruaret pſarū rex plurimus apud Philippū ſermo eſſet. cōfiterent̄
aduerſarii ſibi aduerſus ꝓclaꝝ viꝝ eſſe certamen. Talia enī Eſcbines & Hiperides
de illo dixerūt. Itaq; diſcernere eq̄dē nō ualeo qua rōne motus ſcribat Theopōpꝰ
mutabilis & incōſtātis animi Demoſthenē fuiſſe: nec eiſdē rebus neq; eiſdē hoībꝰ
ſatis lōgū tēpus vti potuiſſe. Cōſtat enī quas rei. p partes ab initio ſuſcepit in eis
uſq; ad finē cōſtātiſſime pſeueraſſe. nec ſolū in vita nō mutatū ſed ipſā vitā ne mu
taret abieciſſe Nō enī ut Demades q mutacōnem ſuā in re. p. excuſans dixit ſe ſibi
qdē ipſi cōtraria ſepe dixiſſe rei. p. aūt nunq̄. Nec ut Melanopus q aduerſus Cal
liſtratū rem gerēs ſepe victus pecunia dicere ſolebat ad populū. vir ſane inimicus ē
mihi: tñ rei. p. vincat vtilitas. Hec ut Nicodemus meſſenius qui caſſandro prius
fauēs deinde cū Demetrio ſentiēs nō inquit ſe cōtraria dicere. Sed idē ſemp victo
ribus ſcilicet parere utilius eſſe: ſic de Demoſthene licet dicere. Nō enī uerbū nec
actionē unq̄ deflexit ſʒ in vno atq; eodē limite uſq; ad finē pſeuerauit Panetiꝰ phi
loſophus oſtēdit ex Demoſthenis oratiōibꝰ pleraſq; ita eſſe ſcriptas quaſi ſola hone
ſtas pſeipſam ſit expetēda ut cōtra Eleſcbinē ꝓ cteſiphōte Vt contra Ariſtocratē
ut de immunitate aduerſus Leptinē. ut in philippicis quibuſdā in quibus omnibꝰ
nō ad voluptatē aut vtilitatē ciues hortat̄ ſed v biq; ſecuritati & ſaluti honeſtatem
& gloriā añponit Quod ſi generoſitati eius in dicēdo & ꝓpoſito in re. p. virtꝰ bel
lica & incorrupta actio reſpōdiſſet nō cū miro deo & Poliencto & Hiperide ſed cū
Cimone & Thucidide & Pericle foret merito collocādus. Nā phocion quidē vaꝰ

ex iis qui tēporibus Demosthenis fuit. licet non ꝓbatā rei. p. partē secutus sed ad
Macedones inclinari visus tñ p fortitudinē ac iusticiā nihilo inferior habitus est
Ephialto aut Cimone aut Aristide. Sed demosthenes ipse nec bello fortis nec ad
uersus corruptelas pecuniaꝝ oīno purus erat sed a philippo quidē nō accipiebat a
rege aūt psaꝝ accipiebat. Itaq; laudare maioꝝ facta poterat ſ; nequaq; imitari Cū
oratores qdē sui tpis vno phocione excepto nō solū eloquētia sed vita quoq; supa
uit. Videt aūt demosthenes magna ſem p fiducia in cōcionib; fretus libertatē repre
hendēdi maxīe omniū exercuisse. Scribit uero Theopōpus iussisse aliquādo Athe
niēsē populū demostheni ut quēdā accusaret. At illū recusasse. ut ergo aduersus
eū reclamatio populi quēadmodū cōsueuit facta ē surrexit Demosthenes & īquit
Vos me viri atheniēses cōsultorē habetis etiā inuiti. calūniatorē uero nec si uelitis
qdē ꝑcipui potētatus eius actio in re p. fuit cū Antiphōtē a populo demissū ipse
ꝑsecut9 cepit & cōsilio Ariopagi iudicādū tradidit. nec uerit9 est q populū ī hoc
offēderet. sed ipm cōuincens ꝓmisisse Philippo naualia incēdiū suū sūmo supplitio ut
afficeret obtinuit. Dicit oracionē illā q Appollodorus cōtra Thimotheū visus eū
damnari fecit Demosthenes scripsisse. Quēadmodū alias oracōnes Phormioni &
Stephanio subministrauit ꝓ quib; merito infamiā subiit: cū uelut ex gladiatoria ta
berna vendere pugiones qbus se inuicē cōfoderēt aduersarii visus sit. De publicis
quoq; oratiōib; illa que est in Androtionē Itē que in Timocratē & in aristocratem
aliis fuit scripte. Ipse nōdum p id tēpus ad rē p. se cōtulerat. Videt eni xxvii aut
xxviii. sue etatis anno orationes edidisse. Nāq; est aduersus Aristogitonē ipse ora
uit. & que est aduersus Leptinē de immunitate ad quā actionē descēdit gracia Cte
sippi cabrie filii ut ipse idē affirmat in atre pueri ut qdā tradūt sibi despōsata. Nō
tñ eā uxorē habuit: sed cuidā Samie se coniunxit ut Demetri9 magnesius in sinoni
mis scribit. Nā oracio illa q est cōtra Eschinē false legationis incertū est an orata
unquā fuerit. Qūāq; asserat idomeneus a xxx. duntaxat absolutū fuisse Eschinem
Sed nō videt id veꝝ ut ex utriusq; oratiōib; in causa ctesiphōtis scriptis conecta
ri licet in quib; nulla mētio huius iudicii neq; clare neq; obscure habita est Sed hec
alii solertius diiudicabūt. Propositū aūt Demosthenis in re. p. etiā in pace ꝑspicax
erat oībus Philippi conatib; ꝑcipue aduersari. Cūcta eni eius cepta patefaciēs ac
redarguēs mētes atheniēsiū in regē accēdebat. Quare apud Philippū magn9 erat
de Demosthene sermo & qū vnus ex decē legatis in Macedoniā puenit: licet singu
los audiret philippus tñ maiori cū apparatu & diligētia Demostheni respōdit. In
aliis aūt honorib; nō ſiliter eū ꝑtulit sed eschinē & philocratē magis cōplexus est
Itaq; laudātib; postea illis philippū ut eloquētissimū & pulcerrimū ac festiuum &
promptū ad potū coactus est Demosthenes cauillari: qd ptim sophiste: ptim mu
lieris ptim spongie huiusmodi laudes essent. Impatoris vero nulla in eis esset com
mēdatio. Sed cū ad bellū res inclinasset: philippo qescere nequeūte: atheniēsibus
uero in Demosthenē irritatis ꝑmo in euboeā p tirānos philippo sūmissam atheniē
ses cōcitauerit. quo illi trāseūtes macedones expulerūt. Deinde bizantiis & peri
thiis a macedonib; p id tēpus lacessitis auxiliū ferre ꝑsuasit: obliterata memoria
eoꝝ q bello sociali utraq; ciuitas gesserat. Post hec ipse legat9 abiēs monēdo & co
hortādo omnes ferme grecas ciuitates in philippū cōuertit. Vt foret numerus co
piaꝝ peditū qc ē xv. eqtū uero duoꝝ miliū absq; urbanis copiis: & stipendioꝝ con
ductis militib; ꝓmptissima cōtribucio. Erecta igit grecia ad futurū belli exitum
Euboea athaia Coritho megaris leucadia Corcira I P cōfederatis maxīm restabat
Demostheni opus thebanoꝝ. s. aggregatio ad cōmunē societatē. habebāt eni the
bani regionē vicinā & gloria militari maxīe oīm grecoꝝ p id tēpus florebāt. Cete
rū difficile videbat thebanos in philippū concitare posse. deuinctos ob eius recens

beneficiũ vothẽli bello acceptũ. accedebat nicinitas q̃ ut fit cõtẽtiões & simultates
inter ciuitates pepeterat. Sed licet his difficultatibꝫ obsistẽtibꝫ · tñ cũ philippus
ob ea q̃ circa Amphissã ꝓspere gesserat elatus subito elatiã inuasit trepidantibus
atheniẽsibꝫ nec ullo suggestũ ascẽdere audẽte: surrexit Demosthenes: & ad the-
banos cõuertẽdos animos ꝑsuasit. Deinde ipse cũ qbusdã aliis legatus ad thebanos
missus est. Misit etiam philippus ut Marsias ĩquit & amintiam & Cleandrũ Ma
cedones Daochũ & Thessaliũ & Trasiden cõtra Demosthenẽ apud thebanos co
naturos. Et vtilitas qdẽ nõ latebat thebanos sed belli incõmoda añ oculos uersabã
eur: recẽtibꝫ adhuc phocẽsiũ uulneribꝫ. Sed oratoris vis ut ĩquit Theopõpus iraꝫ
mitigãs & mẽtes accẽdẽs ad honestatẽ & gloriã animos traduxit. ceteris vero re
spectibꝫ tãq; tenebras infudit. Itaq; illi velut furore quodã correpti post demosthe
nẽ ꝑperarũt Tan-tũ uero momẽti hoc ꝑclaꝫ Oratoris factũ rebꝫ attulit: ut cõfe-
stim caduceatorẽ miserit. Philipp9 ad pacẽ depo scẽdã: nec solũ duces belli Demo
stheni parebãt: sed & magistrat9 Thebanoꝝ eius iu ssu nõ minusq; atheniẽs cõtio-
nes administrabãt. Amabat eñi apud vtrosq; & ut plurimũ poterat: nec immeritu
neq; indigne ut Theopõpus ostẽdit. Verũ fortuna aliq̃ ut videt libertati grecoꝝ
finẽ imponẽs Demosthenis cõsilus aduersabat. multaq; erãt signa futuri euẽtus in
ter que respõsa appollinis & Sibillina carmĩa circũferebant uetusta pugnam apud
Thermodõtẽ ꝑdicẽcia Fert aũt Thermodõ esse fluuiolus qdã apud nos in Thero
nia fluẽs in cephisũ amnem. Sed nos hodie nullũ habem9 fluuiũ ita vocitatũ. Cre
dimus tñ cõiectura q̃dã Hemona apud antiquos Thermodõtẽ appellatũ fuisse.
Fluit eñi iuxta Herarliũ ubi tũc greci castrametati sũt. Coniectamus aũt quid ex
illa pugna sanguine & cadaueribꝫ repletus fuerit appellationẽ cõmutasse. Duris
vero tradit nõ esse fluuiũ Thermodõtẽ: sed cũ tẽtoriũ q̃dã in castris figerent: rep
tũ fuisse statuã lapideã puã cũ subscripcõne Thermodõtis tenẽtẽ amazonã uulnera
tam. Hec itaq; ut se habeãt ꝑscrutari difficile est. Demosthenes grecoꝝ armis ac
tãta & tã ꝓmpta viroꝝ potẽtia cõfisus: nec mentẽ adhiberi oraculis neq; uaticinia
exaudiri ꝑmisit: memorãs Epaminõdã & Periclẽ illa semp formidinis & ignauie
uelamẽta putasse: & hucusq; vir fuit egregi9. Sed cũ ad pugnã deuẽtũ est: oblit9
eoꝝ ad q̃ ceteros animabat turpiter abiectis armis stati aufugit: nec veriti9 ẽ sup-
scriptionẽ clipei ut ĩquit Pitheas in quo litteris aureis inscripserat.
idest bona fortuna. Philippus igit victoria elat9 & in cadauera ceso꜍ innolẽti9 il-
ludẽs. Cecinit principiũ psephismatis Demosthenis ĩ pedes diuidẽs. Hoc mõ De
mosthenes demosthenis peaniens sic ĩquit. sed paulo post ad mẽtẽ reuersus & ma
gnitudinẽ periculi ꝑ qđ vno tpe de impio sil' ac de vita certare coactus fuerat: cõ-
tẽplat9 oratoris vim potestatẽq; ꝑ quã ad tantũ discrimẽ cõpulsus erat ꝑhorruit
Penetrauerat hui9 belli fama usq; ad ꝑsaꝝ regẽ: scripserat q; ille ad satrapas: ut pe
cunias Demostheni traderẽt eiq; parerẽt ut Macedonẽ cohercere a grecis turba-
tionibꝫ ualeret Hec postea dep̃hensa sũt in epistolis quas apud Susas Alexãder in
uenit: in qbus etiã modus pecuniaꝝ Demostheni tradẽdaꝝ erat expressus. Tunc
ergo accepta ꝑlii clade oratores qui ꝑ cõtrariã factionẽ demostheni aduersabãtur
in eũ assurgẽtes alius alio mõ in iudiciũ traxerũt: a qbus popul9 nõ solũ ipm absol
uit sed etiã in honore ꝑcipuo habuit. Itaq; cũ ossa illoꝝ q in ꝑlio ceciderãt ex checo
nea delata tumularent cõmissum est Demostheni ut publica oratione eos laudaret
Ipse tñ q̃si fortunã suã expurgare volẽs spõte se decretis abstinebat: donec iteꝝ ob
necẽ philippi aĩm recepit. Mortuus est aũt philipp9 nõ multũ post victoriã ĩ Che
ronia habitã & hoc significauisse oraculũ videt vltio illo carmĩe cũ dixit. Flet q̃dã
victus victor aũt interiit Cognita Demosthenes philippi moere cũ populũ ꝑoccu-
pare uellet letus in senatũ venit ꝑ somnũ se vidisse affirmans maximũ q̃dã bonũ

Atheniēsibꝰ futuꝝ. Hec multo post aderāt philippi interitū nuntiātes. Statī er ga
sacra diis ob ea q̄ feliciter nūciabant fecerūt: pausanie & corona decreta. Et ꝓces
sit Demosthenes corona & splēdida ueste septio die post interitū filie: ut inquit
Eschines eius duritiē & odiū natoꝝ accusans. Ipse uidelicet ingenerosus & mollis
si hūanitatis & amoris iuditia Fletus & lamētationes esse putabat: leuiter aūt &
indolēter ferre improbabat. Ego aūt ob interitū regis ita moderate uictoria frui
coronādū aut īmolādū nūq̄ cēserē. Nā & odibile & īgenerosū est quē uiuū colue-
ris & ciuē effeceris ab alio necatū esse immoderate letari. Quod tn̄ relictis dome
sticis lacbrimis q̄ rei p. utilia Erāt Demosthenes fecerit cōmēdo & magni animi
esse iudico. semp ad rem. p. respiciētis & postponentis domestica. ciuitates grece
post mortē Philippi Demosthene auctore rursus cōspirauere: Thebani ꝑsidiū re-
gis aggressi multos necauerūt. Atheniēses ad ferēdū Thebanis auxiliū se prepa-
rarūt. Demosthenes suggestū tenebat & cūcta ex illius decretis agebant. Scrip
sit eciā ꝑfectis regis pꝛaꝝ q̄ ī Asia erāt ut bellū aduersus Alexādrū mouerēt pue
rū & imbellē appellās. Sed cū Alexāder cū exercitu ī boetiā uenisset fractis athe
niēsiū animis & Demosthenis ardore extīcto: Thebani ab atheniēsibꝰ deserti &
ꝑ seipsos pugnare coacti urbē amiserūt Magno inde Athenis timore exorto missꝰ
est Demosthenes vna cū aliis qbusdā legatis ad alexādrū: qui cū ciceronē adusq̄ ꝑ
fectus esset: reuoluēs secū alexādri irā & eū formidās deserta legatione retroces
sit. Sed Alexander stati misit ad ciues deposcēdos decē ut idomeneus & duris tra
dūt: ut aūt alii plurimi scriptores octo. Demosthenē Polieuctū Epilatū Licurgū
Mirociē damona Calisthenē Charidemū quo in tpe ferūt eā fabulā que est de lu
pis & ouibus & canibus demosthenē retulisse: ciues q̄ cū eo postulabant canibꝰ ꝓ
populo certātibꝰ Alexādrū vero Lupo assimilās: ꝓterea ut mercatores inquit vi-
demus signa circūferētes modicū tritici parasside magnos verūdare aceruos sic ī
tradēdis q̄ petunt ciuibꝰ vos ipos traditis. Hec Aristobulus Casādreus scribit.
Cōsultātibꝰ ergo atheniēsibꝰ nec quo se uerterēt scīētibꝰ demades pactꝰ mercedē
quinq̄ talētoꝝ legationē suscepit: qđ & tandē apud regē obtinuit ciuitatē q̄ recō
ciliauit. Abeūte igit̄ Alexādro Demades ac ceteri Alexādri amici plurimū athe-
nis poterāt demosthenis potētia oīno suppressa Quāq̄ haud multo post Agide spar
tiata res nouas moliēte motꝰ aliquis Athenis fuerit: sed statim refrixit: Atheniē
sibꝰ operam minime nauantibꝰ agide oppsso & spartiatis cōfractis. Per id tēpꝰ agi
tata est cōtra ctesiphōtē accusacō fuerat enī dies dicta sub Cherōda ꝑtore paꝝ an
Cheroniacam pugnam: iudicata ē autē causa pꝰ ānos decē ꝑtore aristophōte. hoc
ē iudicium illud famosū ut nullū aliud ex publicis tū ꝓpter oratoꝝ excellētiam tū
ꝓpter iudicū magnanitatē: q̄ accusatoribꝰ demosthenis ꝑ id tēpus in re. p. maxie
poterībꝰ nequaq̄ gratificati sūt: sed ita ꝑclare absoluerūt ut quintā calculoꝝ ptem
Eschines nō ferret Eschines ergo in exiliū electꝰ circa Rhodiū & Ioniā rethoricaꝫ
docuit: nec multo post Harpulꝰ alexādrū ex cōsciā reꝝ male admistrataꝝ & ex ira
regis q̄ cōtra amicos deseruire cōspexerat: fugiēs ex asia athenas pueīt q̄ cū ad ꝑo
pulū se cōtulisset: & cū nauibꝰ & pecuniis eoꝝ arbitrio se submitterꝫ: alii oratores
ad pecuīas respiciētes aduocati harpulo erāt: suadebantq̄ populo ut supplicē reci-
peret tutaretq̄. At demosthenes pmo repellēdū esse hoiem. & cauēdū: ne ꝑ eum
bellū suscitarēt ex minime iusta causa suadebat Paucis vero post diebꝰ cū pecunie &
uasa inspicerent: vidēs eū Harpalꝰ opere barbari cuiusdā uascali delectaeū formā
q̄ & artificiū diligētissime cōtēplātē: iussit ut uas appēderet: admirāte vero De-
mosthene pōdus auri: & q̄tum traberet postulāte arridēs Harpalus talēta inquit
viginti tibi trabet Atq̄ ita noctu uas cū . xx. talentis Demosthenī elā misit. Erat
Harpalus ut videt̄ callidus hoīs auri cupidi per oculoꝝ motū mentē dinoscere: non

Demosthenes

enī restitit Demosthenes: sed largitione ꝑcussus: q̄si arcē ꝑdiēs Harpalo cōcessit. Itaq3 cū postea de recipiēdo Harpalo agitaret: lan(a) & victis collū circūfareiēs ī cō cionē ꝓcessit: iussusq3 dicere renuit q̄si gule morbo loqui īpediret. At viri urbani q̄ aderāt rē intelligētes ridebāt nō gule morbo sed auri ꝑ noctē cōstrictū vocē ꝑdi disse Demosthenē clamitātes. Ob eā corruptelā paulo p9 apud populū patefactā cū nec excusationē Demostenis susciperēt. nec dicētē audire uellēt. Harpalū expu lerūt. Veriti aūt ne racio pecu niaꝝ ab oratoribꝫ acceꝑtaꝝ a ciuitate reposcerēt: inqsitionē habuerūt diligentē: ꝑscrutati edes cūctoꝝ ꝑter q̄ vnius callidis areni(di) Huius enī q̄d nuper uxorē duxerat nō ꝑmiserūt athenienses ut Theopōpus scribit domū in q̄ noua erat nupta ꝑquiri. Sed Demosthenes obuiā incedēs ad populū tu lit: ut cōsiliū areopagitaꝝ de ea re cognosceret: a quibꝫ cū ipse in ꝑmis cōdēpnat9 quīqoaginta talētis: & in carcerem ductus esset ꝑtim iudicii grauitate ꝑtim im becillitate corpis eū carcerē ferre neqret: clā aufugit: & dicit in illa fuga cū nō lō ge ab urbe esset videretq3 aliquos aduerse factionis hoīes post se currētes occulta re ꝑmose uoluisse: deinde ut illi benigne appellātes viaticū offerebāt cōsolabanturq3 ingemuit ille magis & inquit quomō fieri potest ut nō ḡuiter ferā hāc ciuitatē re linqre: in q̄ inimici tales sūt q̄les in alia reperire amicos difficile est. Tulit aūt exi liū ḡuiter ī egina & Trizna morā trahēs & ad atticā cū lacrimis respiciēs vocesq3 emittens ingenerosas. Ferūt etiā dū fugeret respexisse ad arcē ac dixisse O pallas vrbiū custos cur tribꝫ īfestissimis bestiis delectaris. noctua dracone & populo ado lescētes etiā se adeūtes monere solebat: ne ad rē. p. se cōferrēt affirmās si due essēt vie ab initio ꝓposite vna q̄ ad rēp. altera q̄ ad īteritū aperte ferrēt essētq3 maifesta illa q̄ gerentes res. p. subire oportet formidines inuidias odia calūnias simultates cōtentiones certamia illā poti9 electuros esse hoīes que ad interitū ferret. Eo exu lāte obiit Alexāder cuius cognita morte: rursos ciuitates grecie cōspirauerūt. an tipatro in lamia vrbe aleosthene fortiter obsesso. Pytheas orator & calimedon ex Athenis ꝓfugi Antipatro adheserūt & cū amicis & cū legatis ei9 circūeūtes ci uitates in fide cōtinere adnitebant. Demosthenes vero legatis atheniēsiū q̄ contra mittebant secutus eos iuuabat suadēs ubiq3 īsurgēdū esse aduersus Macedones eo rūq3 damnatū depelīedū. Et in arkadia qdē etiā iurgiū q̄ddā inter Pytheū & De mosthenē fuisse scribit Philarc9 illo ꝓ Macedonibꝫ hoc ꝓ grecis in cōcione dicēte quo in loco cū Pitheas dixisset ut domū in quā uenale lac importat malū aliq̄d ha bere putam9: sic ciuitatē necesse est morbosā esse in quā atheniēsiū inerat legatio retro sit Demosthenes id exēplū q̄d & lac venale ꝓ sanitate egrotātiū importaret & atheniēses ꝓ salute ciuitatum adessēt. Que cum athenis renuntiata fuisset adeo ḡta fuerūt ut stati ipm ab exilio reuocarēr Damon peaneus Demosthenis nepos de ei9 reductōne ad populum tulit populusq3 sciuit. missaq3 ē nauis vna lōga ī egi nā illum aductura. Profecti obuiā magistrat9 & sacerdotes cuncti. Ciues etiam alii lete sūsrepturi gregati exiuerunt. Qua die scribit Demetri9 Magnesi9 demo sthenē sepi9 tetēdisse man9 ad celum: q̄d ꝑclarior q̄ alcibiadi sibi redit9 in patriā fuerit ꝑ suasis ciuibꝫ nō coactis. Mulctā uero aduersus eum inflictam neq3 eri re mittere illam licebat: in aram iouis cōuertēdam statuerūt. Consueta siqdē in festo iouis Seruatoris pecuniam ꝓ ornanda ara cōferre. ad hoc ꝑficiēdū quinq̄ginta ta lēta Demosthenī statuerunt q̄ erat pena dāpnatiōis sue Non tū n ultū rēp9 patria fretus ēē3 haud multo post reditū rebꝫ grecie cōfractis: maio qdē mēse pugnarū est apud cranona iunio autē ꝑsidiū acceperunt. Iulio deinde mortē obiit demosthe nes in hunc modum. Cum nuntiarum esset antipatrum & crateꝝ athenas adoenta re Demosthenes & q̄ cum illo sentiebant urbe ꝓfugerunt populus autem auctore Demade capitis eos cōdēpnauit. Quibꝫ uarie dispersis missi ab antipatro satellites

eos ꝓsecuti sűt. priceps satellitű erat Archias qdã natione thirius actor tragedia
rum: cuius discipulus fuisse tradit̃ polus ille q ceteros omnes histriones supauit.
Hermippus aűt lacriti Rhetoris discipulű fuisse Archiam dicit' Demetrius vero
Anaximenis familiarẽ fuisse tradit Hic ergo Archias Hiperidẽ oratorẽ & Aristo
niű Marathoniű & Himereű Demetrii Phalerei fratrẽ. q in eginã ad Facum con
fugerãt ꝑ vim detractos in Cleonas misit ibiq; ab antipatro necati sunt Hiperidis
insup lingua euulsa. inde cű audisset Demosthenẽ in Calabr ã ad tẽplum neptuni
cõfugisse nauigãs illuc cű satellitib⁊ suis traces hi erãt tẽplű ingressus est ac ꝑmo
suadere Demostheni cepit ut vna secű ad Antipatrű pergeret: nihil molestű ab illo
perpessur⁹ Demosthenes ea nocte pergrere visus erat cű Archia tragedis ĩ thea
tro certare & cű illű supasset: tñ defectu apparatus ab illo vinci. Itaq; Archiã tunc
multa humaniter locutű intuẽs: nihil est Archia ĩquit qđ coneris. nec enĩ in scena
mihi unq; placuisti inim⁹ neq; nűc persuadebis legatus. Cűq; Archias hec audiens
se per vim detracturű esse diceret Tandẽ ĩquit Macedonica oracula aperuisti nã
prius qdẽ tamq; Histrio simulabas. Verű age parűper expecta dű pauca domesti
cis scribo Hec fatus in ĩteriorẽ tẽpli partẽ cõcessit. captoq; libro q̃si scribere uellet
Calamű ori admouit: ac mordicus tenuit' ut in cogitãdo scribẽdoq; facere consue
uerat. qđ vbi ꝑ aliqđ spatiű fecisset demű ueste se tegẽs caput inclinauit. Satelli
tes q pro forib⁊ adstabãt hec intuẽtes uelut timidű ac vecordẽ Demosthenẽ irri
debãt. Sed Archias ipm adiẽs ut assurgeret cohortabatᷓ. repetens illa prius ab se
dicta fore scilicet ut ab Antipatro humanissime susciperetᷓ. Iam Demosthenes sen
serat vim veneni vitalibus implicitã itaq; aperiẽs caput Archiãq; ꝓspiciẽs nõ ante
ibis me ĩqui tunc reonte simulãdo abiciẽdoq; in sepultű corpus Ego aűt neptune vi
uus adhuc ex tuo sacrario excitor. Antipater aűt & Macedones ne tẽplű qdẽ tuű
inuiolatű reliqrűt. Hec fat⁹ ut se caperẽt iussit. iam tremor ac vacillatio cõspicua
erat vixq; dű ara detract⁹ cecidit suspirãsq; emisit aĩaꝫ. Venenű ex calamo illo quẽ
mordicus tenuisse sup̃ dicim⁹ sűpsisse aristo tradit. Pappus vero qdã cui⁹ historiã
Hermipp⁹ repetiit: ĩquit cű apud arã cecidisset Demosthenes reptű fuisse ĩ libro
quẽ manib⁊ tenuerat principiű epistole in hűc modű. Demosthenes: Antipatro.
nec quicq; ampli⁹. De celeritate aűt mortis narrasse satellites illos q pro forib⁊ ste
terűt venenű ex manu fusű bibisse. Ancilla vero q sibi mĩstrabat dixit: longű tẽp⁹
id venenű Demosthenẽ secű habuisse. q̃si ꝑsidiű qddã & liberationẽ siquid accidis
set. Eratosthenes in circulo quodã cõcauo quẽ circa brachiű ferebat venenű seruas
se dicit. Tradűt & alii alitẽ quoꝝ opiniones multi enĩ sűt scriptores nõ est necessa
riű referre: nisi qđ Democares Demosthenis familiaris nõ putat veneno interisse
sed deoꝝ beniuolẽtia ex Macedorű seuitia ereptum subito ac facili genere mortis
Obiit. xvi. die mẽsis iulii qua die omniű mestissimam agẽtes diẽ apud deam ieiu
nant mulieres. Hinc paulo post honorẽ reddens atheniẽsis populus statuam utq;
maximus natu sui generis publice stiperdia haberet decreuerűt. Adscriptum est
statue epigrama illud uulgatű. Si pares ingenio vires Demosthenes habuisses nű
q; grecie dominatus fuisset macedo Demadem haud sane multum tempus gloria
fretű Demosthenis iudicium in Macedoniam traxit: quibus turpiter adulabatᷓ ab
eisdem iuste supplitio affectus inuente sunt littere eius: in quibus predicam ad ca
pescendam macedoniam seruandamq; greciam hortabatᷓ a putrido ac uetusto filo:
Hoc enim de Antipatro aiebat perdentem. Ob que Dinarcho Corinthio accusan
te irritatus Cassander in eius cõplexu filiű trucidauit. deinde ipsum necari iussit
maximis calamitatibus expertum proditores in uendenda patria seipsos prius ue
nundare. quod sepe predicenti Demostheni credere noluerat.

Epistola Leonbardi Arethini De Vita atq; gestis Ciceronis Incipit feliciter

TIOSO MIHI NVPER ac lectitare aliquod cupiẽti oblatus est libellus quidam ex Plutarcho traductus in quo Ciceronis vita contineri dicebatˀ. Illum ego &si sepe alias diligẽter & accurate in greco legeram tamẽ latine quoq; videre gliscẽs cũ percurrere cepissem aniaduerti statim neq; enim obscuri erant errores eũ qui transtulerat bonum quidem virũ sed non satis eruditũ partim ignoratione grecarũ litterarum in multis prolapsum partim ariditate quadã ingenii parum res pẽdenter paruq; continue ea ipsa in quibus nõ prolapsus fuerat transtulisse. Itaq; indolui equidẽ Ciceronis vicẽ & mecum ipse indignatus sum qđ ĩ eo viro littere nostre adeo mute reperirentur q vel solus ne mute forẽt sua diligẽtia prestitisset. Huic ergo deformitati latine lĩgue ꝓ virili mea succurrere aggressus cõfestim greco volumine requisito traductionem ex integro inchoaui. Et opus sane ab initio satis luculenter procedere videbatur. Mox vero vt ꝓgredior & ob conuertẽdi diligentiam singula queq; magis cõsidero ne ipse quidẽ Plutarchus desideriũ mei animi penitus adimpleuit. Quippe multis pretermissis que ad illustrationẽ summi viri vl' maxĩe pertinebãt cetera sic narrat vt magis ad cõperationem suam ĩ qua Demosthenẽ preferre nititur q̃ ad sincerum narrandi iudiciũ accomodari videanť. Nos igitur & Plutarcho & eius ĩterpretatiõe omissis ex iis que vel apud nostros vl' apud grecos de Cicerone scripta legeramus ab alio exorsi principio vitã & mores & res gestas eius maturiora digestione & pleniori notitia nõ vt interpretes sed ꝓ nostro arbitrio voluntateq; descripsimus. Est aũt nihil a nobis temere in historia positum sed ita vt de singulis rationem reddere & certa ꝓbatione asserere valeamus. Tu ergo Nicolae censor & iudex rerum nostraꝝ Ciceronem hunc nouũ diligenter leges &si non indignum putabis aliis quoq; legendi eius copiã facies. Hortamur autẽ & prouocamus omnes q ingenue eruditi elegantius & ꝓbabilius de iisdem rebus scribere poterũt vt parenti & prĩcipi litteraꝝ nostraꝝ suũ quisq; scribẽdi studiũ certatim exhibeat Nã neq; vlli magis littere nostre debenť q̃ illi qui eas nobis tradidit. Et mihi tanti est Ciceronis honor vt vehementer exoptẽ a multis de hoc ipso scribentibus superari Vale.

Plutarchi Historiographi grẽci De Vita atq; gestis Ciceronis Per Leonardum Poetam Eximium Historia in Latinum traducta Linguagium Incipit feliciter

VLLIORVM FAMILIA que & Ciceronis postea cognomentũ recepit & ex municipio arpinati originẽ traxit. Principiũ vero generis in Tullium Volscorum Regem satis cõstanti opinione homini referebat. Sed quãq; a regib9 orta tamẽ vt res mortaliũ fluxe ac labiles sunt ꝓcedente tempore claritate nominis extincta ignobilitatẽ adusq; cõsenuisse videtur: nõ tamen adeo demersa quin & Rome supra vulgus emergeret ac eq̃strem locũ q medius inter patres & plebem habebatur obtineret Qui primus ex ea familia Cicero cognominatus est: in extrema ñasi parte eminẽs quidã in figurã

Ciceris habuit: a quo sibi cognomen inditum ac p eum in posteros gentilesq; trans-
fusũ. Ex hac itaq; familia Cicero orator natus ẽ patre Tullio matre Olbia que &
ipsa honestis parentibus orta memoratur. Natum illum ferunt .iii. nonas ianuarias
Q. Cepione & Sertano cõsulib9 nec multo post nutriti eius phãtasma visum dixis-
se magnam rei .p. salutem ab illa nutriri. Hec autẽ ab initio spreta & p nugis habi-
ta ipse mox vera fuisse oracula ostendit. Nam vt primum discendi p etatem capax
fuit extemplo magnitudine indolis inter equales excellens tantam ingenii famã
cõsecutus est vt plerique graues viri rumore puerorum cõciti ludum adusq; pficisce-
rentur ad eum Ciceronem de quo tam multa audiuerant intuendum. Pueri autem
tanto in honore illum habebant vt cõstet quosdam ex nobilitate Romana a parenti-
bus rusticioribus obiurgatos qđ honoris causa medium p vias traducerent. Prima
eius cõmendacio circa poeticam eluxit nam & puer adhuc libellos quosdam versib9
edidit & fuit eius studium prima etate ad carmen poetasq; ardentius. Crescentib9
mox annis solutam orationem vtpote ampliorẽ & disertiorem & nature sue magis
consentaneã adamauit preceptaq; dicendi auidissime psecutus est sed & ceteris lit-
terarum studiis ita inhesit vt nihil pretermitteret eđ ad institutiõem sũmi futuri
viri pertinere videretur. Puerilibus studiis peractis philosophie & iuri ciuili ope-
ram dedit: & in philosophia quidẽ Philonem Achademicũ Clitrachĩ discipulũ tũc
Rome cõmorantem pceptorem habuit. In iure autem ciuili a Mutio Sceuola iure
consulto viro pstatissimo istitutus est. Post hec sub Silla duce marsico bello mili-
tauit pseuerassetq; in armis diutius nisi euersionẽ rei p & Sille dominatũ iã inde
pspiciens improbasset. Finita igit̃ militia in vrbem reuersus exitum rez quietus
expectabat donec Silla iam rez potito Sex rostium parricidii rerũ & ab ipsa Silla
vehementer oppugnatũ in iuditio defendit. Hanc primam causam publici iudicii e-
gisse ferunt tres & viginti annos natũ vt Cornelius nepos tradit. Vt aũt alii quidã
scripserunt .vii & .xx. cũ tamen annũ ante causam priuatã pro Quintio apud gallũ
aquilium iudicem dixisset. Ego Cornelio nepoti vtpote coetaneo & in primis fa-
miliari & cũ diligentia hominem obseruanti magis crediderĩ. Metuens inde Sillã
quem in rosciana deffensiõe offendisse cognouerat in greciã abiit dissimulata causa
veluti curãde valitudinis gratia pficisceretur. Res oportuna videbatur quod gra-
cilis & valitudinarius erat ob stomachi debilitatẽ non nisi leuia quedã cibariola &
ea sero tandẽ admittentis. Vt igitur Athenas peruenit Pedotriuis & gimnasiorum
magistris se tradens corpus ad robur valitudinemq; redegit. vocem etiã que sibi pri-
us asperior fuerat ad dulcedinẽ ornatumq; emendauit. Ibi studiis ardẽtius incũbẽs
Anthiochum Ascalonitem audiuit eius in dicẽdo copia suauitateq; pellectus. Nam
illa que is philosophus innouare instituerat haud quaq; pbabat. Iã enĩ Anthiochus
deserta Achademia stoycorũ inuenta plerũq; fouebat. In his itaq; studiis egregie
florentẽ & iam philosophiã profiteri ac perpetuo in ea persistere meditantẽ nunti9
de obitu Sille & frequentes amicorũ littere ad rem p. reuocantiũ excitarũt. Ipse
quoq; Anthiochus grauissimis adhortatiõibus rem p. capescere suadebat quib9 tã-
dem victus cũ redire ad ciuilia certamina statuisset organũ illud rethoricum quod
per philosophie studia intermiserat rursus tẽperare ac renouare aggress9 omnes di-
cendi magistros qui p id tempus Athenis erãt diligẽtissime audiuit seq; apud illos
exercuit. Hec iis cõtentus in Asiam & Rhodum nauigauit vt clarissimos rethores
qui in iis locis erant cõueniret. In asia itaq; Xenoclem ad Ramitinũ Dionisiũ Ma-
gnesium & Menippum carem. In Rhodo appolloni molonis clarissimum dicendi
magistrum & Possidonium philosophũ audiuit. Per tot ille viros tam lõga itinera
tam varias regiões tanto exercitio tãta cura tantis laboribus eloquẽtia persecutus
est. & tamẽ sibi ipsi interdũ non satisfacere in ea arte fatetur. at nostre etatis hoĩes

Cicero

si semel libellos legerint si interim ac rursus pulpitum ascenderint oratoriam facul
tatẽ se possidere arbitrãtur. Fertur appollonii insigne illud ac memorabile de Tul
lio iudicium nam cũ Rhodum aduenisset ac rogatu appollonii quam latine nesciret
grecie declamasset ceteris q aderant in stuporẽ tante eloquentie adductos certatĩ
eum laudantibus appollonius ipse nec eo dicente signũ aliquod letitie p se tulit nec
perorata causa vtiq; laudauit. sed diu secũ tacitus prestitit. Cũ itaq; vt par erat ap
pollonium intuerent ac iudicium eius expectarent tandẽ cupto silentio sic inquit.
Ego te laudo equidẽ & admiror Cicero. Quod autẽ te dicente causa etiam perora
ta diutius tacuerim dolor & cõmiseratio quedã efficit. Repetebam namq; ipse me
cum superiora tempora & armis & gubernatiõe rez p. & ĩstitutis domesticis gre
cos p̃ ceteris nationibus floruisse. Quibus in rebus nobis Romani palmã iam pridẽ
vera & incredibili virtute superantes cõfessione omniũ abstulerunt. Reliqua vna
ac sola superat doctrine & eloquẽtie gloria: quam & ipsam per te nobis auferri &
ad Romanos transferri video: vt nihil iam precipue laudis apud nostros relinquatᷓ
Hec Appollonius grauiter sic diuineq; locutus est: sic enĩ re vera fuit. Ceterũ cum
peractis studiis in italiã rediens ingenti spe plenus ad rẽ p. pperaret: oraculo Ap
pollinis delphici pene aduersus est. Consulenti siquidẽ quemadmodũ maximã sibi
gloriam pararet: respondit si naturã suam non opinionem multitudinis ducem vite
sequeretur. Quod ille reputãs per prima sui reditus tempora valde pigre & diffi
denter rẽ p. attingebat: & magistratus sibi cõmissos quodãmodo horrere formida
req; videbatur. grecũ denique & scolasticum vt vulgo solet pleriq; vocitabãt. Cum ta
men cupiditate honoris & ipse p se natura ardens & a parente amicisq; incensus
causis orandis animũ appulisset: nõ gradatim vt ceteri sed repente omnibus qui in
foro versabantur post se relictis ad fastigium euasit. In actione tamen non minus q̃
Demosthenes laborasse fertur donec per Roscium comediarum & Esopum trage
diarum actores prebita illis diligenter opera vocem & gestum corporis emẽdauit
Questor inde factus & siciliam sortitus sũma cum integritate & diligentia magi
stratũ gessit pꝛouincialibus gratus ciuibus R qui in Sicilia negociabantᷓ benignus
erga omnes comis & iustus. Romã vero p id tempus penuria rei frumentarie labo
rantẽ tantum frumenti transmisit vt caritatẽ annone sua diligentia subleuaret Ex
cogitati erãt a Siculis in memoriã eius questure honores quidam noui. Itaq; & cõ
scientia benefactorũ & secundo fauore rerum suarum tanta spe plenus e prouincia
decedebat vt putaret apud populum r. nulla de re magis q̃ de questura sua sermo
nem haberi & iam omnes magistratus sibi vltro deferri. Qua de re quam se ipse fal
leret mox intellexit p ea que sibi paulopost ridicula euenerũt. Nam cũ Sicilia dece
dens puteolos venisset: audiuit esse multos ciues r. q lauandi gratia in ea loco cõue
nerant: a quibus pro illa trãsmissione frumentaria & subleuata penuria populi r. cete
raq; sue questure fama ita se receptum iri existimauit vt omnes sibi gratulabundi
occurrerent. Egressus itaq; naui & circa balnea pꝛofectus ciues in corona stãtes col
loquentesq; offendit. Illi statim in eum vtpote tunc primũ venientem conuersi que
sierunt qua die Roma exisset & nũquid ibi esset noui Ad hec indignans cum non
ex vrbe sed ex prouincia sua venire respondisset: quidã ex iis qui aderãt an nescitis
inquit istũ iam annum in Africa questorẽ fuisse Hec ab initio eũ turbarant vehe
mẽter postea vero se ipsum ridẽs qđ spem in beneficiis vulgo collatis posuisset sto
machari destitit & vnum se fecit ex iis qui ad balnea venissent. Ceterũ animaduer
tens hoc habere populorũ naturam vt presentia quidẽ acriter intueantᷓ: absentia ve
ro non multũ discernant: statuit de cetero in oculis populi r. viuere externos autẽ
magistratus vt minus efficaces ad gloriã omittere. Hinc itaq; robustius ad rem p.
versus turpe quidẽ existimauit: si opifices ipsi nomina & vim instrumẽtoꝝ omniũ

quibus in officina vtuntur cognoscerent: ipse autem nomina & res ciuium suorum
quibus tanq̃ instrumẽtis quottidie vti habebat ignoraret. Itaq; & homines & fami
lias & ꝓpinquitates & clientelas mores denique & vitã vniuscuiusq; curiosissime di
dicit: nec erat vlla italie via de qua non facile referre posset: cuius ville cuius agri
cuius clientele per eam essent. Mortuo patre domũ paternam. Q. Ciceroni fratri
concessit: ipse quo facilius aditus ad eũ foret circa palatium habitauit. Adeuntiũ
sane multitudo tanta erat vt nõ plures Crassum ꝓ diuiciis aut pompeiũ pro sũma
potentia frequentarẽt. Circa valitudinem curandam ita diligentissimus fuit: vt
non solum interuallis horarũ verum etiam de ambulatiõibus enumeratis passibus
vteretur. Raro ante occasum solis discũbebat: nec id ob occupatiões negociorũ tan
tum quantũ ob stomachi cruditatẽ. Per hanc modum habitudinem donans ad mul
tos & magnos labores sufficiẽs corpus efficit. Edilis inde factus & mox post edili
tatem preturam petens omniũ cõpetitorum: & erãt quidẽ multi ac magni viri pri
mus suffragiis populi R. pretor creatus est. Cumq; vrbana sibi obuenisset ius dixit
sũma diligẽtia: nec minori integritate: ita vt nec timore cuiusq; neq; gratia flecta
retur. Sed cum iã auctoritatis in eo tantum esset vt ad petendũ consulatum ydo
neus videretur: omni diligẽtia adhibita ad petitionẽ amplissimi honoris descendit.
Ardebat tunc maxime ambitio petẽtibus simul nobilissimis viris p. Galba L. Ca
telina. C. Antonio. Q. Cornificio. Ciceroni vero in ea petitione varie spes variaq;
consilia fuerũt. Nõnunq; enim Catiline magis adhesit: eũq; tunc iudicio impeditũ
defendere statuerat. Verba eius in epistola quadam ad Atticum ista sunt. Ego de
meis detractoribus scripsi antea diligẽter. Hoc tempore Catilinã cõpeditorem no
strum defendere cogitamus: iudices habemus quos voluimus summã accusatoris
voluntate spero si absolutus erit cõiunctiorem illũ nobis fore in ratione petitionis.
Credo nõ dum orta erat cõiurationis suspitio: que paulopost ĩtellecta vl' precipue
suffragata Ciceroni putatẽ: quod eius prudentiã sufficere credebant ad omnia que
imminere videbanẽ pericula ꝓpellando. Creatur itaq; cõsul vna cũ C Antonio M
Antonii oratoris filio. Hic est ille gloriosissimus cõsulatus per quem Cicero pater
patrie primus omniũ Romanorum appellatus est: quam appellationem Romani ĩ
peratoris postera vsurparunt. Sed Ciceroni libera adhuc ciuitate & non ab hoc vl'
illo adulatore: sed ex sentẽtia. M Catonis hic tãtus honor accessit. Prima eius in
dustria circa depulsionẽ legis agrarie cõspecta Nam res quidẽ Catiline ab initio cõ
sulatus in occulto adhuc manebãt. Ceterum magni quidã motus in re p. parabanẽ
Etenim ꝓscriptorum dudum a Silla filii ad honores restitui postulabãt non tam in
iuste quam alieno tempore & tribuni plebis ob hec & alia legẽ promulgarant de de
cem viris cum imperio creandis. His quicquid publici erat agri p italiam Siriam
Asiam diuidendi delectus habendi stipendia soluendi in exilium eiciendi potestas
per legẽ dabatur. Huic legi nõ solum plebs in spem nouarũ rerum erecta verũetiã
quidam amplissimi fauebant viri & in primis C. Antonius cõsul sperans si lex fer
retur facile se vnũ ex decemuiris futurum. Videbatur etiã de coniuratione que cir
cũferebantur nõ inuitus audire propter magnitudinẽ eris alieni. Igitur ad compri
mendã hanc rei p. turbationem cõuersus Cicero ante omnia collegam a cupiditate
rerum nouarũ retrahendum & sibi ac rei p' vindicandũ ratus: repudiata gallia ꝓ
uincia que sibi vltro delata fuerat vt Macedonia Antonio decernerenẽ efficit. Sa
nato per hũc modum college animo: & in suã volũtatem traducto: iam post hac for
tius rem aggressus tribunos plebis ferẽde legis auctores in senatũ vocatus sic fre
git: vt victi obmutescerẽt: nec respõdere quicq; auderẽt. Sed cũ iidem tribuni pau
lopost eum apud populũ accusassent: & irritatis multudinis animis in contionẽ vo
cassent: nihilo magis deterritus secutis patribꝰ in contionem descendit. Ibi quanta

in eo fuerit eloquentie vis manifeste apparuit. Habita siquidem graui oratione sic
mentes hominũ mutauit vt plebs ipsa deposita cupiditate legẽ iprobaret & aucto
rem ferende omnino desereret. Per hunc modũ lex agraria que primũ a Ti. Grac
cho introducta & per singulos fere annos tribunitiis furoribus & sũmis contentio
nibus agitata patres & plebẽ assidue collidebat p Ciceronis prudẽtiam & eloquẽ
tiam facile sopita. Huic egregio ac memorabili facto aliud lõge gloriosius & memo
rabilius adiunxit pulso ex vrbe Catilina & sociis deprehẽsis atq necatis: qua de re
quia vulgaris historia est & ab optimis auctoribus diligentissime scripta non erit
mihi cure nisi pauca & ea ipsa q singulari aliq notatiõe digna videbũtur repetere.
Cõiurauerant contra rem publicam corruptissimi ciues & sue amẽtie ducem Ca
tilinam habebant. Is enim cupiditate dominãdi post Lutium Sillam incensus & iam
pridem quẽadmodũ rem publicam inuadere posset meditatus omnes cuiuscũq ge
neris homines q vel publice vel priuatim fortune infense res nouas optabant in suã
amiciciam familiaritatẽq pellexerat. Itaq omnes q damnati iuditiis qui ordinib
amoti qui pro cõmissis iudicia formidabant q patrimonia assumpserant: postremo
omnes perditos infames egẽtes audaces facinorosos ad se traxerat. Inter hos erant
senatorii & equestris ordinis cõplures & in primis P. Lentulus sura vir patritius
ex gẽte cornelia qui post consulatum probri causa se natu amotus fuerat. preterea
multi ex sillanis militibus q olim circa fessulas in colonias deducti consũmptis di
uiciis ꝓ nouarum spe rapinarum bellum optabant. Horum singulis Catilina & tã
dem vniuersis in vnum coactis animum suum apperuit: eosq cohortatus & premia
pollicitus statuerat vna cum illis rem p occupare & trucidatis bonis & locupleti
bus quorum auctoritas in re publica valebat: sibi dominationem illis magistratus
prouincias dignitates arripere. Sed quo facilius ea patrare posset consulatum pe
tebat. Fama iam quedã licet obscura vulgarat coniurationẽ magnam contra rẽ p.
esse initam cedem ingentem parari sed neq auctores certos ea fama habebat neq
per quos homines pararentur aperiebat. Ceterum ea suspitio vt supra diximus pe
titioni Ciceronis maxime ꝓfuit: quod eius prudentiam facile resistere posse tãtis
periculis arbitrantur. Igitur ab initio cõsulatus sui famam coniurationis sagaciter
obsecutꝰ vbi ex fuluia muliere nobili ortam comperit per eam ad se clam accitam
multa pollicendo efficit vt Q. curius fuluie amator q vnus ex coniuratis erat totã
sibi coniurationis seriem & omnia Catiline cõsilia proderet. qbus per hunc modum
cognitis custodie rei p. vigilantius incumbebat. Tempus aũt referendi ad senatum
nondum idoneum existimabat. Sed priuato consilio & diligẽtia illius conatus vbi
q frustrabatur: quo quidem facto omnia pene vrbis pericula in se vnum conuertit.
Nam Catilina quoniam ipsum valde officere suis cõsiliis & vbiq obstare sentiebat
nec eo incolumi se quicq perficere posse: ante omnia ipsum occidere statuit: & insi
dias die noctuq ei tendere non cessauit: quas tamẽ Cicero non minori astu semper
vitabat. Postremo cũ occulte isidie sepius temptate nequaq procederẽt proximis
comitiis quibus consulatum petebat aperta iam vi & magna armatorum manu in
ipsa comitiorum turba Ciceronem occidere statuit que presentiens Cicero & simul
existimãs si ille consul designaretur: omnia haud dubie peritura in ipsa comitiorum
die armatus in campum descendit: data etiam opera vt subtracta parumper ab hu
meris veste thorax conspicuus esset: quo periculũ iminens ciuibus ostenderet. Ci
ues ea re perculsi & de salute cõsulis solliciti eũ circumstant. Ita clarorum virorum
& robustissimorũ adolescentium caterua stipatus comitiis presidens effecit vt ite
rum Catilina repulso Murena. & Sillanus crearent. Hac itaq spe destitutus Ca
tilina cum bellũ facere ac extrema omnia experiri decreuisset: Manlium quendam
in Etruriam admouenda arma permisit: ipse in vrbe remãsit ad cetera obeũda. Ibi

eum indies plura moliretur vrbi incendia consuli necem maturaret. Cicero quod priuato cõsilio longius rem p. sustinere non poterat & qđ motus iam ex Etruria nuntiabatur: nõ amplius cunctandum ratus totam rem vt cognouerat in senatu patefecit. Senatus magnitudine periculi cõmotus decreuit vt consules puiderent nequid res p. detrementi caperet. Hec erat sũma potestas & non nisi extremis periculis dari cõsueta: quã tunc nactus Cicero: tanta multitudine armatorum stipatus incedebat: vt magnã fori partem quotiens eo descẽderet occuparet. Formidãs tamen inuidiam nobilitatis Catilinam occidere differrebat: donec manifestioribus inditiis coniuratio tenerentur. At Catilina quoniã magna circa consulem presidia cernebat alia via agendum ratus C. Cornelio & Lutio Varguteio equitibus Romanis negotiũ dat: vt mane veluti salutatum ad Ciceronem ingressi ex improuiso eum domi cõfodiant: quo per fuluiam propere cognito: eos paulopost ad se venientes Cicero ianua prohibuit. Sed eo periculo maiorẽ in modum excitatus postridie in edem iouis statoris senatum vocauit: eo cũ ipse quoq; Catilina siue dissimulandi siue sui purgandi causa venisset: presentia eius cõmotus Cicero grauissima oratiõe corripuit: & in exilium ire iussit. Ipse autẽ Catilina cum respondere nesciret sed in maledicta aduersus cõsulem prorumperet iurgio senatorum incensus demum veluti furens e curia domum minabũdus euasit. Ibi multa secum agitans tandẽ optimũ factu ratus exercitum adire. Lẽtulo Cetbego & aliis quoq; promptam audaciam cognouerat mandat vt opus cõiurationis quãtum possint confirment: insidias consuli maturent. cedes & incendia diligenter parẽt. se prope diem cũ exercitu affaturum pmittit. Hec mandata cum dedisset intempesta nocte porta flaminia egressus in castra ad Manlium contendit. At Lentulus & ceteri cõiurationis principes vti Catilinam perceperat quoscũq; moribus aut fortũa nouis rebus idoneos credebant sibi asciscere conabãtur: paratisq; magnis vt putabãt viribus constituerãt vbi primũ cũ exercitu Catilina appropinquare nuntiaretẽ vt L. Bestia tribunus plebis contione aduocata quereret de Ciceronis actionibus: in eũq; causam belli totam refunderet: quo magis animi plebis aduersus illũ incenderentur. Inde quasi signo dato pmxima nocte statilius & Gabinus cum magna manu duodecim oportuna vrbis loca incenderent. Cethegus ianuam Ciceronis obsideret eũq; aggrederetur alii itẽ alios quos ad cedem destinauerant. Erant per id tempus in vrbe legati Allobrogũ quos quia publice priuatiq; magno ere alieno oppressos sciebant. ad societatẽ belli requirũt liberationem & premia insuper amplissima ciuitati eorũ pollicentur: victoriam in manibus esse ostendũt participes cõsilii nominant & quo facilius inducantur legati quosdam falso adiungũt. Illi diu secum voluentes tandem per Fabiũ Sargam cuius patrocinio vtebãtur rem totam Ciceroni pandũt. Ille tempus manifeste deprehendẽdi venisse ratus legatis imperat vt studiũ cõiurationis vehemẽter simulent: dentq; operam vt illos quam manifestissimos habeant. Igitur ex precepto consulis operam promittunt litteras a singulis postulant quas ad ciues suos perferant. Non enim de tantis rebus temere credituros affirmant: tandem a Lentulo Cetbago & Statilo litteras obsignatas accipiunt: mittit preterea cũ illis Lentulus Titom vulturtium q antequam domum pergant ad Catilinam eos perducat Ipsi Vulturtio litteras & mandata ad Catilinam dat in vrbe parata esse omnia: ne cunctetur propius cum exercitu accedere. His rebus ita paratis constituta nocte qua proficiscerentur: Cicero per legatos cuncta edoctos: apud pontem emilium dispositis insidiis eos capi & ad se cum litteris duci iussit. Ipse vbi captos intellexit statim Lentulum Cetbegum Statilium Gabinium. Q. Ceparium ad se vocant. Lentulum quod erat pretor manu tenẽs secum duxit: reliquos cum custodibus in edẽ concordie venire iubet eo senatum cõuocat signis litteris indiciis etiã gallorum &

T. Vulturtii nam ei fides publica data erat conuincuntur. Senatus decreuit vt P
Lentulus pretura abdicatus itemq; ceteri in liberis custodiis aliud apud alium ha-
berentur. Quare deposita in senatu purpura Lentulus P. Lentulo Spinteri Cethe
gus Cornificio. Statilius Cesari. Gabinius Crasso. Ceparius. CN. Terētio senato
ri traduntur. Postridie conuocatus senatus supplicationē diis īmortalibus pro ser
uata republica Ciceronis nomine decreuit. Item legatorum & T. Vulturtii inditia
comprobauit: vsq; premia danda censuit. Sed cum Lentulus & Cethegus p liber-
tos & clientes suos plebem concitare & direptionem moliri dicerentur. Cicero di
spositis per vrbem presidiis ne quis mouere se posset: conuocato iterū senatu ad pa-
tres retulit: quod de his qui in custodiis traditi essent. itē de L. Cassio P. Vmbre-
no P. Furio Q. Annio hos legati nominauerant si deprehensi forent fieri placeret
Omnes consulares itemq; pretorii deinceps rogati sententiam vsq; ad C. Cesarem
supplicium de his sumendum censuerāt. At Cesar vbi locus dicendi ad eum perue-
nit vitam quidem seruabat: tantum publicanda eorum bona & ipsos perpetuis vin
culis per municipia dispertiendos censebat. Inter hec Cicero assurgens cum vtrā-
q; sententiam ad arbitrium senatus retulisset primam sibi placere magis ostendit.
Sed Cesaris oratio plerosq; cōmouerat. denīq; peruaditura videbatur nisi M Catu
longa & splendida oratione priorem sententiam confirmasset. Ob hec senatus de-
cretum factum est in Catonis sententiam non quod alii fere omnes nō idem censuis
sent: sed quod eam sententiam iam labantem ipse magna constantia & auctoritate
firmasset. Ad supplicium per hunc modum ductos fuisse tradunt. Cum post longā
consultationem in senatu habitam tandem ex Catonis sententia supplicium de reis
sumendum senatus statuisset. consul curia egressus comitante senatu & iuuentute
nobilium armata: ad edes eorum quibus in custodiam dati erant profectus: primo
Lentulum qui apud Spinterem custodiebatur ex palatio per viam sacram ac p me
dium forum ad carcerem duxit & publico vindici tradidit: iubens vt statim eum
necaret. Eodem modo de aliis factum est. Nam & itum ad edes in quibus seruabā
tur: & inde in carcerem ducti spectante cum silentio plebe & sūmo timore percul-
sa quod in potestate consulis & senatus positam rem publicam sine vlla cōtradicti
one intuebatur. Postq; omnes necati: cōsul vt spem eorum qui per noctem aliquid
moliri cogitabant precideret: ad multitudinem conuersus magna voce īquit. Vixe
runt. Hoc verbū leuius est prolatu & tamen idē significat quod mortui sūt. Nox
iam erat cum per medium forum in palatium reductus est non amplius pauore ac
silentio vt nuper in traducendis reis sed permixte vndiq; turbe sūma leticia & ap-
plausu quacunq; iter faceret Ciceroni gratulabant: illum seruatorem patrie illū cō
ditorem vrbis illum optimum consulem vocitantes. quod viuerent quod filios qđ
vxores quod libertatem quod ciuitatem haberent virtuti eius acceptum ferentes
per viam ignis & faces lucebāt: matresfamilias nuper pauide p depulsis periculis
gaudio exultantes ad tam egregium reductionis spectaculum e fenestris tectisq;
cateruatim pendebant. Denīq; tanti existimate sunt he res ab eo geste vt M. Ca-
to vir seuerus & sūme grauitatis earum gratia patrem patrie putauerit appellan-
dum: quod vt supra diximus primo omnium Ciceroni contigit: & quidem in libe-
ra ciuitate: vt inquit poeta quidam imperatores deridēs qui ab adulatoribus hoc
nomen sumebant. Roma patrem patrie Ciceronem libera dixit. Cum itaq; ex his
rebus tantum auctoritatis & gratie Ciceroni accessisset vt facile appareret illum
etiam post consulatum principem in ciuitate futurum: cōmune malū inuidia & am
bitio mentes quorūdam aduersus eum intendit. C. Cesar qui per id tempus pre-
tor erat item. L. Bestia & metellus tribuni plebis res gestas Ciceronis carpere: &
insectari potentiam ceperunt: denīq; abeuntem cōsulatu habere contionē & apud

populum loqui de rebus suis vt mos erat Metellus prohibuit. Tantum vt iuraret
sibi permissum. Ille autem magna voce iurauit non solitum iusiurandum sed aliud
pulcherrimum quod popul9 postea magna voce ipsum vere iurasse iurauit. Ex hoc
aduersarii magis irritati: & de volũtate populi diffisi: legem ꝓmulgarunt de CN.
Pompeio cum exercitu ad vrbem vocando: vt potentiam Ciceronis deponeret: nõ
tamen ea lex ferri potuit intercedente Catone: neq̃ Põpeius tunc rediit: neq̃ post
q̃ reuersus ẽ Ciceroni infensus fuit. Quinĩmo sibi gratias egit: affirmãs se frustra
triumphum reportaturum fuisse nisi vrbs a Cicerone seruata esset: in qua triũpha-
re posset. Hinc secuta est inter Pompeium & Ciceronem amicitia: & in multis re-
bus non parua cõiunctio: a qua tamen Cesar & Crassus sic Pompeium nonnunq̃ a-
uerterunt. vt intermittere eam potius q̃ desereret. Post consulatum amplior & il-
lustrior factus maiori auctoritate in senatu versabatur. in foro autem & iudiciis so
lus regnabat: nec ꝑ vllas occupatiões a studiis & litteris vnq̃ cessauit. Patrimoniũ
sibi non amplissimum attamen sumptibus sufficiens fuit. Ex Terentia vxore dotẽ
satis amplam accepit: ex testamentis amicorum multa obuenerũt Fundum habuit
in arpinati amenissimum. Item in tusculano villam que L. Sille dictatoris fuerat.
In Pompeiano & formiano alias villas: insuper domũ in palatio. Ab his liberaliter
simul & modeste vitam ducebat cũ Romanis & grecis doctissimis viris quos do-
mi semper habebat. Ex patrociniis causarom neq̃ dona neq̃ mercedem ab vllo re
cipiebat: omnis eius opera gratuita erat. Florentem iam aliquot annos & guberna
cula rei publice tenentem Clodianus tandem furor vrbe eiecit. Fluxit autem illa
tẽpestas ex huiuscemodi causa. Mos fuit quotannis in edibus pontificis maximi
sacra bone dee fieri pro salute populi Romani ea nemini viro fas erat intueri: mu-
lieres tantum faciendis aderant P. Clodius Pompeiam C. Cesaris vxorem amans
dum sacra ꝑ noctem fierent muliebri veste domum Cesaris is nam pontifex erat in
gressus inter mulieres primo latuit deinde cum ꝑ edes errabundus vaderet roga-
tus ab ancilla Aurelie Cesaris matris quidnam quereret pedissequam pompeie q̃-
rere se respondit nomine auram. Illa ex voce suspicata virum confestim clamorẽ ex
tulit mulieres excite assurgunt portas claudunt domum ꝑscrutantur tandem latẽ
tem in quodam cubiculo deprehendũt. Is postea de pollutis sacris accusatus ad re-
fellendum accusatorem se ea die abfuisse ꝓcul ab vrbe allegauit. Accusator Cicero
nem testem citari fecit quod ea die Clodius domi eius fuisset. Id erat verũ & Ci-
cero testatus est testati sunt & alii clarissimi viri. Sed tamẽ ille corruptela iudicũ
absolutus euasit. Grauiter autem ferens testimoniũ a Tullio dictum presertim q̃
ante familiaris illi fuisse videbatur grauissimas inimicitias aduersus eum exercuit
ob quarum gratiam ex nobilissima Claudiorũ gente plebeio homini ad optandum
se dedit quo tribunatum plebis nactus Ciceronẽ vlcisci posset. Traductus itaq̃ ad
plebem nec multo post tribunus factus statim Ciceroni diem apud populum dixit
quod is ciues Romanos iniussu populi contra leges necasset: & consules quidem de
cretis prouinciis sibi obnoxios fecerat plebem autẽ nouis legibus & magnis benefi
ciis obligauerat vt nulla spes refugii apud alterutros Ciceroni relinqueretur. Ex
tribus aũt qui maxime per id tempus potentissimi erant. Crassus Ciceroni infen-
sus aduersabatur. Cesar diuersa in re p. sentiebat. Pompeius licet amic9 tamẽ ad
vtrinq̃ mussabat. His difficultatibꝫ circũuentus Cicero per cõmunes amicos egit
vt legatus Cesaris in Galliam ꝓficisceretur. Hoc enim Cesar grate recipiebat &
honorificũ sibi existimabat. Legatio aũt illius tribunatus annum penitus frustra-
batur quod postq̃ intellexit Clodius minas deponere & benigne loqui cepit ac per
cõmunes amicos de reditu in graciam cũ Cicerone temprare amicitiã deniq̃ & be-
niuolentiam polliceri. Hec ficta mutatio Clodii Ciceronẽ a legatiõe auertit quã rẽ

Cicero

Cesar grauiter tulit & rursus irritato accusatore ipsum etiam de cede ciuiũ apud
populum criminatus grauiori periculo rerum inuoluit. Huic accedebat incomodu
quod alter ex consulibus ·L. piso cesaris erat socer. Alter P. Gabinius Ciceroni in
fensus ob supplicium cõiuratorum. Itaq; partim simultate partim beneficio accusa
toris & mercede ꝓuinciarum inducti Clodio fauebant Ciceroni aduersabant. Per
hunc modum vndiq; oppugnatus Cicero vestem mutauit & sordidat9 circũiens ho
mines ꝓ salute sua precabatur: Mutauit vestem cum ipso vniuersus equester ordo
& ad viginti milia hominum mutato habitu eum sequebantur. Senatus etiam con
uenerat decreturus vt omnes ciues veluti in publica mesticia vestes mutarent qđ
tamen senatus consultum impedientibus consulibus & Clodio armatis hominibus
curiam obsidente fieri nõ potuit. tantum enim terrorem Clodiana arma iniecerãt
vt nõnulli senatores laceratis togis e curia fugerent. Postq; igitur manifestũ erat
neq; Senatus auctoritatis neq; cõmiseratioñ habitus quicq; ꝓdesse: ad Pompeiũ
pro veteri amicitia conuersus vt sibi opem ferret aduersus tribunitiũ furorem roga
bat. At ille iam inde ab initio huius cõtentiõis rogatu cesaris e medio se abstulerat
& in Albanum secesserat. Venientem autem ad eum Ciceronem hoiem de se bene
meritũ videre non substinuit: sed pudore adductus quando cesari socero nihil illius
gratia se facturum ꝓmiserat: per aliam portam ville egressus longius abiit. Reli
quum ergo erat aut in exilium ire: aut ferro dimicare L. Lucullus vir clarissimus
& magne auctoritatis arma capere & ferro decernere suadebat. Aliis cedere sa
tius videbatur. & in aliud tempus reditum expectare. Hec tandem sententia Ci
ceroni placuit. Itaq; per mediam noctem vrbe egressus terrestri itinere Lucaniam
petiit ea mẽte vt in Siciliam inde traiceret Clodius vt eius fugam ĩtellexit ad po
pulum tulit de eius exilio: rogationẽq; proposuit ꝑ quam infra. cccc. ab italia milia
ria aqua & igni Ciceroni interdicebatur. Siquis reciperet pena aduersus eũ erat
exilium & publicatio bonorum. Additum erat in lege ne quis de eo reducendo ad
Senatum referret: ne quis decerneret ne disputaret: ne loqueretur: ne pedib9 iret
ne scribendo adesset. Villas preterea eius incendit: agros vastauit: domum diruit
& quo solum quoq; aufferret templum libertatis in area dedicauit: suppellectilem
& cetera haste subiecit & singulis diebus proclamabat: quorum tamen nũq; reper
tus est emptor. Fugientem Ciceronem alii omnes benigne rẽceperunt preter Vi
bium quendam hominem sibi familiarem. Is enim ad se venientem domo nõ admi
sit & C. Virgilium Sicilie pretorem q ꝑ litteras vetuit in Siciliã proficisci. Consi
lio itaq; repente mutato inter a iubone opido brundusium conuertit e brundusio di
rachium traiecit. Inde metu Anthonii & quorundam inimicorum qui in Achaia
erant epiro vitato in Macedoniam transiit: vbi a plantio officiose pieq; receptus cõ
moratus est. Tulit autẽ hoc exilium non forti animo: nec vt homini philosopho cũ
uenire videbatur. sepe damnans se ipsum qđ ferro non dimicasset damnans consilia
amicorum & perfidiam culpans semper ad italiam cõuersus semper dolore & me
rore anxius Interea P. Clodius potentia ĩmoderate fretus cũ CN. Pompeio emu
lari & de eius acta retractare cepisset adductus penitentia Pompeius q; Ciceronẽ
a Clodio pelli ex vrbe passus esset: subito mutata mente de illo reuocãdo vna cum
ceteris amicis cogitare cepit. Fauebant precipue Ciceroni Lentulus consul & tri
buni aliqui plebis inter quos erat T. Annius milo vir fortis & vehemens: ꝓ quo ẽ
Ciceronis preclara oratio Is legem ferebat de eo reducendo. aduersus hos Clodius
cum suorum manu resistebat. Res primo ad contentioñ inde ad arma deducta est
impediente Clodio legẽ ferri impetũq; in auctores faciente: ita vt cum vnus ex tri
bunis ipsis vulneraretur alii multi necarentur Q. Ciceronis frater nõ alia via eua
deret quam quod se mortuũ fingens inter cadauera per forum iacentia delicuerit

Preualebat itaq; Clodius violentia & armis. Sed tantus erat ardor animorum tan
tuq; Ciceronis desiderium. vt incenderentur magis homines ob Clodii factum q̃
deterrerentur. Iam enim ceteris omnibus postbabitis publicis priuatisq; negocis
vniuersa ciuitas ad hoc virum intendebat. Nihil senatus ciuibus nihil socus nihil re
gibus responde bat: nihil iudices sũmis sententiis nihil populus suffragus declara
bat. Tandem vero Pompeius collecta bonorum multitudine coactis etiã ex vicinis
italie locis nõ paruis auxilus Clodio foro expulso: ciues vocauit ad legem de reditu
Ciceronis pferendam. Nunq̃ fertur de aliqua re tantus consensus totius populi ro
mani fuisse. neq; tantũ studium totius italie: que ob hoc ipsum Romã confluxerat
vt nõ magis eleganter q̃ vere postea dictũ a Cicerone fuerit. Italiam suis humeris
eum ab exilio reportasse. Senatus etiã cum populo beniuolentia certans decreuit
vt ciuitates que Ciceronem receperant laudarentur vtq; domus & ville eius publi
cis sumptibus edificarent̃. Rediit decimo & sexto mense post fugam cũ summa le
ticia & gratulatione totius ciuitatis. Hec tamẽ ob eius reditum sic fractus est clo
dius vt quiesceret nam & postea ciceronem armatis hominib9 aggressus occidere
temptauit: & in domum impetu facto redemptoribus fugatis lapides & columnas
disiecit. Contra cicero ipse nequaq̃ segnis cũ magna hominum manu ĩ capitolium
profectus tabulas a Clodio fixas in quibus res geste tribunatus sui scripte erant vi
refixit atq; perfregit de quo cũ in senatu accusaret̃ quod tabulas publicas tribuni
tiasq; priuata vi auctoritateq; sustulisset negauit Clodium fuisse tribunum quoniã
plebeium magistratum patritio homini p leges habere fas non esset que sententia
Catoni displicuit. Ille enim pniciosum quidem tribunum ceterum tribunum cense
bat alias nec perfectionẽ suam in ciprum nec cetera multa ĩ re p. gesta stare posse
Hinc secuta est inter Catonem & Ciceronem quedam offensio non tamen que in a
pertam simultatem euaderet sed que beniuolentie studium significationeq; minue
ret Sed cũ iã Clodiane contẽtiones longius pcederent. ac multi qui absenti Ci
ceroni fauerant reuerso presentiq; inuiderẽt: ac ipse Clodius preturam peteret ad
omnia pturbanda. Tandẽ a Milone Ciceronis amico interfectus est. nec abfuit su
spitio Ciceronẽ eius cedis auctorem suasoreq; fuisse. Mortuo Clodio quietiora tẽ
pora sequuta sunt: multosq; p annos Cicero floruit eam mediocritatẽ in re publica
secutus: vt & Pompeio & Cesari amicissimus esset: nec tamen a grauitate sena
toria vsq; descederet Per hec tempora Q. frater Cesari legatus in Galliam missus
& C. Trebatius iurisconsultus eius familiaris cesari traditus. Multi et ã per eum
apud cesarem cõmendati quos Ciceroni gratificans Cesar magnis honoribus attol
lebat. Crassus etiã cum Cicerone in gratiam rediit cenauitq; apud eum ita vt q̃si
ex ipsius laribus ad bellum partticũ proficisceretur. Augur post Crassi interitũ fa
ctus & paulopost in Ciliciam pconsul missus prouinciam Romãa clade & victoria
parthorum in spem nouarum rerum erectam non magis armis q̃ iusticia integrita
te & abstinẽtia ad populi Romani fidem beniuolentiaq; reduxit. ciuitates egentes
& sumptibus iacturisq; exhaustas acerbissimis tributis & grauissimis vsuris ac fal
so ere alieno liberauit. Rationes pecuniarũ ab ante decennio ad suum pconsulatum
retractans innumerabilia furtã per puinciales ipsos aduersus ciuitates suas cõmis
sa emendauit. adhibita moderatiõe vt pecunie ciuitatib9 restituerent̃ sine ignomi
nia illorum qui eas tenuissent Sumptibus puincialiũ ita pepercit vt neq; in se neq;
in legatos fieri vllos pateret̃ cum superiores pconsules intollerabiliter onerare eo
rũq; comites legati pfecti rapinis & cõtumeliis afficere puĩciales cõsueuissent. At
eo pconsule nec virgis cesum queq̃ nec maledicto aut iracundia ab ipso lacessitum
ferunt: aditus vero ita faciles erãt vt porte semper incustodite parerent. Res etiã
bello magnifice in proconsulatu ab eo geste. Nam cum parthi in Siriam transisse

Cicero

tumultuose nuntiarentur: non contentos ꝓuinciam tueri sed de sociorum salute & finitimorom regum fide sollicitus obuiam ꝓfectus in extrema capadocia non lõge a chauro apud Cibistra oppidum cũ exercitu consedit: vbi paucis diebus cõmorat᷒ Ariobarzanem regem cum ipso regno seruauit cuius salus proficiscenti sibi fuerat a senatu commendata. Inde cum parthorum copias a capadocia auersas non longe ab amano monte abesse cognouisset magnis itineribus ad Amanum cõtendit. Sed quoniam Parthi ab ea quoq; parte iam recesserant amanum montem perpetuis hostibus infestum donare aggressus tripartito exercitu eos inuasit: ac post magnam hostium cedem amanum capud eius gentis item septrã & cõminocum oppida & castella cõplura vi cepit ob quas res ab exercitu imperator appellatus est. Inde ad pĩdinissum vrbẽ altissimo & munitissimo loco sitam cuius incole ne regibus quidem vnq; paruerant & tunc aduentũ Parthorum acerrime expectabant exercitũ duxit oppidanisq; intra menia cõpulsis vallo & fossa circũdedit sex castellis castrisq; maximis sepsit aggere vineis turribus & omni turmentoꝝ genere septimo & quinquagesimo die postq; obsideri cepta erat expugnauit: ꝓ quibus reb᷒ supplicacio a senatu Rome decreta fuit. Triũphus quo redẽpti oblatus quẽ & si ab initio cõcupisset tamen qđ alienum a cõditione tempoꝝ existimabat prosequi destitit ferocescentibus iã inicia ciuiles belli. E ꝓuincia decedens Rhodũ prius deinde Athenas amore & desiderio antiquaꝝ & conuersationum quas adolescẽs studioꝝ causa in his locis habuerat auidissimo reuisit: Exceptus sũmo honore tam a principibus ciuitatum q; a philosophis & disciplĩarum magistris qui ꝓ ingenii & doctrine fama vndiq; cõcurrebant. Sed Athenis cum esset tunc primo Cesaris motum ex gallia & turbationẽ ciuilis ꝓcelle cognouit statimq; & Pompeii & cesaris littere eodẽ ferme tempore ad eum venerũt. Vterq; sane illum veluti suum haud dubie vendicabat. Ipse autẽ & si Pompeio maiori beneficio ꝓ suo reditu adstrictus hominẽ & causam sic probabat vt si ad arma iretur satius duceret cũ illo vinci q; cum cesare victorẽ esse. tamẽ vt medius quidam nec altecutri affectior pacis auctor esse nõ destitit. Multa statĩ ad cesarem super hoc ipso multa etiã ad Pompeium scribens multa postq; in vrbem rediit in eam rẽ differens & in senatu & apud populum concordiã suadebat. Sententia eius semper vna fuit omnem pacẽ quamuis iniquam ciuili bello sibi videri ꝓferendam Consiliũ Pompeii de relinquẽda Vrbe vehementissime improbauit: sed quando ea sentẽtia peruicerat: ipse cum fascibus & lictoribus quos sibi populus romanus dederat in prediis suis cirra campaniã & maritimam oram quarum cura sibi mandata fuerat versabatur. Nõnunq; vero capuam vbi consules & senatus magna pars erat presertim si de cõditionibus pacis aliquid tractari audiret vt adiutor foret se cõferebat. Pulso italia Pompeio & spe pacis amissa diu secum ipse conflictatus est: incertus consilii: qđ in Pompeio quidem opus fractus & nõ probanda consilia in cesare vero flagiciosam belli causam esse videbat. ita si Pompeium sequeretur clade sui & suorum si deesset bonorũ cause rumores hominum erãt subeundi Ea cunctantem & ambiguum diutius tenuerũt. sic tamen vt honestatis rationem semper vtilitati securitatiq; preferret: qđ cum alias tum in eo congressu: quem cũ cesare habuit patefactum est. Nam rediens brundosio cesar rom post fugam Pompeii romam peteret Ciceronem vt prediximus in prediis cõmorantem vidit. ac nõ nulla aduersus eum questus tandẽ rogauit vt ad vrbem adesset: cui Cicero nihil sũmisse nihil nisi cum dignitate & magno animo respondit. ostendens si adesset quas sententias dicturos foret: quas ve rei p. calamitates ploraturus Non enim placere senatui exercitũ populi romani cõtra alium item populi romani exercitũ in hispanias duci non in greciam transportari. Cũq; Cesar respondisset. At ego ista dici nolo. Ita putabam inquit Cicero: sed ego eo nolo adesse: quod aut mihi dicenduũ est q

nullo modo silere possum: aut nõ veniendum. Tandem cesar ita discessit vt diceret
Ciceroni super hoc deliberandum: nec multo post ex vrbe ad eum scripsit ignoscere
se ille quod nõ adfuisset: idq; ĩ optimam partẽ accipere. Profectus post hec ĩ hispa-
nias cesar cum rumor increbuisset Ciceronẽ in castra Pompeii nauigaturum ex ip-
so itinere ad eum scripsit: monens atq; rogans ne quo progrederet: suadensq; vt pro-
cul ad bellorum curis medius vt facere cepisset: alicui cõquiesceret. Verba eius e-
pistole infra posui. Cesar imperator S. dic. Ciceroni imperatori. Etsi te nihil teme-
re nihil imprudenter facturũ iudicarem tamen permotus hominum fama scriben-
dum ad te existimaui: & pro nostra beniuolẽtia petendum ne quo ꝓgrederis: incli-
nata iam re q̃ integra ꝓgrediendum tibi non existimasses. Nam & amicitie gra-
uiorẽ iniuriã feceris: & tibi minus cõmode consulueris. si nõ fortũe obsequutus vi-
deberis. Omnia enim secundissima nobis aduersissima illis accidisse videnẽ: nec cau-
sam secutus eadẽ enim tum fuit cum ab eorũ consiliis abesse iudicasti: sed meũ ali-
qđ factum cõdempnasse quo mihi grauius abs te nihil accidere potest quod ne fa-
cias ꝑiure nostre amicitie a te peto. Postremo qđ viro bono & quieto & bono ciui
magis conuenit q̃ abesse a ciuilibus ɔtrouersiis quod nõnulli cũ probarent periculi
causa sequi nõ potuerunt Tu explorato & in te meo testimonio & amicitie iudicio
neq; tutius neq; honestius reperies quicq̃ q̃ ab omni cõtentione abesse. Vale xv. K.
Maias ex itinere. Satis ergo erat cesari vt cum neutro esset. Hoc idem M. Celius
hoc Dolobella suadebat: vt in eoꝝ epistolis apparet Etsi ab euentu rẽs iudicãde sũt
hec potiora cõsilia fuerũt qđ Ciceronis prudentiã nequaq̃ fallebat Sed virum bo-
num & optimas rei p. partes suscipere consuetũ. pudebat in iis castris nõ esse in q̃-
bus Pompeium ducẽ optime de se meritum & senatũ & consules esse videbat: au-
gebaturq; sermonibꝰ q e castris de eo afferebanẽ: male de se existimare senatũ & ta-
les ciues permoleste ferebat. Hec tandem quasi tormenta quedam virum expugna-
runt: vt nõ modo cesaris amicitie verumetiam tuto otio bellum periculosum despe-
ratumq; preferret. Parata igitur sibi occulte naui quamuis omnes ore cesarianis cu-
stodius nequis ex italia discederet obseruabantur & antonius de Cicerone obseruã-
do nominatim sibi a cesare imperatum asseuerabat. tamen nullo negocio mare ĩgre-
ssus ad castra Põpeii nauigauit. aduentꝰ eius eo gratior fuit quo insperatior Quip-
pe nemo iam venturum existimabat sed cum deteriora opinione cuncta offẽdisset
neq; consiliũ belli ita gerendi neq; copias CN. Pompeii neq; genus exercitus com-
probaret. pacem primo deinde quod Pompeius ab ea sententia valde abhorrebat
vt bellum traheret suadere instituit. In quibus cum non multum sibi obtemperare-
tur. & preterea rapacitas atq; crudelitas multoꝝ quos emendare nõ licebat eum of-
fenderet quasi penitentia adductus quod eo accessisset omnia contemnere & sese
quantum poterat a rebus gerendis alienare cepit. Commisso deinde in pharsa-
lia prelio in quo ipse valitudine aduersa impeditus non adfuit M. Cato qui naual-
bus copiis apud dirrachium preerat cognita Cesaris victoria classem & exercitum
Ciceroni tradere voluit: sibiq; concedere vt par erat pretorium hominem viro con-
sulari: & fasces a populo romano habenti. Id omnes qui in exercitu erant Ciceronẽ
suscipiendũ censebant: & in primis Pompeius filius omnes deniq; sibi ducẽ pro cõ-
muni salute Ciceronem deposcebant. At ipse quoniam nullo modo putabat cui inte-
gri pares non fuissent eidem fractos superiores fore & simul existimans esse sapiẽ-
tis & boni ciuis initia belli ciuilis inuitum suscipere: extrema non libenter proseq̃
postulationem Catonis & aliorum qui ad suscipiendũ imperium hortabantur om-
nino reiecit seq; sibi finem belli fecisse & in otium properare palam respondit quod
eius dictũ adeo infeste quidam receperũt tãtusq; repẽte furor mẽtes inuasit vt ipse
Cicero pene ĩterficereẽ Põpeio cũ suis eductis gladiis sic obstinate ĩ cũ ruentibꝰ ve-

Catoni magnum negotium fuerit illorum temeritatem furoremq; comprimere. Inde ergo propere in italiam reuersus reditum cesaris circa egiptum asiamq; diutius cōmorantis brundusii expectauit. vacuus quidem a bellorum curis ceterum tantis vsuris ac tam magno ere alieno inuolutus vt patrimoniū eius pene totum absorberetur. Id vero non tamen sumptibus quos p illa bellorū tempora magnos subierat q̄ in curia & negligentia dispensacionis accidisse videbatur que res animum eius a Terentia vxore incredibiliter alienauit: presertim cum alie quoq; indignationis cause aduersus eam subessent fasces tamē laureatos ac turbam lictorum quos ab initio vrbe extulerat etiam brundusii retinuit. Post longam expectationē cum cesar tandem appulisse tarentum atq; inde terra iter facere nuntiaretur: obuiam processit bona quidem spe sed anxius cura queadmodū victorem alloqui opporteret. Enim vero nil vt faceret diceret ve preter dignitatē opus fuit. Cesar quippe vt ad se porro venientē prospexit ad terram descendit. eūq; humanissime cōplexus solus cū solo multa stadia loquēdo conferit in honore denique eum habere & familiariter vti pseuerauit. In vrbē inde reuersus quoniam sūma rerum in arbitrio vnius posita foro & curie locum nullum reliquebat: ad litteras & studia se retulit. Vt quādo alia nō dabatur: illa saltem via ciuibus suis pdesset. Plurimū vero per id tempus ī prediis suis morabatur. Ad vrbem nisi cesaris salutādi aut pro salute alicuius ciuis orandi causa nō accedebat. Vt pro M. Marcello de cuius restitutiōe a cesare impetrata senatus nomine gratias egit. Vt pro Q. Ligario & Deiotaro rege quos apud cesarē iratum victoremq; defendit. Ceterum omne tempus aut disputatiōibus familiarib aut legendo scribendoq; assumebat. Homo vere natus ad pdessendum hominibus vl in re p. vel in doctrina. Siquidē in re p. patriam consul & innumerabiles orator seruauit: in doctrina vero & litteris nō ciuibus suis tantū sed plane omnibus q latina vtuntur lingua lumen eruditiōis sapientieq; aperuit. Hic enim primus philosophiam antea nostris litteris incognitā & pene a romano sermone abhorrentem: de qua nec latine scribi nec disputari posse plerique docti viri arbitrabāt latinis litteris explicauit. Hic plurima verba ad vsum patrii sermonis adiunxit: quo lucidius & cōmodius philosophorū inuenta disputataq; exprimerentur. Hic dicendi precepta & artem prius q̄ vlli nostri doctius q̄ vlli greci patefecit & tradidit. Hic ad potestatem romani imperii dominā rerum humanarū eloquentiam adiunxit. Itaq; nō magis patrem patrie appellare ipsum cōuenit q̄ parentem eloquii & litterarū nostrarū cuius libros monumētaq; si euoluas nunq; otium sibi fuisse credas ad negotia obeūda. Rursus autē si res gestas eius si cōtentiones si occupatiōes si certamina in re p. & priuata considerent nullum tempus illi reliquum fuisse existimes ad legēdum vl scribendum. Ita solus vt credo hominū duo maxima munera & difficilima adimpleuit: vt & ī re p orbis terrarum moderatrice occupatissimus plura scriberet q̄ philosophi in ocio studioq; viuentes. Et rursus studio librisq; scribēdis maxime occupatus. Plura negocia obierit q̄ ii q vacui sunt ab omni cura litterarū. Huius ego causam fuisse puto primo admirabilē quandam ac diuinā ingenii magnitudinē: deinde vigilantem solertēq; naturam. Tercio q plenus omni sapientia omniq; doctrina ad rem p. se contulerat. Itaq; ex eodem philosophie sacrario & facta ad rē p. gubernandam & dicta ad scribēdum pcipiendumq; aliis depmebat. Ingenue vero ab adolescentia eruditus & in dicendo plurimum exercitatus facile & sine labore cogitationes suas mandare litteris poterat. Hac igitur felicitati ingenii hoc nature munere hac denique sapientia & eruditione fretus a pueritia ad exitum vite multa pscripsit multa etiam cum mors indigna illum eripuit scribere instituerat. Genera autem scriptorum eius quadripertita fuerunt. Queadmodum enim illius opera partim ī re p. administrāda partī in foro iudiciisq; partī ī domesticis familiaribusq; negociis

ponebatur: erat autem & aliud tempus quod seorsum ad studia doctrinasq; referebat sic scriptorum eius alia publica sunt alia forensia quedam familiaria quedã studiorum atq; doctrine. In quoq; sane horũ pmulti libri ab eo diuine ĩmortalitatemq; pscripti de quibus non alienum fuerit breuiter ,put vel ipsi vidimus: vel ab aliis accepimus recensere. Atq; vt ab ea parte que ad studia & doctrinas pertinet & in illa ipsa ab optimis incipiamus inter maxime prestabilia eius generis opera sex libri de re p. fuisse memorant: quos constat ab eo editos postq; ab exilio in vrbem redierat. Scripsit post hec de finibus bonorum & maloꝝ libros quinq; in quibus stoicorum peripateticorũ Epicureorum achademicoꝝ sectas varietatesq; aperuit. Tusculanarum questionũ libros quinq;. De natura deorum tres. De diuinatione duos De legibus tres: De officiis totidẽ aduersus vituperatores philosophie librũ vnũ Achademicorum libros quatuor. De senectute De amicicia De consulatione libros singulos de gl'a libros duos. De Fato vnum laudationem Catonis aduersus quam cesar Anticatões rescripsit Paradoxa ad Brutum· Topica ad trebatium transtulit Platonis Timeum atq; Protagoram Xenophõtis Economicum. Arati librum ex ametro carmine: Demosthenis & Eschinis oratiões illas famosissimas in causa ctesiphontis: que cum apud nostros negligenter custodite iam pridem ex italia tanq; peregrine alieneq; aufugissent: nos Ciceronẽ imitati eas ex gretia in latinũ nostra manu reduximus. Scripsit etiam in oratoria facultate Rethoricorum libros quinq; ad C. Heremium. Item de eadem re libros duos Post hec longe erudutius de oratore libros tres ĩ quibus omnẽ veterum & Aristotelicam & Isocrateam rationẽ oratoriam cõplexus est, de optimo genere dicendi ad M. Brutum de partitione oratoria ad M. filium. Item alium de eadem re librum qui orator dictus est. Commentarios consulatus sui grece scriptos quos ad Possidonium philosophum misit. Item versibus tres libros de temporibus suis. Hec ferme in illo studiorũ & doctrine genere ab eo edita. Publica vero & forensia eius opera oratiõibus continentur: quatum eas que in senatu vel ad populum habite sunt publicas que vero priuatam alicuius defensionem impugnationemq; iudiciariam cõtinent eas forenses priuatasq; ĩpsentiarum vocamus publicas igitur reliq̃t: de lege manilia. Item quam consulatũ iniẽs Cal'. Ianuariis in senatu habuit. Item ad populũ de lege agraria. Item de proscriptorum filiis. Pro Othone Pro rabirio: duas itẽ ad legem agrariam ptinentes In Catilinam & cõiuratos quatuor: in Metellum in Salustium. De exilio suo orationes tres. De prouinciis cõsularibus De responsis aruspicũ Pro. M Marcello In M. Anthonium libros xiii. Forenses vero sunt ꝑ P. Quintio ꝑ Sex Roscio pro A. Cluentio septem libri accusatiõis in verrem. Oratio in Vatinium testem pro P Sestino ꝑ L. Murena ꝑ P. Silla ꝑ CN. Plancio ꝑ Cornelio Balbo ꝑ L. Flacco ꝑ. M. Celio ꝑ Fundanio pro Vareno ꝑ Cecinna pro Milone ꝑ Archia poeta pro Scãrio pro Oppio ꝑ Tulio pro domo sua ad pontifices ꝑ Q Ligario pro rege Deiotaro. hec forẽsia. In domestico autẽ illo familiariq; scribendi genere epistolas pene ĩnumerabiles sũma cũ elegantia scriptas reliquit: quibus ad amicos scribens multa volumina refersit. Sed earum extant hodie sex & xxx. libri q inter manus versantũ quorum sunt ad Atticum libri xvi. ad Q. fratrem libri tres. Reliq M. Brutom. ad CN. Lentulũ ad P. Sulpitiũ ad M. Varronem ad M. Celium: & alios prestantissimos sue etatis viros Plurima vero eius generis amissa sũt. Nam & ad M. filiũ & ad Cornelium nepotem & ad C. Cesarem & ad Hirtium & ad Pãsam & ad Cesarem iuniorem multos epistolarum libros scripsisse eum cõstat quorũ nullus hodie reperitur Quippe libro v. epistolarum ad Hircium & secundo libro ad Cesarem iuniorem allegatas eius sentẽtias legimus. Sunt igitur quos adhuc nominauimus Clxiii quorum ad studia & doctrinas pertinent lviii. ad rei publice actiões tres &

triginta ad forum & iudicia viiii & xx. ad rem familiarem iii & xxxx. Nec tamen nos ideo eos numerauimus quod tot dumtaxat eũ scripsisse sed vt de multis quos ille scripsit tot ad nostram noticiam deuenisse ostenderemus. Nam multo plura ab eo scripta cõstat presertim in familiari ac forensi generibus. Scripsisse fertur cum summa facilitate quod & multitudo librorum & textus ipse orationis nitide illabo rateq; fluentis ostendit. neq; tantum prosa in quo genere ingens illa verborum & sententiarum copia velut mananti fonte exuberat verũetiam Metro quotiens animum appulisset non pauciores quingentis versibus p singulas noctes cõponere solitum tradiderunt. In dicendo vero quanta illius quanta gratia fuerit multa testantur & illud in primis quod aduersarii regem inuidioso nomine appellare cõsueuerunt: quod videlicet nulli absoluerentur nulli damnarentur nisi quos ille absolutos damnatosq; voluissent. Probant multe eius ac preclare defensiones in quibus vel manifestorũ criminum reos vel alias odiosos atq; inuisos ab iniuitis & obstinatis iudicibus orando extorsit. In causa Q. Ligarii que apud cesarem dictatorem acta ẽ Fertur cesar ita animatus fuisse vt Ligariũ omnino p condemnato haberet: & cũ Cicero defensurus venit dixisse ad amicos reum quidẽ damnare certissimum est nil tamen phibet Ciceronem audire. Sed idem ille qui hoc dixerat mox agẽte oratore ppositum illud damnandi tenere nõ potuit Prudentissima enim & artificiosa oratio cum gratia & plenitudine & aures eius puenieus tam varie mẽtem animũq; affecit: vt sepe uultum coloreq; mutaret. Vbi vero ad cõmemorationem pugne deuenit: cum in accusatorem acriter cõuersus illa dixit. Quid enim Tubero ille tuus districtus in acie pharsalica gladius agebat cuius latus petebat qs erat sensus armorum tuorum que tua mens oculi manus ardor animi quid cupiebas: qd optabas Eo ista dicente ita cesarẽ extra se positũ & quasi mẽte alienatum fuerunt vt toto corpore excussu libellos quos manu tenebat abiceret demq; vi coactus cõtra ppositũ animi reum absoluit. Quid L. Flaccum repetundaz reum nonne omnium opinione damnatum & testimoniis multaz ciuitatum coniunctum iudicibus extorsit. Quid Murenam quẽ Cato de ambitu accusauit nõne cum de crimĩe ipso cõstaret Cicerone orante absolutus est Quid legem agrariam nõne ardenti & cupientissime plebi funditus dissuasit. Sed habuit in his tempus spatiumq; cogitandi. Quid autẽ illa que p M. Othone subito & sine vlla pmeditatione effecit. Cum ille romanos eqtes mixtos cum cetera plebe spectare solitos lege lata segregasset: ac ob id plebs se despectam putans summo odio in Othonem accensa venientẽ in theatrũ maledictis & iurgio incessisset: contra equestris ordo reclamare animis vndiq; inflammatis nõne Cicero q per id tempus consul erat aduocata confestim plebe ita dicendo mentes immutauit vt in theatrum reuersa Othone applauderet. Nec minor sane in accusando q; in defendendo fuit. Nihil pfecto vehementius Romana auditu vnq; viderunt q; accusationẽ C. Verris Nihil vnq; violentius neq; asperius curia audiuit: q; accusationẽ Catiline Atqui constat Ciceronem initio dicendi subtimidum fuisse: qd & ipse multis locis fatetur. & omnibus fere optimis oratoribus euenisse ostẽdit. Sed vt ab initio pauescebat: sic postq; prima illa initia euaserat audentissimus erat. Quippe in accusatione cõtra Verrem eousq; vehementie audacie q; pcessit vt iudicibus grauiter minatus sit nisi reum condemnarent. Et Catilina homo audacissimus ab eo in senatu accusatus propter vehementiam accusationis obmutuit. In Metellum quoq; & Clodium & Antonium ita inuectus est: vt eoz audaciam furoremq; perfringeret. Vnde illud in eo precipue amandum quod tanta potẽtia auditiorum fretus neminem vnq; in iudicio accusauit preter vnum C. Verrẽ quem Siculoz gratia persecutus est. Ceteram omnem forensem operam in defensione calamitosoz exhibuit. Sed & in sentẽtiis dicẽdis & ĩ omni elocutiõe plurimũ

eminebat. Quedam sunt eius orationes tote subtiles: vt pro Quintio vt pro Cecinna
quedam tote graues. vt contra Catilinam & alique Antoniane Multe varie vt de
responsis Aruspicum. vt pro Cluentio vt pro Milone Longum esset singula prose
qui & per omnes orationes eius vagari. Illud dixisse sat erat. Ex tanta multitudine
studiosorum hominũ qui vel in eius etate fuerunt vel postea secuti sunt neq; dicendo
adhuc quisq; Ciceronem equauit neq; scribendo proximus accessit. Vna tantum in re
audientibus grauem fuisse dicunt quod de se ac de illo consulatu suo plurimum loque
batur. Sed hec certe necessaria erant contra inuidentes carpentesq; repetere. &
habebant medicinam quod nemo in laudibus ceterorum hominũ magis profusissimus vn
q; fuit. nemo aliorum cõmendationibus detraxit minus. Laudabat se nõnunq;. At
Catonem Lucullum Hortensium Pompeium & ceteros prestantes in re p. viros ce
taneos suos in celum tollebat: dixit aliquid de facultate dicendi At Platonis dya
logus sic scriptos aiebat. vt si Iuppiter loqui vellet nõ aliter loqueretur. Aristotelẽ
flumẽ aureum vocitabat. Theophrasti libros suas delicias esse dicebat. Demosthe
ni tantum tribuit, vt Antonianas orationes in quibus maxime nixus est obillius ho
norem Philippicas appellarit. de ipso etiam ad Brutum scribens. Illum multa ĩ di
cendo perficere se multa conari illum possum se velle asserit. Nã M. quidem Var
ronem & libros eius tantis laudibus extulit vt sibi ipsi & suis nullam fecisse reliq;
videatur. Quis igitur veras eius laudes non libenter audiat: qui nemini vnq; inui
derit & aliorum laudes tam auide cõplectatur Nimis profecto insolẽtes studiosiq;
sumus. Virtutes ab hominibus ad vnguem exigimus eos de illis ipsis loqui nõ tol
leramus. Sed nõ ẽ propositi nostri causam agere sed vitã moresq; describere. Ad rem
igitur redeamus Ex patrociniis neq; dona neq; mercedem ab vllo recepit. Munera
a Siculis vltro ingentia magnificaq; delata constantissime renuit: eo dumtaxat cõ
tentus vt edilitatem suam transmissione frumentaria nec illa quidem gratuita ad
iuuarẽt. In respondẽdo lacessendoq; ex tempore accutissimus fuit. Clodio obiectã
ti quod iudices ei non crediderant: sibi credidisse respondit. At vero illi quoniã an
tequam absoluerent pecunias voluissent. Metello in contentione sepius interrogã
ti quis pater eius fuisset: matrem difficilius relatu hoc illi fecisse respondit: nam
Metelli mater parum pudica habita fuerat. Hortẽsio cui Verres spingem donaue
rat se quodam obscure dictum non intelligere dicenti domi spingem habere cauilla
tus est. Ioco & risu in omni vita pene intemperãte visus est. acumẽq; ingenii miri
fica condimenta iocanti suppeditabat. In causa Murene in Catonem & opiniones
illas Stoycorum que Paradoxa vocant perpetua oratione iocatus: tantum risum
in iudicio excitauit vt fluerent omnibus lacrime neq; e iudicibus neq; e multitudie
circũstantium quisq; sese recipere aut cõtinere posset. Catõem quoq; exhilaratum
dixisse ferunt. quã ridiculum consulem habemus. Erat enim tum Cicero consul cũ
Murenam defendit. In causa quoq; L. Flacchi nõ mediocriter profuisse iocus credit
in testibus refutandis. Sed & in aliis nunq; occasionẽ iocandi sibi oblatam respuit
P. Consta fuit professione quidem iurisconsultus sed hebetis ingenii minimeq; scien
tie. Is testis in quadam causa productus de re interrogatus se nihil scire respondit.
Tum Cicero ad eum iste inquit tu fortasse te de iure intereogatum credidisti. Nec
minus venuste in L. Coctam censorem iocatus est. nam cum negocia obeunti in fo
ro & tãdem sitienti aqua ad potum fuisset oblata: amicos vocauit & circũtegere se
iussit ne si censor sciret eum aquam potare senatu amoueret. Erat enĩ cocta censor
de vinositate famosus. At censores solebant vinosos senatu amouere Sed neq; a ce
sare iam dictatore lacessendo abstinuit. Nam cum ille predia paruo admodum pre
cio seruilie vendisse multis vt fit vilitatẽ mirãtibus at quo melius inquit empta sci
atis tertia deducta est. Illa namq; filiam suam nomine tertiam cesari cõciliasse & ad

eum duxisse putabatur. Prolixam certe haberet materiam siquis ista colligere ac psequi vellet: sunt enim pene innumerabilia eius dicta. Non enī amicis nō inimicis non domesticis nō sibi ipsi in hoc vrbanitatis genere vnq̄ pepecit. Hanc eius leticiā iocunditatē q̄ nature domestice molestie ad extremum turbarūt: de quibus vt lucidius intelligi possit superius repetā. Habuit Cicero Terentiam vxorem & ex ea Tulliolam & Marcum filios habuit: & duos fratres alium germanū alium patruelem: ex quibus L. Cicero q patruelis erat adolescens magne indolis & oratorie artis studiosus ante consulatum eius diem obiit Q. vero frater vxorem habuit Pōponiam Attici sororē & ex ea filium nomine Quintum libertorum & seruorū vtriq̄ magna familia patrimonia satis ampla. Sed Q. fratri ex gratia potius Cicerōis q̄ ex sua virtute honores opes & dignitates accreuerāt. nā ipse quidē per se haud multi habebatur. Ex Tulliola generos habuit duos & quidē vtrumq̄ summe nobilitatis. primo Crassipedem Pisonem q paulo ante profectionē eius in Ciciliam defunctus est. Postea Cornelium Dolobellam: cui etiā eo in Cicilia pconsulatum gerente Tulliola nupsit. Hec tranquilla omnia & plena dignitatis cōcordieq̄ fuerūt vsq̄ ad tempus ciuilis belli. Postea vero eadē illa fortona que rem p. seuiēdo inuasit non minori impetu domū Ciceronis ingressa cuncta turbauit acq̄ pmiscuit Q. frater durante adhuc bello ciuili adeo inimico animo ī Ciceronē fratris est vt etiā scripserit orationem quam contra eū apud cesarem recitaret Q. Cicero factus filius adolescens audax & facinorosus etiā de ipsius cede quādoq̄ cogitauit. Eorum peruersitates Cicero ita leniter tulit: vt per hec ipsa tempora quibꝰ illi maximis eū iniuriis appetebant Q. fratrem apud cesarem q sibi ratus putabatur nō destiterit cōmendare. Sed nec Terentia vxor in fide pmansit. nam illa quamdiu ipse abfuit. Pompeium sequuta: nihil vnq̄ ex eius sentētia domi gessit. Patrimoniū parum diligenter partūq̄ fideliter administratum sumptibus iacturisq̄ exinaniuit: pecunias ad eum nūq̄ misit: in sūma egestate viatici constitutum & sepius p litteras postulantem quasi alienum & nūq̄ rediturum neglexit. Postq̄ ī italiam rediit cū multum tempus brundusii reditum cesaris expectans moraretur nūq̄ ad ipsum venire dignata est Quin etiā Tulliole filie brundusiū eunti nec vna ire voluit nec satis decentem comitatum puelle tradidit: puerse denique omnia facere molirique videbatur: quibus tandem rebus coactus est exemplo sūmorum virorum eam dimictere Super hec omnia grande es alienum sub vsuris sumptū indies omnia deuorabat & accedebat restitutio dotis Terentie facienda: q̄bus cum aliter satisfieri non posset: tandem ex amicorum sententia Publiliam cui ampla hereditas erat vxorem accepit. Nec multo post sūmo ipsum dolore affecit Tulliole mors: quam partu laborantem p id tempus amisit: quo cesar in hispania contra Pompeii liberos bellum gerebat. Pro linimento huius doloris scriptus est ab eo liber in quo se ipsū cōsolatus ē. Sed etiam alii multi consolationes ad eum scripserunt. ex q̄bus extat adhuc Seruii Sulpitii consolatio pulcherrima Cesar quoq̄ ex hispania consolationem Tulliole ad Ciceronem scripsit & Brutus Rome. O seculum doctorum hominum. At nunc vix ē qui prima elementa proferre sciat. Vix est qui curet. Publiliam vxorem qđ morte Tulliole letari visa erat ab se Cicero seperauit Ipse asture aliquādiu secessit M. Cicero filius non satis bona existimatione p hoc tempus fuit. Is tamē postea Athenas missus & Cratippo traditus: breui pfectu famā recuperauit hec domestica. Interfecto cesare cum recuperata libertas videretur: statim princeps in senatu apparuit: pacem inter cesaris amicos & īterfectores eius q capitolium occupauerant psuasit memoriam pristinarum discordiarum obliuione sempiterna delendam censuit Et sane ab initio secundissime omnia. Brutus & Cassius a senatu laudati gratulationes & applausus vt liberatoribꝰ patrie per totam vrbē facti. Sed cū mox Antonii

consulis mutata voluntas: & res ad seruitutem rursus spectare appareret. Brutus
& Cassius tuto in vrbe esse nõ possent omnia deniq; ab Antonio flagitiose agerent
in greciam abire statuit: ea mente vt Cl's. Ianuarii in vrbem adesset: quod erat i-
itium Panse & Hircii consulatus futurum. Delatus ergo in Siciliam & inde cum
greciam peteret vẽto ad leucopetram reuectus redeundi in vrbem consilium cepit
accepta M. Antonii contione & magna eius mutatione per quosdam nuntiata qua
si ille repudiatis malis suasoribus ad senatus auctoritatem se totum retulisset. Re-
uersus itaq; propere in vrbem nihilo meliora offendit ꝙ proficiscens reliquerat. an
tonius enim manifeste sibi tirãnidem parabat: in senatu quotiens veniebat milites
armatos ĩter subsellia senatorũ collocabat omnia venalia impudentissime habebat
Reditus Ciceronis magnam Antonio suspitionẽ attulit. & cum forte per eos dies
senatum haberet ac Cicero quod erat fessus e uia venire causaretur: cum fabris se
eius domum audiente senatu disturbaturum minatus est. quod Cicero pro sua di-
gnitate inique tulit & veluti ad grauem contumeliam accepit. Itaq; postridie in se
natum veniens cum de profectione ac reuersione sua nequis forte secus acciperet
rationem exposuisset: questus est de M. Antonii iniuria ac subinde de re p. dicere
aggressus ita locutus est vt eius libertatem & magnitudinem animi omnes admi-
raretur. Percursis enim ab eo tempore quo cesar necatus fuerat ad eam diem que
erat Cl's Septembris omnibus rei p. actionibus mutationem voluntatis Antonii
non solum redarguit sed increpuit: & que eius sententia foret de tota re p. elato ani
mo & nihil de suo periculo recusanti liberrime patefecit ea oratione maiorem im-
modum irritatus Antonius inimicitias sibi denuntiauit. Hic est iam Ciceronis ve
lut optimi poete extrem9 actus & certe meo iudicio omnium fortissimus atq; pul-
cherrimus. Tantũ enim abfuit vt hac inimicitiarum denuntiatione quod ille puta-
uit deterritus vrbe excederet vt etiam illius minas quamuis potentissimi & armis
vndiq; stipatissimi pro re p. vltro expetere ac deposcere videretur. Sed cum dies.
xiii. Cl's. Octobris quo die adesse edictum erat venisset Antonius cum magno ar
matorum agmine in senatum profect9 longa oratione quam per xvii. dies ante me
ditatus fuerat in Ciceronem inuectus est: eamq; postea scriptis edidit. At Cicero-
nem ea die in senatum venire & coram respondere cupientem amici retinuerunt.
Erant enim potẽtiora Antonii arma nec nisi ad manifestum interitum proficisci vi
debatur. Hinc maiori vterq; vi ad opes augendas conuersus. veteranos Antonius
vndiq; conuocare & eius rei gratia per italiam discursare Cicero C. Octauium qui
cesar Octauianus dictus est: ad quem propter cesaris nomẽ hereditatemq; veterãi
milites concurrebãt sibi coniungere perrexit: nec id fuit difficile. nam hereditate
cesaris & magna pecunia ab antonio fraudatus & insuper magnis contumeliis affe-
ctus facile ad Ciceronis voluntatem auctoritatemq; se contulit. Et erat sane amici
tia quedam paterna & preterea obseruatio quod ille Cicerone consule natus & ab
eo propter somnum quoddam iam ante dilectus fuerat. Hac igitur coniunctione a
deo superior facta est Ciceronis res vt tandem antonius territus vrbem reliquerit
Post hec Cicero plurimum iam in vrbe potens magnam solicitudinem de antonio
opprimẽdo suscepit. Sed erat illa difficultas quod nec dum Cl's. Ianuarie aderãt
quo tempore Hircius & Pansa homines sibi amicissimi & idem de re p. sentientes
consulatum inirent nec erat qui interea senatum vocaret. Quare priuato consilio si-
bi cuncta agenda erant. Cum ergo cognouisset antonium in galliam properare per
litteras & nuntios D. Brutum qui Mutine erat confirmauit: vt prouinciam in se
natus populiq; Romani voluntate retineret. Antonioq; licet consuli resisteret: nec
in libertate & salute populi Romani conseruanda auctoritatem senatus expe-
ctaret. voluntatem enim pre auctoritate haberi debere: cum auctoritas impeditur

His adhortationibus Brutum suapte ingenio ad id pronum concitauit vt aduersus
antonium consulem bellum moueret. Interea vero dum ille Mutinensi bello impedi
tus tenebatur que in vrbe prouidenda ac paranda erant diligentissime parabat. Eo
igitur auctore cum tribuni plebis senatum vocassent effecit vt Octauianus itemque
legiones que antonium consulem deseruerant & simul D. Brutus qui illi restiterat
bene de re p. fecisse decerneretur: quo quidem facto hostis quodammodo antonius
a senatu iudicatus est. Mox aduenientibus Cons. ianuarijs mouendo & cohortando
obtinuit vt Hircius & Pansa consules itemque Octauianus pro pretore cum exerci
tibus contra Antonium mitterentur. Profecti igitur ad bellum non longe a Mu
tina signis collatis pugnauerunt. In eo prelio Antonius victus ac fugatus amissis
omnibus copijs preter equitatum aufugit: sed in acie Pansa & Hircius consules
ambo ceciderunt. Hoc fuit pestiferum rei p. vulnus semen & origo secutarum cala
mitatum. Nam Octauianus adolescens vbi consules e medio sublatos & se solum du
cem in tantis copijs relictum conspexit: mutata iam & ipse mente de dominatione
cogitare cepit quod illis viuis nunquam facere potuisset. Sed hec postea apparuerunt
Rome priusque de victoria Mutinensi nuntius afferretur: Fama quedam falso vul
garat rem apud mutinam male gestam fuisse. Itaque vniuersa ciuitas solicita ac pa
uida erat. fuitque opinio vehemens Ciceronem correptis fascibus capitolium fore oc
cupaturum quo magis vrbe in suam potestatem reducta Antonij amicos qui se
mouerent opprimere & illi venienti resistere posset. Inter hec victoria nuntiatur:
statimque concursus est factus ad Ciceronis domum. Gratulantium turbe veluti o
uantem in Capitolium detulerunt. Mox senatu aduocato decrete supplicationes ad
omnia puluinaria & sepulcrum militibus qui in prelio cecidissent. Nam de morte
consulum nondum audiebatur. Creati subinde x. viri ad diuidendos agros & pre
mia veteranis assignanda: quorum Cicero ipse vnus fuit. Antonius vt ex prelio au
fugit cum suis profligatis equitibus apenninum transgressus ad vada se recepit.
inde cum transalpes ducere vellet succlamatum est a militibus & aperte recusatum
in galliam sequi Etiam Brutus cum exercitu appropinquabat. Quare in summa dif
ficultate & magna desperatione constitutus Antonius tandem supplex & mutata
veste ad M. Lepidum confugit: rogans vt vitam eius a persecutoribus tutaretur
Eum tandem Lepidus in castris recepit: & sic bellum de integro renatum est. In
terea Octauianus per mortem duorum consulum occasionem dominandi nactus di
uersa sentire & agitare cepit. Tandem vero & libertatem & Ciceronem missos fa
ciens copias & fasces quos a senatu receperat contra senatum conuertit. Inita nam
que cum Lepido & Antonio nefaria societate ad patriam occupandam cum in vnum
circa Bononiam conuenissent proscripserunt circiter CCC. ciues quos ad necem de
stinabant Dicitur tamen Octauianus diu restitisse vt Cicero in proscriptorum nu
mero non esset adductus verecundia quod eum patrem appellare solebat: & quod
eius opera ad id potentie peruenisset. Sed Antonius ante omnes Ciceronem postu
labat & M. Lepidum in suam voluntatem traduxerat. Itaque tandem Octauianus
concessit hac lege vt Antonius L. Cesarem auunculum suum & Lepidus Paulum
fratrem sibi versa vice ad necem permitterent. Ita nemini parcitum est. neque credi
tur in terrarum orbe quicque crudelius & sceleratius vnque fuisse cum velut sanguinem
pro sanguine commutantes carissimos & coniunctissimos quisque ad necem tradiderit
vt inimicissimos occidere possent. Et erant sane hi omnes boni & prestantes viri ni
hil enim magis in illa proscriptione quesitum est quam bonos & amatores liberta
tis extinguere. Insuper ad corroborandam sceleris fidem ac societatem validius fir
mandam quo magis omnis spes Ciceroni subtraheretur. Clodia P. Clodij inimici
olim eius filia Antonij priuigna in matrimonium Octauiano traditur. Cicero vbi

hec intellexit desperatis rebus vna cũ Q. fratre nam is in gratiam redierat in Tusculanum primo. deinde cum Octauianus vrbem intrasset ex Tusculano asturam fugere perrexit: eo cõsilio vt inde in Macedoniam ad Brutum traiceret. Sed cum in via essent Q. frater quod merore anxius non satis viatici extulisse putabat: domum redire statuit: & accepta pecunia Ciceronem consequi: Lacrimis igitur & complexu mutuo a fratre diuisus ĩ vrbem rediit. Vbi mox a seruis proditus vna cũ filio interfectus est. At Cicero asture nauim ingressus vsq; circeios nauigauit. Ibi siue tedio nauigatiõis siue quod non dum spem omnem de Octauiano abiecisset in terram descendit: & asturam rediit incertus consilii an Romam reuerteretur. Tandem peruicerunt liberi & serui qui secum erant vt iterum nauigaret delatus igitur vsq; ad predia sua que in formiano pulcherrima habebat cum descendere vellet corui obuiam volantes velut nauim appellare prohibeant. Mox etiam cum villam introisset eedẽ aues secute clamore & strepitu om͂ia peruadebant. Quare commoti liberti ipsum lectica impositũ ad mare referebant: inter hec Satellites ab Antonio missi aderant. Eos ducebat Popilius quem de paricidio olim accusatum Cicero defenderat Hi cum refracta villa eum non reperissent: ad litus alius alio itinere currentes tandem ipsum in via deprehendunt. At Cicero vbi eos irruere sensit: lecticam deponi iussit ipsosq; sine lamentatione & gemitu prospexit demulcens etiã sinistra manu barbam: vt sibi mos erat. Ita ab illis occiditur quarto & sexagesimo etatis anno. at M. Brutus audita Ciceronis morte C. antonium triumuiri fratrem quem in Macedonia captiuum habebat: Ciceroni filio ad vindictam concessit: qui supplicio affectus & securi percussus dignas inferias Cicerõi persoluit Postea ipse quoq; antonius ab augusto victus se ipsum propria manu occidit M. Lepidus omni potentia spoliatus vitam inopem miseramq; traduxit. Ita omnes Ciceronis inimici misere tandem ignominioseq; perierunt.

ITAM DEMETRII quē antiqui scriptores expugnato
rem urbiū dicūt ab aliis ī ductoribus qui multos preclaros
uiros:ad cognitiōem nostroꝝ hominū transtulerūt. Postba
bitū fuisse uehementer admiror:cum res geste que in ea a
Plutarcho sapientissimo uiro ac diligētissimo inuestigatore
antiquitatis:summa cū prudentia describunt̄:uel magnitu
dine sua uel uarietate historie:maximam possint lectori io-
cunditatem atq; vtilitatē afferre. Nam post Alexandri ma-
gni interitū. multi preclari duces qui ex eius palestra tanq; ex equo troiano exie
runt:regnandi cupiditate & militari gloria ducti:maxima inter se in Europa at-
q; Asia gesserunt bella:que deinde ii casus eeq; permutacōnes secute sunt:ut ope-
reprecium sit tam in secunda q; in aduersa fortuna cōstitutis:euentum earum re-
rum intueri:que digne memoratu illis temporibus acciderunt. Demetrium igit̄
qui ea tempestate inter omnes alios:& potentia & rerum gestarum gloria claruit
tuo nomine. clarissime ac nobilissime Petre latinum facere nuper constitui. eumq;
ad te mittere. qui apud te quociens illum in manus sumeres:tociens & humanita
tis in me tue:& beniuolencie in te mee memoriam renouaret. Nam cum a pueri-
cia mea usq; ad hunc diem & singulares virtutes tuas:& amplitudinē summi ac
prestantissimi uiri patris tui in admiracōne habuerim. semper incredibili studio
exoptaui:aliquod amoris iudicium ac beniuolencie testimoniū pre me ferre. Vti-
namq; mihi aut natura aut ars aut aliqua scribendi exercitatio tantam eloquēciā
concessisset. ut possem magnitudinē rerum:que sunt patris tui opera. tuo quoq;
studio ac diligentia geste litteraꝝ memoria celebrare. profecto hoc scribendi mu-
nus supra omnes alios libenti animo suscepissem. cum uestra:tum publica tum pri
uata tum preclara atq; egregia facinora sint:ut nō modo nobis auctoribus atq; rei
publice nostre ingentem gloriam afferant sed scriptoribus quoq; qui materie co-
piam querūt:non mediocrem laudem prebere possint. Etenim ut emittam māsue
tudinem modestiam & singularē magnificenciā uestram. q; egregie edes & pul-
cerrima templa declarant. quanta illa essent que de uestra prudencia afferri in me
dium possent:cum appareat id quod a cunctis hominibus intelligi licet:non mo-
do huius amplissime reipublice:sed etiam totius italie libertatem:que uno profe-
cto dominata fuisset oppressa:opera patris tui tua quoq; industria saluam esse at-
q; incolumē. Nam repressi sunt aliorū conatus:sedate omnes discordie:omnia bel-
la restincta. Demum hec ciuitas eum finem consecuta est quem sapientissimi uiri
optimis gubernatoribus rerum publicarum propositum esse uoluerunt. Vt enim
medico salus:Imperatori uictoria:gubernatori cursus secundus. Sic moderatori
rei p. beata ciuium uita proposita est. ut opibus firma:gloria ampla:uirtute hone-
sta sit. Hec non modo quesita a uobis sed etiā summa cum prudentia perfecta esse
uidentur. Quamobrem hortor omnes qui facultatem aliquam scribendi habent ut
hanc etatem que uestra opera magnarū rerum copiosissima est:claram ac illustrē
suis literis reddant. Ego uero quicquid meo studio labore industria efficere pote
ro. id omne pro tuis singularibus meritis & summa in me humanitate ad amplifi
candam dignitatē tuam potissimū conferam. Hunc autem libellum his contractō
ribus noctibus lucubratū ab homine tibi deditissimo libenter queso benigneq; ac-
cipias. In quo siqua erūt que aures tuas oblectent ea omnia Plutarcho accepta sūt
referenda. qui cognitionē tantaꝝ rerum ueluti preclaram quādam hereditatem
& omni patrimonio prestantiorem posteris suis reliquit.

RECLARAM meo iudicio prisci sapientis sentenciā ha-
buere: qui cum rerū naturā ingenti studio diligentiaq; per
quirerēt artes similes sensibus esse dixerūt. hac p̄cipue (ut
mihi uidetur) racōne cōpulsi. q̄ tam diiudicādi uim: discer
nendiq; potēciā: eque sensibus atq; artibus animaduerterūt
inesse: q̄ ad precipienda contraria a primis incunabulis cun-
ctis hominibus natura inseruit. At nos q̄q; experiencia ipa
& horum philosophoꝝ grauissimo iudicio cōfirmati in hāc
sentēciā adducimur: ut existimemus artes atq; sensus in eo nō mediocriter conue
nire q̄ pariter contraria discernere possint. tamen alia racōne non parum differre
arbitramur: q̄ eorum iudicia non iisdem finibus terminant̄: cum artes p̄ter cog-
nitionem contrariorū electionis quoq; iudiciū habent. Nam sensus & si album pa
riter atq; nigrū tam amarum dulceq; percipiūt. non tamen sic ea diiudicāt: ut al-
terum expetendū: alterum fugiendū esse discernant. Mouentur enim suapte na-
tura a singulis contrariis que sibi obiciuntur. omniaq; deinde eodem pacto quo ipi
antea perpessi fuere ad rōnis iudiciū deferunt. Artes uero cum semper sint racōni
coniuncte: ut utilia eligant fugiantq; aduersa. primum ea accurate pensant: que si
bi cōgnita sunt: deinde & quasi longiore interuallo ea prospiciunt a quibus putāt
caueri oportere. Medicina enim egritudinem. musica dissonas uoces ea tantū ra-
cione considerare uidetur ut melius efficere contrarium possit. Temperātia quoq;
tum iusticia ac prudētia omniū artium p̄fectissime cognitionē non modo utilium
ac honestarum rerum: sed earum etiā que turpes & inutiles sūt ad se ptinere pro
culdubio putant: atq; eos qui uicioꝝ naturam se ignorare glorian̄t vehementer ac
cusant quasi rudes earum rerum quas maxime decet viros studiosos cognoscere.
Quare antiqui spartiate: cum sua festa celebrarent̄. consueuerunt agrestes hoīes
qui appellabantur Ilote: quātū maxime poterant ad potū crapulamq; cōpellere. eos
q; deinde mero ingurgitatos: in cōuiuia iuuenum adduci iubebant ut ille cernen-
tes ebrioꝝ turpitudinem: ebrietatem veluti rem deformē perhorrescerent. Nos
vero neminem corrumpendū esse putamus ut alii corrigant̄ neq; hanc emendacōꝫ
ciuilem neq; humanā neq; libero dignam esse arbitramur. Sed non erit fortasse in
utile ad exemplū vite rectāq; uiuendi rationem duos aut plures homines in medi
um afferre: qui cum in gubernacōne maximaꝝ rerum versarent̄. sūma licentia ac
intempantia usi famam sue turpitudinis apud posteros reliquere: neq; p̄fecto hoc
agere intendimus ut huiusmodi uarietate ornando historiam nostrā afferamus le-
gentib; uoluptatem. Sed quemadmodū Ismenias ille Thebanus discipulis suis
tam eos qui male: q̄ eos qui bene modulabant̄ ostendens dicere solebat hoc pacto
non autē illo modulari optet. atq; ut Antigenidas ille bonos modulatores iuueni-
bus arbitrabat̄ iocundiores esse futuros. si malos fuissent aliquando experti eodē
pacto nos alacriores fore existimo ad p̄sequendum meliorem uiuendi modū si fla
gitiosorum hoīm mores historia cognouerimus. Demetrii igitur qui urbiū expu
gnator est dictus. ac. M antonii. Imperatoris uitam hoc libello complectimur. q
uiri sententiā illam Platonis maxime suis moribus comprobasse uidetur. Preclara
inquit ingenia quemadmodū uirtutes maximas. eodem pacto uicia q̄q; maxima p̄-
ducere solent. Fuerūt enim ambo cum sūmis flagiciis frequenti potui ac leuissi-
mis amoribus deditit: tum econtra liberales benefici: ac ī re militari peritissimi du
ces. Preterea eandē prope habuerunt fortunā. cum solū in tocius uite cursu: nunc
principatus & regna sint maxima consecuti: nunc uiceuersa eadam amiserint. nūc

ex felici rerũ successu in extremas calamitates ceciderint. pauloq; deinceps ꝑter spem in pꝛistinam felicitatem redierint: sed etiam extreme uite actu similẽ pene finem sortiti esse uideant̃. cum hic quidẽ in manus hostium uenerit. M. uero Antonius idem sit prope perpessus. Antigono igit̃ duo ex Stratonice fuerũt filii: quorum alterum fratris nomĩe Demetrium: alterũ patris Philippum uocauit. Talis enim frequens est fama: quãq̃ nonnulli Demetrium non Antigoni filium: sed nepotem ex fratre fuisse tradunt. Mortuo nanq; patre ac matre deinde Antigono nupta: Demetriũ aiunt adhuc infantem relictum creditũ esse Antigoni filiũ. Philipus cum esset paucis annis minor natu q̃ ipse Demetrius uita excessit. Demetrius itaq; &si non equa patri: procera tamen fuit statura. formaq; uero & pulchritudine oris adeo egregia adeoq; ꝑstanti: ut pictoꝝ aut sculptoꝝ nemo similem unquã potuisset effingere. Nam & g̃ciam simul & terrorem: tum grauitatem & mãsuetudinem quandã pre se ferre uidebat̃: concurrebatq; cum iuuenili ac elato uultus aspectu admirabilis splendor regia quadã dignitate coniunctus. Itaq; natus esse uidebat̃ ad stuporem simul & graciam hominum concitandam. Erat aũt cum per ocium potus et conuiuia celebrabant̃: & delicatissimus & iocundissimus omnium regum. Cum uero res gerende erant studio ac diligencia tum ingenii magnitudine cunctos alios superabat. Quare liberum patrem imitari maxime uidebat̃ quem ex eo uehement̃ extollunt: q̃ probe sciret & bello uti: & pacẽ rursus ex bello conficẽ: tum iocũditate suauitateq; ingenii sibi mentes hominũ conciliare. Fuit ꝑterea Demetrius amantissimus Antigoni patri sui: studio q̃ matris & patrem obseruare uidebant̃ eumq; magis ob ueram sinceramq; beniuolentiã: q̃ ob potentie magnitudinem uereri. Cum aliquãdo legati quidam ab Antigono audirentur: reuersus a uenacione Demetrius confestim ad pr̃em accessit succinctus telis. eumq; osculatus prope uirum consedit: pauloq; deinceps cum legati habitis responsis discederẽt: alta uoce ad eos cõuersus Antigonus: O uiri inquit nunciate talem amiciciam animiq; pietatem quã uidere potuistis inter Demetriũ Antigonumq; seruari: quasi ostenderet cõcordiã patris cum filio status ac regum potẽtie maximũ esse indicium. Adeo enim regnum a comuni sanctaq; societate alienum esse consueuit: adeoq; maliuolentie & perfidie plenum: ut maximo atq; antiquissimo Alexandri successori ferandum iure fuisse uideatur: si corpus suũ inerme armatis filii manibus tuto comiserit. Verũ ut unico compꝛehendam uerbo. Huius familie reges int̃ quã plures Alexandri successores soli fuisse apparẽt: qui huiusmodi ꝑfidia & immanitate caruerunt ꝑter unum Philipũ Antigoni: qui filium suum necauit. Alii autem fere omnes: qui maximo illi Regi successere: cum hoc uicio laborarent nonnulli filios: pleriq; matres multi uxores interfecerũt. Fratrũ autem cedem quis referre potest? Vt enim geometre peticões. sic illi fratres necare sibi permitti putant q̃si petitionem quandam Regibus ꝓ firmamẽto regni concessam. Demetrius uero q̃ ingenuus ab initio quãq; humanus & amicoꝝ studiosus extiterit ex eo constare facile potest. Mitridates Ariobarcanis filius qui adolescens moribus & aspectu egregius uidebat̃: ob etatem & consuetudinem sũma erat cum Demetrio familiaritate coniunctus colebatq; uehement̃ patrem antigonũ. De hoc igit̃ adolescente ob tale somnium non mediocris Antigono est orta suspicio. Visũ est ei se latum & pulchrum peragrantẽ campũ aureas micas serere atq; ex hiis aureã segetem ꝑmum oriri: pauloq; deinceps nihil ibi cerni ꝑter desectam paleã. perturbatum igit̃ ob hoc atq; mestum audire quosdam sibi uideri qui dicerent: Mitridatẽ in pontum Euxinum esse ꝓfectũ auream messem lecturum. Hoc somnio cum uehement̃ esset perturbatus Antigonus filiũ ad se uocat ac iureiurando silentium ei imponens: somniũq; deinde enarrans ostendit: se omnino statuisse animo: ut omni

suspicõne liberaretur: Midridatem de medio tollere. Hec ut audiuit Demetrius
incredibili est merore confectus: atq; adolescentem familiarit uersantem secum si-
bíq; ut consueuerat appropinquantē: neq; alloqui audebat neq; uoce quicq; expme
re: iurisiurandi accepti memor ac fidei date patri ratione habēs. Seducto igitur
adolescente aliquantulū ab amicis ut uidit remotis arbitris se solos esse relictos:
conuersus ad eū teli cuspide scribebat in puluere. Fuge Mitridates. hoc quid sibi
uellet coniectans adolescens prop noua nocte aufugit in Capodociā: Atq; statim
Antigoni somniū perfici uidebat. Maximas enim mitridates ac optimas cōsecu-
tus regiones: regum genus qui deinceps ponto imperitarūt. post septimū succes-
sionem a Romanis destructū: posteris suis reliquit. Hec igitr bone indolis Deme-
trii boniq; ingenii: quo ille ad māsuetudinē ac iusticiam flectebat: indicia sint. Ve-
rum ut inter elementa empedoclis contencōne assidue discordiaq; uigente semper
inter ea que propinquiora sunt: maior fieri dissensio solet: sic ea tempestate inter
Alexandri successores assidue bellum ardens grauius inter eos oriri uidebat: qui se
finibus cōtingentes tum rerum: tum locorum cōiunctione quadam tenebant: Ve-
luti tunc aduersus Ptolemeū eueniebat Antigono: qui cum in phrigia moram tra-
hens audisset Ptolemeum e Cipro profectū Siriam depredari: Vrbes aut seducē
aut ui ad deditionem compellere: aduersus illū filium Demetrium: misit duos su-
pra uiginti annos natum: & militiam tum pmum in maximis rebus egregie attre-
ctantem. Ceterum iuuenis adhuc Tiro parumq; experientia callens uiro congres-
sus ex Alexandri palestra nup emerso: ac multis magnisq; preliis sub illo uersato
prope gacam urbem pugna cōmissa superatur: octo milia hominū eo sūt prelio ca-
pta quinq; milia cesa. Tentorium pterea & omne ornamentū corporis regii De-
metrio ereptum. Sed hec quidem Ptolemeus una cū amicis quos prelio ceperat
ad eum remisit uerba addens humanitate referta: non de omnibus simul: sed de re-
gno & gloria a magnis uiris esse certandū. Demetrius his benigne receptis pre-
catus est deos: ne diutius Ptolemei debitorem se esse permitterent: sed facultatē
quandoq; darent ut similem ei posset liberalitatem referre: Atq; ob hanc cladem
nō ita animo affectus esse uidetur ut iuuenes solent in principio male succedenciū
rerum: sed ut grauis dux qui multas sit fortune permutaciones expertus. Itaq;
sūmo studio properabat uires reficere: arma ac milites congregare: congregatos
exercere: neq; quicq; omittere quod ad reperandū dissipatum recenti clade exerci-
tum pertineret. Interea cum hec pugna infeliciter gesta nunciata Antigono eēt
dixisse eum ferunt: Ptolemeū primo prelio imberbes superasse: deinceps aduer-
sus uiros sibi pugnandū fore. Petenti post hec filio: ut his uiribus quas habebat si-
bi liceret rursus cum hoste manum conserere: assensit pater: ne animū spe conse-
quende uictorie erectum: audaciamq; iuuenis retardaret. Iamq; ei non multo po-
stea congrediendi facultate oblata: ita est illa impigre usus. ut neq; sibi occasio: ne-
q; ipse occasioni defuisse uideretur. Nam cum Ptolemeus secūdis rebus elatus ibi
persuasisset Demetrium ob recentem calamitatem susceptam facile ex tota Siria
posse depelli: aduersus eum Cillem ducem cum magnis copiis misit: quē impara-
tum: hostiūq; aduentum minime expectantem: subito adortus cum omni exercitu
cepit Demetrius. Septem hominū milia eo prelio capta in manus Demetrii uiua
uenerunt Magna preterea rerum pecuniaq; copia inuenta. Quibus omnibus uehe-
menter letatum Demetrium aiunt: non tam ob gloriā spoliaq; adepta q; quia sibi
facultatem oblatam cernebat: qua Ptolemeo bene ac pclare de se merito parem
posset liberalitatem referre. Itaq; cum pater suis litteris exoratus concessisset: ut
his omnibus suo arbitratu uteret Cillem una cū amicis libenti animo ad hostem
remisit. Hec clades Ptolemeum paulo ante uictorem e Siria pepulit. Antigonum

uero quem forte hostes ueluti hominem uictum cōtempserat in eiusdem possessione firmauit: atq; incredibile dictum est quanta sit senex leticia elatus ob hanc uictoriam manibus filii pactam. Post hec Demetrius cum in spem uenisset eos arabum populos: qui nabatei uocant̄ sibi subigendi: profectus cum exercitu forte euenit ut in loca incideret aquarum expertia: parūq; abfuit quin ipse totusq; exercitus siti experiret. Quo tamen periculo cum neq; perturbatus esset: neq; exterrit9 non mediocrem admiracōnem barbaris prebuit stupentibus uiri audaciam animūq; cōstantem in talibus tamq; inusitatis casibus tolerandis Is autem non amplius morandum ratus populata regione septingentis camelis omisq; generis preda abducta sese suūq; exercitum in loca tuta recepit Cum uero Seleucus primum Antigoni opera in Babilonie regnū perductus. Deinde suo studio uiribus auctis eo potentie ascendisset: ut iam minaret̄ locis in die propinquis et ad ea regna que circa cancasū sunt animūq; conuertisset sperans Demetrius per eius discessum desertā Mesopotamiam reperire: traiecto repente Eufrate: subito aduentu Babiloniam occupat: et ex altera arce: erant enim due expulso Seleuci presidio suoq; introducto septem delectoꝝ hominū milia in urbe constituit. Iubens deinde milites ut ex eadē regione in qua nō putabat ulterius tēpus esse terendum: quecūq; possent secum abducerent: castra mouit iterq; ad mare conuertit Seleuci statū discessu suo firmiorem relinquens. Statimq; sibi nuncio allato Alicarnassum ab Ptolemeo uehementi obsidione teneri: rem in extremo periculo esse: raptim obsessis subsidium ferens ex illi9 manib9 urbē eripuit Cū uero prospere succedentib9 rebus Antigonus & Demetrius magna iam animis agitantes: nihil tam arduū esse arbitrarent̄ quod non se assequi posse confiderent ad liberandū greciā que Cassandri & Ptolemei seruiebat imperio: incredibili quadam cupiditate mentem ꝯuertunt. Hoc quidem nulli Reges neq; iustius neq; gloriosius gesserant bellum Quare pecuīas quascūq; possunt ex barbaroꝝ regionibus congregant: classem instrui iubent: omnia denīq; parent que pertinē uidebantur ad exequendā hanc expedicōnem ꝑ grecorum libertate susceptam. Verum ꝯsilio inter se habito unde tanti belli gerendi inicium sumēdi foret: cum censuissent operepreciū esse ut ad liberandas Athenas omnibus aliis post habitis p̄mum accederet. atq; ex eo quidam amicoꝝ suaderet Antigono: ut si eam occupet urbem: ualidis p̄sidiis firmet: ac perinde ut toci9 grecie fundamentū custodiat dixisse Antigonum tradunt beniuolenciam sibi semper uisum optimū regni fundamentū uerissimūq; presidium esse. Athenas nunc quasi speculam totius orbis paulo deinceps in oculis omniū gētium sue glorie clarissimum fore insigne. Demetrius igit̄ talentis quinq; milibus nauibus quinōginta supra. CC. collectis non amplius contandū ratus cum uersus Athenas classem direxisset. Hanc enim urbem tenebat ꝑ Cassandro Demetrius Phalereus templumq; Iouis quod munichiam appellant firmis presidiis munierat: cursū suum tū prudentia. tum fortuna iuuante. iii. Cal. Aprilis ante pireum nemine sentiente apparuit. Athenienses primo hostiū aduentu decepti ad hanc classem suscipiendā sese parabant existimantes esse Ptolemei naues. Paulo uero postea ut perceperūt hostes adesse repentino terrore quasi amentes facti statim ad arma conclamāt Auxilium ferebant duces. omīa ut pax erat pauoris ac tumultus erant plena. Demetrius per tenebras occupatis faucibus portus cum intus esset ingressus iam corā omnibus apparens ex naui per caduceatorē silentium ab Atheniensibus petit. Quo quidem facto appropinquās illis ac benigne alloquens inquit Se a patre Antigono missum ut bona cū fortuna Athenienses liberos faceret. presidia hostiū expelleret. legibus deniq; illis ac moribus patriis restitutis seuo tirannoꝝ imperio Vrbē liberaret. Quibus uerbis multi fuerunt qui proiectis armis Demetrium rogarent

ut e classe descēderet benefactorem ac liberatorem patrie magnis clamoribus vo-
citātes. Phalereus omnesq; ii qui circa illū erāt & si nihil bonorū que pollicitus erat
Demetrius firmum stabileq; arbitrarentur futurum tamen propter tam repenti
nam mutationem spe retinende urbis abiecta cedere uictori necessarium esse puta
bant Itaq; legatos ad eū mittūt qui a Demetrio benigne suscepti remissiq; simul
cū Aristodimo milesio uno ex intimis paternisq; amicis ad Phalereum reuertunt:
quem quidem ciues magis q̄ hostes formidantem petentemq; ut sibi tuto per De-
metrium liceret Thebes cum suis familiaribus proficisci: non modo non neglexit.
Demetrius: sed gloriam & uirtutem viri in honore habens diligenter curauit vt
Thebas incolumis perueniret His gestis petentibus Atheniensibus vt Vrbem in
traret: non prius se ciuitatem Athenarum visurum respondit: q̄ omni presidio ho
stium expulso: liberā penitus fecerit. Relictis igitur qui munichiam armis machi
nisq; & omni tormentorum genere oppugnarent: ipse interim ad liberandas Me-
garas que etiam Cassandri presidio tenebantur cum omni exercitu proficiscitur.
Sed cum audisset Cratesipolim mulierem pulchritudine famosam degentem pa-
tris: que olim Alexandro polipercōdi dedita fuerat suum congressum uehement
appetere relicto exercitu circa Megaras ad eam profectus cum paucis expeditis
& manu promptis: iisq; iterum a se remotis seorsum tentoriū posuit ut celaret mu
lierem ad se uenietem. Hoc cum nōnulli hostium resciuissent magnam occasionem
capiendi Demetriū nacti ad eum aggrediendum proficiscunt̄ iamq; tabernaculū
prope peruenerāt cū is repentino tumultu perculsus sumpta raptim clamide fu-
gam arripuit parumq; abfuit quin ob intemperantiā suam turpiter caperetur Ho
stes uero tentorio eius cū omni suppellectile potiti abierunt Post hec occupatis
Megaris cum in Vrbe direptiones frequentes agerent milites Atheniensibus be
nigne pro Megarēsib9 supplicantibus eorum precib9 cessit Demetrius presidiisq;
deductis liberā ciuitatatem reliquit Dum hec Demetrius ageret Stilponis phi-
losophi sibi in mentē uenit de quo magna apud Megarenses erat opinio q̄ in quie-
te & tranquillitate quadā suam uiuendi modum constituisse dicebatur Hunc igit̄
ad se uocatum rogauit Demetrius an aliquid suarū rerum sibi quisq; miles eripu
isset. Ad hoc nemo inquit Stilpon Neminem enim uidi scientiam auferentē. Rur
sus in discessu suo seruis omniū ciuiū areptis cū benigne ad eum conuersus dixisset
Liberam uestram o Stilpon ciuitatem relinquo. Recte inquit ille. Nullum enī ser-
uum in Vrbe relinquis. Deinde ad aggrediendā munichiam que assidue fuerat
post discessum suum obsidionem perpessa cum omni classe repetens primo aduen-
tu eā expugnauit atq; hostiū p̄sidio expulso suoq; introducto arcem euertit. Post
hec Demetrius Atheniensibus assidue eū uocātib9 cū id tempus oportunum esse
arbitraret̄ Vrbem est ingressus confestimq; populo in contionem uocato gratissi-
mis uerbis patrias leges pristinamq; libertatem restituit: addiditq; preterea se oī
studio curaturū: ut athenas medinnum frumenti Centū quinq̄ginta & materie
copia tanta quanta ad centum fabricandas triremes sufficere possit ab Antigono
patre mitantur. Athenienses igit̄ rem p. post decimum et quintū annum quibus
sub alieno imperio manserant beneficio Demetrio liberatam accipiunt. Nam a pu
gna lamicensiū & prelio quod apud Craconem cōmissum est vsq; ad illū diem quo
Demetrius vrbem intrauit: nomine paucorū status re aūt vera tirannicus fuerat
dominatus propter immoderatam Phalerei potentiam. His rebus gestis famaq;
Demetrii ubiq; diffusa cū magnus clarusq; apud omnes gentes haberet̄ statim im
modici honores & ante illud tempus inauditi quos populus Atheniensis ei decre-
uit hominē vt plerūq; fit: corrūpere: insolentem molestūq; omnib9 reddidere. Pri
mo enim tulerunt decretū ut Demetrius & Antigonus omniū reges appellarent̄

cum ii antea se alio quodam nomine uocitarent: quod ab his tantū qui Philipo &
Alexandro successerant. usurpari solitum erat: aliis vero nequaq; erat commune
Hos preterea deos seruatores & presulem Atheniensem qui certo quodam nomi
ne appellari ɔsueuerat sacerdotem seruatorum uocari iusserunt: atq; eum singulis
annis confirmantes nomen illius in omnibus suis decretis & scriptionibus prepo-
nebant. In eo aūt loco ubi primū e curru descendit Demetrius sacrificiis peractis
aram locarūt: quam Demetrii velocissimi aram appellari voluerūt Decreuerunt
preterea vt Antigonus & Demetrius in peplo vna cū Ioue & pallade intexerentur
vt due insuper tribus: quarū alteram Demetriadam: alterā Antigonidam vocita
runt: suis veteribus adderent: atq; eoꝝ senatui qui numero quingentoꝝ hominum
continebat Centum accederent homīes vnaquaq; tribu quinquaginta secū trahē-
te. Non ꝑtereundum videtur illud admirabile genus honoris quod accuratissime a
Stratocle inuentū aiunt qui huius et alioꝝ omnium quib; blandiri posse arbitra-
bat: diligentissimus fuit inuestigator. Tulit enim decretū: ut legati quos Athe-
nienses ad Antigonum et Demetrium mitterent: sacri uocarent: sicuti illi qui cū
patriis sacris olympū & pithiam mitti consueuerāt totius grecie celebritate. Sūt
autem et alia multa a Stratocle per audaciā & impudentiam perpetrata: illisq; si
milia quibus Cleonem illum antiquū vti solitum tradūt: cum populo Atheniensi
suis impudentissimis adulacōnibus blandiret. Habuit enim Stratocles philacem
amicam: que semel cum ei capita quedam in foro empta in conuiuium attulisset
comiter ad illam conuersus Stratocles ea inquit emisti o Philace: quib; nos rei p.
gubernatores ludere consueuimus. Quodam q; tempore: cum Athenienses pugna
nauali essent circa armonicū superati: ꝑueniens eos Stratocles: qui huius calami-
tatis nūcium afferebant: sūma celeritate Vrbem ingressus per eam viam quā cera
micum appellant: coronatus transiuit: faustū afferens victorie nunciū: quo quidē
exemplo epulam per vnam quanq; tribū constitutū est: & sacrificia publice suppli
cacōnesq; decrete. Paulo vero deinceps cū venissent ii: qui ferebant nūcium susce
pte calamitatis atq; vniuersus popul9 vno consensu aduersus Stratoclem uehemē
tius exarsisset: ille tamen hūc furorem audacter impudenterq; sustinens. Quid in-
quit viri Athenienses vobis moleste intuli: si duos dies sūma estis in ea causa in vo
luptate uersati? Talis igit Stratoclis erat audacia. Sed fuit ꝑfecto iuxta Aristo-
phenis poete sententiā: Igne calidior venter. Quidam enim alter longe impuden-
tiorq; Stratocles tulit decretum: ut quotiens Demetrius Athenas ueniret: susci
peret in Cereris & bachi hospicio utq; illi qui in Demetrio honorando alios su-
perasset: tantū ex publico erario daret agenti quantū sufficere posset ad collocan-
dum in templo aliquid sue liberalitatis insigne Insuper ut mensis Ianuarius utq;
primus ac nouissimus dies mensis: tum deniq; vt bacchi cōuiuia ex Demetrii no-
mine vocarent. Verum ex templo post hec ii casus sequuti sūt: quibus obstupue-
runt omnes: cum non forte: sed diuino quodam nomīe euenisse viderent Peplum
enim in quo Demetrius & Antigonus simul erant contexti: cum per Ceramichū
mitteretur: ingenti superueniente procella medium scissum ferunt: & circa aras
illoꝝ magnam aconiti copiam ortam: cū raro in ea regione nasceretur: & eo die q
festa bacchi celebrabant: omnem pompam dissipatam ꝑfundatāq; fuisse: insuper
ob magnā glaciem vehementēq; pruinam non modo ficus & vites a frigore esse cō
bustas sed maximā quoq; segetum partem corruptam. Quare philipides cum ini-
micus esset Stratoclis hec aduersus illū in comedia protulit. Per quem cōbussit
pruina vites: Per quē scissum in medio peplum est: honores diuinos mortalibus
tribuentem: Hec populū corrumpūt non comedia. Fuit autem Philippides sūma
Lisimacho familiaritate cōiunctus: multaq; per eū populus Atheniensis beneficia

suscepit a Rege. Compellebatur enim Rex ad hunc hominem diligendum ob suos integros mores viteq; probitatem: in eoq; precipue virum admirabatur q cum secum versaretur frequenter: ab omni tamen astucia & adulacõe q cultus regie domus abundare solent: quasi a perniciosa peste abhorreret. Itaq; animum suũ induxerat. vt quandocũq; sibi ad bellum resq; gerendas ꝓficiscenti: occurrebat philippides hoc pro bono omini haberet: quasi aliquid faustum felixq; portenderet. Verum aliquando rogatum a Lysimacho num aliquid suarũ rerum expeteret: respondisse aiunt. Soli modo Rex ne archanorum tuorum quicq; mihi credas. Hos igitur duorũ alter in scena alter in cõcione assidue versabatur ob nature viteq; dissimilitudinẽ non immerito opponendos putauimus. Illud vero genus honoris: cuius inuentorem aiunt fuisse Democlidem: adeo consuetudinem moremq; hominũ excessit vt monstrũ quoddã videatur. Decretũ enim tulit Democlides: debere spetiã tribum de locandis scutis apud delphos. Demetrium quasi oraculum quoddam consulere vt hac sua sentencione publicis suffragiis approbata intelligi licet. Visũ fuisse populo Atheniensi: quod bene ac feliciter eueniret: vt eligatur ex Atheniensibus vnus: qui accedens ad Demetrium seruatorem postea q sacrificia peregerit eum roget atq; consulat: q̊nam maxime modo pie atq; optime sũmaq; celeritate dedicacio sacra in delphis agenda videatur. He igitur tot tanteq; adulacões quibus Athenienses sepius erga Demetrium sũt usi: languentem viri animũ minimeq; blanditiis repugnantem facile corruperunt. Sed hac tempestate ipse Athenis degens vxorem duxit Euridicem mulierem Atheniensem ex claro Milciadis genere ortam: que olim nupta Ofelte Cirenarũ principi post obitum viri Athenis redierat. He nuptie Atheniẽsibus vehementer grate iocundeq; fuere q existimabant sũmum honorem Athenarũ Vrbi tributũ esse a Rege: maximũq; beniuolencie signum ostensum: quoniam sibi placuisset eam precipue ciuitatem eligere: in qua regium coniugium celebraret. Erat autem Demetrius magnopere deditus nuptiis adeoq; his delectari videbatur vt multis semper vxoribus vteretur: quarũ maxime in honore habuit Philam tum ob Antipatrum illius patrem tum quia per eam supra omnes Alexandri successores gratiam beniuolentiãq; sibi apud Macedonas comparauit. Ad hanc ducendam iam satis etate prouectam: renitentem Demetrium cum esset iunior compulit suis adhortacõnibus pater: illud Euripidis in mediũ ferens. Vbi est lucrum supra naturam nubendũ est: loco preterea & tempori seruiendũ. Talis igitur erat erga Philam aliasq; vxores Demetrii amor. Verũ in sũma rerũ licẽcia constitutus cum vno eodemq; tempore & scorta & vxores permultas haberet: adeo se voluptatibꝰ deliciisq; permiserat vt iam esset communi sententia diuulgatum omnium Regũ incontinentissimum esse Demetriũ. Dũ hec Athenis geruntur nuntiatũ interea Demetrio ab Antigono est Ptolemeum Regem magna comparata classe Ciprũ nauigare bellum ingens terra mariq; parare omnia post habenda esse vt tanti conatus hostium reprimantur quibꝰ perceptis Demetrius & si ex medio victoriarũ cursu se ad nouam expeditionem vocari cernebat tñ magnitudine rei compulsus necessario paruit consilio patris non sine dolore gloriosum relinquens bellum paulo ante tam libẽti animo pro grecorum libertate susceptũ. Itaq; Athenis decedens ante omnia Clonidem Ptolomei ducem Corinthum ac Sicionem obsidentem pecunia temptauit vt liberas illas ciuitates dimitteret. Q quidem renuente nõ amplius contendum ratus cum versus Ciprũ classem direxisset forte Menelaum offendit Ptolomei fratrem: quem prelio aggressus confestim fudit fugauitq;. Verũ paulo postea cum Ptolomeus magno cum exercitu terra mariq; parato obuiam ei venisset: primo congressu minae superbe atq; insolentes alter ad alteres vtrinq; sunt facte Ptolomeo quidem iubente Demetrium antea recedere greciamq; repetere

ꝗ suam extremam calamitatem conspiceret. Demetrio vero afferente se nō prius Ptolemeum e manibus dimissurū ꝗ ex Sicione Corinthoq; presidiis deductis liberas eas ciuitates reliquerit. Hoc bellū tot tantisq; conatibus vtrinq; susceptū nō solum his Regibus qui iam in aciem prope descenderant: sed reliquis quoq; principibus ingentem iniecerat curam expectacōnemq; anxiam fecerat ob incertum exitum rerū dubiumq; belli euentum. Cernebant enim non Siriam aut Ciprum: sed quisnam maximus omniū Regum esset futurus in ea solū victoria uerti. Prolemeus igit̄ centum & quinquaginta nauibus collectis instructisq; in aciem confestim ad Menalaum fratrem nunciū mittit vt cum videat certamen vehementer instare in medio ardore pugne e Salamina sexaginta progrediens nauibus. hostes a tergo adoriatur ordinemq; perturbet. Demetrius econtra non ignarus eorū que parabant̄ ab hoste. decem tantū aduersus illas sexaginta opposuit naues: easq; angustum aditū portus per quē transire Menelaum oportebat occupare celeriter iussit ibiq; consistere: vt si forte egredi Menelaus temptaret: & si numero impares loci tamen opportunitate adiute exitum hostiū prohiberēt: In ptumontoriis deinde finitimis atq; vndiq; ꝓspectantibus mare pedestres copias collocauit quas & ordinē seruare iussit & longe lateq; extendi: vt maioris multitudinis speciem pre se ferrent. Atq; hoc pacto omnibus terra mariq; instructis cū reliquis copiis nauibusq; Centum octuaginta Ptolomeum inuadit Primo congressu turbauit: deinde dissipauit hostiū classem: demū vehementiori impetu facto fudit fugauitq;. Ptolemeus vt vidit suos passim terga dare: seq; esse omnino ab hostibus superatū quanta maxima celeritate potuit fugā arripuit octo nauibus tantum securis viri vestigia que sole ex tanta copia vix euadere potuerunt. relique vero omnes in eo certamine perierere pret̄ septuaginta: que sūt vna cū milite ac remige a Demetrio capte. Deinde cum ventum esset ad portū vbi ingens erat pecuniaꝝ machinarūq; copia que in nauibꝫ onerariis seruabant̄ tum magna quoq; sodaliū mulierūq; turba expectantiū fortasse victoris arbitrium ex templo nemī e aduersante in Demetrii potestatē cuncta venerunt. Inter hec Lamiam mulierem sua tempestate famosam fuisse tradunt: que preclare tibiis cecinisse dicit̄. Hec ꝑmo canendi modulandiq; suauitate graciā sibi apud homines comparauit Deinde cum se ad amores amarorios contulisset celebre est nomen & famam pulcritudinis apud omnes gentes adepta. Eo vero tēpore & si pristine dignitatis florem quia iam annis matura erat: abiecisse videretur: tamen venustate & mansuetudine quadā adeo sibi homīes cōciliabat: ut supra omnes alias mulieres cara esset Demetrio. & ab illis etiā mulieribus quas gracia anteibat: non mediocriter amaretur. Post hanc naualem pugnā Menelaus iam viribus suis diffidens: cum cederi victori necessariū esse putaret: Salaminā primo naues deinde copiasq; terrestres quascūq; habebat Demetrio dedit. Fuerunt autem he. mille &. CC. equites. peditum. xii. milia. Hanc victoriā per seipsam claram atq; illustrem: clariorem illustrioremq; fecit sua pietate & liberalitate Demetrius. corpora enim hostium defunctoꝝ magnifice sepeliri iussit & captiuos sine precio ullo dimitti: armaturas insuper integras totumq; corpus tegentes ducentas supra mille dono Atheniensibus misit. Post hec Aristodimū Milesium ad se uocatum: quanta maxima celeritate possit ad Antigonum patrem accedere iussit eiq; referre hanc amplissimam uictoriam pactam & spolia adepta: ac omnia demum que fuerunt post fugam hostium prospere feliciterq; secuta. Is cū adulacōnum quibus regie domus abundare solent optimus esset fabricator atq; magister: nunc ex his rebus blandiendi occasionem nactus: rem inuenit qua in Antigonum vteretur: maxima adulacōne refertam. Nam cum e Cipro decedens prope eum locum venisset vbi uersabat̄ Antigonus iactis ancoris ꝓcul a littore nauim

consistere & Nautas omñs quietem ac silentium agere iussit. Ipse deinde scapham
conscendens cunctis aliis qui secum venerant in naui relictis: solus continenti ap-
plicuit. Erat eo tempore Antigonus in magna sollicitudine constitutus: q̄ expe-
ctabat vt par erat: incredibili cura eius pugne euentum que iam fuerat apud Sa
laminam omissa: cupiebatq; vehementer audire quā fortunam Demetrius filius
habuisset cum sibi allatū est venisse tunc: Iamq; prope adesse Aristodimum Milesi
um nunciū a Demetrio missum. Subita re perculsus Antigonus cum vix seipsum
domi continuisset: ex templo alios atq; alios obuiam Aristodimo mittit: qui cogni
tis omnibus que ille afferebat: sūma cum celeritate ad se reuertant̄. Is autē cum
nichil percontantibus respondēt: tum lento gradu tacitusq; veniret magis q̄ vnq;
antea perturbauit Antigonum: atq; incredibili vrgente animū cura: cum se ampli
us continere non posset vsq; ad fores citato gradu obuiam Milesio accessit. Ille ve-
ro stipatus frequenti hominū turba: que vndiq; rei nouitate commota ad regiam
confluxerat: vt prope Antigonum venit: porrigens dexteram alta voce exclama
uit. Salue Rex Antigone: pugna nauali regem vicimus Ptolemeum & Ciprū te-
nemus & militū captiuoꝝ sex milia & octingentos supra Decem milia in manibus
nostris habemus: exhilaratus Antigonus & tu per Iouem inquit Salue. Sic autē
nos torquere voluisti Milesie: par profecto referam pari: sero enim premium re-
portabis. Multitudo preterea que ingens ibi conuenerat hoc nuntio precepto tū
primum Antigonum & Demetrium Reges magnis clamoribus vocitauit: & An-
tigonum familiares sui insignibus regiis extemplo ornarūt: & Demetrium pa
ter diademate misso Regem per epistolā appellauit. Hec cum essent frequenti fa
ma in Egiptum perlata: ii qui circa Ptolemeum erant: ne crederetur ob recentem
cladem susceptam esse vehement debilem mancūmq; factum Ptolemei statum:
hoꝝ vestigia secuti Ptolemeum regē salutarunt vocitaruntq;. Hoc igit̄ pacto A-
lexandri successores hincinde distrahebant̄ alter alterius tituloꝝ emulacōne com-
motus Nam & Lysimachus cum primū diadema ferre incepit. & Seulecus nunc
in conspectu quoq; grecoꝝ si quando eorum audiebat legatos iis regiis insignib
vtebatur cum antea coram Barbaris tantū gestare solitus esset. Verū Cassander
cum alii aut litteris aut voce eum appellarent Regem: solus pene fuisse apparet:
qui hac inani appellacōne neglecta pristinū morem seruauerit. Hec igit̄ nō modo
nomīa & habitum hoꝝ principū permutarunt: sed eos quoq; in tantam elacionem
ac insolentiam extulerūt: vt quēadmodum tragici histriones vocem & incessum
simul cum veste: sic illi vitam & mores vna cum habitu mutasse viderent̄. Nam
& in regendis populis grauiores superbioresq; facti non modo violentia pro iusti
cia vtebant̄: verum etiam fastum quendam pre se ferebant pristine humanitatis
obliti: qua antea fiebat vt populi quietiori animo seruitutē perferrent. Tantū igit̄
valuit vna adulatoris vox vt hunc tam grauem morbū tanq; perniciosam pestem:
qua ii Reges laborabant: per vniuersū prope sparserit orbem. Hec cum ita essent
Antigonus elatus ob res circa Ciprum feliciter gestas: rursus tot copias terra ma
riq; aduersus Ptolemeum parabat: vt appareret eum maius q̄ vnq; antea agitare
in animo bellum. Itaq; ex templo omnibus comparatis non ultra differre profectiō
nem constituens: terrestres copias sibi assumit: maritimas Demetrio cōcedit: eū
q; iubet prope eam terram p quam ipse ductabat exercitum nauigare. Vetum he
res tanto studio diligentiaq; parate: qualem exitum habiture essent: Medium quen
dam Antigoni familiarem vidisse per somnium tradunt. Visū enim sibi aiunt De
metrium in curriculo cum omni exercitu decertantē primum magna celeritate
& vehementi contencōne certamen inire: paulo vero postea sensim pedetentimq;
deficere. deinde in ipsius cursu flexu adeo debilem infirmūq; factum vt spiritum

recreare vix posse videretur. Secutum est igit̃ postea ut Antigonus terrestres co
pias ducẽs: multa pericula incómodaq; subiret & Demetrius magna tempestate
iactatus multis amissis nauibus in loca importuosa compelleretur atq; ambo post
multas calamitates susceptas uix dissipatum terra mariq; exercitum domum re-
ducerẽt. Erat ea tẽpestate Antigonus ãnos paulo minus q̃ octoagĩta nat9: qui cũ
ad miliciam gerendam magnitudine: & mole corporis magis q̃ senectute esset iã
grauis & inutilis factus: in maximis rebus gerendis filio Demetrio utebatur ex-
cellenti ingenio uiro duceq; iam sua felicitate & prudentia claro. Eius autem in-
temperantiam: quam accusabant omnes equiori animo fortasse q̃ decuit tolerabat.
Ille uero uigente pace nunc circa potus atq; conuiuia: nunc circa amores & omnis
generis uoluptates magna cum impudentia uersabatur. At cũ bella gerenda erãt
omnibus deliciis uoluptatibusq; posthabitis sic moderabat̃ ingenium suum ut mo-
res simul cum fortuna rerum mutasse uideretur. Cum aliquando Demetrius ex
quadam expeditione domũ reuersus: subito ad patrem accurrens: eum hilari uul-
tu oscularetur: dixisse Antigonum aiunt: Lamiam o fili osculari uideris: eo enim
tempore iam diuulgatum erat Demetriũ Lamie amore uehementer ardere. Rur
sus Demetrius cum multos dies dedisset operam potui: atq; deinde presente An
tigono quereretur se molesto reumate esse correptum. Audiuimus inquit Antigo
nus. Sed illud queso thasium ne anchiũ reuma fuit. Quodam insuper die cũ egro-
tante Demetrio ad eum uisendum accessisset Antigonus formosum puerum prope
hostium eius offendit. Ingressus deinde thalamum: manuq; illius apprehensa cum
uenam tetigisset: febris inquit Demetrius ut michi uidetur paulo ante discessit.
Certe inquit Antigonus: puerum enim nuper abeuntum prope hostium tuũ offẽ-
di. Hec igitur uitia in ocioso Demetrio: cum ingentes uirtutes in rebus geren-
dis equarent molesto animo tolerasse Antigonum credunt. Sed quemadmodum
scitecum magnopere se indulsisse potui cernunt: arcuum chordas pulsare consue-
uerunt ut dissolutum uoluptatibus animum ad pristinam continentiam reuocent.
Sic Demetrius cum nunc in ocio uoluptatum arbitrio se totũ permitteret: nunc
in apparatu belli omnium delitiarum oblitus strenuam operam nauaret: adeo ua-
rietati rerum accommodabat ingenium suum ut laborem atq; molliciem duo contra
ria maxime inter se pugnantia supra nature medium iunxisse uideretur. Verum
& si in gerendo bello dux egregius esset atq; preclarus: tamen in classibus machi-
nis copiisq; parandis longe prestantior habebatur. Itaq; cum expeditionem aliquã
sibi parandam esse cernebat: data opera ut ingens materie copia sibi adesset circa
naues machinasq; fabricandas incredibili arte atq; studio uersabatur. Magni igit̃
animi uir non ad inanes puerilesq; exercitationes ingenium suum cõuerterat: sicu-
ti pleriq; Reges: quorum alii tibiis alii picture nonnulli torno deditii in seruilibus
officiis etatem agũt. Etenim Aeropum Macedonem lucernas abacosq; perparuos
cum in ocio uersabatur fabricare solitum tradunt. & Attalum illum qui est Phi-
lomater dictus non modo yoschiamum & elleborum: sed etiam cicutam & aconi-
tum aliasq; permultas uenenosas herbarum species sepius plantasse aiunt & suũ
studium curamq; posuisse ut earum fructus in tempore legerentur: Parthorum
quoq; Reges in telorum cuspidibus acuendis non delectari solum: sed gloriari eti-
am solent. Demetrius uero cum machinis instrumentisq; bellicis delectaretur ue
hementer: adeo in his conficiendis ingenio & arte ualebat: adeoq; illius opera tam
parua q̃ magna in suo genere preclara atq; magnifica erant: ut non modo sumptu
sed etiam manu regia digna uiderentur. Vnde illud est non minus uere q̃ elegan
ter dictum Demetrii opera magnitudine sua etiam amicis stuporem: pulchritudi
ne uero etiã hostibus delectationem solita esse afferre. At qui inter alia memoratu

digna & naues duas quarũ altera xvi. remis altera xv. remis erat ab eo confectas
aiunt: & machinas nonnullas miro ingenio pro expugnandis urbibus fabricatas
que quidem spectantibus hostibus incredibilem admirationem prebebant: uelu-
ti Lysimacho euenisse tradunt: qui & supra omnes alios Reges inimicus esset
Demetrio: tamen cum ab illo solios cilicios obsidente petisset: ut sibi liceret suas
machinas nauesque conspicere: atque deinde benigne concedente Demetrio omnia
opera conspexisset: adeo stupefactum admiratumque aiunt: & magnitudinem &
pulchritudinem machinarum ut sibi uise sint non humano sed diuino quodã inge-
nio fabricate Rhodii quoque cum a Demetrio essent multo tempore obsidionẽ per-
pessi. soluto deinde bello eum rogarunt: ut aliquas machinas sibi relinqueret: qua-
si quoddã sue uirtutis suique ingenii testimonium. Eodem etiam bello: in quo Rho-
dii simul erant cum Ptolomeo senectute coniuncti: machinam quandam quamur-
bium expugnatorem appellant: eorum menibus admouisse Demetrium aiunt: ta-
li quidem figura atque specie fabricatam. Habebat in primis quadratã sedẽ: cuius
unumquodque latus inter se equale: in latitudinem octo & .xl. in altitudinem sex
& .lx. cubitorum extendebatur: atque a postrema basi usque ad uerticem adeo gra-
datum extenuari uidebatur. ut cũ infima sedes longe latior supremo culmine esset
egregia quedam figura ex omni proportione seruata resultare uideretur. Intus
preterea erant latebre cauerneque complures ad suscipiendos milites accommodate
Qua uero hostes spectabat frontem patefactam habebat: atque undique fenestellas
tectas quibus uaria tela poterant aduersus hostes sine ullo periculo iaci. Erat pre-
terea secundum unamquanque spetiem pugne bellacissimis uiris referta: & quod
supra omnia spectantibus admirationem prebebat: tanta facilitate mouebatur: ut
cum strepitum maximum ederet: tanta in utram partem inclinaretur conspici mi-
nime posset. Ad hoc preterea bellum duo sunt ei ex Cipro thoraces allati: quo-
rum uterque .xl. minarum erat eorum robur cum uellet eius fabricator ostendere
iussit aduersus illos .xxx. passuum interuallo ex catapulta telum admitti: quo qui-
dem facto adeo firmiter uim teli sustinuerunt: ut nihil ibi relictum sit preter line-
am quandam: que non teli cuspide: sed penicillo potius confecto uidebatur Horũ
altero uirum audacissimum ac robustissimũ omnium qui cũ Demetrio erant: Al-
cimentũ epyrotam eo bello usum fuisse tradunt: solumque arma duorum talentorum
gessisse: cum alii unius duntaxat talenti armis uterentur: eumque deinde Rhodi
prope theatrum Urbis fortiter dimicantem in medio ardore pugne cecidisse: In
eodem insuper bello constanter obsidionem tolerantibus Rhodiis Demetrius fru-
stra terendo tempus nulla re memorabili gesta: cum honestam abeundi occasionẽ
quereret: noua est iniuria lacessitus: qua aduersus Rhodios magis quam unquam antea
ira exarsit Litteras enim regiamque suppellectilem sibi a coniuge Phila missam cũ
cepissent Rhodii: ex templo nulla sue dignitatis ratione habita: ad regem Ptole-
meum cuncta miserunt: minime in hoc Atheniensium humanitatem secuti: qui
Philippo Macedonie Rege graue aduersus eos gerente bellũ cũ Tabellarios qui
ad eum mittebantur litterasque cepissent cunctis aliis epistolis lectis: solum Olim-
piadis coniugis litteras integras atque intactas reliquerunt: easque obsignatas eodẽ
pacto quo erant: ad Philippum remiserunt. Verum paulo postea Demetrius sũ-
ma sibi ulciscendi facultate oblata parum memor cõtumelie nuper accepte ut ge-
nerosum uirum decebat: magna liberalitate est in Rhodios usus Nam cũ egregi-
am Ialisi figurã non omnino integrã mira tamen arte a Protogene caunio depictã
& in quibusdam edibus publicis extra menia Urbis locatam cepisset Demetrius
ex templo Rhodii preconem ad eũ miserũt multis precibus supplicantes ut huic
preclaro operi pro sua ingenii clementia pareret: quibus respondisse Demetrium

tradunt se antea permissurum parentis statuam destrui q̃ talem tamq; egregium artis laborem iniuria ulla extingui Etenim septem annos in hac figura pingenda consumpsisse Protogenem aiunt Addunt preterea apellem cum ad eam uisendam accessisset adeo admiratũ excellentiã operis ut deficiente uoce tacitus aliquãdiu perstiterit :tandem dixisse magnum laborem & admirabile opus gratias non habere :q; hoc atq; alia que pinguntur ab illo usq; ad astra ferant in celoq; reponant Hanc postea imaginem Romã delatam vna cum aliis ignis absumpsit . Sed Rhodus fortiter sustinentibus bellum cũ Demetrius abeũdi occasionem quereret forte Atheniensium legati ad eum uenerunt rogarũ :ut diuturna obsidione Rhodios liberaret :quibus auditis soluta statim obsidio est :ac Rhodii preterq; aduersus Ptolemeum ab Antigano & Demetrio in societatem recepti Inter hec Cassãder per discessum Demetrii occasionem nactus cum ad obsidendas Athenas magnis copiis accessisset :Athenienses ingenti celeritate certiorem Demetrium reddant quanto in periculo res eorum sint :eumq; rogant ut q̃primũ opem & auxilium obsesse afferat Vrbi :quibus perceptis Demetrius ex templo omnibus rebus postpositis magno cum exercitu & ccc .xxx. nauium classe aduersus Cassandrũ profect9 die noctuq; non intermisso cursu cum in Atticam peruenisset non modo ex omni regione Cassandrum expulit :sed etiam fusum fugatumq; usq; Thermopilas est persecutus . Heracleamq; deinde sponte deditione facta in potestatẽ recepit :fuerũt etiam sex Macedonum milia :qui hac uictoria moti ad Demetrium perfugerunt Repetens deinde Atheras Demetrius omnibus grecis qui intra Philas uersant liberatis atq; iis qui auxiliũ tulerant in societatem receptis Philim & panactum que quasi duo propugnanda attice imminebant :ualidisq; fuerant a Cassandro munita presidiis celeriter oppressit po. q; Atheniensi restituit . His gestis Athenienses & si antea supra mores supraq; consuetudinem omnia tribuissent Demetrio :tñ nullum constituentes adulationi modũ edem post palladis templum ei in hospitiũ concesserunt : in qua vna cum virgine pura hospes uersabatur impurus :patris uestigia nequaq; secutus :cui aliquando cum audisset Philippum filium in quadam domo :ubi tres virgines morabantur hospicio esse susceptum :non obiurgato filio Sed eo qui distribuendis hospiciis domibusq; preerat ad se uocato : presente Philippo sic inquit : nonne ex tam parua tamq; angusta domo filium meum deducis: atq; hoc pacto filio permutato :omnem occasionẽ inferende iniurie sustulit . Demetrius uero nulla dee palladis :quam etiam sororem maiorem natu sibi asciuerat :ratione habita tanta est turpitudine :dum in ea arte degebat :in mulieres urbanas & adolescentes liberos usus :tum maxime locus ille purus uideretur : cum is solum tum Chriside & Lamia & Dime & Anticira uersabatur Sed multa alia sunt que cum sint ignominia ac dedecore clarissime Vrbis narrari nõ possint sponte a nobis in presencia omittuntur . De modis tantũ temperantiam eximiã incredibilemq; virtutem :cuia digna memoratu fuit :non uisum est silentio preterire . Is erat puer adhuc imberbis adeo egregia atq; prestanti forma ut ex pulchritudine sua nomen adeptus :pulcher Democles ab omnibus uocaretur Hunc demetrius cũ neq; precibus neq; minis potuisset unq̃ in desideriũ suum perducere :semel occasionẽ temporis nactus :quo puer publicam palestram ac gimnasium fugiens :priuatum quoddam balneum intrauerat :eo confestim accedit solusq; ingressus puerũ inopinantem aggreditur. Ille uero ut vidit sibi soli & puero talem uim iniuriamq; afferri :nullum aliud refugium habens :repente sublato lebetis tegmine in feruentem balnei aquam sese proiecit atq; eo pacto morte uoluntaria se a uiolentia & scelere Demetrii uendicauit sua innocentia profecto indigna patria uero & pulchritudine sua digna perpessus . Sed illud Celeneti unq; huic simile fuit qui cum pater

Cleomedon ob illatam sibi mulctam quinquaginta talenta reip. deberet litteris
a Demetrio acceptis quibus a populo Atheniensi petebat, ut hanc mulctā Cleo-
medonti remitteret: non modo suam turpitudinem diuulgauit: sed maximā eti-
am in ciuitatem perturbationem induxit. Nam cū Athenienses bis receptis litte-
ris. Cleomedonteq; omni pena liberato: decretū tulissent: nemini ciuium litte-
epistolam a Demetrio posthac populo Atheniensi afferre: percepissentq; deinde
grauiter ex hoc offensum esse Demetriū ex templo penitentia ducti non modo de-
cretum illud derogarunt: uerum etiam eorū: qui illius rei inuentores fuerāt aliis
uocatis: aliis in exiliū pulsis: nouum tulerūt quod fuit hoc pacto frequenti popu-
lo approbatum. Visum esse populo Atheniensi ut quodcunq; Rex Demetrius iu-
beret: hoc & apud deos sanctū & apud homines iustū haberet. Cum uero quidā
vir bonus delirare Stratoclem dixisset talia ferentem decreta. Ad hoc Democha-
res spartiata: deliraret inquit Stratocles: nisi hoc pacto deliraret. Multis enim
fuis ille adulationibus profuit. Atq; statim de his accusatus Demochares sine ulla
mora est in exiliū pulsus. Talis igit̄ erat Atheniensiū uiuendi modus eo tempore
sane: quo illi & tirāni presidia ex Vrbe deducta & libertatē sibi restitutam puta-
bant. Inter hec Demetrio in Peloponessum profecto: cum eius aduentum non ex-
pectarent hostes: sed eo appropinquāte fugam arriperēt: Vrbes sine ullo certami-
ne tradebant. Itaq; & litus quod Actaeum uocant & Argos sicionemq;: tum Co-
rinthum atq; Archadiam totā preterq; mantineam ingenti celeritate occupauit
ac iis qui presidio erant traditis centū dumtaxat talentis sine ulla mora in liberta-
tem restituit. Celebrantibus deinde festa bacchi argiuis: nō modo interesse: sed
etiam preesse Demetrius uoluit. Itaq; princeps certaminis factus una cum aliis
grecis leticiam agens Deidamiam Pyrri sororem ac Eaci Regis Molosorū filiā
coniugem duxit. Sicionē inde profectus: cum persuasisset populo ut ea Vrbe re-
licta cōmodiorem prope eandem Vrbem habitarent locū: ex templo nomine per-
mutato eum pro Sicione appellari Demetriadem iussit. Post hec in isthino cōmu-
ni cōcilio celebrato: populi qui ibi frequentes cōuenerāt: ducem grecie uno cōsen-
su Demetriū appellarunt ueluti Alexandrum atq; Philippum antea uocitauerāt
quibus ille fortasse se haud paulo meliorem existimauit Regem. Nam cū ab Alex-
andro nemini unq; sit regium nomen ereptū: neq; sibi ipsi tantū assumptū ut se Re-
gem appellauerit Regum: sed multis sint ab eo regna: nonnullis regie dignitates
concesse Demetrii insolentiam quis non iure miretur: qui cunctis aliis neglectis
neminem preter se & Antigonū patrem appellabat Regem: quin etiam eo cetu
ubi frequentes compotatores conuenerāt: cum ii supra quos ioci causa effundebāt
merum: alii se esse Demetriū Regem: alii elephantorū principem dicerent: alii
nunc Ptolemeū prefectum classis: nunc Lysimachum custodem gace: nunc Aga-
toclem insularū dominum se esse assererent gaudebat uehementer Demetrius:
cum alii aliis nominibus uocarentur: se solū esse quē appellarent regem. Sed hec
cum ad eorum aures peruenissent cunctis aliis hanc scurilitatem ueluti rem inanē
deridentibus solus Lisimachus erat: qui cū eunuchi apud illos regie suppellecti-
lis curam habere soleant: grauiter ferre uidebat̄ se gace custodē ueluti eunuchū
quendam uocitari: Augebat preterea hanc indignationem suam perpetua quedā
inimicitia: qua semper Demetrio supra omnes alios fuit infestus. Quare in cōtu-
meliam ei obiciens amorem Lamie. Nunc primū a se uisam dixit meretricē de sce-
na tragica exeuntem. Ad hoc Demetrius meretricem inquit lamiam magis esse
modestā: q; coniugē eius Penolopem. Post hec Demetrius cū reuerteretur Athe-
nas: paulo ante epistolam Atheniensibus scripsit: qua ostendebat sibi esse in ani-
mo cum illuc peruenisset: omnia eorum misteria sine mora ulla percipere atq; tiā

ea : que suprema apud illos habentur intueri . Hoc autem ea tempestate nefas ac
scelestũ erat & ante illud tempus inauditum . Nam parua quidem misteria men-
se nouembris : magna uero mense iunii celebrari solita erant : atq; inter hec & illa
que habentur suprema quia magna cum reuerentia ea homines intuentur : saltem
unius anni spaciũ intererat : neq; ea adiri ante illud tempus licebat At uero lectis
Demetrii litteris cum res in consultationem uenisset . unus tantum Pythorus qui
sacras tenebat tedas : ausus est contrariam uoluntati Demetrii sententiam dicere
sed in tanta formidine Vrbis parum ualuit optimi atq; sanctissimi uiri consilium
Nam Stratocles confestim tulit decretum ut mensis Ianuarii : qui tunc presens
erat : nouember uocaretur : atq; eo pacto quasi legittimo tempore : parua primum
misteria ostenderunt Demetrio : post hec rursus Ianuarium : qui erat factus nouẽ
ber : Iunium uocitarant : statimq; eidem magna misteria tum etiam ea que haben
tur suprema : ut percipere atq; intueri suo arbitrio posset permiserunt Quare Phi
lippides Stratoclem accusans . Hic inquit integrum animũ in unius mensis tem
pus coegit . Et de hospicio Palladis a Demetrio polluto Nemo inquit impurus
in Vrbis arce susceptus sacrum uirginis domicilium scortis cõpotatoribusq; refer
sit . Verum cum multa nefanda scelera essent in ea Vrbe a Demetrio perpetrata :
que omnẽ ciuitatem dolore mesticiaq; repleuerant : illud precipue grauiter Athe
nienses offendit ꝙ cum illi . ccl . talenta magna celeritate iussu Demetrii congrega
ta ad eum detulissent : confestim omne illud argentũ Lamie ac ceteris scortis ad
fucum mundumq; muliebrem dari Demetrius iussit : nec tam detrimentum atq;
incomodum ꝙ rei turpitudo : qua rex dignitatẽ Vrbis aspernari uidebatur : mo-
lestum Athenensibus fuit ꝙꝙ nõnulli sunt qui hoc in Thessalos : non in Athenien
ses factũ fuisse dicãt Lamia quoq; non cõtenta Demetrii turpitudine preter ne-
fanda illius facinora & ipsa eo impudentie uenerit : ut a multis pro instruendo cõ
uiuio Regi pecuniam extorserit : cõuiuiumq; deinde & magnificentia apparatus
& epularum uarietate : adeo splendidum celebrauerit : ut a Gliceo Samio manda
tum sit memorie litterarum . Quare Comicorũ quidam perniciem ciuitatis La-
miam . Demetriũ uero quia sibi adesset Lamia fabulam uocitabat . Hanc iam om
nes non modo coniuges : sed etiã pelices cũ uiderent Demetriũ eius amore preci
pue deperire : pluraq; illius ꝙ omnium aliarum gracia agere cõmuni quadã sentẽ
tia oderant . Cũ in uero aliquãdo legatis ad Lisimachum missis : ille ocium agens
pugnã enarraret : qua olim ab Alexandro Rege coactus cum ferocissimo leone cõ
miserat atq; cicatrices ostenderet ex unguibus illius fere in brachiis cruribusq; re
lictas . ridentes legati & suũ quoq; Regem dixerũt graues fere Lamie morsus in
collo gestare Sed mirandũ uidetur : Demetriũ primo aspernatũ cõiugium Phile
ob etatẽ illius ad senectutẽ uergentẽ : uixq; a patre compulsũ ut eã cõiugem duce
ret deinde amore iam senescentis Lamie superatũ . tamdiu tamq; effrenata mente
mulierem arsisse . At sane in conuiuio quodam canente tibiis Lamia : Democha
res que uocabatur Magnia : interrogata a Demetrio . Quid sibi Lamia uideretur
Anus inquit o Rex . Rursus cum secunde afferebantur mense . Plura ait Demo.
a matre mea tibi mittentꝰ o Rex si cubare cũ illa nolueris. Memorie quoq; traditũ
est q̃ dã sentẽtiã quã Bocchoris iuditiũ uocãt . Hoc pacto redargutã fuisse a La
mia . Adolescẽti cuidã in Egipto Theognidẽ amicã ardenti . cũ illa ab hoĩe : quem
sui amore irretitum uidebat : multum auri quotidie peteret : forte euenit ut cũ
adolescenti uisum in somnio esset cum ea muliere uersari omnis illa cupiditas qua
antea uexabatur extincta penitus fuerit . Quod quidẽ ubi animaduertit Theogni
des ob libidinem eius expletam mercedem petẽs ab illo cũ sibi negaretur adolescẽ
tem in iuditiũ traxit . Audita hac controuersia Bocchores subito hominem iussit

tantū numerati auri quātum illa petebat in uase quodā afferre atq; deinde suis manibus spectante muliere aurū hincinde uersare Debere enim censuit ut quēad-modum adolescens cōcupite rei opinionē habuerat : sic mulierē exoptati auri um-bram imaginemq; referre . Hoc iuditiū Bocchoris ut iniquū atq; iniustū ea ratio-ne damnasse Lamiā tradūt : quia cum illud somniū adolescentis desideriū sustulis-set : non tamē auri umbra Theognidis cupiditatem restinxerat Hec igitur de La-mia . Verum fortune ac res geste huius quē describimus uiri infeliciter post hanc prosperitatem secute : nostrā hanc historiam quasi de comica scena in Tragicā per mutarūt Coniurantibus enim aduersus Antigonū reliquis Regibus . ac in vnum omnes suas redigentibus uires magnitudine rei motus Demetrius e grecia di-scedēs ad patrē Antigonū uenit ut cōmuni cōsilio de ratione iminentis belli agi-taret quem cū comperisset supra etatē suam iam cōfectum canicie exercitū para-re totumq; animo & mente ad bellum esse cōuersum uehementius q̄ antea stimu-lo patris adiuncto belligerendi cupiditate exarsit . Verū Antigonū omniū Regū eo tempore maximū facile potuisse credūt & sibi & Demetrio filio primū locum primāq; dignitatē seruare si insolentiā suam moderari superbiā uincere & leniori vti uoluisset imperio . Sed vir natura asper & secundis rebus elatus cū non minꝰ uerbis q̄ re cūctis hominibus esse molestus Incredibile omniū gentiū erga se od-ium cōcitauerat & in presenti bello omnes Reges ad machinandā sibi quacūq; ra-tione perniciē intentos uehementius exacuerat cū hac conspiratione percepta se eos ueluti aues que legere semina solent vno lapide atq; vno clamore perturbaturū dixisset . Congregauerat iam Antigonus supra . Lxx . peditū . x . equitum milia elephantos . Lxxv . cum ex altera parte hostes quatuor & . lx . milia peditū equi-tes quingentos supra x milia elephantos quadringentos currus centum viginti haberent . Hoc pacto copiis vtrimq; omni studio comparatis . Antigonus cū pro-pe hostium exercitū posuisset castra : cepit uariis curis ac perturbationibus angi . uoluebat enim animo magnitudinē rei & prope instantis prelii euentum : nec satis sciebat timendum ne sibi magis an sperandum foret . cum uincendi consuetudo & opinio ex recenti prosperitate innata spem sibi ac fiduciam cōsequende uictorie fa-cerent & ex altera parte ingeniū uiri multarum rerum experientia callens ac pro-be sciens conditionem fortune : que crebris mutationibus gaudet : metum sibi sol-licitudinemq; afferret . Itaq; cū in aliis certaminibus solitus esset alta uoce & sup-bis sermonibus uti nunc mordendo aut aspernando hostem : nunc audaciam suam iactando : tunc quidem magna ut apparebat urgente animū cura : quasi futuram calamitatem prospiceret preter consuetudinem in assidua cogitatione ac silencio persistebat . Multa insuper alia ea tempestate facta ab Antigono tradunt que an-tea fieri minime cōsueuerant . Nam & filium Demetrium : quasi iam de alia vita cogitaret : uniuerso spectante exercitu successorē constituisse aiunt : eumq; deinde in tentorium adduxisse arbitrisq; remotis multa secum esse locutū : quod profecto non mediocrem admirationē cunctis militibus prebuit : cum raro antea aut nunq̄ pene cum illo sermones conferre aut cōmunicare archana solitus esset : sed conten-tus iudicio suo : que sibi uidebantur gereret & quibus uellet uteretur : & consilio agendarum rerum spretis aliorum sentenciis secum ipse solus agitaret . Vnde me-morie proditum est Antigonum aliquādo a Demetrio adolescēte rogatum : quā-do reuersurus cum exercitu foret : turbato uultu filio respondisse . An times solus re tubarum sonitum audire non possis : Sed ad hanc antigoni curam nonnulla pre-terea eo tempore accesserant : que malam aduersamq; fortunam portendere uide-bantur Nam Demetrio uisum in somnio est : se ab Alexandro splendidis armis in-structo interrogari Quod nam signum ad futurā pugnā suis tesseramq; preberent

seq; Iouem respondisse atq; uictoriam tum Alexandrum dixisse ad hostes & ue-
stros discedam. Antigonum quoq; aiunt cum instructa phalange tentorio esset
egressus offenso pede in os toto cum corpore corruisse subleuatumq; deinde sup-
plicibus manibus ad celum extensis deos precatum esse ut uictoriam sibi uel mor-
tem potius q̄ turpem fugam preberent. Atq; statim post hec in aciem descendunt
signoq; utrinq; dato prelium ab omni parte conferebatur atq; animum oculosq; ani-
moq; occupabat certamen: cum demetrius cum robustissimo agmine delectorum
equitum: quos ipse ductabat: in Antiochum Seleuci filium impetum fecit: quē
fusum fugatumq; certandi ardore & cupiditate uincendi usq; adeo est persecutus
ut cum uictoriam imoderate consequi uellet: eam omnino amiserit. Nam postea
a persequendo hoste reuersus: peditum agmē quos ipse suis equitibus tutabatur
ab hostibus circumuentū inuenit: nec iuuare illos potuit: necē in tempore subsidiū
ferre. Etenim dum ipse persequebatur Anthiochum interea qui prope Seleucū
erant cerrentes phalangon nudatam presidio equitum anteq; eam aggrederentur
circumducere agmen ceperunt: & quasi inuadendi specie perterrere. Quo quidē
facto magna pars cum se ab hostibus circumuentum & discessu Demetrii omni
presidio spoliatum uideret: sponte sua ad hostem migrauit: reliqua uero cum im-
petum sustinere non posset: in fugā uersa. Atq; ex templo post hec ingens hostiū
turba ueluti procella quedam in Antigonum ferebatur: multiq; eum solum pete-
bant: cum quidam ad eum conuersus uirum rogauit ut salutem adipisceret fuga
Isti enim inquit te petunt. Consulas queso saluti tue o Rex. Quid inquit Antigo-
nus isti de me cogitant? Veniet Demetrius & michi auxilium feret. Sed in tāta
celeritate frustra implorantem subsidium filii cum undiq; circumspiceret Deme-
trium uocans: superuenientes interim hostes senem aggrediuntur: ac sepius re-
petitum confessumq; telis interimūt: cunctis amicis capessentibus fugam preter
Thoracem larisseum: qui solus prope mortui corpus permansit. Hoc igitur pacto
finita pugna Reges qui simul conspirauerant amplissimam uictoriam consecuti:
omne regnum Antigoni atq; Demetrii quasi uastum scindētes corpus inter se par-
tiuntur. Demetrius uero quinq; peditum & quatuor equitum milibus: quanta
maxime celeritate potuit: fuga accepta cū Ephesum peruenisset. suspicio fuit ne
uir ob recentem cladem susceptam pecunia indigens celeberrimū illud templum
inuaderet ac diriperet At uero ipse etiam ueritus ne tam scelestū facinus se inui-
to sui milites perpetrarent: confestim ex ea Vrbe migrare constituit. Itaq; idone-
am nactus tempestatem milites equitesq; naues conscendere iubet: cursumq; suū
uersus greciam dirigit eo animo ut ante omnia proficiscatur Athenas: quā quidē
Vrbem suis calamitatibus unicum putabat esse refugiū. Etenim ibi naues atq;
pecunias uxoremq; Deidamiam reliquerat: sibiq; persuaserat in quacunq; fortuna
sua etiam si cetera deessent: nunq; Atheniensium fidem suis rebus defuturā. Sed
hac inani spe greciam repetenti: cum prope Cicladas peruenisset Atheniensium
legati obuiam ei fiunt mandata ferentes longe ab sua opinione aliena: populum
Atheniensem: quoniam statuisset nullum in ciuitate suscipiendum Regem: horta-
ri Demetrium aiunt ut ab Vrbe Athenarum abstinere uelit Deidamiam uero se
tali cū honore ad eum remittere qualem Athenienses dare & uxorem Regis De-
metrii congruum esset accipere His expositis mandatis repente tanta ira indig-
naticoq; Regem inuasit: ut pene de suo statu mentem dimouerit. Nam & si regno
patre exercituq; amisso: ex florentissimo statu uno prelio esset in extremā pene ca-
lamitatem deiectus. tamen secum reputans fortune uim: martemq; communem:
alia quidem aduersa tollerare constanti animo uidebat. At uero hec inopinata de-
ceptio: qua se preter spem ab Atheniensibus & spretum & derisum esse putabat:

incredibile dicta est quanto dolore animum uiri mesticiaq; repleuerit. Quapropt
meo iuditio non parum ii principes Regesq; falluntur: qui excellentiam bonorum
a populis sibi tributam maximum beniuolentie testimonium firmumq; sui status
presidium putant Nam & si sponte sua & beniuolentia quadā ad decorandos prin
cipes moueri populi uideantur: ducuntur tamen plerumq; metu cum tam ii qui
oderant q̄ ii qui amant prosequi bonoribus principes soleant. Prudentes igitur
uiri & optimi rerum publicarum gubernatores non tam laborant ut statuas uel
decreta uel honores diuinos a populis consequantur: q̄ ut merita sua & res eorum
geste q̄ maxime digne honoribus sint. Demetrius uero magna ut sibi uidebatur
ab Atheniensibus accepta iniuria: cum non sibi ulciscendi facultates adessent ex
pectans cōmodiora tempora: cepit de populo Atheniensi modeste loqui: nec ullū
alienati animi iudicium pre se ferre. Sed petens ab illis ut naues que relicte in pi
reo erant quarum numero & una. xiii. remis continebatur sibi redderentur: con
cedentibus Atheniensibus banc accepit classem & quanta maxima celeritate po
tuit in Isthmum traiecit Quo quidem ubi peruentum est comperit res suas quoti
die in deteriorem locum adduci: cum eius presidia undiq; pellerentur: & oppida
sine ullo certamine ad hostes deficerent Quare noua uoluens animo cū pyrrbum
in grecia reliquisset: ipse cum omni classe in Cheronessum profectus Lysimachi
regnum inuadit nec multum temporis elapsum est cum augendo quotidie suas ui
res exercitū non contemnendū parauerat: neq; boc reliquis Regibus erat molestū
quia Lisimachum ob maximā elationem nimiamq; potentiam cōmuni quadam cō
cordia oderant. Verum paulo post meliori Demetrio aspirante fortuna: accidit
ut Seleucus cum cerneret Lisimacbum duas Ptolemei filias aliam sibi aliam pro
Agatocle filio in matrimonium babuisse optimum & ipse ratus quantis maxime
posset principum affinitatibus regnum successoresq; suos munire: Stratonicē De
metrii filium in coniugem peteret Hanc inopinatā prosperitatem & preter spem
oblatam sibi non aspernatus Demetrius confestim assumpta puella cum omnibus
nauibus in Syriam properauit. Sed in ipso cursu tangente oram cilitie classe &
prope continentem nauigante Demetrio cum milites in terram expositi frequen
tes excursiones peragerent Plistarchus Cassandri frater qui a Regibus post pug
nam cū Antigono factam banc prouinciam acceperat grauiter ferens regionem
suam populatione incendioq; uastari extemplo ad Seleucum proficiscitur ut de
illatis iniuriis queratur & eum incuset q̄ ab aliis regibus & cōmuni gerendi belli
societate animum suum seiungat. Quod ubi cognouit Demetrius maiorem per
discessum suum occasionem nactus. ad cyindos militibus in terram expositis re
giorem eius inuadit: atq; populato undiq; agro: talentis mille & ducentis accep
tis cum ingenti preda ad classem reuertitur: cursum deinde suum quoad fieri
potest accelerat iamq; una cum coniuge Phila prope occasum uenerat: cum Seleu
cum regem offendit. Atq; primū omni suspitione doloq; remoto iocundissimum
congressum inter se babuerūt. Seleuco antea comiter in tentorio Demetriū: De
metrio uero deinde in naui que tredecim remis erat benigne recipiente Seleucū
Habita sūt preterea inter eos frequētes familiaresq; sermones nec arma aut custo
die aut ulla suspitionis indicia usq; conspecta sed incredibili iocunditate eousq; cō
sumptus est dies quousq; Seleucus a Demetrio digressus Stratonice sibi assum
pta cum omni pompa se Antiochum contulit Demetrius autem Ciliciam petens
nulla interposita mora coniugem Phila ad Cassandrum fratrem celeriter misit
ut Plistarchi quetelas de allatis sibi iniuriis: accusationemq; purgaret. Inter bec
Deidamia ex grecia ad Demetrium ueniens: paucos dies cum illo uersata ex qua
dam egritudine uita decessit: post cuius interitum Demetrius nouas nuptias

querens per Seleucum cum Ptolemeo affinitate cõtracta: filiam illius Ptolemei dem cepit uxorem. Atq; hec Seleuci opera plena humanitatis & officii fuit. Illa uero in humana atq; recenti affinitate indigna. Petens enim Demetrius ut accepta pecunia Ciliciam sibi restituat: non modo hoc. sed ne illud quidem impetrare potuit: ut saltem Tirum atq; Sidonem Seleucus sibi concederet: in quo sane inhumanum atq; agrestem habitum Seleucum aiunt: accusatumq; uehementer: quod cum omnia a mari indo usq; ad Sirie litora suo imperio esset complexus: nũc adeo inops animi fuerit ut pluris duas Vrbes q̃ prestantissimi uiri & clarissimi Regis affinitatem fecerit: socerumq; ingenti fortuna exagitatum non modo nõ iuuerit: sed negando sibi angustum hospicium ex finibus suis pene expulerit. Hec est illa inopia animi: que sententiam Platonis uerissimam reddit. Ei inquit qui uelit esse diues: non cumulandam pecuniam: sed minuendam cupiditatem censeo. Quare nunq̃ is liber ab inopia erit: qui nullum constituens cupiditati modum: continuo diuiciarum exagitetur ardore. Hac spe preter opinionem destitutus Demetrius non tamen animũ suum abiecit: sed ut magni spiritus uir & fortune permutationibus assuetus. Si milies inquit prelio superatus fuero: nunq̃ committam ut pro uili mercede generum Seleucum diligam. Ceterum extemplo post hec litteris amicorum accitus: qui eum certiorem reddebant. Lacharem in magna Atheniensiũ seditione factũ esse tirannũ: eumq; hortabantur: ne tantam occasionem recuperandi Athenas pretermitteret: confestim cũ omni classe in greciam properauit. Sed cum prope Atticam peruenisset: fedam tempestatem perpessus: multis hominibus nauibusq; amissis sese in loca tuta recepit: atq; ab icepto quod aduersus Athenienses proposuerat animo ita eo tempore destitit ut illud non deserere: sed in cõmodiorem oportunitatem differre uideretur. Itaq; data opera ut sibi repararent classem: ipse interim in Peloponessum profectus: Vrbem Mesenem obsidione aggreditur. ubi cũ quadam die fortiter sub menibus dimicaret: telũ ex catapulta ab oppidanis dimissum sic aduersum illius os maxillamq; percussit ut parum abfuerit quin ultimã sue uite perniciem eo die inuenerit. Verũ post paulo in pristinam ualitudinem restitutus posteaq; nonnullas Vrbes sponte deficientes in deditionem recepit: rursus Atticam repetens cõfestim Eleusina rãnusq; deuicto omnem regionem populari predam abducere undiq; infestare Vrbem suos milites iubet. Cum igit̃ multis modis Demetrius uno atq; eodem tempore ciuitatem urgeret: nouum quoq; incõmodum ad ea omnia que inferebant hostes Atheniensibus ex insperato accessit quod non mediocriter mentes eorũ animosq; turbauit. Etenim nauis quedam onusta frumento que forte per eos dies Athenas ducebat capta a Demetrio est & gubernator laqueo suspensus. Hoc ut renũtiatũ Athenis est tanta repente desperatio & omniũ rerũ penuria Vrbem inuasit ut obsessi dragmis. xl. salis medinnũ. CCC. frumẽti modiũ emerent. Itaq; iam rebus suis diffidentes ad deditionem inclinari uidebantur: cum frequentes nuncii ad eos uenirent referentes Centum quinquaginta naues: que a Ptolemeo Rege aduersus Demetriũ mittebantur prope Eginam esse cõspectas. Hec rursus ad spem seruãde Vrbis Athenienses q; erexit. Verum Demetrius non multo postea ingenti celeritate: tum ex Cipro tum ex Peloponesso nauibus accitis: cum iam. CCC. nauium classem cõparasset: extẽplo Ptolemei duces eius congressum non expectãdũ rati abierunt: & Lachares tirannus relicta Vrbe fugam arripuit. Desperatis igit̃ omnibus rebus Athenienses & si ei qui de cõponenda cum Demetrio pace mentionem fecisset: penam capitis recenti constituissent decreto: tamen extrema omniũ rerũ urgente penuria cũ ad peterdã ueniã & accipiendas quascunq; conditiones pacis necessario cogerentur patefacta propinquiori porta legatos ad Demetriũ

mittunt : qui dicerent se suaq; omnia in fidē ac potestatē eius permittere rogare
atq; obsecrare : ut sue clementie magis q̄ iniuriarum memor esse uelit. Hecage-
bant Athenienses non tum quia aliquid boni pacatiq; ab homine sibi uehementer
irato cōsequi posse confiderent : q̄ quia cum fedam obsidionem ulterius tollera-
re non possent: satius esse educebant uictoris arbitrium experiri : q; ingenti inopia
ciuitatem succumbere : ferant enim eo tempore tanta fame ciuitatem oppressam
ut de mure qui mortuus ex tecto cecidit: quidam pater cum filio decertauerit &
philosophus Epicurus fabis equa portione distributis familiam suam nutriuerit
In hoc statu cum res Atheniensium essent : Demetrius Vrbem ingressus populū
omnem in theatrum uocauit & tentorio pulpitoq; bastatis militibus undiq; septo
cum e superiori loco ueluti Tragici solent : in suggestum descendisset · ingens re-
pente pauor multitudinem cepit : deinde audito inicio orationis sue : in quo pre-
ter expectationem magnitudini uocis & asperitati uerborum pepercit : populus
Atheniensis antea metu attonitus extemplo omnem suspitionem formidineq; de-
posuit. Leniter enim ille primū & amice accusata pertinacia eorum: reliquā de-
inde orationem perblandam ac benignam babuit: Demum post hec ut aliqua recō
ciliati animi indicia pre se ferret : decem milia medinnum frumenti dono Atheni
ensibus dedit : & magistratus qui eis gratissimi erant : in pristinam libertatē con
suetudinemq; restituit· Acclamante uero undiq; populo : & certatim omni multi
tudine applaudente Demetrio : cū oratores : qui eloquentia dicendiq; ratione ue-
hementer pollebant : amplissimis laudibus Demetrii virtutem extollerent Dro-
mochides orator ne in Rege honorando aliis uideretur inferior: decretum tulit ut
populus Atheniensis municbiam atq; Pireū regi Demetrio redderet libereq; per
mitteret ut his suo arbitratu uteretur. Decernentibus hec Atheniensibus : interī
Demetrius preterita defectione cōmotus ualidis presidiis Musium firmat ne si
rursus illi reiicere iugū temptarent nullo freno cohereciti moram sibi impedimen
tumq; aliis rebus afferrent. Recuperatis igitur hoc pacto Athenis presidioq; fir-
matis Demetrius non ad quietem animū uertit sed bella semper ex bellis serens
aduersus Lacedemonios ducto exercitu · cū prope Mantineā peruenisset · Archi-
damum Regem offendit obuiam uenientem ad arcendum cum suis copiis hostem
quē subito prelio adortus in fugam uertit ac nulla interposita mora agrū laconicū
in festis signis ingressus eousq; processit ut prope spartam posuerit castra pauloq;
deinceps rursus cum hostibus conserta manu iterum uictor quingentis captis du
centis cesis parum abfuit quin Vrbem caperet munitissimā & ante illud tempus
inexpugnabilem habitam. Sed nemo meo iudicio Regum fuisse apparet · quē for
tuna pace belloq; maioribus unq; permutationibus q̄ Regem Demetriū agitaue-
rit. Etenim sepe hominē magnis exercitibus multis uictoriis : amplissimo regno
ornatum · in supremā prosperitatē euexit : sepe uersis in contrariū rebus uictū fu
gatūq; ex ingenti prosperitate in extremas pene calamitates deiecit. Vnde in illa
ingenti permutatione rerū erga fortunam conuersū illud Eschili protulisse aiunt
Tu me extulisti: tu me iterum fortuna deponis. Ea uero tempestate prospere sibi
in peloponesso succedentibus rebus ex altera parte nuntiatum est Vrbes quas te-
nebat in Asia a Lisimacho oppugnatas sese tutari non posse & Ciprum nisi cōfesti
subueniat in ptolemei potestatem uenturam : & matrem filiosq; salamina inclusos
uehementi obsidione teneri. Sed ueluti mulier illa apud archilocum: in altera qui
dem manu aquam ferebat cum dolio : in altera uero ignem : sic fortuna cū grauissi
mis casibus nuper allatis a Lacedemone Demetrium remouisset · rursus eum in
spem nouarū ac magnarum rerū ex huiusmodi causa erexit · Defuncto Cassandro
philippus maior natu ex filiis suis in regno succedens non multo tempore postea

& ipse quoq; uita decessit: post cuius interitū duobus aliis fratribus :qui supersti
tes erant inter se dissidentibus :rum alter qui appellabatur Antipater Tessaloni-
ca matre necata: Alexandrum fratrem ut regno expelleret hostili animo persequе
retur :Ipse e contra ad se tutandū opibus alienis accitis Pyrrhum quidem ex Epy
ro Demetrium ex peloponesso uocauit . Sed Demetrium aliis negociis remoran-
tibus . superueniens pirrhus cum aduersus Antipatrum auxilium Alexandro tu-
lisset :pro mercede opis allate magna Macedonie parte sibi assumpta tantum suo
regno adiecit :ut iam Alexandro cui auxiliū tulerat :non mediocri formidini esset
& ex altera parte magno cum exercitu ueniente Demetrio :antea cum res exige
bant litteris illius accito :duplicatus est adolescentis metus ob auctoritatem no-
menq; uiri . quem cum ob gloriam rerum gestarum in admiratione gencium esse
sciret :in regnum suum uenire periculosum esse ducebat . Obuiam igitur ei pro-
fectus ubi ad illum uenit comiter ac benigne uirum suscipiens amplissimis uerbis
ei gracias egit :q; omnibus aliis postpositis rebus ad tutandum suum regnū cum
ingenti exercitu accessisset . Adiecit postea res suas stabilitatem iam habere :ac
omni impedimento remoto ita tranquillas ac pacatas esse :ut non sit necesse ulteri
us progredi :omnia uirtuti sue ita accepta referre ac si in tempore subsidia adfu-
issent :& sua opera omnes discordie essent sublate . Sed statim post hec nonnulla
seruta sunt quibus occasio data est ut graues suspitiones utrinq; orirentur Deme
trium enim ab adolescente ad cōuiuium inuitatum monuit quidam ut ab insidiis
que ad eum interimendū parate erant caueret . Quibus cognitis Demetrius ne
illum perturbati animi aut suspitionis indiciū pre se ferret :non fugiendum conui
uium adolescentis putauit :sed in ipsa profectione cū lento accederet gradu cap-
ta oportunitate duces exercitus monuit ut omnes copias in armis haberent & cu
stodes corporis sui qui longe plures q; Alexandri milites erant iussit ut regiam se
cum ingrederentur propeq; consisterent donec e conuiuio assurgeret. Hoc cū Alex
andri Satellites perspexissent quia numero & uiribus impares erant nō sunt ausi
Demetrium aggredi . At uero Demetrius aliquā abeundi occasionem querens si-
mulata mala corporis ualitudine ab Alexandro digreditur & postero die nuntio
nouarum rerum que magni ponderis erant se uocari asserens necessariū sibi esse
ostendit q; primū exercitum inde abducere Peloponessumq; repetere Alexandrū
rogare ut sue necessitati ignoscat operam suam polliceri hortariq; ut ea quando si
bi expediret sine ulla exceptione uteretur . Adolescens qui Demetrii aduentum
antea formidauerat & nunc quoq; presentiam illius suspectā habebat cū cerneret
eum sua sponte ex finibus suis abire incredibilem animo leticiam cepit atq; cum eo
pro maiori amoris inditio usq; Thessaliam est profectus postea uero q; Larissam
uenerūt rursus alter alterius perniciem querens mutuo sibi dolos insidiasq; para-
bant . Alexander libere ad Demetrium accedendo per hūc maxime modum spera
bat eum allicere :ut & ipse quoq; ad se omni suspitione omissa sine custodibus ar-
misq; ueniret :que quidem opinio prorsus adolescentem fefellit . Etenim ad cenā
inuitatus cum eadem liberalitate qua consueuerat accessisset nō potuit Demetrii
manus effugere . Nam feruente cōuiuio cū surrexisset Demetrius perterrefactus
adolescens simul & ipse assurgens Regis uestigia persequebatur . Vbi ad hostium
uentum est annuit militibus suis Demetrius qui eo in loco constituti erant prece
pitq; ut sequentem uestigia sua confestim necarent extemplo Alexander multis
uulneribus confossus est aliiq; nonnulli qui ei opem ferebant interfecti quorū unū
dum necaretur dixisse aiūt vna nos die preuenit Demetrius. Trepidatū ea nocte
ut par erat uehementer a Macedonibus est sequenti eciam die illi & si nichil hosti
le in se uerti ut suspicabantur perspicerent tamē cernētes potentiā uiri ad cuius

nutum post Alexandri mortē omnia redacta uidebantur neq; suis rebus satisfide-
bant : neq; arbitrio Regis : anteq̄ eius mentem atq; animū percepissent : se crede-
re permittereq; audebat . Quibus cognitis Demetrius misit qui cōfestim eos hor
tarentur ut omni suspitione deposita : causam earum rerū que geste erant : audire
a Demetrio uellent . Recreati his uerbis Macedones extemplo omni metu ut ple
rumq; fit in beniuolenciam uerso Demetrium adiuerunt · nec longam illius oratio
nem expectandum rati : eum sine ulla mora cū salutassent regem : in Macedoniā
perduxerunt . Nec dici potest hec permutatio rerum : q̄ grata cunctis Macedo-
nibus fuerit . Nam ea que olim Gassander in Alexandrum defunctum contra om-
nia iura diuina humanaq; peregerat : & nefandum Antipatri scelus : quod nuper
ille in Thessadonicam matrem patrauerat . tanto odio habebantur : ut noui Re-
gis apud omnes populos incredibile desiderium parerent . Hec igitur omnia cum
Demetrium gratum atq; acceptum cunctis Macedonibus redderent : tum etiam
coniunx Phila & liberi ex ea nati : qui antiqui Antipatri optimi atq; sanctissimi
uiri memoriam renouabant . Macedonas cōpellere uidebantur : ut Demetriū qua
si hereditarium ac legittimū existimarent regem . Dum hec in Macedonia geruu
tur interim ex Salamina nuntiatū Demetrio est : matrem ac filios qui obsidione
tenebantur & liberatos a Ptolomeo fuisse & amplissimis donis muneribusq; orna-
tos . preterea eodem tempore crebri rumores ex Asia afferuntur : qui nuntiabant
Stratonicem Demetrii filium : soluto Seleuci matrimonio Antiocho filio denuo
nuptam : ac Reginam habuerunt : qui superiora loca Asie incolunt appellatā Hu
ius autem noui coniugii hinc orta causa est . Cum in regno patris Seleuci assidue
adolescens uersaretur Antiochus : forte Stratonicis nouerce iam unum habentis
ex Seleuco filium uenustate ac pulchritudine captus puellā cepit uehementer ar-
dere · & crescente in dies amare eousq; processit ut die noctuq; ingenti perturba-
tione angeretur . Erat autem durior ex eo adolescentis condicio : q̄ intus alebat
egritudinem suam nec cuiq; cōmunicare audebat : rubore quodam & reuerentia
patris Seleuci detentus . In hoc igitur statu cōstitutus adolescens cum se omnino
ab hac cupidirate superatum esse perspiceret nec ullum remedium huic malo re-
perire posse cōsideret : magis necessarium ut sibi uisum est q̄ salutare consilium
cepit . Simulans enim se corporis morbo uehementer urgeri : operam dedit ut
abstinentia cibi sensim pedetentimq; sibi uitam eriperet · & morte uoluntaria se ab
ingenti egritudine que animū eius exederat uendicaret . At uero Erasistratus so
lus inter plerosq; medicos quos Seleucus magnis propositis premiis ad turandū
filium undiq; cōuocauerat percipere potuit hanc animi ardentis amore : non male
affecti corporis egritudinem esse . Sed ignarus cuius amore adolescentis animus
precipue deperiret ad hoc inueniendum in eo maximum studium operamq; consti
tuit ut tum uultum & eas partes que mutari facile solent obseruaret Antiochi :
cum adolesentes puelleq; formose eum uisitatum uenirent . Multis igit̄ ad eū ut
par erat quotidie uenientibus nullum cernebatur mutationis inditium . Acce-
dente uero Stratonice frequenter enim ad eum visendum una cum Seleuco ueuie
bat · tanta repente perturbatio Antiochum occupabat : ut defectū uocis : ruborem
uultus subintuitū oculorū sudores acutos motū incredibilem uene : cunctaq; alia
que a Sapho de amatoribus referūtur : intueri in adolescente liceret . Statiq; post
hec deficiente pedetentim sensu ingens pallor toto corpore diffundebat̄ . Hec ob
seruans Erasistratus manifeste deprehendit nullius amore nisi Stratonicis captū
esse Antiochū . Itaq; primo Seleucū metuens magis sui ut equū erat q̄ adolescē-
tis periculi memor hanc rem perpetuo tacere decreuerat . Deinde secū reputans
q̄ ingenti amore Seleutus filiū cōplecteretur Antiochum quanto nunc dolore die

nocteꝗ pro eius salute angeretur : deposito non iniuria metu uirum adire consti
tuit eũꝗ arguta calliditate in adolescentis desiderium trahere . Vbi igitur ad illum
uenit : Egritudinis inquit o Rex que filium tuum ad mortem perducit : cum eam
ingenti cura diligentiaꝗ perquirerem : tandem non ualitudinem malam aut ullũ
corporis morbum : ut a plerisꝗ falso creditum est : sed incredibile amoris incendi
um causam esse inueni : neꝗ me profecto mea opinio fallit . Sed satius fortasse erat
minusꝗ molestum uel eius causam non esse repertam uel tibi patri non manifesta
tam fuisse : cum nullum possit huic malo remedium reperiri . Stupefactus Selen
cus cur amice inquit : si huius egritudinis amor causa est languenti filio opitulari
non possumus : ingenium nobis an faculatates desunt : que nam queso tanta cupi
ditas aut qualis amor adolescentem corripuit : qui omnis deliberandi nobis ratio
nes excludat : At uero Erasistratus post multos sermones utrinꝗ habitos tãdem
precibus Seleuci fatigatus . Scias inquit o Rex meam coniugem esse quam ado
lescens Antiochus ardet . Tum Seleucus multis cum lacrimis Erasistratum com
plexus obsecrare cepit ut per fidem per amicitiam suam adolescentis saluti iam
ad uolũtariũ interitũ properantis succurrere uelit . Hunc sibi esse filium ait : in
quo esset & status & regnum : & uite sue spiritus constitutus : in quem omnes po
puli oculos cõuertissent quo amisso nichil restare preter mortem : quod sibi ampli
us expetendum foret . Hec inquit Erasistratus facile tu pater nobis enarras : ueꝝ
forte aliter senciass si Stratonicem tuam amaret Antiochus . Vtinam amice inquit
Seleucus aut dii aut homines facultatem darent : ut hũc amorem permutare meo
arbitratu possem . Deos enim obtestor : ꝙ si ea que mihi carissima sunt inuniũ cõ
ferrentur omnia libenter abiicerem pro tuenda unius Antiochi uita . Hec uehemẽ
ti affectu multisꝗ cum lacrimis dicente Seleuco : Erasistratus non amplius cõctã
cum ratus apprehensa illius dextera : Nihil est inquit o Rex cur Erasistrato am
plius indigeas . Nam pater & vir & rex cum sis medicus optimus tue familie eris
Non enim coniugem meam sed Stratonicem tuam filius Antiochus ardet . Qui
bus cognitis Seleucus uehementer rei nouitate turbatus Erasistratum rogare ce
pit ut rem omnem serio enarraret : postea uero ꝗ uoluntariã mortem proposuisse
animo filium suum cognouit : & reuerencia patris esse detentum quo minus cau
sam sue egritudinis aperiret : incredibili illius misericordia motus non deferendũ
tam egregium adolescentem putauit : sed omnia interitu filii potiora ducẽs extẽ
plo populo in contionem uocato luculentam orationem habuit qua ostẽdit se uelle
ac iubere omnium populorum qui superiora loca Asie incolunt : Antiochum Regẽ
& Stratonicem reginam appellari & matrimonio simul coniungi . existimare fili
um qui cunctis in rebus suo imperio obtemperare solitus sit : ab his nuptiis non
alienũ fore . Sin uero mulier re inopinata perturbetur amicos & familiares hortari
ut ei persuadeant omnia iusta at honesta arbitretur : que sint optima Regi Seleu
co uisa . Celebrate sunt deinde Stratonicis & Antiochi nuptie ingenti apparatu
& incredibili magnificentia rerũ : festaꝗ ubiꝗ in regno Seleuci pro nouo cõiugio
acta : Sub idem tempus Demetrius post Tessaliam ac Macedoniam ocupatam :
cũ in peloponesso plurimas Vrbes & in Isthmo Athenas & megaras obtineret tñ
non quiescens animo aduersus Boetios exercitũ duxit : nec diutius ei laborandũ
fuit cum primo hostium aduentu perterrefacti Boetii pacem petierint : qua impe
trata conditionibusꝗ molestis acceptis bellum a finibus suis remouerunt . Sed nõ
multo postea cum Gleonimus spartiata cõparato exercitu Thebas esset profectus
& Pisidem Thespium uirum potentem & rerum gestarum gloria clarum in belli
societatem traxisset extemplo elati Boetii & spe nouarũ rerũ allecti a Demetrio
desciuerunt . Hanc defectionem grauiter ferens Demetrius cõfestim omni studio

enitendum putauit :ut hostes citius ꝙ opinarentur penas sue leuitatis sueq; per-
fidie darent . Itaq; celeriter cum omni exercitu quem in armis habebat Thebas
profectus :primo aduentu Vrbem obsidione cinxit :pauloq; deinde machinis tor-
mentisq; ante frontē castrorum cōtraq; ea menia que minus firma ac munita erāt
locatis :cum ea expugnare aggrederetur :tam ingentem pauorem Gleonimo Spar-
tiati iniecit :ut confestim relicta Vrbe fugam arriperet . Hec ubi Boetii percepe-
runt existimantes Demetrii uires amplius sustineri non posse :legatos ad eū mit-
tunt qui dicerent se suaq; omnia in fidem ac potestatem eius permittere :rogare
atq; obsecrare ut sue clementie qua semper omnes alios superasset in presenti for-
tuna rerum meminisse uelit . Quibus auditis Demetrius ac in deditionem recep-
tis Vrbes presidiis suis firmauit multisq; īperatis exactisq; pecuniis Hieronymū
hystoricum in ea regione prefectū reliquit . Quo quidem in loco Demetriū cum
erga omnes belli ac defectionis auctores :tum precipue erga Pisidem Thespium
modestissime usum uictoria tradunt . Nam cum Niuus in suas manus peruenisset
non modo comiter eum benigneq; recepit :sed etiam magnis honoribus prosecutū
milicie ducem in Thespiis collocauit . Nec multo post eā ꝙ hec in Boetia gesta sūt
nuntiatum Demetrio est a Dromichete regem Lysimachum captum . Hanc ille
oportunitatem ad res maximas gerendas non pretermittendā ratus quanta maxi-
me celeritate potest : infestis signis Tratiam ingreditur . iamq; oppidumquoddā
opulentū & magnū ad deditionem prope cōpulerat : cum uno eodemq; tempore
ex diuersis locis littere ad eum uenīūt certiorē reddentes Boetios per discessum
eius occasionem nactas iterum defecisse & regem Lisimachum a Dromichete di-
missum His nuntiis literisq; cōmotus cum aduersus Boetios uehementius exar-
sisset :celeriter greciam repetens preter spem cōperit eos ab Antigono filio pre-
lio superatos iam sue defectionis penitere ex qua quidem uictoria uirtute filii
pacta ingentem letitiam pater suscepit :atq; ut reliquū bellum conficeret ad obsi-
dendas Thebas exercitū duxit . Eodē tempore Pirrhus Epirotarū Rex Thessali-
am inuadens predatoria manu populando uastandoq; agros usq; Thermopilas ua-
gabatur . Quod ubi resciuit Demetrius relicto ad obsidionem Antigono :ipse cū
exercitu profectus impetum Pirrhi cōfestim repressit :cogitq; magna celeritate
pedem referre ac retro se suumq; exercitum in loca tuta recipere . Compositis de-
inde in Thessalia rebus atq; ibi mille equitibus decemq; milibus peditū presidio
relictis :ad expugnandas Thebas iterum redit eoq; machinam illam memorabilē
quā urbium expugnatorem appellat adduci iussit :q͡ꝙ id haud exiguo tempore
fieri posse uideretur :cum hec ob ingentem ipsius molem sic trahentes retardaret
ac moreretur ut illi duobus mensibus duo tantum stadia trahendo cōficerēt Boe-
tii sue defectionis conscii . hostemq; tot iniuriis lacessitum magnopere ut par erat
formidantes constanti animo sustinebant bellum :nec Demetrius minore obserua-
tione in his oppugnandis perseuerabat ire atq; furori quo uehementer exarserat
magis indulgens ꝙ ullam ex bello utilitatem querens :cum detrimentū longe ma-
gis ꝙ lucrum esse uideretur ob interitum militum :qui iniquis locis oppugnando
Vrbem feruentes indies interficiebantur :precipue ii qui aliis uirtute prestabat .
Quod sane ubi adolescēs animaduertit Antigonus incredibili eorū militum mise-
ricordia motus :ad regem accessit benigneq; affatus :Cur inquit pater hi fortissi-
mi uiri sine ulla utilitate ad manifestam mortem pelluntur : Turbatus Demetrius
& tu inquit quid doles :cum tot hominibus interiectis a te pericula distent : Ne
autem uideretur amicis magna discrimīa subeuntibus sibiipsi parare fortiter &
ipse quodam die prelium ingressus dum incautius murum subit telo ingenti ab
oppidanis dimisso percutitē quo & si grauiter esset offensus tamen maiori audatia

q; unq; antea suos ad pugnam accendit atq; illo hortante tantã militum virtus &
ea presentia animi fuit ut uehementiori impetu facto Vrbem ingrederentur Qua
quidem occupata ingens repente pauor :ut equum erat ciuitatẽ inuasit : expectã
tibus cunctis ciuium cedem :direptionem Vrbis omnia denique feda : que uicti a
uictoribus iniuria lacessitis perpeti solent · Sed Demetrius preter opinionem om
nium tredecim solum necatis nõnullis in exilium pulsis : reliquos intactos reliquit
Thebas igitur in decennio bis occupatas ab hostibus tradunt · Erant autẽ hac tem
pestate delphis festa Appollinis Pithi celebranda :sed obsidẽtibus angustias etho
lis :per quas unum delphos est iter : Demetrius preter consuetudinem moremq;
grecorum Athenis :ubi maxime patrium deum & auctorem generis eorum hono
rari decebat. ludos cetum ac omnia ea que ad illam celebritatem pertinebant fieri
iussit Inde in Macedoniam profectus cum antea cõpertũ haberet se lõge in bello
q; in pace melioribus Macedonibus uti & ipse ad quietem minime natus uiderẽ
nullam moram interponendam putauit :quin nouam expeditionem pararet . Itaq;
extemplo post hec belli gerendi occasionem nactus aduersus etholos exercitum
duxit :atq; eorum populatis uastatisq; undiq; agris : cum parte copiarum in ea re
gione Panthauchum ducem reliquit ipse cum reliquo exercitu aduersus Pirrhũ
qui cum multe discordiarum cause intercedebant : quanta maxime celeritate po-
test cõtendit nec Pirrhus ubi hec audiuit :minori cõtentione animi studioq; pug
nandi obuiam ei ueniebat :cum forte accidit ut diuersis itineribus profecti :dum
alter alterum querit : neq; congredi neq; dimicare acie potuerint· Sed ille quidem
ingenti celeritate Epirum usq; progressus omnem regionem uastando ac populan
do agros percurrit .pirrhus uero meliori fortuna usus cum usq; ad ea loca in qui-
bus panthaucus cum copiis suis cõsederat .instructo agmine processisset : pugnã
cõseruit atq; incredibili uirtute hostibus superatis cum ingenti gloria uictor eua-
sit · Nam cum ad singulare certamen a Panthauco prouocatus in primam aciem
processisset miroq; cõgressus spectantibus cũctis uehementi alacritate dimicasset
uno accepto uulnere :duobus illatis tandem superato duce reliquum exercitũ in
fugam uertit . Hec pugna feliciter gesta Pirrho non tantum odii ac inimicitie
apud Macedonas quantum glorie & admirationis apud eos quos uicerat compa-
rauit. stupentibus cunctis fortitudinem uiri asserentibusq; eum solum esse regum
qui armis & uirtute magni Alexandri memoriam renouaret ceteros reges fastu
inflatos Satellitibus circumseptos stipatos scortis ueluti in scena histriones ince
dere atq; in eo maximam curam operamq; locare ut luxu atq; pompa cunctos alios
superarent . Etenim Demetrium non modo diadema gestare : uestibusq; auro con
textis & purpura uti :sed auratis quoq; calceis pedes ornare solitũ tradunt :quin
etiam memorie proditum est uestem quandã ad similitudinem astrorũ fieri eius
causa ceptam :superbum proculdubio ac multi laboris multiq; tẽporis opus. Eam
uero in ipsa permutatione rerum imperfectam aiunt fuisse relictam : nemineq;
deinde Macedonie Regum : & si multi postea superbissimi fuerint : ea uti ausum
esse . Hec igitur uehementer Macedonas perturbabant uerum multo magis illa
difficiles aditus superba responsa intollerabilis fastus quibꝫ supra modũ excessisse
Demetrium tradunt · Nam inter alia que de illo referuntur legati Atheniensium
qui omnes grecie populos gracia apud Demetrium anteibant duos annos frustra
terendo tempus secuti sunt uestigia Regis & diuturna mora fatigati integris re-
bus domum redierunt. Cum uero aliquando a Lacedemoniis unus tantum orator
ad eum uenisset putans se Demetrius tam inopi legatione contemni grauiter ad-
uersus eos exarsit :atq; ad illũ conuersus . Vnum te inquit Lacedemonii miserũt
legatum ? Tum ille urbane quidem & laconice inquit Ita o Rex ad unũ Quodam

etiam tempore cum palam edixisset :omnes qui eum adirent se benigne auditurũ
confluentibus multis petitionesq; suppliciter scriptas ad eum ferentibus : primũ
liberaliter eas omnes accepit in clamideq; reposuit :profectus deinde cũ frequẽti
hominum copia qui ingenti desiderio responsa suis petitionibus expectabant : ubi
ad pontem Axii uenit :aperiens clamidem eas omnes spectantibus cunctis proie-
cit in fluuium quo quidem incredibile dictu est ꝙ grauiter offensi omnium Mace
donum animi sint :existimantium hec non magnanimi regis aut optimi guberna-
toris officia sed deridentis contemnentisq; inditia esse . Atq; hec longe grauiora
Macedonibus uidebantur ꝙ a maioribus suis acceperant quanta olim facilitate ac
mansuetudine Rex Philippus erga omnes :qui eum adibant :uti solitus esset Eo
dem insuper tẽpore quadã anicula rogante Demetriũ ut se audiret & respondẽte
eo sibi ocium non esse:tum anus alta uoce ad illum conuersa ne etiam regas inquit
Hec uerba reuoluta animo ac mente sepius repetita hominem cõpulerunt .ut om
nibus postpositis rebus benignũ se cunctis accedentibus facilemq; preberet :atq;
initio anicula sumpto multos dies audiendo respondendoq; cõsumeret. Et procul
dubio nihil tam egregium tamq; propriũ regis esse uidetur ꝙ iusticie op9 Mars
enim ut Thimotheus inquit tyrannus est. Lex aũt est omnium Rex iuxta Pinda
ri poete sententiam. Atq; Reges ut inquit Homerus non expugnatrices Vrbium
machinas eratasq; naues :sed iustitiam a Ioue sumptã exercere custodireq; decet.
Et discipulum optimũ Iouis non ferocissimũ aut immanẽ :sed iustissimum regem
uocauit . At Demetrius eo titulo uehementer gaudebat :qui erat longe a Regis
deorum conditionibus alienus. Iupiter enim ciuitatũ seruator & custos . Hic autẽ
Vrbium expugnator est dictus . Ita fit ut turpitudo sepe in regnũ honestatis in-
grediens opinione uulgi & stultorũ hominũ ignorantia freta aditum sibi ad hono
rem & gloriam patefaciat. Sed non multo post hec cũ satis cõstanti fama diuulga
tum esset. Demetrium degentem pelle grauiter egrotare . Pirrus hoc sibi oppor
tune accidisse arbitratus tumultuario exercitu Macedoniã inuadit ac nemine ob-
uiam prodeunte totam regionem usq; edesam populando ac uastando agros per-
currit iamq; Demetrii statum in sũmũ discrimen coniecerat cum ille egritudine
alleuatus per duces ac familiares copiis contractis impetũ eius cõfestim repressit
coegitq; hominem ferocem atq; impigrum Macedonie hostem citato gradu ex fi-
nibus suis fugam arripere pauloq; deinceps cum eo pacem firmauit ne maioribus
rebus quas animo agitabat moram impedimentumq; hostis finitimus ac uir belli
cosus afferret . Tempus enim iam adesse censebat: in quo paternum regnum non
multo ante amissum recuperare cum ingẽti gloria posset :atq; hec vna sollicitudo
supra omnes alias Demetrii curas animũ viri angebat . Itaq; ad hanc rem aggredi
endam :que ingens & ardua uidebat :toto animo & mente conuersus: breui tẽpo
re paulo minus ꝙ centum milibus peditum . x milibus equitũ cõgregatis classem
deinde quingentarum nauium ex uariis locis incredibili studio atq; industria cõ-
parat . Nam cũ diligenter curasset ut nonnulle carine in pyeo :plereq; in calcide :
alie prope pellam cõficerẽtur :deinde ad singula hec loca profectus quo nam pacto
he fabricande essent ostendit & sua opera interposita ingẽti celeritate effecit: ut
ille omnino integre & omnibus armamentis instructe parateq; ad bellum essent
Sed mirabantur omnes non solum multitudinem :sed etiam magnitudinem eorũ
operum:que sexdecimremem aut quindecimremem ante illud tempus uidisset .
qui inusitata mole longe aliorum consuetudinem excedebant Nemo enim reperi-
ebatur :qui sexdecimremem aut quindecimremem ante illud tẽpus uidisset Ve-
rum postea Ptolemeus qui est philopater dictus :vnam quadragintaremem fieri
iussit:que ꝑculdubio omẽs alias naues :que uise ãtea fuerãt mole ac magnitudine

sua longo interuallo superabat :cum in longitudinem ·cc & lxxx . in altitudinem
ab imo usq; ad transtra duo de .L .cubitorum pateret Remigum : quibus illa ute
batur :ad quatuor milia naute uero .cccc .erant :& preter hos paulominus q̃ tria
milia armatorum .qui foros & tabulata implebant in eadm collocabant̃ . Sed hec
cum a machinis que pene immobiles sunt: parum differret non tam ad usum q̃ ad
ostentationem & admirationem gentium cõmouendam fabricata uidebatur .De
metrii autem naues non modo magnitudine & arte mirabiles sed etiam ad cer-
tamen & usum hominum apte atq; habiles erant . Tantis igit̃ copiis aduersus Asiã
cõpararis quantas post Alexandrum nemo habuit cõterriti undiq; Reges Seleu-
cus Ptolemeus atq; Lysimachus societatem ineunt simulq; cõspirant ad oppugnã-
dum cõmuni cõsilio hostem · Deinde legatos ad pyrrhum mittunt qui eum horté-
tur ut Macedoniam inuadat nec ea esse federa putet que Demetrius non quietis
gratia cum eo iecerat sed ut pirro sub specie pacis seruato interim aduersus alios
Reges liberius bellum gerat :quibus debellatis se nequaq; intactũ fore . Hoc per
omnes fines ueluti cõtinens incendium peruasurum non expectanda commodiora
tempora sed aduersus grauissimũ hostem :qui animo omnem asiam europamq; cõ
cipiat cõmuni consensu decertandum esse .His rationibus persuaso pirrho cũ om-
nes ii Reges de administratione belli conuenissent extemplo aduersus Demetriũ
quem adhuc nonnulla negocia circa apparatus belli detinebant graue undiq; bel-
lum exarsit. Nam eodem tempore magna classe greciã ptolemeus inuadit & Ma
cedoniam Lisimachus atq; pirrhus alter ex Tratia alter ex finibus propinquis ag
grediuntur · Hoc ut Demetrio renuntiatum est :confestim filio ad presidium gre
cie relicto :ipse ad tutandam Macedoniam conuersus primũ ad ea loca exercitũ
ducit ubi Lisimachum esse perceperat . Quo cum uenisset :extemplo crebri nuntii
litteréq; ad eum mittuntur certiorem reddentes Vrbem ueriam ingenti celerita
te a pirrho captam & omnem regionem populationibus incẽdiisq; uastatam·Hec
ubi inter Macedonas permanarunt :ingens repente motus & incredibilis pertur
batio exercitum omnem inuasit :atq; ubiq; querele audiebantur aut gemitus aut
contumelie in demetrium iacte . Itaq; frequentes ad eum ueniebant rogantes ut
sibi domũ ad tutandos patrios lares abire liceret. Sed hec uerbis simulantes :reue
ra ad Lisimachum migrare uolebant Quod sane cum non latuisset Demetriũ opti
mum ratus exercitum a Lisimacho procul habere quẽ Macedonibus ob nobilita-
tem generis gratum & multis ob Alexandrum familiarem esse sciebat aduersus
Pirrhum ueluti aduenam & peregrinũ in Macedonia regem arma cõuertit ·Sed
hoc cõsilium ut postea re ipsa & experiencia patuit :longe fefellit opinionem De-
metrii :Nam cum prope ea loca ubi hostes cum copiis suis consederant posuisset
castra .multi ex Beria in eius exercitum uenientes Pirrhum amplissimis laudibus
extollebant uirũq; esse in rebus gerendis preclarũ bello inuictũ liberalẽ in suos hu
manum erga eos quos prelio uicerat predicabãt .Addebãt preterea maiores suos
semper eos existimasse Reges qui armis in bello & mãsuetudine in regẽdis popu-
lis egregie uterentur :quibus pirrhum omnes alios superare dicebant asserebantq;
tempus uenisse in quo graui Demetrii dominatu liberari possint & ad uirum be-
nignum transire :& suorum militum studiosum ducem . His sermonibus accensis
militũ animis pauci primũ deinde occulte maĩfeste vniuers9 exercit9 tumultuare
cepit :nec iam quisq; erat :qui aut in agmine aut in castris ullo imperio contineri
posset · Demum ausi sunt nonnulli ad Demetrium accedere :atq; ei dicere :ut sa-
lutem adipisceretur fuga :Macedonas pugnantes pro deliciis suis iam fatigatos
ulterius eius imperiũ sustinere nõ posse . Hec uerba uisa Demetrio modestissima
sunt non ignoranti ea :que se absente uehementi indignatione per omnẽ exercitũ

ferebantur . Itaq; acerbiorem motũ non expectandũ ratus ad tentoriũ proficiscit
ibiq; regia ueste deposita & fusca ueluti histrionis cuiusdam clamide sumpta cum
paucis fugam arripuit . extemploq; post hec multis ad illius tentoriũ confluenti-
bus atq; inter se de preda certãtibꝫ superueniẽs pirrhꝰ cũctos vna uoce dissipauit
atq; a reliquis militibus benigne acceptus facile est castris & exercitu omni poti-
tus . Sed adueniente postea Lisimacho : ambo regnum Macedonie que septẽ fir-
miter annis sub Demetrii dominatu permanserat : inter se partiuntur . Cum uero
in Cassandriã urbem confugisset Demetrius : uxor Phila ingenti merore cõfecta
adduci non potuit ut virum spoliatũ regno : hominẽ fugitiuũ & miserrimũ omni
um regũ oculis suis aspiceret . Sed fortunã illius : in aduersis omni stabiliorem q̃
in secundis esse cernebat & uitã suã iam odio habens desperatis omnibus rebus ue
neno sibi mortẽ consciuit . At Demetrius sine ulla mora in greciã profectus nauti-
bus que ex naufragio supererant collectis : & reliquis militũ congregatis rursus
ad apparatũ belli mentẽ conuertit . Atq; ut apud Sophoclem Menelaus sortẽ suã
deplorat . Voluitur assidua mea fortuna rota atq; statim permutat ueluti luna fa
ciem que duabus noctibus nũq; retinet vnã eandemq; formã sed primũ nouã indu
ta figurã ex occulto parumper emergit : deinde pedetentim crescit : donec plena
atq; integra facta rursus ad interitũ properat . Sic dici de Demetrio potest : cu-
ius in omni uita tam uaria fortuna fuit : ut possit crebris cũ permutationibus lu-
ne non immerito cõparari . Cum uero post Macedonicã cladem regiis insignibus ab
iectis ueluti priuatus homo per urbem incenderet : quidam uersa mortalem nunc
ad circeos fontes Ismenũq; fluuiũ uenit . Sed non multo postea aspirante iterũ for
tuna Demetrio atq; potentia illius que pene uidebatur extincta : pedetentĩ in pri
stinum gradum unde deciderat redeunte : cõstituens ipse sibi singulari quidã offi
cio Thebanos obstringere eis patrias leges & anticuã libertatem restituit . Atq;
eodem tempore nuntiatum est ei Athenienses Diphilo preside qui seruatorũ di-
cebatur antistes : sublato atq; alio more patrio in eius locũ suffecto : omnino a suo
imperio defecisse eosq; deinde cum cernerent maiores uires q̃ sperauerãt recupe
rasse Demetrium metu cõterritos a Macedonia Pirrhum uocare ut patrocinium
urbis defensionemq; suscipiat . Ita uehementi aduersus illos : quos totiens destitu
isse a sua fide cernebat incensis Demetrius extemplo collecta classe ad obsidendas
Athenas cum omnibus copiis proficiscit : parũq; ibi moratus cum eas uehemẽter
urgeret Crates philosophus uir clarus & potens ab Atheniensibus missus orator
multis rationibus ei persuasit ut obsidionem solueret & maiora utilioraq; suscipe-
ret Demetrius qui alia quedam animo agitabat : precibus Atheniensiũ exoratus
Vrbem dimisit celeriterq; omni classe atq; multitudine que undecim milia homi-
num excedebat equitatus peditatusq; coacta in Asiã nauigauit ea mente : ut Cari
am atq; Lidiam ab Lisimachi dominatu auerteret . Sed cum prope Miletum ue-
nisset : Euridicem sororem phile ibi offendit Ptolemeidẽ ducentem serũ quã sibi
antea per Seleucum Ptolemeus desponderat . Hanc concedente Euridice uxorẽ
ducit nuptiisq; confectis celeriter ad oppuguandas hostium urbes profectus non-
nullas primo impetu cepit multe deinde sine ullo certamine tradebãtur : occupa-
tis autem sardibus fuerunt complures Lisimachi milites : qui pecuniis armisq; ar
reptis ad Demetriũ perfugerũt . Sed nõ multo postea cum audisset Agatoclem
Lisimachi filium cũ magnis copiis appropinquare : in Phrigiã diuertit ratus si oc
cupare armeniã posset : se mediam perturbaturũ : atq; euenire facile posse : ut om-
nia illa superioris Asie loca ad deditionem cõpelleret . Proficiscentem igitur per
apertos campos : & regiones que exitus latos hababant querentem : Agathocles
cũ omni exercitu sequebatᷣ : pugnatũq; nõnũq; ab utrisq; est : semperq; Demetrius

uictor euasit. Verum eo tempore permulta incōmoda uirum urgebant: impedie-
bantq; ne ad finem antea animo destinatum consilia sua cogitationesq; perduceret.
Nā cōmeatu pabuloq; deficiente ingens repente fames & omniū rerum penuria
exercitum omnē inuasit. Simul & militibus suspicio erat: ne tantis incōmodis fa
tigati etiam in Armeniā atq; Mediā ducerentur. Accessit ad hec q in trāsitu lyci
magna hominū copia errore uadi decepta fluctibus assumpta est que omnia mili-
tes in tantā iram desperationemq; cōiecerāt: ut neq; in acie neq; in castris ullo impe
rio contineri possent quin etiā a cōtumelia & iurgio aduersus Demetriū nō absti-
nerent. Repertū quoq; ante tentoriū eius principiū Edipolis est paulo īmutatū
atq; his uerbis inscriptū. Fili ceci senis Antigoni ad quas ducimur regiones. Tā-
dem fame pestilentiaq; indies magis crescente Demetrius optimū ratus tempori
cedere ac necessitati parere amissis octo hominū milibus reliquū exercitū Thar-
sum produxit. Sed cum a direptione regionis illius: que Seleuci seruiebat īperio
cohercere suos milites uellet ne potissimū regem alienissimo tempore iniurus pro
uocaret. & ex altera parte omnium rerum urgente penuria etiā necessaria sibi ex
ercituiq; suo deessent & tauri transitus Agathoclis presidiis tenerentur: angustiis
undiq; septus ad Seleucum tandem confugit eiq; miserandā epistolā scripsit: qua
ingentes calamitates suas & miseram omnium rerum fortunā deplorabat: denique
eum suppliciter precabatur ut misereri uellet familiaris uiri & sūma secū affinita
te coniuncti: asserens iam se ea esse perpessos: que etiā acerbissimos hostes ad mi
sericordiā cōmouerent. His acceptis litteris Seleucus & prestantissimi uiri mise-
ricordia motus eius regionis prefectos confestim iussit: ut Demetrio ea que regi
congrua essent: pararent & militibus cōmeatū abunde copioseq; preberent. Ve-
extemplo post hec quidam procleus uir prudens: ac imprimis familiaris Seleuco
multis suspitionibus uirum refersit: facileq; eius mentem atq; animū permutauit
Non enim nutriendos milites Demetrii inquit: neq; bellicosissimo duci occasionē
prebendam ut diutius in ea regione moraretur. Virum enim turbulentū: qui sem-
per magnarum ac nouarum rerum auctor extiterit: minime negligendum esse pre
sertim in hac fortuna cōstitutū: que etiā uiros imbelles ad audiendum ac inferen-
dam quacumq; ratione iniuriā cōcitare sepenumero soleat. His rationibus cōmo
tus Seleucus statim exercitum parat atq; ingenti celeritate in Giliciā uenit. Stu
pefactus Demetrius tum celeri permutatione Seleuci & repentino eius aduētu
cōterritus ad tutissima tauri loca se exercitumq; suū recepit: cōfestim q legatos
ad eum misit: qui uirum rogarent ut aliquē Barbarorum principatum carentem
rege sibi per eum consequi liceat in quo fuge ac exilio fine imposito reliquam uitā
mediocriter ducere possit: huic rei si assentiri nolit saltem aliqua loca cōcedat: in
quibus exercitus suus hibernare possit eumq; pabulo & cōmeatibus iuuet: ne ut
paciatur familiarem uirū cōtra decus suū miserū atq; inopem in hostium potesta-
tem uenire. Ad hec Seleucus cum multis suspitionibus laboraret se Demetriū
permissurum respōdit duos menses in Chaonia cum exercitu omni hiemare: si nō
nullos qui sunt apud illum in amicitia primi obsides sibi concesserit. Demetrius
igitur desperatis omnibus rebus cum cerneret se ueluti feram quandā circūdatā
undiq; septis a Seleuci presidiis contineri iamq; diffideret ullis precibus exorari
hominem posse extemplo lenitate in rabiem uersa aduersus Seleucum bellū susce
pit atq; populatis undiq; agris excursionibusq; multis peractis cum prope hostiū
exercitum posuisset castra leuia indies propter propinquitatem castrorū serebantur
tur prelia & ferme omnia Demetrio secunda erant. Tandemq; cum iusta acie sig
nisq; collatis acriter decertassent Demetrius quadrigis falcatis permultis euersis
ingēti alacritate reliquum exercitum in fugam uertit atq; nulla interposita mora

ad eos profectus qui exitus Syrie iussu Seleuci obsidebant confestim omnia illa p̃sidia expulit fugauitq̃. Hac uictoria Demetrius & milites ei9 sublati quotidie ad pugnam Seleucum prouocabant: cum ille econtra remissis ad Lisimachũ auxilijs: quibus parum fidebat cũ reliquis copijs: maximis certaminibus cõgredi cũ Demetrio non auderet: fortunã illius metuens que semper de extremis calamitatibus in sũmum prosperitatis fastigium efferre hominem consueuerat. Sed hunc pristinas uires iam recuperare incipientem: extemplo grauis egritudo corripuit que ingenti celeritate omnia sua cõsilia cogitationesq̃ peruertit. Milites enim qui uictoria illa ad spem magnarum rerum mentem erexerant repente uisa egritudine ducis fracti animo alij fugam arripiebant alij ad hostes discedebant: plerique incertis itineribus aberrantes periere. Vix post quadragesimũ diem recuperata ualitudine Demetrius: ac reliquis militibus qui sibi supererant collectis magno impetu Ciliciam inuadit: eamq̃ late depopulatus usq̃ ad illa loca progredit: unde sue copie cerni ab hostibus possent. Deinde propiqua nocte magno silentio castra mouit ac ingenti celeritate superato Amano omnem eam regionem usq̃ Cyrristẽ populando percurrit. Nec multo postea Seleucus eius uestigia subsequutus prope illum cum copijs suis consedit. Quod sane opportune sibi accidisse arbitratus Demetrius nocte insequenti ad aggrediendum Seleucum dormientem hostiũq̃ aduentum minime eo tempore expectantem cum expeditis copijs proficiscitur iamq̃ instructe acies prope eius castra peruenerant: cum nonnulla celeritate ad Seleucum properarunt nuntiantes cũ armato exercitu adesse Demetrium quo nuntio stupefactus cõterritusq̃ Seleucus raptim ueste & calciamentis assumptis ad arma cõclamat tubas canere iubet amicos ac duces hortatur ut cõfestim accedant ad ferocissime belue impetum reprimendum. At uero Demetrius posteaq̃ ex tumultu hostium suas insidias detectas sensit: non ulterius progrediendum ratus extemplo exercitum suũ in castra reduxit: nec multo postea ad ea loca qui cõsederat infestis signis ueniente Seleuco rursus partem copiarum ei obuiam misit iamq̃ alterum hostium cornu in fugam prope cõuerterat: cum Seleucus cernens quanto in periculo res sue essent: cõfestim dimisso equo galeaq̃ deposita in primã aciem processit atq̃ omnibus se ostendens magna uoce milites hortabatur ut uno consensu ad pugnam redirent. Diutius se certamine abstinuisse aiebat ut illis qui sibi carissimi erant: non ut hosti Demetrio pareret. Milites his adhortationibus & presentia regis cõmoti incredibili alacritate ad prelium reuertuntur: quorum impetu ueluti procellam quandam & extremã calamitatem in se uenientem cum sustinere non possit Demetrius clam arrepta fuga citato gradu ad Amani pylas peruenit. Atq̃ inde cum paucis amicorum: qui sua uestigia sequebantur: siluam propinquam ingressus noctem expectabat ea mente & animo ut ad Cannum se cõferret: ibiq̃ suam classem: quã eo in loco inuenire arbitrabatur cum familiaribus suis conscenderet. Sed in ipso itinere deficiente uiatico & iam necessitate urgente ad alia cõsilia mentẽ cõuerterat cũ Sosigenes familiaris suus ad eũ uenit. ccc. aureos nũmos: quos sub cingulo habebat secũ ferens: quibus usq̃ ad mare perduci posse sperabant. Verũ cũ ad ea loca quibus e silua egrediendũ erat peruenissent: procul per noctem ignẽ hostiũ cõspicati: extẽplo mutato consilio per idem iter ad eum locũ unde digressi erant: reuertuntur: q̃q̃ fuerunt nonnulli: qui relicto Demetrio fugã arripuere: reliqui uero qui cũ eo permãserant: egre eius uestigia sequebantur. Quidã etiam ex his sibi dicere ausus est oportere eum necessitate cogente iam corpus suũ potestati Seleuci arbitrioq̃ permittere quo ille adeo grauiter exarsit: ut ensem e uagina ad se interimendũ exereret: nec dubiũ erat quin cõfestim sibi attulisset munus: nisi a fidelissimis amicis fuisset retentus. Hi namq̃

presentes gladium ademerunt & apprehensa illius dextera virum orare hortariq;
ceperunt ut de cõmuni salute uno consensu agitare mallet: ꝙ aliquid grauius in se
decernere. Demũ amicorum consilio ac multis rationibus persuasus Demetrius
quosdam ad Seleucum mittit: qui ei diceret se paratum & uitam suã & quicquid
sibi reliqui fortuna fecerat: liberalitati eius fideiq; permitteret. Hoc leto ac iocũ
do nuncio accepto Seleucum dixisse aiunt Non tam Demetrii ꝙ Seleuci fortuna
saluũ esse Demetriũ: que preter multa egregia atq; preclara munera: que sibi con
cesserat: nunc quod ad felicitatem suã magnopere pertinere arbitretur: faculta
tem dederit ut erga virum familiarem & affinẽ ac rerũ gestarũ gloria clarũ: hu
manitatem liberalitatẽq; suã declarare possit. Post hec regiũ tentorium & omnia
alia que ad suscipiendũ egregiũ hospitem pertinebant parari ingenti ornatu atq;
magnificẽtia iussit. Erat aũt in regia sua Apollonides quidã: qui iãdiu familiari
tate Demetrii & cõsuetudine utebatur. Hũc ad se uocatum ire ad demetriũ iubet
eũq; suo nomine rogare atq; hortari ut ad uirũ affinẽ & amicissimũ sibi hominẽ cõ
stanter liberaliterq; accedat. Patefacto animo regis & eius sentẽtia diuulgata:
pauci primo multi deinde obuiã illi proficiscũtur incredibili studio inter se certã
tes ut alter alterũ pre ueniret. Sperabãt enim prestãtissimũ uirũ & rerũ gestarũ
gloria clarũ ꝙ primũ sũmã auctoritatẽ apud Seleucum habiturũ. Sed ut plerũq;
fit misericordia in maliuolentiã uersa: nõnulli inuidi scelestiq; occasionẽ nacti ad li
beralitatẽ regiã peruertendã: aures illius multis suspitionibus repleuere. Non
permitterdũ esse dicẽtes ducẽ preclarũ & magne auctoritatis uirũ in exercitus
sui cõspectũ uenire timendũq; esse: ne presẽtia eius aliquis repẽtinus motus orire
tur. Interim cũ Apollonides aliiq; permulti ad Demetriũ peruenissent: benignos
sermones de humanitate Seleuci afferẽtes ingens repente cõgratulatio utrinq; est
facta & presertĩ ab ipso Demetrio qui & si antea deditionẽ suã turpẽ miserãq; pu
tabat. tamen ob ea que familiares sui de benignitate Seleuci referebant mutata
sentẽtia ad illũ fidenti animo tanq; ad amicissimũ regẽ proficiscebat. Verũ inter
hec pausanias cũ equitibus peditibusq; mille obuiã Demetrio missus: ubi ad illũ
uenit extẽplo nil tale suspicantẽ suis militibus circũdedit atq; oĩbus aliis qui eum
sequebant dimissis nõ ad Seleucũ ut sibi antea persuasũ fuerat: sed in cheronessũ
Syrie virũ perduxit ibiq; firmis custodiis presidiisq; adhibitis eũ reliquit. Hoc
igit in loco relegato Demetrio & angustis finibus circũsepto: omnia que ad uitã
splendidã & cultũ regiũ pertinebãt iussu Seleuci parabant. Nam & regales edes
& iocunda pomeria & orti uariis arboribus consiti ei abunde erant: amicis & fa
miliaribus suo arbitratu utebatur: qui cum crebro ad eum uisendum accederent
semper modestos sermones a Seleuco afferebant quibus virum hortabantur bono
ut animo esset omniaq; de salute sua & Seleuci liberalitate speraret se cõpertum
habere dicentes Antiochi & Stratonicis aduentum a Seleuco expectari quorum
gracia liberam ei abeundi quocumq; uelit: ꝙ primum potestatem fore: In hac mi
sera fortuna constitutus Demetrius desperatis iam omnibus rebus ad Antigonũ
filium & eos qui Corinthum Athenasq; regebant nuntios misit: qui suo nomine
eos monerent: ne deinceps signo & litteris suis fidem prestarent: se ueluti de
functum arbitrarentur. Deniq; Antigono filio quoad per eos fieri posset: pro
antiqua beniuolentia regnum statumq; seruarent. Antigonus ea tempestate cum
Patras uenisset. hoc acerbissimo nuntio accepto uehemẽter grauiterq; ingemuit:
atq; lugubri ueste assumpta confestim in omnes partes litteras misit. quibus Re
ges & principes obsecrabat ut pro salute patris Demetrii apud Seleucũ interce
derent. Ipsum autem Seleucum multis precibus rogatum misit: ut quicquid sibi
reliqui fortuna fecerat: pro uadimonio patris accipiat: se etiam si uelit obsidem

pro Demetrio sumat. Demum ut humanitatis mansuetudinisq̧ sue qua semper
omnes alios superasset erga virũ familiarẽ & affinẽ memoriã seruet. Post hec Re
ges ac prĩcipes idẽ a Seleuco petũt: preter vnũ Lisimachũ: qui tã fuit immemor
humanitatis: ut ceteris Regibus pro salute Demetrii deprecantibꝰ: solus extite
rit: qui magnam vim pecuniarum pollicitus Seleuco sit: si Demetriũ ꝙ primũ de
medio tolleret: cuius desiderio nõ mõ nõ assensit Seleucus: sed uiri improbitatẽ
ueluti in hũanam & Barbaram detestatus pecunias illius postulataq̧ neglexit Cũ
aũt proposuisset aĩo sub Antiochi & Stratonicis aduẽtum Demetriũ reseruare:
ut ii essent: qui de eo dimittẽdo suo arbitratu decernerẽt: & ingẽtem ꝓsingulari
officio graciã reportarẽt: interĩ tñ differẽdo tardãdoq̧ res lõgius ꝙ opus erat: ꝓ
ducebaᷓ. At Demetrius ut antea calamitatẽ in se ueiẽtẽ cũ euitare nõ potuisset
modice tolerauerat sic pñtis fortune acerbitatẽ cõstãti aĩo sustinere uidebaᷓ At
ꝙ in prĩcipio aduẽtus sui equitãdo: uenãdo & alio quocũq̧ labore corpꝰ exercẽdo
tẽpus terebat: paulo uero deinde studio in cõtrariũ uerso in ocio atq̧ desidia eta
tẽ agens cõuiuia potus oĩa deniq̧ delectamẽta que essent a labore corporis aliena
incredibili cupiditate ꝓsequebaᷓ siue quia langores curasq̧ molestas: que aĩm eiꝰ
exederãt huiusmodi uoluptatibꝰ depellere posse speraret siue quia eã vitã ꝙ iã diu
expetiuisset se nũc ingẽti facilitate arbitrareᷓ adeptũ: quasi antea errore quodam
& inani gloria ductus multos labores & pericula suscepisset: execratꝰ maxĩos cõ
parasset omnes terras: oĩa maria cõmouisset: ut eã trãquilitatẽ & uitã deliciis uo
luptatibusq̧ refertã: q sibi nũc ꝑter spem oblata esset cõseqreᷓ. Sed hi sũt bellorꝫ
fines quos flagiciosi Reges incredibili studio expetũt: magnis laboribꝰ ꝓsecuntur
atq̧ in eis sũmũ humane uite bonũ cõstitutũ putãt. Meo aũt iuditio nõ mõ in hoc
ab opinione sua falluntᷓ quod turpes uoluptates loco virtutũ honestatisq̧ sectanᷓ
sed eciã in eo uehemẽter aberrãt ꝙ dũ uitã iocũdã se ꝓsequi putãt ea queritãt que
lõge sũt a ueris uoluptatibꝰ aliena Demetriꝰ igitᷓ triẽnio in Cheronesso detẽtus
cũ ex ocio potuq̧ ac deliciarꝫ abũdãcia in egritudinẽ incidisset tãdẽ superãte uali
tudinẽ morbo post quartũ & sexagesimũ etatis ãnũ e uita migrauit: cuiꝰ interitu
ubiq̧ gẽtiũ diuulgato cũ omẽs inhũanitatẽ Seleuci accusarẽt: ferũt & ipsum uehe
mẽter secũ fuisse questũ ꝙ ĩ maiori suspitione ꝙ decuit familiarẽ & affinẽ uirum
habuisset: imitatusq̧ mĩme esset Thracẽ & barbarũ Dromichetẽ: qui paulo ãtea
Lisimachũ captũ tãta cũ liberalitate dimiserat: Verũ ea q̃ circa Demetrii funus
celebrata sũt Tragicã quãdã narracõnẽ theatroq̧ dignã habere uidenᷓ Filiꝰ enim
Antigonus audita illiꝰ morte nullã morã interponẽdã putauit: quin cũctis nauibꝰ
in Siriã nauigaret: sed cũ prope insulas ꝑuenisset quosdã offendit: qui Demetrii
cineres ad eũ ꝑferrẽt Hos igitᷓ acceptos & aurata urna inclusos ĩ puppi regie na
uis in qua ipe degebat: collocari iussit Post hec uersus Corinthũ cũ oĩ classe repe
tẽte Antigono ciuitates quibꝰ illi appropĩquabãt alie coronas quas urne ĩponerẽ
tur alie hoĩes qui lugubri ueste funus honestarẽt certatĩ mittebãt: Ferebaᷓ itaq̧
urna ĩ magna eminẽs puppi regia purpura diademateq̧ ornata atq̧ hastatis iuue
nibꝰ circũsepta qui fulgẽtes undiq̧ armis defũcti ĩperatoris memoriã renouabãt
Aderat ibi ꝑterea Xenophãtes elegãtissimꝰ modulator qui ĩcredibili suauitate sa
crũ canebat carmẽ & ipi r̃miges tãta cũ iocũditate fluctꝰ ciebãt ut remorꝫ pulsu
Xenophãtis carmĩbꝰ respõderẽt flebileq̧ cõcentũ efficerẽt magna cũ sonoritate
cõiunctũ Cũ uero ꝓpe Corĩthũ cõtinẽti applicuissent multitudo que ad ea litora
frequẽs cõuenerat ubi Antigonũ humilẽ abiectũ lacrimisq̧ refertũ cõspexit ĩgẽti
adolescẽtis misericordia mota ululatũ gemitũq̧ ĩcredibilẽ edidit Vrna deinde cũ
omnibꝰ ornamẽtis ad Demetriadẽ delata est quã quidẽ Vrbem Demetrio cogno
minatam populi ex paruis circa Iolcum oppidis profecti ueluti proptiam sedem

habitarunt . Reliquit autem demetrius egregiam sobolem : ex Phila quidē Stra
tonicem atq; Antigonum : ex Deidamida uero Alexandrum qui in Egipto etatē
duxit . Duos insuper Demetrios : alterum quem subtilem uocarunt ex Illiriade
muliere : alterum ex Ptolemeide qui postea Cyrene regnauit . Sunt etiā qui Cor
rabum eius filium ex Euridice fuisse tradunt . Regum autē genus : qui deinceps
Macedonie imperitarunt : per successionem illius usq; ad Regem Perseum uenit
quo debellato Romani sibi Macedoniam subegere . Sed peracta Macedonica sce
na tempus esse uidetur ut ex altera parte Romanam introducamus .

ANTHONII VITAM MVLTIPLICI AC VARIA
historiarum serie contextam & uel magnitudine rerum uel
mutabilitate fortune admirandam ad te Salutate in hoc li-
bro mittimus ex greco sermone in latinum traductam . Nā
eū apud Plutarchum sūme auctoritatis hominē res gestas
clarorum uirorum legeremus quos ille prestantissimos ex
grecis Romanisq; delectos in paria & contentiones distri-
buit : doluimus profecto animaduertētes tantam apud nos
scriptorum factam esse iacturā ut nec facta maiorū nostro-
rum nec nomina iam eorum teneremus : per quos Italia in uniuerso orbe gloriosissi
me nominata esset Nos igitur quoniam : & grecis litteris ita operam dedimus ut
illarum non admodum ignari simus & in latinis ita laborauimus ita a te adiuti su
mus ut quedam iam a nobis transscripta etiā bene litterati homines non omnino
aspernarentur : habemus quidem in animo hos omnes plutarchi uiros si per occu-
pationes nostras licebit in latinum conuertere & famam ac gloriam summorū ui
rorum renouare ut simul cum utilitate nostra quā ex grecorum cognitione percipi
mus nostrorum quoq; hominum sit coniuncta utilitas . In presentia uero . M . An
tonium absoluimus quē tamen ut ante ceteros agrederemur non uirtute hominis
inuitati sumus sed historie amenitate allecti : ad te autem Coluci ea de causa mit-
timus q iuditio ac testimonio tui huius etatis doctissimi ac eloquētissimi uiri : hec
nostra scripta cupimus confirmari . Nec tamen a principio ignorabam me eā rem
suscipere : in qua summus esset labor gratia nulla corruptissimum uero omnium fer
me iudicium . Quis enim has conuersiones legit qui non omnia preclare dicta pri
mi auctoris putet omnia uero absurda conuersoris uicio facta esse arbitretur . Le
gitur quid luculenter aut apte dictum : continuo grecus auctor laudatur qui tan
ta fuerit facundia : ut ne conuersione quidem suam perdiderit suauitatem : nec
quisq; in benedictis meminit conuersoris . Contra autem siquid offendatur aspere
aut inepte aut quod plerumq; necesse est obscure dictum : nemo hic primi auctoris
meminit sed omnia interpretis uicio creduntur cōmissa . Atq; ita fit ut laus qui
dem omnis primi auctoris sit reprehensio uero conuersoris . Vt admirandum uide
atur in tam iniqua conditione rerum uelle quenq; sane mentis ad transferendum
accedere Nam quantus sit in ea re labor quanq; omnes confiteantur & a nōnullis
scriptum sit : tamen ii maxime sentiunt qui experiuntur Sed nihil queror de labo
re qui a studiosis hominibus minime est repudiandus . Illud tantum queror nulla
huius laboris esse premia . Et cum in plerisq; aliis tum in hoc maxime corruptissi-
me iudicari ? An tu cum ego uigilando scribendo cogitando tua causa diu me fati-
gauero ita plusq̄ingratus fueris ut non solum laudem mihi adimas meam sed etiā
errata ascribas aliena . Aut maliuola est hec tua iudicatio aut stulta ? Nā si omnia

primi auctoris putanda sunt : cur non & maledicta ei sputenẽ ? Sin aũt cõuersoris sunt omnia : cur non ei benedicta quoq; feruntur accepta ? Sin uero commune est est utriusq; opus : cur non cõmunis laus est & reprehensio ? Neq; enim illud putandum est sũmos illos uiros : qui a principio scripserunt · ita omnia limasse ut nulla in dictis eorum sit relicta asperitas neq; labes : diuinitatis enim id esset . Nã si Homerus ipse nonnunq; dormitare uidetur si Demosthenes uir summa apud grecos eloquentia Ciceronis aurẽ interdum non implet quid putandum est inferioribus contingere cum ipsi prestantissimi nequiuerunt uitare . At non potest quis inquit ea uenustate in latinũ referre qua scriptũ est grece At id ipsum non intelligo cur non possit . Primo equidẽ nõ uideo qua in re latine littere a grecis superent ? Nec siqui nostrorum hominũ bene litterati fuerunt · non satis uim dicendi grecorũ · aut facundiam adequauerunt Deinde & si uberiores sunt grece q; nostre : quid tamẽ uetat : si non uerba ut pueri in ludo : sed sententias dictorum sequamur posse cum elegantia id ipsũ latine dicere quod dictũ sit grece. Nã si pluribꝰ modis illi q; nos quidlibet exprimere possunt : est illa quidẽ superhabundantia quedam atq; luxuries . Latinitas uero nostra ut nõ ambitiosa neq; leuis matrona mundũ certe habet & supellectilem suam non luxuriosam quidem : sed tamẽ opulentam & que ad omnem usum habunde sufficiat . Quã obrem desinant iam isti latinas litteras accusare credantq; fieri posse ut laudem ex labore atq; industria sua latinus scriptor mereatur . Nam si ea esset res : que magnã ac difficilem haberet inuentionem . esset quidem longe impar translatoris causa : ex cogitatione ac doctrina rerum : facile uerborum graciã superãte. In historia uero in qua nulla est inuentio nõ uideo equidem quid intersit : an ut facta sunt an ut ab alio dicta scribas . In utroq; enim par labor est aut etiam maior in secundo. Neq; nunc Mehercule ista disputo pro me : sed pro cõmuni translatorum causa. Ego enim laudari nõ postulo neq; dignũ puto non tantum mihi assumo nec nimiũ mihi placeo : presertim cũ quottidie Ciceronẽ legam quin etiã siquid esset in me laudis : libenter eam omnẽ in Plutarchũ transfunderem . uehementer illũ amo : uel quia nostros homines magnifecisse uisus est uel quia has historias scripsit : uel quia omnino remotus est a grecanica leuitate . Sed hec plura etiã q; satis . nunc ipsum Antonium uideamus

ANTONIO AVVS fuit Antonius orator quẽ Sillanas partes secutum : C . Marcus necauit . Pater uero eius quanq; non pari splendore auctoritateq; in re . P . fuerit perhumanus tamen habitus est In primisq; liberalis · quod quidẽ intelligere licet : uel hoc uno illius hominis facto . Erant ei haud ample facultates : ob eamq; rem ab uxore prohibebatũ quo minus liberalitate suo more uteretur. Quodã itaq; tempore : cum quidam ex familiaribus pecuniam ab eo rogaret isq; negare nesciret pecuniam autẽ nullam haberet : puero mandauit ut argenteũ sciphum ad se deferret cum aqua : quo facto cepit genas abluere : quasi radi prepararet : & simul causa ficta : puerum e conspectu remouit sciphumq; amico tradidit ut ille suo arbitratu pro pecunia uteretur · Longa deinde inquisitione inter seruos habita eius sciphi gratia : cũ sentiret mulierem id grauius ferre acriusq; a seruis inquirere factum a se confessus est : ueniamq; postulauit . Vxor erat illi Iulia ex Cesarum familia primaria femina nemini etatis sue pudicitia cedens sub hac muliere Antonius filius educatus est . Post mortem patris . P. Lentulo nupta quem cum . L . Catilina conspirantem Cicero consul supplitio affecit . Hinc uehemens

illud Antonii odium in Ciceronē uidetur initium traxisse. Inquit enim Antonius
corpus uitrici sui non prius ad sepulturam datū: q̄ id mater supplex impetrasset
a Ciceronis uxore: qua quidem de re manifestissime mentitur. Nullus enim ex iis
qui tunc supplitio fuerunt afflicti sepultura prohibitus est. Et Antonio quidem
egregia forma in etate florenti Curionis familiaritatem uelut calamitatem quan
dam ferunt infesisse. Ipse enim Curio haud sane tēperans erat: & quo magis sibi
obnoxium faceret Antonium in amores libidines uariosq; sumptus impellebat: Ex
quo grande es alienum conflatum est minime conueniens illius etati. Ducenta
enim quinquaginta milia debebat. Pro quibus cum intercessisset Curio pater id
egreferens domo sua prohibuit Antonium. Ille autem ad. P. Clodium se contulit
hominem omnium sceleratissimum turbulentissimūq; in cuius contubernio haud
multum cōmoratus siue q̄ inimicos clodii formidaret siue q̄ Clodiani furoris eum
facietas haberet in greciam abiit ibiq; permansit & corpus ad militaria certamina
& linguam ad dicendum exercens. Vtebatur autem genere dicendi quod appel-
lant Asianum maxime temporibus illis florente: plurimamq; cum Antonii mori
bus similitudinem habente. Erat enim turgens atq; lasciuum & inani quadam
iactantia & exultantia plenum. Sed cum Gabinius uir consularis in Siriam naui
gans Antonium rogaret ut secum proficisceretur: priuatum se negauit iturum
prefectus uero equitum factus concessit. Inde primo contra Aristobolum qui iu-
deos concitauerat missus primus omnium uallum maximum transcēdit: p̄relioq;
inito parua ipse manu ingentes hostium copias fudit: obtruncauitq; ferme omnes
& ipsum Aristobolum una cum filio cepit: Post hec cum Ptolemeus Gabinium
rogaret ut exercitum in Egiptum traduceret: sibiq; regnum recuperaret: cete-
ris qui ordinem ducebant minime id suscipiendū censentibus ipsoq; Gabinio quan
q̄ capto auaricia eius pecunie quam Rex pollicebatur subsistente: Antonius mag
narum rerum cupidus & Ptolemei gratia motus eundum esse persuasit. Sed cū
magis timerent iter q̄ bellum: quod & per altas arenas eundum erat & per loca
aque expertia iuxta abruptam ac Serbonidis paludem quas Typhonis respiratio
nes Egiptii appellāt Videtur autē rubri maris quod paruo interuallo a mediter
raneo separatur fluxus refluxusq; premissis cum equitibus Antonius non solum
iter tutum exercitui prestitit: sed etiā Pelusium Vrbem magnā ui cepit: spemq;
certissimam uictorie prebuit duci: & eius quidem liberalitate hostes etiam poti
ti sunt. Nam cum Prolemeus ira efferuens simul atq; Vrbem ingressus esset om-
nes Pelusinos trucidare uellet: obiecit se Antonius iramq; prohibuit. In preliis
autem magnis & frequēter in Egipto cōmissis complura & fortitudinis & indu-
strie militaris facinora ostendens & modo hostem circumeundo modo terga inua
dendo uictoriam suis manifestissime prebens magnifice donatus ac laudatus est
Nec uero latuit homines Antonii humanitas erga Archelaum iam mortuū. Nā
cum illi hospes familiarisq; fuisset bellum uiuenti necessitate intulit: mortui autē
corpus quesiuit & regio funere ornauit. Has ob res magna erat Antonius apud
Egiptios fama in exercitu uero clarissimus habebatur. Accedebat ad hec digni-
tas forme: barba quedam haud sane illiberalis latitudo frontis eminentia nasi ui-
debaturq; herculis imaginibus picturisq; per similem aspectum habere. Erat eti
am fabula antiqua Antoniorum familiam ab Hercule natam: ab Antone Hercu-
culis filio cognomen accepisse. Hanc familie sue famā confirmare: non solum for
ma corporis: sed etiam uestitu nitebatur. Semper enim cum in oculis pluriū erat
futurus tunicam ad coxam cingebatur: per magnum suspendebat gladium: cla-
midem insuper asperam circumdabat. Ceterum que in aliis intollerabilia uidētur
iactantia dicacitas uinolentia & cenātibꝫ assidendo & militari mensa discumbēdo

mirum ĩmodum animos in littum conciliabat sibi . Erat preterea ingenium a ue-
nere non abborrens que res permultos mortales illi amicos fecit . Studebat enim
aliorum amoribus curabatq; ut quisq; desiderii sui fieret compos locos autem de
propriis non inuitus audiebat . Egregia uero munificentia & nec auara neq; pu-
silla manu in milites amicosq; collata largitio eum ad preclaram euexit potẽtiam
& potentem iam factum mille uitiis repugnantibus cõseruauit auxitq;. Eius mu
nificentie vnum exemplum narrabo . Cuidam ex amicis dari iusserat milia . xxxv
hoc Romani decies sextertium appellant : procuratore aũt admirante & ut mag-
nitudinem donationis ostenderet in conspectu suo pecuniam depromente : roga-
uit Antonium quid hoc esset . Illo autem respondente eam esse pecuniam : quam
dono dari iussisset : conspicatus hominis improbitatem equidẽ inquit arbitrabar
ampliorem pecuniam decies sextertium continere · hoc uero parum est Itaq; tantũ
dem superadde . Sed hoc posterius . Discordia in ciuitate exorta : cum optimates
Pompeio inhererent populares cesarem cum exercitu aduocarent . C . Curio An
tonii amicus ex mutatione cesari fauens potentia quam dicendo comparauerat
magnis preterea Largitionibꝫ quas cesar subministrabat : tribunum plebis crea-
uit Antonium . post etiam inter augures coaptauit . Is autẽ simul atq; magistratũ
iniit : non parum iuuit cesaris partes · Nam primum Marcello consule scriptas le
giones Pompeio decernente & nouos insuper delectus haberi intercessit Antoni-
us : rogationem ferens ut presentes copie in Siriam mitterentur que . M . bibulo
auxilium ferrent aduersus Parthos bellum gerenti . eos autem qui delecti essent
Pompeio non parere Deinde cum Senatus epistolas cesaris recipere uellet legiq;
prohiberet : ipse tribunitia potestate fretus recitauit : multorumq; mentes flexit
cum uisus sit cesar non iniqua neq; ĩmoderata postulare . Duabus deniq; rogatio-
nibus propositis : altera placeret ne Pompeium exercitum dimittere : altera uero
ne cesarem : & Pompeium quidem paucis arma deponere censentibus cesarem ue-
ro omnibus preter paucos assurgens Antonius rogauit . placeret ne & cesarem &
Pompeium ab armis discedere copiasq; dimittere . Hanc rogationem sũmo studio
uniuersi receperunt : Antoniumq; laudantes & ut eam legem ferret cohortantes
Sed consulibus id non permittentibus : cesaris amici alias conditiones pertulere
quas cum · M . Cato refelleret : & Lentulus consul eos Senatu expelleret : curia
abiens Antonius multa in capita eorum imprecatus est deinde ministri ueste as-
sumpta & uehiculo conducto una cum · Q . Cassio ad cesarem fugit : clamitans
nullas leges in Vrbe ualere : ius tribunitium sublatum esse omnibus qui equũ bo-
numq; defendant periculum capitis ĩminere · Quibus uerbis motus cesar in ytaliã
cum exercitu properauit Hac de causa scribit Cicero in Philippicis ut Helenam
Troyanis sic Antonium : P . r . belli exitii pestis causam fuisse : quod equidem ue
rum non puto . Neq; enim ita leuis erat cesar : neq; ita facile ob iram ruebat : ut nisi
diu antea statuisset bellum patrie sue inferre tũc subito prosiluisset : ob uisum An
tonium uili ueste & conducto uehiculo cum . Q . Cassio ad se fugientẽ . Sed hec
cesari iam diu id optanti occasionem cõmodam prebuere . Ceterum illa magis im
pellebant eum que nuper Alexandrum prius Cyrum impulerant : amor ĩmodera-
tus dominandi & principatus furiosa cupido quem stante Pompeio assequi nõ po
terat . Capta igitur italia pulsisq; optimatibus cũ cesar priusq; Pompeium seque-
retur in hispaniam proficisci uellet . lepido pretori Vrbem Antonio tribuno itali-
am presidiaq; cõmisit . Hic autem ut inter milites cesaris uersari cepit una exercẽ
do se donandoq; egregie animos eorum deuinxerat . Ceteri autem omnes eũ ode-
rant : Nam & iniurias prohibere segnis & obuiantibꝫ cõtumeliosus erat : & in uxo
res alienas parũ pudicus . Cesaris deniq; dominationi non ĩmiti neq; acerbe quãtũ

in ipso cesare erat per eius amicos effectum est ut tirannidis inureretur nota: quo
rum Antonius in maxima licentia peccandi constitutus In primis eius rei causa
uidetur fuisse. Cesar tamen ex hispania reuersus Antonii errata neglexit sciensq;
illum virum fortem & manu promptum eius opera deinceps in bello non frustra
est usus. Traiecit itaq; Ionium cesar cum paucis militibus a Brundusio profectus
remissisq; retro nauib9 ad Antoniũ & Gabiniũ iussit eos celerit̃ oẽs copias in Ma
cedoniã traicere. Hic cum Gabinius tempestatem horreret longoq; circuitu exer
citum per terram ductaret: ueritus Antonius ne cesar quoniã hostibus longe im-
par erat mole belli obrueretur repulso libone qui fauces portus obsidebat cum xx.
milibus peditum & octingentis equitibus naues conscendit. Inde cum iam altum
teneret conspectus a triremibus hostium longamq; persecutionem passus uix effu
git: subito notho persequentes carinas impediente. Verum illum e manibus host-
um uenti benefitio liberatum pene grauior excepit casus: delatus enim per uiua
saxa ad preceps & scopulosum litus inheserat sine ulla euadendi spe Sed subito ex
insperato e xorto libico undis a terra refluentib9 in pelagus est restitutus deinceps
non solum tranquilla sed etiam felix fuit nauigatio. Nam haud longius ab eo lo-
co profecti cernunt naues fractas in litore. Illic enim attriuerat uentus persecu-
tas eos triremes. Ingenti ergo preda ditati milites multis etiam ex hostib9 captis
sũma cũ leticia ad Cesarem peruenere. Preliis inde frequenter cõmissis in cũctis
inclitus erat Antonius. Bis cesaris milites in fugam uersos coegit sistere pugnaq;
restitura fudit hostẽ erat igit̃ de Antonio plurim9 ĩ exercitu post Cesarẽ sermo
Quãobrẽ sũmã illã pugnã & que cũcta in discrimen adductura erat: iniens cesar
quãti eũ faceret ostendit: dextero enim cornu sibi reseruato sinistrum Antonio cõ
misit ut omnium qui secum erant pugnacissimo. Post pharsalicam autem pugnã
cum cesar dictator factus persequi pompeium decreuisset Antonium cum tribu-
natu in Vrbem remisit. Est ea quidem potestas si presens sit dictator secunda sin
autem absit prima ac ferme sola: quippe dictatura ceteros omnes magistratus
dissoluit preter tribunitiam potestatem. Reuerso in Vrbem Antonio Dolobella
adolescens qui & ipse tribunus plebis erat nouarum rerum cupidus legẽ promul-
gauerat de ere alieno rescindendo rogauitq; Antonium utpote collegam & ami-
cum & popularem ut adiutor sibi esset ad legem ferendam. Intercedebant enim
Asinius & Threbellius. Eo tempore accidit ut grauis suspitio haberet Antoniũ
uxorem suam a Dolobella esse corruptam: quod cum ferre non posset: repudiata
uxore eademq; sorore: erat enim filia. C. Antonii Ciceronis college partes Asi-
nii & Rebelli suscepit aduersatusq; est Dolobelle Occupauerat ille forum per uim
legem laturus. Antonius autem Senatu decernente armis opus esse Dolobellam
inuadit: & plerisq; circa eum necatis tandem foro exturbat. Hoc quidem Anto
nii factum maxime animos plebis offendit bonis atq; honestis ciuibus propter tur
pem uitam odio erat. Semper enim inter aleatores scorta ebriosq; uersabatur: die
uino lustrisq; confectus edormiebat crapulam quã noctu per lasciuiam ingurgita-
uerat minorum nuptiis & ridiculorum spectaculis Fertũt illum in hippie mimi nup
tiis cenatum tantum uini per uniuersam noctem hausisse ut sibi postridie in contio
nem uocato necesse fuerit in conspectu populi romani euomere quodam ex amicis
togam subiciente. Erat etiam inter maxime familiiares sergius mimus & citha
ris quidam ex eadem palestra mulierculã amans Hoc comitatu antonius peragra
bat italiam lectica delatus aureas pateras ueluti in pompa circumferens. Duce-
bantur & leones ad redam ligati & q maxime homines torquebat honestissime
domus scortis & mimis pro diuersoriis tradebantur: per lucos atq; amnium ri-
pas prandia sumptuosissima parabantur. Habebat omnes non parua indignatio q

ceſare ipſo circa italiam belli reliquias perſequente & mille labores & pericula
noctu dieq; ſub-inte . Alius italiam per illum tam luxurioſe calcaret . Itaq; reuer
ſus ceſar Dol,belle ueniam dedit : & tertium conſul factus non Antonium ſed le-
pidum elegit collegam . Bona deinde . CN . Pompeii ſub haſta uedita mercatus
eſt Antonius. ſed exigi a ſe pretium moleſte ferebat . atq; ipſe hanc ob cauſam in
punico bello non fuiſſe quod parum ſibi uideretur in iis que prius geſſerat gratie
conſecutus . Videtur autē ceſar non negligenter errata caſtigando magna ex par
te eius nequiciam retudiſſe . Confeſtim enim illa turpi uita relicta uxorē accepit
fuluiam . C . curioni antea nuptam non muliebres artes doctam mulierem nec pri
uatum hominem ſuperare contendentem : Sed magiſtratus regere & imperanti-
bus imperare : ut ſibi magnas gratias deberet Cleopatra quod ita inſtitutum ab
ei Antonium accepiſſet ut uxoribus obnoxium eſſe didiciſſet . Hanc tamen mulie
rem Antonius ludis nonnunꝗ aggrediebatur : ut ſibi illa eſſet placatior & aliquid
remitteret ſeueritatis : ut tunc cum ceſari ex hiſpania redeunti proceſſiſſet obui
am inde crebro rumore perlato ceſarem interfectum eſſe hoſteſq; in italiam prope
rare : rediens in Vrbem Antonius famuli ueſte noctu domum uenit dixitq; ſe Ta
bellarium ab Antonio litteras ad fuluiam habere introducitur ad eam capite ob-
uoluto rogat illa priuſq; litteras accipiat : ualeat ne Antonius : Hic uero nihil re-
ſpondens epiſtolam porrigit : quam cum illa legeret flens erat enim ſcripta amato
rie caput aperuit : in collum inuaſit . Sed hec pauca ex multis poſuimus exempli
gracia : ceſari tandem ex hiſpania remeanti omnes primores ciuitatis ꝗ longe ob-
uiam proceſſere . Horum autem ceſar egregie preter ceteros ſūmo in honore rece
cepit Antonium . Nam cum per ytaliam curru ueheretur : una ſecum ſemper illū
habuit in eodem curru . Poſt illum uero D . brutus ſequebatur & . C . octauius
neptis ſue filius qui poſtea ceſar dictus eſt & plurimum tempus Romanis impe-
rauit . Quartum deinde conſul creatus ceſar . Antonium ſibi aſſumpſit collegam .
Inſtituerat autem ſe magiſtratu abdicare & in ſuum locum Dolobellam ſubſtitue
re qua de re etiam ad Senatum uerba fecerat . Sed indignatus Antonius inimicū
ſibi in magiſtratu adiungi uehemēter inuectus eſt in dolobellam nec pauciora tū
de ſe audiuit : itaq; infecta re Senatus dimiſſus eſt Deinde cum Ceſar in ſententi
am perſtaret & conſulem Dolobellam renuntiari iuſſiſſet : obiecit auguria Anto-
nius : effecitq; ut Ceſar ab incepto deſiſteret . Erat ſane in Dolobella non minus
nequicie ꝗ in ipſo Antonio . feruntq; aliquando cum quis Antonium Dolobellāq;
ad ceſarem ſubaccuſaret atq; illos in ſuſpitionem adduceret inſidiarum : reſpōdiſſe
Ceſarem non uereri eiuſmodi nitidos & comatos homines : ſed illos graciles & pal
lentes Caſſium & brutum deſignans . Sed illis quidem Ceſaris necandi pulcher-
rimam cauſam prebuit Antonius. Erat ſolemnis lupercaliorum dies Ceſar autem
triumphali ueſte amictus in roſtris ſedebat currentes Lupercos inſpecturus Cur
rant enim & nobilium iuuenum & eorum qui magiſtratum gerunt complures nu
di atq; uncti loris albis obuios ferientes In his cum eſſet Antonius contra conſue-
tudinem moremq; eius ludi ad ſellam in qua Ceſar ſedebat cucurrit diadema an-
nexum laurea corona oſtētans ſublatuſq; ab iis qui ſecuti erant capiti Ceſaris dia
dema impoſuit . Declinauit caput Ceſar reiecitq; diadema cum maximo totius p
r . plauſu . Rurſus diadema imponere conantem rurſus reiecit Ceſar cum ſūma
ſpectantium leticia . Quod quidem mirandum uidetur homines reuera ſub Rege
uiuentes nomen regium ut libertatis priuationem exhorruiſſe . Surrexit Ceſar e.
ſella turbato uultu & nudatum iugulum cuiq; obſerebat ad necem ſuſcipiendam
paratum ſe dictitans . Coronā tamen illā ſtatue ſue impoſitam cum tribuni plebis
abſtuliſſēt & ob eā rem ſūmo ſtudio a populo laudati eſſent Ceſar eos magiſtratu

priuauit Hec Brutum Cassium ceterosq; compulerunt ad Cesaris trucidandi cõ
silium . Qui in vnum cõgregati cum multa disposuissent : illud agitauere inter se
an ad eam rem perficiendam Antonius esset inuitãdus . Quod cum nonnullis pla
ceret contradixit Trebonius Inquit enim mentem Antonii iam antea tentauisse
eum Cesar ex hispania reuerteretur. Antoniũ uero non recepisse nec tamen unq;
ad Cesarem retulisse : sed tacuisse id fideliter . His uerbis in sententiam Trebonii
adducti iterum agitauere an una cum Cesare Antonium trucidarent . Sed & hoc
quidem prohibuit Brutus . censens eam rem quã pro legibus ac iure susciperent
carere omni iniuria oportere . At ueriti Antonii robur & magistrat9 insignia sub
ornant quosdam ex coniuratis : qui cum Cesar ingrediatur Senatum extra demo-
rentur Antonium negotio aliquo ex cõposito iniecto que omnia cum ita uti disposi
ta erant euenissent . mortuo in Senatu Cesare : primo quidem Antonius insignia
magistratus abiecit : & mutata ueste se occultauit . Deinde ut audiuit illos nemi
ni nocere : sed globo facto in Capitolium se recepisse egressus e latebris filium suũ
ad eos misit in Capitolium ut pro obside illum tenerent e Capitolioq; descenderẽt
Quo facto ipse quidem eodem die . C . Cassium ad cenam apud se habuit . Lepi-
dus autem Brutum . Postridie uero frequenti Senatu retulit de obliuione discor
diarum deq; prouinciis Diuidundis : cui quidem Senatus summo studio assensus
cum esset adiunxit & acta Cesaris rata manere . Celeberrima fuit illa dies Anto-
nio nec dici quidem possit quantam sit laudem iuditio omnium mortalium conse-
cutus . Videbant enim intestinum bellum per illius prudentiam sublatum esse : &
in rebus difficillimis ac turbulentissimis bono consilio ciuiliq; animo fuisse . Sed tñ
cito illum ab hac sententia deiecit principatus cupido : quem se post cognitã men
tem plebis haud dubie adepturum putabat si Brutus e medio tolleretur . Nam cũ
Cesarem ut mos erat in funere pro rostris laudaret : animaduertens multitu-
dinem oratione sua mirabiliter ductam admiscuit laudibus cõmiserationem : sti-
mulosq; animorum : & in perorando uestem Cesaris explicuit sanguine fedatã &
in plurimis locis cesam a gladiis & ea qui patrati fuerint impios scelestosq; uocans
tantum furorem multitudini iniecit ut corpus cesaris in foro cremarent subselliis
mensisq; undiq; ad piram raptis accensis facibus ad occisorum domos percurrerẽt
Ex hoc Brutus ceteriq; ex Vrbe migrarunt : cesaris uero amici ad Antonium se cõ
tulerunt : ad quem etiã Calpurnia uxor pecuniam a Cesare relictam transtulit :
& penes eum deposuit . Erat autem numerus quatuor milia talenta : accepit etiã
cesaris cõmentaria in quibus decreta indicataq; erant scripta . Ad hec Antonius
quod libitum fuit addens aliis magistratus dabat : aliis imunitates : multi Senato
res facti : pleriq; ab exilio reducti : & hec omnia faciebat quasi a Cesare antea de-
creta : quamobrem iocantes Romani eos omnes Charonitas appellabant . Nam si-
quid illis obiectũ erat continuo in mortui fugiebãt cyrographa . Hec & alia pre-
terea multa contra leges fecit Antonius . Ipse quidem consul . L . uero fratrẽ tri-
bunum plebis & . C . alterum fratrem pretorem socios habens . Dum hec Rome
geruntur . C . cesar adolescẽs heres a Cesare scriptus ex Appollonia rediit . Is pri-
mum ad Antonium utpote amicum paternum salutatum ueniens . deposite pecu-
nie mentionem habuit debebat enim Romanorum cuiq; dragmas . Lxxv . ex testa
mento patris . Hic Antonius primo iuuenem aspernari atq; insanũ dicere & boni
consilii bonorumq; amicorum expertẽ : si tam onerosam hereditatẽ adeundã putet
ac non potius abstinendũ . Sed cũ id persuadere nequiret adolescenti pecuniãq;
repeteret multa contra illum contumeliose dixit fecitq; . Nam cũ tribunatũ petẽs
Cesari sellam aureã patris sui posuisset : minatus est Antonius in carcerem illum
ducturũ nisi desineret plebem sollicitare . His rebus adductus cesar ad Ciceronẽ

se contulit eiq; se totum permisit per quem cum Senatum sibi conciliasset ipse aũt
plebem amplexaretur & ueterani milites undiq; ad eum concurrerent metuens
Antonius per cõmunes amicos in gratiam rediit: congressu ad uicem in capito-
lio habito. Et nocte dormientem Antonium terribilis uisio excitauit. Visum est
enim eius dexteram fulmine de celo feriri nec multo post nuntiatũ est illi Cesarẽ
insidias tendere: qua de re cum Cesar se purgaret: nec tamen persuaderet rursus
inter eos ardentissime inimicitie exorte sunt. Hinc discursiones per italiã ab utro
q; facte: ueterani premiis utrinq; allecti legionesq; sollicitate. Inter hec. M. Cice
ro ea tempestate ciuitatis princeps omnes mortales in Antonium concitabat. Eo
auctore Antonius tandem hostis est iudicatus Cesari falces decreti causa & Hir-
cius qui tum erant consules contra Antonium missi. Hi circa Vrbem Mutinam
prelio cõmisso presente Cesare atq; adiuuante. M. Antonium fuderũt fugarũtq;
sed ipsi ambo interierunt. Ex hoc bello fugientem Antonium cum multa alia gra
uissima exceperunt: tum maxime rerum edendarum penuria. Verũ ei natura da-
tum erat ut in rebus aduersis difficilimisq; sese ipse uirtute superaret: & quanto
magis fortuna premeretur tanto bono uiro efficeretur similior. Itaq; dum alpes
transcenderet mirabile erat exemplum militibus suis hominem tanta luxuria tan
tisq; deliciis modo effluentem aquam corruptã faciliter bibere: radices & fruct9
siluestres cibum habere: edebant etiam arborum cortices & animalia quedam ã
id tempus ingustata. Causa itineris erat ut transalpino exercitui se coniungeret
cui lepidus imperabat. M. Antonii familiaris & in Cesaris amicitiam magna ex
parte per Antonium receptus. Vt igitur in ea loca peruenit ubi Lepidus cum ex
ercitu erat haud procul ab eo castrametatus expectabat siquid opis aut auxilii af
fereretur. Quod cum frustra prestolari se animaduerteret lugubri ueste assump
ta & barba post pugnam promissa & crine miserabiliter neglecto ad castra Lepi-
di q; proxime accessit ibiq; cõtionari cepit. Mouebat non paucos miserabilis habi
tus & maxime supplex oratio flectebat animos: quod cum sentiret Lepidus tubas
canere iussit ut pre illarum clangore uox Antonii nequiret exaudiri. Ob id factũ
magis etiam ad misericordiam flexi milites Lelium quendam & Clodium mere-
tricio habitu emittunt qui iubeant Antonium castra expugnare aggredi permul-
tos esse intus qui se offerant paratos eum recipere & Lepidum si ita iuberet tru-
cidare. flumen quoddam propter castra Lepidi fluebat contra eum locum Anto
nius copias suas postridie adducit: & primus omnium ipse flumen ingressus ad
aduersam ripam contendit. Iam & enim milites lepidi frequentes ex eo loco An-
tonium uocabant uallumq; prostrauerant Ingressus igitur castra rerum omnium
potit9 humanissime Lepidum conuenit: patremq; salutauit: & cum re penes eũ
summa potestas esset: Lepido tamen imperatoris nomen honoremq; seruauit: Ea
res effecit ut & Plautus Munacius qui & ipse circa ea loca exercitum ductabat
Antonio se coniungeret. His rebus elatus Antonius uitio quodam ex familiarib9
cõpotoribusq; suis cum sex legionibus in presidio Gallie relicto ipse in ytaliã rediit
decem milia equitum & .xvii. legiones peditum secum agens. Cesar autem a Ci-
cerone quẽ uidebat tota mente ad libertatem. r. p. intentum desciuit Antoniũq;
ad reconciliationem uocauit. Conuenere hi tres duces in insula quadam flumine
circumabluta ibiq; per triduum cõrrorati de diuisione imperii deq; ceteris rebus
agitauere Verum ut cetera facile transegerunt sic magna dissentio concertatioq;
exorta diu tenuit deliberantes de ciuibus necandis singulis amicos seruare cupien
tibus & inimicos necare. Tandem inimicorum odio & iura cognationis & amici
cie caritas abiecta. Cesar Antonio Ciceronem Antonius Cesari. L. Cesarẽ auun
culum concessit necandum a. M. Lepido Paulus frater ad necem concessus uel

ut quidã aiunt sponte destinatus. Nil reor unq̃ crudelius fuisse aut tetrius factũ
homicidia homicidiis permutantes quos acceperant quos tradebant mactantes
sed ĩ amicis magis iniurii quos sine ullo odio trucidabant. Hanc inter duces : mi-
citiam censuerunt milites affinitate firmandam : data Cesari uxore Clodia Ful-
uie filia : Antonii priuigna. His ita dispositis ad exequenda ea que decreuerant
contendunt. Trecenti ab his ciues ex proscriptione trucidati. Ciceronis caput
ac dextera manus qua illas Antonianas orationes scripserat iussu Antonii abscisa
que cum ad se delata essent aspexit diu sũma leticia exultans ubi oculi saciati sunt
illo spectaculo iussit per contumeliam in rostris deponi : quasi uero illum iam mor-
tuum contumelia afficeret : ac non potius seipsum ac fortunam suam indignã ostẽ-
deret : que ad tantam potentiam nefarium hominem prouexisset. L. autem Ce-
sar cum milites ad eum necandum missi essent fugit ad Iuliam sororem. At cum
carnifices eo quoq̃ uenissent & in cubiculum prorumpere uellent stans illa pro fo-
ribus ac ui resistens clamitabat magna uoce nunq̃ illis facultatem. L. Cesaris ne-
candi futuram. ni prius ipsam necarent que Antonium peperisset. His illa tunc
rebus fratrem tutata est. Erat hec trium uirorum dominatio omnibus infensa &
grauis. cuius rei culpa omnis in Antonium referebatur : nam & Cesare maior na-
tu erat & Lepido potentior & ad suos mores uitamq̃ illam uoluptariam ut pri-
mum per bellum licuit redierat. Accedebat ad hec quod domũ magni Pompeii ha-
bitabat hominis non minus institutis domesticis moribusq̃ ad mirandi q̃ tribus
triumphis. Tunc uero dominante Antonio legati duces magistratusq̃ reiecti p
foribus expectabant. His porte clause non permittebant aditum. Intus uero alea-
torum mimorum adulatorum gregis rapinas Antonii diuorantes. Nõ satis erãt
ad sumptus proscriptorum bona. nec omne uectigalium genus exactum. Itũ est
ad uirgines uestales : rapte pecunie apud edem deposite : uxoribus etiam propin-
quisq̃ necatorum ciuium bona per calumniam adempta : nec tamen hec satis erãt.
Quamobrem indigne passus Cesar tantam prodigalitatem diuisionem pecuniarũ
cum Antonio fecit. Diuiso etiam exercitu contra Brutum & Cassium in Macedo-
niam profecti sunt. M. Lepido cum presidio Rome relicto. ut igitur in Macedo-
nia bellari ceptum est : nihil unq̃ preclarum a Cesare factum omnia per Antoniũ
gesta. Prima quidem pugna uarium habuit euentum : ut ab utraq̃ parte dextrũ
cornu superaret. Cesar a Bruto contra quem instructus erat profligatus : castra
quoq̃ ãmisit : uixq̃ manus hostium effugit : ut ipse in cõmentariis suis scribit som-
nio cuiusdam ex familiaribus admonitus Cassius in alio cornu ab Antonio uictus
cum ignoraret Brutum uicisse a Pindaro liberto uolens mandansq̃ occiditur. Seri-
bunt tamen nonnulli Antonium abfuisse cum milites sui contra Cassium pugnaue-
re. Post paucis uero diebus iterum pugnatũ est in ea pugna uictus Brutus mor-
tem sibi consciuit Antonio uero integra uictoria parta utpote qui Cesare egrotan-
te uicerat in ea pugna Antonius cum Bruti corpus inuenisset pauca de. C. fratris
nece conquestus : quem in Macedonia captum Brutus Ciceronis manibus macta-
ri fecerat : & postremo se magis id Hortensio q̃ Bruto imputare testatus : purpu-
ram ex suis preciosissimam cadaueri superiecit. & liberto cuidam ex suis manda-
uit sepeliendi curam. Hunc tamen Libertum cum postea comperisset purpuram
cum corpore nõ sepelisse magnamq̃ partem pecunie ad sepulturã date subtraxisse
summo supplicio affecit Antonius. Confecto bello Cesar quidem grauissima uali-
tudine ita ut parum superfuturus speraretur Romã reductus est. Antonius uero
ad cogenda stipendia que militibus solueret cũ exercitu contendit. Pollicitus enim
erat cuiq̃ militum quinq̃ milia dragmarum : eratq̃ opus grandi pecunia ad ea p-
soluenda. Primo igitur in greciam profectus non grauis neq̃ infestus hominibus

erat sed ad doctorũ hominũ disputationes ad theatra ad ludos se totum conuerte, rat in iudicãdo mitis in largiendo magnificus & amator grecorũ maximeq; Atheniensium uocatus gaudebat: per multa ab illo dono Atheniensibus data: nõnulla etiam ceteris ciuitatibus. Megarenses uero cum cuperent aliquid ciuitatis sue magnificum ostendere per emulationem Athenarum rogauerunt Antoniũ ut ad eorum curiam uisendam accederet: quo cum ille uenisset interrogatus ab eisdem qualis illa curia sibi uideretur: Pusilla mihi inquit & insuper disiecta. Templum etiam phytu designauit quasi consũmaturus. hoc enim Senatui fuerat pollicitus L. deinde Censorino grecie prefecto ipse in Asiam transit. Ibi cum Reges undiq; ad eum concurrerent & Regine donis ornatuq; certantes sese ac formã suam Antonio offerrent: corruptus extemplo animus in consuetum morbum recidit uoluptatum: Anaxanores citharedi & utiq; Tibicines & Metrodorus quidam saltator & eiusmodi asiaticarum illecebrarum turba mira festiuitate & gaudio in calamitates Romanas insiliebant: nec quisq; iam se continere poterat omnibus ad uoluptatem conuersis. Vniuersa enim Asia non secus ac Sophoclea illa ciuitas plena uaporibus suauissimis erat: ubiq; cantus audiebantur: ubiq; serta exalabant festiua. Quippe cum Ephesum ingrederetur mulieres uniuerse in bacchas uiri omnes & pueri in satiros & patres se formarunt. Edera thirsis psalteriis plena ciuitas Dionisium charidotem Melichium uocabant Antonium: & erat profecto talis erga quosdam: ceteris uero ferus atq; imanis. Nam & nobiles spoliabat fortunis omnibus & eas perditis hominibus assentatoribusq; donabat. multis preterea uiuentium bona quasi mortuorum hereditatem concessit: domum magnatis cuiusdã largitus est coco suo q cenam bene parauisse uisus erat. Secunda tandem uectigalia cum Asiaticis imperaret Hibreas quidam qui ciuitatum causam susceperat ita cũ Antonio agere ausus est Si potes inquit o Antoni eodem anno bis uectigal exigere illud etiam efficere posse te decet: ut bis estatem habeamus: bisq; autũnum festiuum Hoc quidem & a mente Antonii non abhorrens. Deinde cum inseruisset ducenta milia talenta sibi asiam exoluisse efficaciter nimium adiecit hec uerba Siquidem hec tanta pecunia ad te delata non est: ab iis eam repetas qui a nobis exegere. Sin autem ad te delatam iam consumpsisti nulla nobis spes reliqua perimus. Hac ratione maxime flexit Antonium Ignaro enim illo plurima gerebantur a suis neq; id tantum negligencia quantum simplicitate quadam ac nimia fide contingebat. Erat illi simplex ingenium: tardeq; errata sentiens: ubi tamen senserat permagna mentis mutatio ac apertissima contra eos qui errauerant indignatio: magnitudo animi cum ad premia & ad penas excellens ad premia tamen propensior. Dicacitas autem ĩmodica & pene scurrilis procacitas. Sed hec secum habebant medicinam: licebat enim impune iisdem rebus contra illum uti: nec facile erat discernere ludens ne an delusus magis gauderet: & ea quidem res non parũ afferebat calamitatis: homines enim in iocando lacescendoq; aduersus eum libertate freti perfacile in magnis rebus assentando blandiendoq; illum capiebant minime in ipsis quicquam tale suspicantem. Ita uel moribus uel natura instituto Antonio suprema clades Cleopatre amor inuicta siqua adhuc uicia in eo latebãt detexit atq; intendit. siquid aut salutis aut uirtutis supererat id idem amor penitus deleuit captus est autem hoc modo. Cum se uertisset ad Parthicum bellum Dellium quandam ad cleopatrã misit: iubens illã ad se in Ciliciã uenire iuditiũ subituram quod C. Cassium opibus iuuisse: ac per multa ad bellum contulisse accusaretur. Ad quã ubi Dellius peruenit uisa mulieris forma & lingue elegantia & sermonis calliditate opinatus id quod erat nihil mali ab Antonio eiusmodi mulieri impendere: sed contra magnã illi potentiam apud Antoniũ fore: uertitur ad obseruantiam

cultuq́ mulieris: moneto Homerico uersu ut proficiscatur ad iudicium q̃ maxi
me ornata : nec formidet Antonium mitissimum & humanissimũ ducem. Illa aũt
Dellio assensa : atq́ iisdem rebus Antonium capi posse confisa : quibus ante Cesar
& .CN. Pompeii filius capti fuissent. Illi enim adolescentulam adhuc & rudem
Cleopatram cognouerant nunc autem ea etate ad Antonium proficiscebatur : qua
maxime solent mulieres & florere forma & consilio uigere : parat dona pecuniam
ornatum qualia magnacum rerum dominam ex felicissimo regno ferre decebat.
Plurimum tamen spei erat sibi in seipsa & in suis ueneficiis philtr.q́ Per litteras
igitur Antonii ceterorumq́ accersita in tantum hominem ruditiumq́ contempsit
ut incredibili pompa per Cidnum amnem nauigaret. Erat enim aurea puppis:
uela autem purpurea pandebantur : remi argentei ad fistule tibieq́ modos agita-
bantur. Ipsa uero regina sub tentorio aurato requiescens ad similitudinem uene-
ris ornata erat. Pueri utriq́ collocati pictis cupidinibus per similea. Puelle insig
nes Nereidum & gratiarum scolis partim gubernaculis incumbebant partim ru
dentibus ãnitebantur. Ancille mirabili habitu omnes ripas fluuii complebant ua
poribus. Currebatur undiq́ ad eiusdmodi spectandum : ieratq́ per omnes fama
uenerem pro utilitate Asie baccbum illudere. Vacue factum est forum omni mul
titudine ad uidendum diffusa. Antonius deniq́ pro tribunali sedens pene solus re
lictus est Misit igitur qui illam ad cenã inuitent : ipsa autem censebat apud se po-
cius Antonium cenare debere. Statim igitur ut facilitatem quandam & humani-
tatem pre se ferret Regine paruit cenauitq́ apud illam : quo in loco mirum ĩmo-
dum stupefactum aiunt esse Antonium. Tantos enim apparatus offendit quãtos
nunq́ fuerat arbitratus : maximeq́ admirationi fuit multitudo luminum. Tanta
enim undiq́ eluxisse ferunt : tam mira inter se arte disposita atq́ ornata ut id qui-
dem uel inter rarissima pulcerrimarum rerum spectacula putaretur. Postridie
uero cum apud se regina cenaret certauit Antonius magnificentia simul ac diligẽ
cia Egiptiam anteire : sed in utraq́ superatus ipse primus ariditatem cene sue ru
sticitatemq́ cepit illudere Regina autem dicacitate hominis animaduersa cum ui-
deret illum castrensi quodam sale & facetus uulgaribus maxime duci : posito iam
timore cepit & ipsa eodem genere iocandi contra Antonium uti. Atqui Cleopa
tra forma ut ferunt ipsa quidem per se non nimium erat efficax ad mẽtes aspitien
tium capiendas nec qua homines pre nimia admiratione stupescerent. Verũ adeo
suauissimi mores tanta in loquendo facundia : tam iocundissima cõuersatio: ut his
rebus adiuta forma uniuersos arripere. Pronuntiabat dulcissimo oris sono linguã
q́ suã uelut instrumentũ aliquod plurium cordarũ ad quamcunq́ libitum fuerat
gentem conuertebat promptissime. Paucis nationibus per interpretem loquebaẽ
plurimis per se ipsa respondebat uelut Ethiopibus Trogloditis. Hebreis Arabi-
bus Siris Medis Parthis & preterea multis : cum ante illam Egipti Reges uel
ne Egiptiam quidẽ didicissent uel Macedonicã reliquissent Ab hac itaq́ muliere
Antonius usq́ adeo raptus est ut fuluia uxorem contra Cesarem in Vrbe pugnan
te Parthis uero duce Labieno Sirie imminentibus ipse expers cure ueluti hec res
nihil ad se pertinerent : in Alexandriam Reginam sequeretur: & ibi preciosissimã
rem ut inquit Antipho tempus desidia otioq́ cõtereret. Erat eis uita quã inimita
bilem appellabant mutuis se conuiuiis accipientibus & omne prodigalitatis gen9
excedentibus. Equidem ex Lampria auo meo audiui narrasse sibi Philotam Am
phissiũ medicũ qui per id tẽpus studiorũ causa Alexandrie fuerat. Aiebat enim
Philotas se a quodam ex Antonii coquis quo cum forte familiaritatem habebat :
ductum esse in eum locũ ubi epule Antonio parabantur uidisseq́ illic & alia cõplu
ra & apros octo : se autẽ admiratum magnitudinẽ epularũ quesisse quantus esset

conuiuarũ numerus : risisse hic coquũ dixisseq; nõ multo esse conuiuas sed circiter
duodecim. Ceterũ oportere ita queq; suũ tempus habere ut ne momentũ quidem
desit uel superfit : trahi autem sepe cenam ab Antonio sermone interpellante uel
potu : nullamq; cõiecturã esse temporis & ea de causa non unam sed multas cenas
apparari. Post haud sane multum spacii uenisse aiebat cum ministris Antonii fili
um quem maiorem natu ex fuluia habebat : neq; enim apud patrem cenabat : & ce
nasse aiebat una secum humanissime : inter ceteros familiares. Sibi igitur illic di-
sputanti & cõmessatores multis argutiis fatiganti : hoc sophisma ab Antonii filio
obiectum fuisse febricitanti quodam modo danda sunt frigida. omnis autẽ febri
citans quodam modo febricitat : cuiq; ergo febricitanti danda sunt frigida. Hic
cum ipse dubius sileret letatum puerum risisse atq; ita dixisse. Ego tibi philota
hec omnia dono ostendens permulta & magna pocula quibus omnis mensa erat
refecta. Illo uero dona acceptante sed tamen minime arbitrante puero tanta do-
nare permissum esse. cum postea quidã ex ministris pocula hec in uase cõiecisset
sibiq; offerret ipse aũt repelleret uerereturq; accipere dixisse puerũ aiebat O inep
te Philota quid ambigis an nescis eũ qui dat filium esse Antonii. Sed age pro his
omnibus si ita placet pecuniam accipe ne quod forte ex his desiderat pater : sunt
enim pleraq; antiqua & egregii operis nobis ut dixi auus noster narrabat ex Phi
lota audiuisse Cleopatra autem non quadrifariam ut inquit Plato sed multifariã
blanditiis adorta seu studio seu ioco res ageretur nouis semper irritamentis nite-
batur quibus magis posset mens Antonii capi. Semper nocte dieq; erat parata
seu ludere seu potare seu uenatum ire placeret exercentem se Antonium uisebat
in armis nocti per Vrbem uagantem in ancille habitu sequebatur quando & ipse
famuli ueste solitus erat uagari : & domos popularium obsidere & inquilinos per
fores illudere unde non solum conuitia sed etiam uerbera persepe reportabat. Hec
quãq; uulgo odiosum esset gaudebant tamen Alexandrini : dicebantq; tragica qui
dem persona aduersus Romanos comica autẽ aduersus Egiptios Antonium uti
Vnum ex suis iocis narrare libet : nam plures referre uanum esset. Cum piscaret
aliquando Antonius nihilq; capere posset : presente Cleopatra angebatur : Iubet
igitur piscatores clam submersos : hamo quem dimiserat pisces antea captos appẽ
dere per hunc modum bis uel ter preda capta non latuit Egiptiam. Admirari illa
primo ficte narrare : deinde amicis rogare ut spectatores fierẽt eius miraculi. Cõ
ueniunt frequentes postridie scaphas conscendunt dimittit hamũ Antonius pisca
turq; non insolita arte. Regina uero cũ bis aut ter celeriter Antonius iam pisces
traxisset quendam ex suis preuenire iubet : hamoq; Antonii piscem sale & fumo
iam olim seruatum affigere Antonius predam a suis appensam ratus harundinẽ
sustulit admirati primo omnes inde re cognita uehementer ridere. Tunc Cleopa
tra comiter : relinque imperator inquit calamũ nobis canopeis & pharius Regibꝰ
Non enim hec tua preda sed Vrbes littora reges nationes. Eiusmodi rebus inten
to antonio duo nuntii eodem tempore afferuntur : alter quo certior factus est. L
fratrem & Fuluiam uxorem primo inter se dissidentes : deinde cum Cesare pug-
nantes ãmissis rebus italia esse pulsos. alter Labienum Parthorum ducem omnẽ
Asiam ab Eufrate & Siria & Lidiam & ioniam occupasse nuntiabat. Tandẽ igiť
uelut e somno & crapula experrectus : usq; ad phenitiam contra Parthos processit
inde per litteras fuluie reuocatus ad italiam cum Ducentis nauibus se conuertit
Inde cum plerisq; ex amicis : qui Vrbe fugati erant fierent sibi obuiam : cognoscit
ab his omnem discordiarum causam a fuluia esse ortam. Erat enim natura ferox
atq; impigra putabatq; fore ut Antonius a Cleopatra distraheretur siquis rerum
motus in italia esset Verum illa cum ĩ Asia nauigaret in Sitione mortua est : que

res effecit ut in spem uenirent amici inter Antonium & Cesarem posse pacē fieri
Nam cū in italiam appulisset Cesarq; manifestissime fateret͂ nihil se habere quod
Antoniu quidem succensere posset :que uero sibi obiicerentur omnium crimen in
Fuluiam referret intercesserunt amici bellumq; prohibuerunt . Diuisum deinde
inter illos imperium est :ita ut terminum facerent Ionium mare : Omnis ad oriē
tem tractus Antonio ad Hesperiam Cesari concessus . Lepido autem Africa per
missa .Consulatus uero quotiens ipsi nollent amicis cuiusq; pro portione concedi
placuit. Videbantur hec federa maioris cuiusdam uinculi indigere q̄ cōmoditatē
fortuna prebuit Cesaris erat soror Octauia maior illa quidem natu : nec ex eadē
matre :ex Ancharia enim erat genita :Cesar ex Accia . Hec mire virtutis femina
micum inmodum colebatur a fratre . Tunc autem. C ·Marcello cui nupta fuerat
mortuo lugebat . Idem putabatur facere Antonius mortua Fuluia. Quamq; enim
Cleopatram habere num inficiaretur : negabat tamen coniugium esse nec in hoc
vno quidem ratio succubuerat amori . Censebant igitur omnes Antoniu dandam
esse Octauiam :sperabantq; fore ut hec mulier forma moribus ingenioq; prestāti
vna cum Antonio uiuēs & ab eo ut decens erat amata omnium rerum quies esset
& salus . Hoc cum ambobus placeret :reuersi in Vrbem nuptias firmant ex Sena
tus decreto :neq; enim per leges licebat ante decimum mensem a viri morte . Pla
cuit deinde ut cum sexto Pompeio pacem firmarent . Tenebat Sextus ea tempe
state Siciliam :& predatoria classe cui Mnas pyrata preerat italie oras & omne
circum pelagus infestabat :Vsus tamen fuerat magna humanitate in Antonium
suscepta illius matre que vna cum Fuluia ex Vrbe profugerat . Congressum igit͂
cum Sexto habuerunt in aggere quodā Messane quem naues Pompeii ex altera
parte circumstabant :ex altera Antonii & Cesaris milites :federa cum Pompeio
facta ut ille Siciliam & Sardiniam haberet :tutum autem mare a piratis presta-
ret :certum modum frumenti Romā mitteret . Post hec se mutuo ad cenam inui
tant Pompeio forte euenit :ut primū apud ipsum cenaretur . Interrogatus autem
ab Antonio ubi nam cenaturi essent :illic inquit Sextus ostendens preturiam na-
uem que erat sexremis :Illa enim est inquit paterna domus Pompeiu relicta Hec
ait in Antonium cauillatus :qui domū suā Rome occupauerat. Iactis itaq; ancho-
ris & ponte quodam ex aggere in nauem facto suscepit eos magnifice : feruente
illic conuiuio & in Cleopatram & Antonium feruentibus iocis Mnas pirata ad-
herens Pompeiu ita clam ad eum locutus est . Vis re inquit Sexte anchoras sucti
dam & te nō Sardinie neq; Sicilie sed Romani imperii faciam dominū. Hic Pom
peius cum paulisper secum agitasset oportuit inquit o Mna hec per teipsum me
inscio fecisse :nunc uero quod est eo contenti simus periurare enim nequaq; in eū
Inde cum apud Cesarem Antoniumq; cenasset in Siciliam redit Antonius simu-
lat res cōpcsita fuerat :Ventidium cum exercitu ad reprimendos Parthorum im
petus premisit Ipse autem cum in italia remansisset :essetq; pueris Cesaris sacer-
dos iuuenis gratia constitutus. Ceteri quidem omnia cōmuniter & amanter & sū
ma concordia inter se agebant :uersi in ludis quos certatim inibant non medio cri-
ter angebatur Antonius q; semper Cesar esset superior. Erat cū Antonio quidam
ab Egipto magus is uim nature Antonii contēplatus . seu reuera id cognosceret
siue quod Cleopatre gratia fingeret ita ad antoniū dicere solebat . Fortuna quidē
tua o Antoni ipsa per se splendidissima est & āplissima. Verū cū Cesari adheret cō
tinuo obscuratur & decidit . Tuus enim demon illius geniū reformidat & cū cel
sus atq; alacer per seipsū sit ub huius tñ uicinitatē humilis fit & abiectior :equidē
te moneo ut abesse uelis q̄ procul ab hoc adolescente . His autē ab Egiptio dictis
omnia uidebant fidē facere. Nam siue sortibus siue talis in re quacunq; decertarēt

semper uictor Cesar uictus autẽ erat Antonius. Sepe pugnaces gallos: sepe con turnices certatim imittentibus semper Cesaris uincebat partes. Quibus rebus occulte licet turbatus Antonius nec Egiptum iam aspernatus mandata Cesari re rum suarũ cura ipse ex italia migrauit. Octauia uxore ex qua iã filiolã susceperat usq; in gratiã comitante: ubi cũ Athenis hiemaret: afferunt letissimi nuntii Ven tidium profligatis Parthorum copiis Labienum & Erampatem bellacissimũ Hy rode ducem occidisse. Ob has res epulum grecis ab Antonio datum: & ludi per Vrbem instituti quibus ipse Antonius positis magistratus insignibus prefuit & assumptis adolescentibus una cum illis saltauit: inde ad bellum proficiscens sertũ excerpsit ex sacra oliua & ex clepsidra uas aque plenum secundum quoddam pre ceptum secum tulit. Interea Pacorum Regis filium cũ magnis Parthorũ copiis in Siriam irrũpentem Ventidius in Cirastica deleuit: qua in pugna cum ipse Pa corus cum ingenti suorum strage cecidisset: tanta formido parthis iniecta est ut intra Medie & Mesopotamie fines sese omnes reciperent: nec ultra auderent pe dem efferre: tribus continuis pugnis sũma ui superati & pro. M. Crasso mortuo penam abunde passi. Hoc quidem Ventidii bellum inter inclita Romanorũ facta cõnumeratur: quanq; ipse ueritus Antonii inuidiam ulterius uictoria uti destitit & Parthos conturbatos ac disiectos prosequi. Ad eos autem qui defecerant con uersus inditionem redegit: & Anthiochum cõmagenem in Samosatis Vrbe obse dit: qui cum mille talenta se daturum polliceretur & iussa ultro facturum iussit Ventidius legationem ad Antonium mittere: nam is iam prope aderat: nec per mittebat Ventidium rem cum obsessis transigere ut saltẽ hoc unum suum & non Ventidii factum diceretur. Quod ubi obsessis negatum est: ob desperationem in audatiã uersi diu Antonium nequaq; oppugnationi intentum tenuere: eoq; rem adduxere ut penitentia ductus Trecentis dumtaxat talentis turpiter acceptis ab oppugnatione desisteret. Paucis deinde rebus per Siriam compositis Athenas rediit Inde Ventidium ut decuit laudatum atq; donatum Romã ad triumphum remisit Hic solus usq; ad nostram etatem triumphauit de Parthis homo obscuro loco natus: sed celsi animi & magnarũ rerũ cupidus: qui ea de causa in amicitiam Antonii receptus talem se prebuit in rebus gerendis ut confirmaret id de Anto nio & Cesare dictũ multo melius succedere super alios q̃ si per se ipsos bella ge rerent. Nam & Cassius ab Antonio in Siriam missus preclare rem gessit & Cani dius ab eodem circa Armeniam relictus ea subacta & insuper Hiberorum & Al banorum Regibus prostratis & Caucasum adusq; profectus gloriam & nomen antonii Barbaris nationibus formidolosum fecit. Rursus quibusdã calumniis cõ tra Cesarem irritatus. trecentis nauibus in italiam properauit qui a Brundusinis non receptus cum Tarentum appulisset Octauia: nam & ipsa cum antonio ex gre cia nauigarat: multis precibus impetrat ut fratris adeundi faciat sibi potestatem Erat illa eo tempore pregnans: & alterã iam filiã ex antonio pepererat: que ueni enti Cesari obuiam progressa: & ex eius amicis agrippa & Mecenate in unum uo catis multis lacrimis deprecata est: ne ipsam uelit ex fortunatissima mulierũ mi serrimã facere. Hunc enim omnes hoĩes admirari duorũ imperatorũ alterius con iugem alterius sororẽ. Sin uero peiora uincant prelioq; cõmitatur ipsis quidem duobus incertũ esse uter uictor futurus sit: uter uictus sibi autẽ utrũlibet sũmam miseriã afferre: itaq; non ambiguũ sed certũ malũ impendere His uerbis cõmot9 Cesar pacifice Tarentũ accessit. Fuit operepreciũ ingentes copias terra mariq; cernere sũma pace utrinq; quiescentes in medio autẽ amicorũ complexus: & mu tuam uerborũ caritatẽ. Cenauit prius Cesar apud antoniũ in hoc quoq; Octauie amorem gerens. Cum deinde conuenisset ut Cesar duas legiones antonio daret ad

Parthicum bellum Antonius autē Cesari rostratas centū. Octauia seorsum petiit fratri a uiro. xx. Mioparones: mille milites uiro a fratre prestari. Hec ubi cōposita sunt confestim Cesar contra Sextum Pompeium ducit exercitum. Antonius uero deposita in Vrbe Octauia una cum suis & Fuluie liberis ipse in Asiam traiecit. Inde enim in Siriam uenisset: grauissimū illud malum quod diu iacuerat a melioribus consiliis superatum rursus se extulit: uiresq; resumpsit. effreni ut inquit Plato cupiditate animi aduersus honestos & salutares monitus rationis calcitrante. Capitoni Fonteio negocium datur ut Cleopatram in Siriam adducat que cū illuc uenisset sūma apud Antonium gratia accepta capit dona non parua nec contenendum regni sui additamentum: sed Pheniciā & Siriam Celen & Ciprum & magna ex parte Ciliciam item Iudeam que balsamū producit & omnem Nabateorum Arabiam que ad occeanum uergit. Hec dona Cleopatre perinq; tolerūt Romani atqui multa regna & Tetrarchias priuatis hominibus Antonius dedit: multi etiam reges ab eodem spoliati sunt & fortunis omnibus exuti ut Antigonus iudeorum rex quem securi percussit: quod nulli ante id tempus contigit regum. Pre ceteris tamē flagiciis inuisi erant Cleopatre honores. Augebat inuidiā hāc q cum uno partu duos filios ex illa suscepisset & alterum Alexandrū alterā Cleopatram nominasset cognomenta huic soli illi lune adiunxit. Ipse tamen Antonius rem turpem uerbis exornans sic solitus erat predicare, amplitudinem romani imperii non per ea que acciperent sed per ea que donarent apparere prole autē multorum regum nobilitatem propagari: ita auctorem suū ab Hercule natum. Neq; enim Herculem in uno atq; eodem utero omnē suam prolem infudisse Neq; Solonis leges aut Cyassei penas ueritum esse sed amplam ex se stirpem successionemq; nature cupiuisse relinquere. Post hec cum Phraortes Hirode filius trucidato patre regnum occupasset: multiq; Parthorum profugissent. Muneses quidam uir nobilis ac domi potens solo patrio extorris ad Antonium confugit Antonius Themistodi illum similem ducens se autem potentia ac munificentia Persarum regibꝰ parem arbitratus tres ciuitates Partho largitur: Larissam Arethusam Hierapolim quā Camiricem ante appellabant. Sed Parthorum rege Munesem reuocante benigne illum dimisit Antonius ratus Phraortem subducere: ut pacis spe duceretur. signa & captiuos qui de Crassi supererant clade reposcit. Ipse autem Cleopatra in egiptum remissa per Armeniam Arabiamq;: profectus copias undiq; cōtraxit nec solum proprias sed etiam sociorum regum: erant isti cōplures. Amplissimus tamen omniū & potentissimus Artauades armenius: qui. xvi. milia equitū & peditū. vii. duxit Illic cū copias suas censeret Antonius cōperit romanoꝝ peditum milia. lx. & his auxilia equitum adiuncta Hispanorum & gallorum. x. milia ceterarum nationum equitum peditumq; simul trecenta milia. Hee tante copie tantiq; rerum apparatus ob quas & trans bactram indus expauit & tota simul contremuit Asia nullius usus Antonio per Cleopatram fuere. Quippe dum properat ut ad illam reuertatur ut cum illa hiemet non expectauit gerendi tempus sed intempestiue aggressus perturbauit omnia. Magicis enim carminibꝰ & amatoriis poculis deuincta mens amissa libertate propria in cleopatre uultu herebat infixa longe redeundi q̄ uincendi cupidior. Pompeio quidem cum oporteret in Armenia hiemare & requiem prebere militibus octo milium stadiocū uia defessis & anteq; Parthus copias ex Hibernis educeret ineunte uere Mediam occupare non tulit ille moram sed confestim Armeniam ad leuam capiens antropatenā regionem uastauit. Deinde cum trecentos uehiculos haberet qui machinas ferebāt ad oppugnandas urbes pernecessarias in quibus aries erat octaginta pedū quibus corruptis nulla spes erat reparandi utpote omni ad orientem plaga materias

minime generosas procreante dum celerior esse cupit quasi impedimenta celerita
tis post se deseruit Taciano quodam qui curribus preesset cum certa manu militũ
ad custodiam relicto. Ipse autem phraarta urbem magnam ubi & filii & uxores
erant Medorũ regis obsedit. Ibi mox re ipsa redarguente cognitum est quantus
error fuerit in machinis relinquendis. Nam cũ illis careret aggerẽ sũmo labore
extollere coactus anxie perficiebat. Dum hec apud phraarta gerebantur phaor
tes Parthorum rex cum magnis copiis descẽdens ut audiuit machinas ab antonio
relictas partem suorum militum ad eas misit. Ab his circumuentus Tacianus ob
ruitur decem milia cum illo cesa capti autem complures in quibus & rex polenio
fuit machine uero omnes a uictoribus incense. Ea res ut debuit cunctos Antonia
nos milites minime quicq̃ tale in principio expectantes uehementer turbauit. Ac
cessit quod Arthauades armenius qui eius belli capescendi causa inprimis Anto
nio fuerat quasi desperatis rebus cum suis copiis se subtraxit romanosq̃ deseruit
Hostes his successibus elati manifeste prodire audebãt munitiones Antonii adire
minis contumeliisq̃ lacessere. Antonius igitur optimũ factu ratus militem edu-
cere ne quiescendo & suorũ animos languidiores & hostem ferociorẽ faciat assũp
tis legionibus tribus & pretoriis cohortibus cũ uniuerso equitatu frumentatum
egreditur sperans eo maxime modo hostes qui latissime sparsi erant in unum con
tractos pugnandi copiam facturos ita longe a castris unius diei uiam profectus
ut uidit Parthos undiq̃ in se concurrere pugnandi signũ in castris ponit & simul
tentoriis refixis quasi non pugnaturus sed abiturus Parthorum aciem propter ac
cedit ãmonitis equitibus qui primi erant ut cũ prope fuerint equos in hostes q̃ ce
leriter conuertant. Erat Parthorum acies in falcis figuram instructa stabatq̃
miro silentio & quiete romanorum ordines admirantes. Eques romanus signo
dato ingenti clamore in hostem defertur restitere primo hostes impetumq̃ susti-
nuerunt: mox ut pedes quoq̃ aduenit tunc ingenti strepitu armorum & clamo-
re militum territi Parthorum equi & simul ipsi Parthi prius q̃ manus cõsererẽt
fugam atripuerunt. Hos persecutus Antonius putabat se totum bellum: aut cer
te partem maximã eo die confecisse Insecuti sunt equites circiter stadia. CL. pe
dites uero. L. quibus reuocatis quot ex hostibus cecidissent quot capti essent cũ
quereret cõperit. xxx. dumtaxat captos &. lxxx. cesos. Ea res spem ac fiduciã
omnem romanis ademit pergraue putantibus siquidem ipsi uictores tam paucos
ex hostibus necarint uicti autem tot amissuri sint quot circa machinas nuper ami-
serant. Postridie uero cum ad Phraarta redirent obuiam sese offert hostis. primo
quidem parua manu deinde maiori tandem uniuersa multitudine ac si nũq̃ uicti
fuissent circa romanos diffusa ad pugnã prouocabant: Iterq̃ impediebant ut uix
atq̃ anxie Antonius se cum suis militibus in castra reciperet. Ab obsessis eruptio
ne quadam facta cum presidia romanorũ deiecissent iratus antonius forte circũ-
ducta decimũquẽq̃ supplicio affecit: ceteris pro tritico ordeũ prebuit. Erat hoc
bellum utrinq̃ pergraue nam & romani famẽ timebant nec sine uulneribus & ce-
de dabatur iam uictũ parare. Et phraortes sciens omnia faciliora esse Parthis q̃
biemẽ cũ iam equinoctiũ autũnale adesset magnopere uerebatur ne suos contine
re non posset. Dolo igitur aggrediendũ ratus nobilissimis parthorum negocium
dat ut romanos qui frumentationis aut aquationis autẽ deniq̃ cuiuscũq̃ rei cau-
sa egrediantur familiarius cõpellant auferre sinant benigne alloquantur uirtutem
laudent eos mirũ in modũ placere regi suo significent inde increpent Antonii per
tinatiam qui phraorte eiusmodi uiros saluos esse cupienti ipse non assentiatur: sed
famem atq̃ interperiem anni duo maxima & grauissima bella expectet: que cum
uenerint etiam si ipsi parthi conentur auxilium ferre euadere tamen non poterunt

Eiusmodi dicta a militibus celata mouerunt Antonium. Non tamen prius cadu-
ceatorem ad phraortẽ misit quã fuerat sciscitatus an hec ex mente regis loquerẽ-
tur: quod cum illi affirmarent & ut ad regem legatum mittat suaderent mittit
quosdam ex amicis quibus mandata dat ut & signa & captiuos a parthis repetãt
ne nihil petendo contentus esse sola fuga uideretur. phraortes uero his auditis re-
spondet ut captiuorum & signorum mentionem facere omittat pacẽ autẽ si abire
maluit offert quã cõditionem tandem ut ab Antonio erat iussum legati accipiũt
Post hec Antonius paucis diebus dum se milites cõparent cõmoratus a Phraar-
tis discedit nec ipse quãq; castrensi eloquencia nemini etatis sue cederet cõtionem
habuit: sed Domitium Hnobarbum id facere iussit. fuere nonnulli in exercitu
qui id grauiter ferrent ac se cõtemni ab Antonio putarent. Alii uero mesticia &
pudore quod uerius erat impeditum Domitio id negotii dedisse & ob id ipsum
magis eciam conciliatos ac persuasos duci esse oportere predicabat. Erat in exer-
citu uir quidam Mardus genere Parthorum mores propter diutinam obseruatio-
nem plurimũ callens: ceterum probate fidei iam antea cognitus in prelio circa
machinas cõmisso. Is Antonium adiens monet ne eandem qua uenit uiam repetat
ne ue exercitum pedestrem & grauem per loca plana & aperta tam magnis equi-
tum copiis trucidandum obiciat. Neq; enim alia de causa Phraortem fedus iniisse
nisi ut ab obsidione abeuntes in iis potissimũ locis consequatur si ita Antonius ue-
lit ducem futurũ se pollicetur nõ solum tutioris sed etiã breuioris uie: Antonius
autem q̃q; uideri nolebat se parum fidei Parthorum confidere tamen cõmodita-
te itineris adductus Mardum ducere iubet satisdatione prius ab eo postulata ille
se uinciri iubet nec ante dissolui q̃ in Armeniam perduxerit Quo facto arripit ille
iter ad dextram & montes capescit ita biduum sine ulla offensione profecti iã om-
ni timore deposito dissolute incedebant. Tertia autem die cum ad flumen quod-
dam peruenissent: Mardus ripam fluminis recens dirutam cernens & uiam qua
eundũ erat multa undatione occupatam suspicatus hostium insidias qui ea impedi-
menta ac moras romanis obicerent haud longe abesse Antonium monet proiude-
re ne exercitũ incaute incedentem de improuiso Parthi adoriantur. Vix redie-
rat in ordinem miles: cũ parthi citatis equis in romanos feruntur circũdant aciẽ
undiq; instant. Antonius funditores & leuis armature milites in hostem ĩmittit
parthi infesto telo & plũbea glande percussi pedem referunt multis uulneribus
acceptis nec paucioribus illatis. Rursus deinde irrũpere conãtes celtiber eques.
excepit dissipauitq; ita ut nihil amplius ea die tentarent. Ex hoc Antonius cogni-
to quod factu opus esset expedito milite fundatoribusq; non solum terga sed etiã
latera exercitus sepsit & quadrato agmine semper incedit: equitibus autem man-
dat ut hostes uenientes excipiant fugientes uero non longius insequantur. Hec
per quatriduum obseruata spẽ omnem prede ademerãt Parthis ut iam de reditu
cogitarent cum spe amissa hiems obstaret Quinta autem die Fuluius gallus uir
ferox & manu promptus: qui ordinem in exercitu ducebat: petiit ab Antonio le-
uis armature milites & plerosq; ex equitibus quos in fronte habebat promittens
aliquod egregiũ facinus si hi sibi ꝑmittanẽ ostensurum. Antonio uero cõcedente
milites & equites capit & cum hostes ut soliti erant accessissent in eos irruit fuga-
uitq;. Nec parua fuga ut preceptum erat contentus instat ferocius & in medias
parthorum turmas irrumpit missos ab exercitu qui reuocarent contemnit Ferũt
Titium questorem signo per uim ablato ad exercitum se recepisse gallũ obiurga-
tum quod multos bonos uiros temeritate sua perditum iret. At Gallus Titium
contra iurgatus suos cohortatur & eodem loco sistere eos iubet. Ibi acerrime pug-
natum est tãdem gallus cum suis ab hostibus circũuenitur pressusq; undiq; mittit

ad exercitum qui auxilium implorent . Tribuni militum inter quos & Canidius
erat vir magna apud Antonium gratia temeritati galli maximũ errorem adiun-
gunt . Nam cum opus esset frequentiori auxilio uno impetu in hostes irrumpente
paruam manum sepe atq; iterum ut primi profligati erant mittendo copiasq; eua
cuando uniuersum exercitum in fugam atq; in ultimã cladem dedissent ni Anto-
nius re cognita celeriter aduolans cum legione tercia pugnam subisset hostesq; re
pressisset . Tria milia in eo prelio mortua quinq; milia uulneratorum relata sũt in
castra & in his Gallus quatuor spiculis aduersa corpore traiectus : sed hic quidem
non cõualuit ceteros uero adiens Antonius curabat solabaturq; miro dolore afflic
tus ut lacrimas etiam frequenter effunderet . Saucii uero eius aduentu letati dex
teram prẽsantes orabant ut abiret ac propriam ualitudinem curaret se liberatos
esse si ipse dux ualeret affirmabant . Nullus in illa etate exercitum duxit qui huic
aut audatia aut tolerãtia laborum aut robore militum prestaret . Tanta uero erga
ducem reuerentia tanta obedientia tanta penes omnes nobiles ignobiles priuatos
magistratus cõstantia in bonore ac gratia Antonii proprie saluti anteponenda ut
ne antiquis quidem illis romanis locum ullum excessas relinquerent . Huiusce rei
plures erant cause nobilitas eloquentia simplicitas magnificentia liberalitas comi
tas : cum uero cum ceteris laborando solicitudinem pro aliorum incomodis suscipi
endo opitulando cuiq; quod opus erat porrigendo promptiores infirmos atq; sau
cios q; ipsos ualentes effecerat . Hec uictoria usq; adeo Parthos extulit ut qui pri
die amissa spe de recessu ut diximus cogitabant per uniuersam noctem exercitui
quasi fugituro & deserturo omnia imminerent . Et rex omnes quos secum habebat
neq; enim ipse ullo prelio unq; affuit quasi ad certam predam uictoriamq; illuc di-
mitteret . Fuisse dicuntur omnes Parthorum copie circiter . cccc . milia equitum
Antonius uero cum esset contionaturus petiit sordidam uestẽ quo magis animos
flecteret . Sed improbantibus amicis purpuratus accessit . Ibi cum laudaret fortes
increparetq; qui fugerant & hi quidem bono animo esse iuberet . Illi uero se pur-
garet & siue decumationem siue q aliud supplicium mallet se paratos subire offer
rent modo ipse tristiciã animo expellat precatus est deos ut signa inuidia pro prio
re feliciter aduẽtet : omnem illam in se unum cõuerterent reliquo uero exercitui
salutem ac uictoriam prestarent cõtionem dimisit . Postridie exercitu diligenter
circumsepto procedit . Parthos autem longe spes sua fefellit . Nam quasi omnia
capturi inuadentes ita sũma virtute a romanis repelluntur ut fortitudinem admi
rati spem omnem prede rursus deponerent . Inde cum quibusdam e tumulis descẽ
dentem exercitum Parthi sectantes per decliuia adorti essent conuersi legionarii
milites post se nudos clausere . Primi quidẽ in genu flexi clipeos opposuere : ii ue-
ro qui post terga erant armis superiectis primos texerunt illos item alii eodẽ mo-
do . Erat eius forma quasi tecti cuiusdam theatrico spectaculo per similis ad sagit
tarum lubricationes tutissima defensio Parthi labore confectos esse rati depositis
arcubus & contis assumptis romanos inuadunt . At illi subito in pedes sublati &
ad inuicem cohortati primos Parthorum obtruncant reliquos in fugam dant . eo
dem modo & sequentibus diebus factum est . Iam exercitus tarde incedens ingẽ
ti fame premebatur . Neq; enim per hostes frumentatum ire licebat & instrumen
ta cerealia magna ex parte relicta erant : iumentis partim mortuis partim in ferẽ
do eos qui saucii erant occupatis . Chenix attica frumẽti quinquaginta dragmis
empta pro ordeaceis panibus tantidem ponderis argentum datum : tandẽ ad her
bas ac radices conuersi cum note consueteq; deficerent coacti sunt etiam ignotas
assumere . Inuenta est quedam herba que ad mortẽ per insaniam adduceret Qui-
cunq; illã mandebat neq; meminerat cuiusq; : neq; ullum agnoscebat ad hoc unum

fime interus ut lapides effoderet uersaretq; ceu magna quedam res & celeritatis
indiga gereretur. Erant cuncta plena annixorum humi ad lapides reuoluendos
traducendosq; & tandem bilem uomentes moriebantur omnes quando uinum de'
fecerat unicum ad eam pestem remedium. Ita permultis morientibus & Partis
uehementer instantibus sepe intercogitandum clamasse Antonium ferũt o decẽ
milia eos qui cum Xenophonte Babilonia redierant admirantem qui multo lõgio
giore uia confecta per ingentes copias hostium ad patrias sedes remeassent inco'
lumes. At Parthi cum neq; exercitum Romanum obruere neq; ordines turbare
ullo pacto possent sed cõtra ipsi iam sepe uicti ac fugati essent rursus nituntur do
los contexere ãmiscentes enim sese Romanis qui aquatum aut frumentatum exie
rant & cordas arcuum laxas ostendentes se quidem nunc abire domũ predicabant
Quosdam tamen ex Medis biduum aut triduum secuturos non ut lacesserat qui
dem amplius: sed uicos atq; agros ab iniuriis tutentur. Ad hec amplexus gratu'
lationesq; tangebant quo magis persuaderent. Romani autem magnam in spem
adducti putabant uera fore que illi dictitabant: & ipse Antonius una cum cete'
ris letatus cupiebat iam in planiciem descendere. Mõtes enim per quos deinceps
eundum erat dicebantur aquam non habere. Cum itaq; copias deducturus esset
Antonius uenit q̃ proxime ad castra uir quidam Parthus nomine Mitridates ne'
pos Munesis illius qui urbes dono ab antonio acceperat. Is petit aliquem ad se ue
nire qui siriace aut partice sciat Accessit Alexander quidem Antonii familiaris:
parthus prefat9 quis esset & in Munesem gratiam omnem referẽs interrogauit
Alexandrum si montes altos ac frequentes sub quibus late explicent campi ante
secernat. Quod cum ille annuisset sub illis inquit montibus omnis parthorũ equi
tatus uos expectat putant enim uos eorum uerbis subductos relictis collibus per
hanc magnam planiciem iter facturos. Si igitur montes adhuc fecistis tenueritis
nil amplius q̃ labor & sitis timenda est res uobis Romanis nequaq; insueta. Sin
in campos descenderitis certo sciat Antonius Crassi calamitatem sibi esse subeun
dam. Hec cum dixisset recessit. Antonius hoc nũtio turbatus amicorum senten
ciam sciscitatur. Mardus itineris princeps sententiam rogatus uehementer par'
tho assentitur. Quippe & citra ullas insidias planiciem ipsam plenam errorum &
molestiarum putabat & simul docebat haud lõgam regionem esse que aqua care'
ret sed quantum una die transmitti posset. In hanc sentenciam cũ adductus esset
Antonius nocte signa mouet milites aquam ferre iussi penuria uasculorum galeas
pellesq; impleuerunt. parthi ut nuntiatum est Antonium per montes iter tenere
exciti ex insidiis & contra consuetudinem suã noctu properãtes prima luce extre
mos Romanorum consecuntur. Romanos uigilia & labore confectos ducentorum
enim & quadraginta stadiorum iter ea nocte confecerant: non mediocriter turba
uit aduentus hostium: neq; enim tam celeriter affuturum sperabãt & sitim auge
bat certamen: pugnantes enim incedebant dum ita proficiscuntur: primi quiqui
erant ad flumen quoddam perueniunt. Aqua erat gelida & nitens ceterum salsa
& uenenosa simul ac gustata fuerat totis uisceribus cõmouebat dolores. Mardo
autem predicente dispositi sunt quidam per ripam qui militem ab haustu prohibe
rent: sed non tantũ ea res ualuit quin uincẽte siti frequentes ad potum prosilirẽt
Antonius quacũq; incedens milites rogabat paulo etiã sitim tolerare: haud longe
abesse fluuium aque dulcis & salubris nec hostem deinceps propter asperitatem
uie sequi posse. His simul dictis pugnantes reuocabat & requiescere sub umbra
iubebat: factis itaq; scenis & Parthis ut cõsueuerat procul amotis accessit iterũ
Mitridates & per Alexandrũ monet ut cum paulo requieuerint ad flumen acce'
derent: Parthos enim usq; ad flumen secuturos nec ultra trãsituros esse Alexãder

his rebus antonio nuntiatis refert ad eum aurea pocula & phialas quorum Mitri
dates quot ueste tegere ualuit acceptis discessit . Aliquantulum etiam tunc diei
supererat cum Antonius castra mouit ea nox ab hostibus quidem tranquilla fuit
sed tam magno inter ipsos tumultu ut nusq̃ sit magis trepidatũ . Trucidatis enĩ
iis qui aurum aut argentum ferebant pecunias diripuerunt . Tandẽ Antonii im-
pedimenta adorti pocula & mensas preciosissimas effringunt ; & inter se diuidũt
Hinc tumultus exortus omnẽ exercitum trepidatiorẽ refersit . Putabant cuncti
aciem circumuentã ordinesq̃ interruptos esse ; ut Antonius quendam ex libertis
suis nomine Ramnum iureiurando obligaret ut quandocunq̃ iuberet gladio ipsũ
transfigeret absciinderetq̃ capue ut neq̃ uiuus capi ualeat neq̃ mortuus dignosci
ab hostibus Hic cum omnes ingemiscerent ; Mardus itineris dux bono animo esse
iubet . Flumen enim prope esse idq̃ sibi ex aure spiratione & fragilitate aeris &
tempore profectionis patere ; neq̃ enim multũ supererat noctis Et simul nuntia
tum est turbationem illam nõ ex hostibus sed ex militum quorundã auaritia intẽ-
perantiaq̃ esse ortam . Volens igitur Antonius ex errore ac profligatione in ordi
nem milites reducere manipulatim precepit quibus iam ferme in ordinẽ redactis
cum dies lucere cepisset Parthi extremos inuadere ceperunt Datur signum pug-
ne militibus leuis armature deinde ceteri eos protegunt & testudine facta hostẽ
expectant ; qui cum adire nõ auderent & Romani paulatim se subducerent primi
ad flumen perueniunt . Ibi Antonius equitibus aduersum hostem collatis copias
traiecit infirmos primo deinde ceteros . Iam & ipsis pugnantibus facultas erat bi
bendi Parthi enim ut flumen aspexerunt subito arcus relaxant secure tranare iu-
bent uirtutem Romanorum ad celum tollunt . Postq̃ id flumen transierunt & se
ex longo labore receperunt uiam ire pergunt non nimium Parthorum fidei cre-
dentes . Sexta die post ultimum prelium ad flumen Arexẽ quod Mediam ab Ar
menia diuidit perueniunt . Visum est eis hoc flumen & altitudine & rapacitate
horrendum & rumor erat Parthorum insidias ibi esse ut Romanos transeuntes
adorirenttur Vbi igitur Arexem tutissime traiecere Armeniamq̃ tetigere quasi
ex longo pelago terram illam intuentes adorabant ad lacrimasq̃ & amplexus pre
leticia conuersi incedentes autem per regiones fortunatas & ex recordatione pe-
nurie rebus omnibus abutentes hydericos utericosq̃ incurrunt morbos. Hic cum
exercitum recenseret Antonius comperit uiginti milia peditũ quatuor milia equi
tum eo bello amisisse non tamen omnia ab hoste cesa sed supra dimidiam partem
morbo assumpta . Ierunt igitur a Praartis . xxvii . dierum iter preliis . xviii .
Parthos uicerunt ; sed hee uictorie neq̃ uim ullam neq̃ effectum habebant ; quod
hostem cõsequi nõ poterant . Quamobrem manifestum erat cõfectionem eius belli
per Arthauadem Armenie Regem Antonio subtractam Si enim quos ex Media
reduxit equitum sedecim milia affuissent Parthico fere more instructa & cũ illis
pugnare cõsueta Romanis profligantibus illisq̃ persequẽtibus nũq̃ hosti facultas
fuisset tociẽs ad bellum pene integro redeundi Cuncti igit̃ Antonium ad penas
de Rege sũmendas incitabant ; sed ipse ratione fretus quod exercitus e tot malis
nõ dum respiraret nec questus est quicq̃ aduersus Regem nec minus q̃ solitus
erat in honore habuit . Postea tamen rursus Armeniã ingressus multis promissio
nibus Regem allectum in uincula cõiecit ; eumq̃ Alexandrie in triumphum duxit
Que res maxime Romanorum animos ab Antonio alienauit quod insigne ac pre
cipuũ patrie duces ob Cleopatrã Egiptiis edidisset ; sed hec ut modo dixi postea
sunt facta . Tunc uero per hiemem ac niues redire properans octo milia insuper
militum in itinere ãmisit Ipse autem cum reliquis ad mare descendens quodam in
loco qui Leucaonia dicitur ; est aũt medius inter Beretum & Sidoniã Cleopatrã

expectabat :& tardantis desiderium peregre ferebat :sed tamen ad potus ebrie-
tatesq; reuersus cum tolerare moram ullo pacto nequiret persepe a compotoribus
inter bibendum prosiliens ad speculandum currebat. Venit Cleopatra tandem &
uestem & pecuniam militibus tulit . Sunt tamen qui affirment uestem dũtaxat
Cleopatram attulisse pecuniam autem propriam Antonium quasi ab illa acceptã
militibus diuisisse Inde cum inter Parthorum Medorumq; Regem discordia esse
pro romanis ut ferrnt spoliis diuidundis exorta formidaretq; Medus ne regno ꝓ
prio a Parthis deturbaretur :missis ad antonium legatis hortatur ad bellum Par
thicum rursum capescendum & suas ac suorum uires conatusq; pollicetur . Anto-
nius igitur magna spe elatus quando id quod solum primo bello defuerat equitũ
ac sagittariorum multitudinem gratis oblatam sibi per occasionem cernebat . Ite-
rum parabat per Armeniam ascendere & se cum Medis circa Araxem coniunge
re atq; ita simul parthis bellum inferre . Dum hec in Asia geruntur Cesar interea
Rome Octauiam solicitabat ut ad Antonium nauigaret :non ipsius gratia ut plu
rimi aiunt sed ut illa repulsa aut neglecta iustam causam fratri preberet bell͂a con-
tra Antonium incundi . Cum igitur Athenas peruenisset redduntur sibi littere
ab Antonio qbus iubebat̃ Athenis expectare & simul se cõtra parthos profectuꝝ
significabat . Illa uero hoc nuntio perturbata quanq; non ignorabat quid rei age-
retur tamen mittens ad antonium rogauit quo nam uellet ea mitti que ipsa ad cũ
perferebat . Ferebat enim uestem militarem cõplurimã multa etiam iumenta &
pecunias & dona que Antonii familiaribus largiretur: & preterea militũ delecto
rum duo milia qui in cohortes redacti & tocius corporis armaturis mirabiliter
ornati erant Hec omnia cum ad antonium niger quidam ab Octauia missus de-
tulisset & iustis laudibus ornasset . Timens Cleopatra Octauie aduentum ne for
te probitate morum & Cesaris potentia Antonius flecteretur :non satis blãditiis
confisa amore se Antonii simulauit incensam & corpus quidem subducto cibo at-
tenuat :& si quando ab ea discedat continuo in oculis humor ac tristicia aderat cũ
in conspectum redibat quasi stupore quodam percussa intuebatur . Data etiã opa
ut nonnunq; ab antonio lacrimans inueniretur confestim lacrimas obstergebat oc
culebatq; :quasi magnopere illum conaretur latere . Hec tunc maxime faciebat cũ
Antonius parabat e Siria ad Medum proficisci . Assentatores autem Regine stu
diosi Antonium ut plane durum ac ferreum hominem accusabant : qui feminam
perderet in vnum ae so'ã ip̃sũ intuentẽ Nam Octauiam quidẽ rerum gratia per
fratrem Antonio coniunctam coniugis nomen frui Cleopatram autẽ tot populoꝝ
dominam amantem Antonii uocari :neq; hoc nomen fugere neq; erubescere modo
aspicere ipsum atq; vna esse liceat. Quod si hoc quoq; illi denegetur :non amplius
vitali aura fruituram . Eiusmodi uerbis usq; adeo Antonium effeminauerunt ut
omni apparatu belli neglecto :solicitus de Cleopatre uita in Alexandriam redierit
profectionem autẽ ad Medum aliud in tempus differret quanq; tunc uehemẽter
Parthos laborare intestinis seditionibus audiebat . Post tempus tamen profect9
amicitiã cũ Medo firmauit : & vtrice suis & Cleopatre filiis Regis filia desponsa
ta inde regressus est iam ad ciuile bellum tota mente conuersus . Octauiam enim
ab antonio neglectam ut Romã rediit iussit Cesar seorsũ per se habitare :sed illa
negauit se domũ Antonii deserturã & nisi aliud subesset hac de causa minime cer-
tandũ censebat :perturpe enim fore si duo Romanorũ imperatores ad arma eant
alter amoris gratia alter q̃ pellex sorori anteponatur . Et Hec sane factis cõpro-
babat :nã neq; Antonii domũ deseruit :neq; filiorũ eius curã remisit :sed diligẽter
excoluit non solũ cõmunes sed etiã ex Fuluia ante susceptos . Amicos etiã Antonii
qui uel petendi magistratus :uel ceterarũ rerũ gratia Romã uenerant suscipiebat

fauebatq; & siquid opus erat pro illis a Cesare impetrabat. His illa rebus insciens imptudensq; plurimũ obfuit uiro :cunctis indigne ferentibus quod eiusmodi femina iniuriis afficeretur . Augebat Antonii odiũ diuisuo illa tragica ac superba maximeq; a Romanis moribus abhorrere uisa quam ille fecerat Alexandrie inter suos & Cleopatre filios . Nam cum in gymnasio duos ex auro tronos gradibus argenteis posuisset :& in altero ipse in altero Cleopatra consedisset :filiis item paulo humilioribus tronis collocatis inspectante omni multitudine primo quidem Cleopatram Reginam appellauit : Egipti Cypri Libie & Sirie Celes unaq; cum illa Cesarionem regnare iussit .quem Cleopatra pregnans relicta ex priore Cesare peperisse uidebatur :secundo autem loco suos & Cleopatre liberos Reges regum nominauit :assignauitq; Alexandro quidem Armeniam Mediam & Parthiam si quando subigerentur : Prolemeo autem Pheniciam Siriam & Ciliciam & principio eos duxerat uario ornatu Alexandrum medica ueste thiaram Et cithari tectã habentem Ptolomeum crepidibus & clamide & causia cum diademate ornatum Hic enim erat habitus ab Alexandro Regum .Ille uero Medorum & Armeniorũ Post hec cũ pueri genitores salutassent & amplexi fuissent presto custodes utriq; affuere huic Armenii illi Macedones . Nam Cleopatra quidem & tunc & alias quotiens se multitudini ostendebat sacram Isidis stolam assumebat :& noua Isis iura populis dabat . Hec Cesar sepe in Senatu ostendens sepe in contione accusans populum contra Antonium concitabat Misit etiam Antonius Romam aduersus Cesatem accusatores primo quod pulso Pompeio Siciliam adeptus nullam eius insule partem fecisset sibi :secundum quod cum eius nauibus ad prelium usus esset nullas unq; restituisset :tertium quod cum . M. Lepidum collegam exauctorasset & priuatum fecisset :ipse habeat legiones & prouintias illi traditas. Super omnibus quod Cesar italiam ferme totam militibus suis diuisisset & nihil reliqui militibus Antonii reliquisset. Ad hec Cesar ita respondit Lepidum quidem ideo remouisse ab imperio :quod nimium ob eam rem in solescere ui sus erat . Que autẽ bello acquisierit se antonio pattem facturum quando & ipse Armenie partem faciet sibi. Militibus autem italiam non esse dandam cum Parthiam & Mediam habeãt quas Romanorum imperio adiunxerint una cũ imperatore suo preclarissime pugnantes . Erat in Armenia antonius cum hec renuntiata sunt ei Confestim itaq; iubet Candidum cum sedecim legionibus ad litus descendere :ipse autem cum Cleopatra Ephesum uenit .nam ibi maritime copie undiq; cõueniebant. Fuere omnes naues Octingente cum onerariis :quarum Cleopatra contulit ducentas : & talenta uiginti milia & cõmeatum uniuerso exercitui abunde. Antonius quidem a Domitio admonitus ne secum Cleopatram duceret iusserat illam in Egiptum redire Ibiq; euentum belli expectare . Sed ipsa uerita ne pax rursus per Octauiam fieret multis premiis a Canidio impetrat ut pro se Antonium alloquatur :doceatq; iniustum esse ab exercitu repellere mulierem que tanta auxilia prebeat ad bellũ : neq; cõducere ut Egiptii languidiores fiant magna pars maritimarum copiatũ Quin etiam se non perspicere cuinam eorũ Regũ qui antonium secuturi sit: Cleopatra cedat aut prudentia aut consilio . Nam & magnũ regnũ iam diu per seipsam gubernasse :& ab ipso antonio didicisse quẽadmodũ in maximis rebus uersari oporteat :hec quidem consilia :oportebat enim iam omnia in Cesarẽ transferri :uicerũt Collectis itaq; copiis cũ Samum nauigantes peruenissent :ibi aliquot dies cõmorati sunt in sũmis uoluptatibus . Vt enim Reges Dinaste tetrarche nationes ciuitates uniuerse que inter Siriam & Meotida Armeniã & Laurias iacẽt iussi erãt ea mittere & ferre quibus ad bellũ opus esset : ita cũctis Dionisii artificibꝰ edictũ erat ut in Samo adessent Itaq; reliquo omni terrarũ orbe ingemiscente una insula

cantibus saltationibus theatris certaminibusq; intenta erat. Immolauit tota ciui-
tas Reges aút inter se magnificentia donisq; certabant. Post hec Antonius Athe
nas uenit & ibi rursus in iocis erat & theatris. Cupiens autem Cleopatra quos
ciuitas illa Octauie dedisset honores eosdem sibi decerni Amabatur enim egregie
ab Atheniensibus Octauia: multis beneficiis populum amplexa est. Ciuitas igit̃
honores decreuit misitq; legatos Cleopatre domũ qui psephisma ferrent. Horũ
vnus fuit ipse Antonius utpote ciuis Atheniensis qui coram Regina constitutus
orationem pro ciuitate habuit. Deinde Romam misit qui Octauiam domo expel
lerent. Egressam illam ferunt cum omnibus Antonii filiis preter maiorem natu
ex Fuluia. Hic enim cum patre aberat: plorantem & inique ferentẽ quod & ipsa
vna ex causis discordie ciuilis putaretur. Romanis uero id indignissime factũ vi-
debatur Antonium tamen miseriorem iudicabant: maxime ii qui Cleopatram ui
derant: quibus apertissime notum erat neq; etate neq; forma Octauie anteponen
dam. Cesar audita antonii celeritate magnitudineq; copiarum uehementer trepi
dauit timens ne ea estate pugnare cogeretur. Deerant enim complura ad belli ap
paratum: & homines sibi infensi erant propter ĩmodicas tributorum exactiones
Coacti erant alii quidem partem quartam fructuum conferre: libertine uero con
ditionis homines octauam tocius patrimonii Itaq; omnibus in Cesarem accensi &
tota perturbata erat italia. Vt in maximis erratis Antonii ponatur huius belli di
latio nam & spatium Cesari dedit exercitus cõparandi & leniendi dolores homi-
num. Quippe dum exigebantur tributa efferuescebant exactis autem ac persolu-
tis ira cessabat. Inter hec Titus & plaucus viri consulares Antonii amici multis
contumeliis a Cleopatra affecti quod sibi aduersati fuerant ne ad bellum duceret̃
ad Cesarem transfugere: & antonii testamentum quod apud uestales erat docue
re. Quod testamentum cum Cesar peteret dedere quidem virgines noluerũt: sed
facultatem fecerunt ut per seipsum assumeret. Cesar cum tabulas abstulisset:
primo quidem cepit priuatim ut queq; scripta erant referre: locosq; reprehẽsione
dignos notare Tandẽ frequenti Senatu multa ex iis legit que perabsurda scrip-
ta uidebantur. Vt minime indignum putaretur eum uiuentem adhuc penas dare
pro his que post mortem mandabat fieri. Immoratus est Cesar in sepultura: Iube
bat enim Antonius testamento suo si Rome diem obiret corpus eius ingenti appa
ratu & magna celebritate hominum per forum efferri: & inde Alexandriam ad
Cleopatram mitti Caluisius autem Cesaris amicus hec addidit Antonii crimina
largitum fuisse Antonium Cleopatre pergamenas bibliotecas in quibus ducenta
milia erant librorum. In cena uero quadam cum multi adessent surrexisse Antoni
um & pedẽ Cleopatre pressisse: ex quadam compositione inter eos facta. Tulisse
etiam ut se presente Cleopatra ab Ephesiis domina salutaretur. Preterea dũ Re
ges tetrarcasq; iudicaret: tabellas ex cristallo aut ex unguibus amatorie scriptas
frequenter acceptasse a Cleopatra: easq; inter iudicãdum lectitasse: & dum Fului
us vir amplissimus & cunctis Romanis eloquentia antecellens causam in foro di-
ceret: Cleopatram in lectica per forum forte delatam simulat Antonius uidisse
prosiluisse e sella: & post habita causa Cleopatram prosecuturum fuisse: sed in ple
risq; ex his calumniari uisus est Caluisius Amici uero antonii quanq; Rome unum
quenq; ex plebe prensantes pro antonio deprecarentur: miserunt tamẽ ex suis Ge-
minium quẽdam qui rogaret Antonium moneretq; ne contemnat se a populo Ro-
mano hostem iudicari: magistratuq; remoueri. Is Geminius ut in greciam uenit
Cleopatre erat suspectus: ne Octauie gratia ad antonium uenisset. Delusus itaq;
in conuiuiis & contumeliose acceptus: tamen omnia tollerabat: tempus alloquẽdi
Antoniũ expectans. Iussus tandem in conuiuio pro quibus rebus uenisset eas res

exponere. Cetera quidē inquit Antonii sobrie fuit orationis & nō tēporis huiusce Vnum tamen & sobrius scio & ebrius bene scilicet processura omnia si Cleopatra in Egiptum remittatur. Hec cū Antonius inique tulisset :Cleopatra bene inquit facis Geminii qui ueritatem ita plane sine ullis tortoribus confiteris. Geminus igitꝰ post paucos dies ab Antonio fugiens Romam rediit. Multi preterea ex antonii amicis pulsi a Cleopatre assentatoribus quorum unus fuit M. Silanus & Dellius historicus. Hic fugisse ait Cleopatre insidias Glauco medico admonente Erat autem Cleopatra illi infensa quod in cena dixisset ipsis quidem acidum vinū infundi :Sarmentum autem Rome ualernum potare. Erat autē Sarmentus Cesaris seruulus ex iis qui festiuitatis causa haberi solent quos Romani delicias appellant. Sed ubi omnia satis parata Rome uisa sunt: aduersus Cleopatram bellū decernitur :& Antonius id imperiū deponere iubetur :in quo ipse iam antea mulieri concesserat. Addebat Cesar hec uerba: Antonium quidem amatoriis poculis infectum :ne se quidem regere ac gubernare posse : pugnaturos autem cōtra ipsos fore: Photinum & Mardionem eunuchum & Chardionem & Iradem Cleopatre tonstricem a quibus antonii imperium plurimum gubernaretur. Prodigia ante bellum hec ferunt fuisse. Pisaurum Vrbem non longe ab Hadria in qua antonius colonos deduxerat :hiatu terre absortam perisse. Albe statuam quandam antonii lapideam multos dies sudasse. & cum a quibusdam siccaretur :non destitisse sudorem emittere. Patris dum ibi Antonius esset :Heradium fulmine tactum arsisse Athenis ex pugna gigantea bacchum ui uentorū excussum in theatrum decidisse & ut supra diximus Herculem quidem generis auctorem :Bacchum autem ducē uite habebat Antonius :& iunior Dionisius uocabatur. Eadem tempestas Eumenis & Attali colossos qui Athenis erant antonio transcriptos :humi prostrauit & quidem solos ex multis. Preterea etiam Cleopatre nauis que Antonias dicebatur signum habuit horrendum. Nam cum sub puppi hirundines nidificassent : super uenere alie :& primis per uim expulsis nidos destruxere. Inde cum iam ad preliū utrinq; coirent Antonius quidem pugnaces habebat naues nō pauciores quingentis :in quibus octiremes & decemremes erant permulte omnes preclarissime ornate :peditum milia centum : equitum milia uigintiduo. Reges qui ei parebant Bacchus Libie. Tarcondemus superioris Cilicie. Archelaus Cappadocie :Philadelphus Paphaglonie :Mithridates Commagene : Adollas Taracie. Hi Reges aderant. Auxilia uero miserunt. Polemon ex Ponto :manchus ex Arabia : Herodes ex Iudea :Amineas ex Licaonia & Galatia. Erant etiam a Medorum Rege missa auxilia. Cesar autem habebat naues pugnares ducentas quīquaginta. peditum octuaginta milia equitum ferme parem antonio numerum. Imperabant aūt antonius quidem ab Euphrate & armenia ad Ionium & Illiricum. Cesar uero ab Illiricis ad Hesperium oceanum :& rursus ab Oceano ad Tyrenum & Siculū mare. Libie uero quantum Italie Gallie : Hispanie oppositum est :usq; ad Herculeas columnas Cesar habebat. antonius uero a Cirene ad Ethiopiam. Ita autem Cleopatre addictus erat antonius ut cum ualeret plurimum terrestribus copiis :Cleopatre gratia uictoriam naualem concupiuerit :quanq; uiatores :agasones :messores: adulescētulos per totam greciam a magistris captos cernebat ad naues implēdas : nec ita quidem satis repletas :sed plerasq; uacuas & egre nauigantes. Cesaris naues Brundusii ac Tarenti parate erant :nō ad fastigii roborisq; ostentationē sed ad celeritatem facilitatem ue fabricate :uiriisq; maxime referte. Misit igitur ad antonium Cesar ut Italiam accederet :nec amplius tempus morando terat Se quidem portus ac littoris Italici capescendi potestatem facturum pollicetur tātū a littore cū suis copiis recessurū :ut tute ex suis nauibꝰ descēdere & castrametari

possit Antonius contra iactabundus Cesarem in singulare certamen prouocabat
quãq; ipse senior esset. Quod si hoc refugiat Cesar: placere omnibꝰ copiis ut olim
Pompeius & Cesar in Pharsalia dimicare. Antonio igitur circa Actium naues ha
bente: ubi nunc Nicopolis est preuenit Cesar & Ionium transgressus Epiri locũ
qui torina dicitur capescit: trepidatione ex hoc apud classem antonii coborta. Ab
erant enim terrestres copie: Cleopatra ludens inquit: quid uero periculi aut ma
li est si Cesar super torina consedit. Postridie uero sũmo mane cũ Cesar instructa
classe in hostes pergeret: ueritus Antonius ne naues defensoribus uacue capiantẽ
remiges quidem omnes armauit & per propugnacula ostendit robur autem inuẽ
rutis in faucibus eius loci contra Cesaris imperiũ instruxit. Ita Cesar ab antonio
arte superatus recessit. Perhumanum hoc loco antonii factũ memoratur. Nam
cum Domitius ahenobarbus iam febriens paruã nauiculam ingressus ad Cesarẽ
transfugisset. Antonius contra Cleopatre uoluntatem impedimenta omnia cum
seruis & clientibus & amicis ad eum dimisit Sed domitius post paucos dies quasi
perfidie ac proditionis eum peniteret uita decessit. Desciuerunt Reges nonnulli
ab antonio: ut Amyntas & deiotarus Classis uero undiq; difficultatibus circum
uenta: multisq; carere uisa: rursus Antonium coegit ad pedestres copias respice
re: & in illis spem uictorie habere Canidius etiam antonii legatus: mutata sentẽ
cia: censebat Cleopatram in Egiptum remittendam: ipsis autem in Thratiã aut
Macedoniam cum exercitu concedendum: ibiq; tota acie decernendũ. Nam Di
comes Getharum Rex magna auxilia promittebat antonio. nec esse turpe si Cesa
ri qui nuper in Siculo bello exercitatus sit: maritimis copiis cedant. Sed magis
reprehendendum si Antonius vir terrestrium pugnarum peritissimus non utatur
robore suorum militũ: sed eos in naues distribuat ac dispergat. Vicit tamen Cleo
patre uoluntas ut mari pugnaretur: iam inde ad fugam respicientea: & maxime
laborantes: non qua ratione Antonius uincere: sed qua ipsa rebus perditis tutissi
me possit euadere. Et aut longo spatio a castris ad stationes nauium: ceu quedã
brachia protracta. Per hec antonius ire ac redire sine ulla suspitione consueuerat
Cesar uero a seruo quodam ammonitus misit eo milites qui antonium transeuntẽ
interciperent. Illi insidiis dispositis ita paulominus rem confecerunt ut comitẽ unũ
qui antonio preibat caperent: ipse autem Antonius fugiens vix e manibus labere
tur. Vt uero certandum classe visum est ceteras quidem naues: preter sexaginta
Egiptiorum cremauit. Optimis autem & maximis a trireme ad decemremem
electis: imposuit militum milia uigintiduo: & sagittariorum duo milia. Hoc in
loco ferunt tribunum quendam militum virum fortem & diu in armis uersatum
Antonio forte pretereunti: corpus suum multis in signe cicatricibus ostendisse:
dixisseq; o Imperator quid his tot uulneribus aut huic gladio parum confidens
in lignis fragilibus spem habes: sine Phenices & Egiptii classe pugnent: nobis
autem Romanis terram da in qua consueuimus uel uincere hostes uel oppetere.
Ad hec Antonius nihil respondit: sed uultu ac manu significans: ut bono esset ani
mo preteriit. Quod autem non bonam spem haberet manifeste animaduersum est
Nam cum gubernatores nauium ad pugnam euntes uela relinquere uellent: pro
hibuit Antonius ac ferre coegit: dictitans nõ oportere quenq; ex hostibus euade
re posse. Sed ea die & altera & tertia magnis fluctibus agitatum mare pugnam
inhibuit. Quarta tandem die prelium est cõmissum. Antonius & Publicola dex
terum cornu: Celius sinistrum habebant. Media regebant. M. Octauius & M
Nisteius: Cesar dextro cornu sibi reseruato: sinistro Agrippam prefecit. Terre
stribus uero copiis ab antonio Canidius preerat. a Cesare thaurus: qui utrinq; in
structa acie in littore quiescebant: euentũ naualis pugne expectantes. Antonius

undiq; incedens & rerro suos rouocans cohortabatur : docebatq; ob firmitatem
nauium tanq; e terra eos pugnaturos esse . Cubernatores monebat ut naues in eo
loco continerent : & impetum hostium expectarent . Cesar uero cum ante lucem
castris egressus esset : nauesq; uideret hominem qui asinum agitabat ferunt illi ob,
uiam factum . Roganti autem Cesari quod nam nomen ei esset respondisse sibi
quidem Euticho nomen esse : asinum autem niconta appellari . Quãobrem postea
cum hec loca ornaret Cesar, statuit inter cetera hominẽ & asinum aheneum . Sed
tunc cum satis omnia spectasset : nauem ingressus & ad dexterum cornu delatus
admirabatur hostium classem ociose in locis arctis sese continere Erat corũ aspec
tus quasi in anchoris consistentium : & hoc diu arbitratus Cesar suos continebat :
octo ferme stadia longe a statione hostium Iam sexta erat hora ; & uentus leuiter
flare inceperat : cum Antonii milites grauiter moram tolerantes & magnitudini
& firmitati lignorum confisi sinistrum cornu mouere ceperunt . Quod cum Cesar
animaduertisset uehementer letatus : proram contorquet ut sinum ac fauces An,
tonius deserat : magisq; in apertum procedat . quo sibi facultas esset : circumdãdi
implicandiq; hostium naues : magnitudine tardas : uacuitate leues . Inde cum satis
illas processisse uisum est prelium cõmittitur . non tamen impetu irruptioneq; usi
sunt . Nam & antoniane naues uelocitatem non habebant : propter grauitatẽ mo-
lemq; lignorum . Et Cesar non solum aduersus antonii proras duras atq; aeratas
sed ne latera quidem ferire audebat . Refringebantur enim rostra perfacile si ince
derent in quadratas trabes aere adinuicem cõnexas . Erat igitur certamen pugne
terrestri persimile magis uero oppidorum oppugationi Tres enim & quatuor Ce
saris naues circa singulas antonii occupatas : tragulis : contis : iaculatione ignis ni
tebantur . Antoniani contra e ligneis turribus catapultas in hostem iaciebant Sed
cum Agrippa leuum cornu circumducere coactus est Publicola longius se extẽde
re . Quamobrem cũ media antonii classis abrupta esset : turbatis ordinibus & cir
ca Aruntium implicatis parumper trepidatum est . Erat tamẽ cõmune certamen
& pugna utrinq; equa : cũ naues sexaginta Cleopatre que post magnas naues col,
locate erant : uelis sublatis per medios pugnantes fugam arripiunt : suosq; pertur
bant . Cesaris milites sũma admiratio tenebat : spectabat enim fugientes naues in
Peloponesum conuersas : nec qua de causa id fieret animaduertebat . Quo quidẽ
in loco patefactum est ab antonio se neq; ducis neq; uiri consiliis fretum : neq; omni
no mentis sue compotem esse : sed ut quidam inquit : amantis animam in corpore
alieno uiuere . Tractus est enim a muliere quasi in ea uiueret simulq; moreretur .
Neq; enim tulit illius fugam : sed omnibus posthabitis & his qui pro ipso pugna,
bant proditis ac destitutis in quinqueremem prosiluit : & Alexa & Siculo dũtax
at comitibus insecutus est eam que & seipsam & illũ perdiderat . Cleopatra uero
ut nouit antonium sequi signum e puppi sustulit : ad quod ille delatus cum in eadẽ
naui receptus esset : neq; aspicere uoluit Cleopatram : neq; ab ipsa cõspici . Sed so
lus & tacitus in prora cõsedit : utraq; manu circa caput inuoluta . Interea Cesaris
liburnee sũt cõspecte que antonium sequebantur : uerti igitur Antonius proram
iussit & ceteros quidem uenientes represserat . Euriclem uero Lacedemonum re
primere nõ poterat : sed acriter irruebat : telum e prora quatiẽs maxime antoniũ
ferire intẽtus . Antonio autem interrogante quis nam esset is qui fortunas suas
tam cupide insectaret . Ego sum inquit Euricles Laebaris filius qui Cesaris for,
tuna paternas iniurias ulciscor . Lachares enim ab antonio latrocinii damnatus
& securi percussus obierat . Non tamen incidit in antonii nauem Euricles : sed in
aliã : due enim erant pretorie : quã rostro atq; ere percussam cepit . Capta est etiã
alia nauis ab Euricle in qua ditissima erat suppellex . Vt uero ab his se explicuit .

Antonius rursus in prora eodem modo consedit :& ita per triduum commoratus
est seorsum a Cleopatra . Incertum siue ira siue pudore id ageret . Tandem cū ad
Trenarum appulisset mulieres Antonii & Cleopatre familiares :primo inter eos
colloquia reduxerūt: Deinde una cenare & eodem lecto cubare persuaserunt. Iam
quidam ex amicis e prelio fugientes eo cōuenerāt: a quibus certior factus est An
tonius classem esse amissam : terrestres autem copias etiam tunc extare Litteris
igitur ad Canidium missis :iubet eum per Macedoniam celeriter cum exercitu
in Asiam reuerti . Ipse autem a Trenaro in Libiam traiecturus :nauem unam mul
tis pecuniis : multa auri & argenti suppellectili onustam amicis tradidit :ut illi
inter se diuiderent :iubetq̧ ut quisq̧ potest sibi salutem querere . Negantes uero
atq̧ in gemiscentes perhumaniter & benigne solatus dimittit : scribens ad Theo
philum qui Corintho preerat ut daret operam quo illi in tuto sint : occulteq̧ eos
quoad ueniā impetrent a Cesare . Hic erat Theophilus Hipparchi pater qui plu
rimum apud Antoniū potuerat :primo a Cesare ex libertis traductus :& Corin
thi colonus factus. Hec quidem post fugam apud Antonium facta: apud Actium
uero cum Antoniana classis diu Cesari restitisset :demum aduerso fluctu impedi
ta cum esset : egre decima hora superatur mortui quidem non supra :quinq̧ milia
fuere : capte autem naues trecente ut ipse Cesar scribit . Cognouere autem non
multo Antonii fugam . Nec iis qui cognouerant persuaderi poterat :ut is qui .x.
& viii . legiones integras & uigintiduo milia equitum haberet in littore depo
sita spe aufugissent : presertim cum ipse Antonius sepe mutationē fortune exper
tus esset: & innumeros bellorū casus conuersionesq̧ tulisset . Desiderabant igitur
eum milites & uenturum sperabāt :tanta fortitudine ac virtute fieri :ut post fu
gam manifestissime cognitam septem dies se continerent & Cesaris conditiones
legatosq̧ aspernarent . Inde cum Canidius eorū dux noctu e castris fugisset suosq̧
prodidisset . tunc demum omni spe destituti uictori se dedidere . Post hec Cesar
ab Actio profectus Athenas uenit :& grecis reconciliatus frumentum quod su
pererat publice diuisit ciuitatibus eo bello supra modum afflictis & seruis iumen
tis pecuniaq̧ spoliatis . Hicharchus proauus noster solebat narrare :ea tempesta
te uniuersos ciues coactos fuisse frumentum humeris ad litus deferre : uerberiba
ut accederent agitatos . At semel ita tulisse memorabat sed cum reuersi secundū
onus tollere uellent :nuntiatum fuisse Antonium uictum & ob eam rem ciuitatē
seruatam dicebat . Subito enim Antonii prefectos militesq̧ profugisse :ciues aūt
inter se frumentum diuisisse . Antonius ut in Libiam peruenit :Cleopatra in Egip
tum ex Paretonio remissa :ipse cū duobus comitibus remansit :greco Aristocra
thetore :latino Lucillio de quo alias scripsimus . Qui tum . M . Bruto esset famili
aris in Philippis post antonii Cesarisq̧ uictoriam militibus ad Brutum querendū
capiendumq̧ missis sponte se obtulit :& Brutum se esse affirmauit ut dum circa
ipsum uel necandum uel ducendum occupati essent: Brutus haberet spatiū abeun
di . Is Lucillius tunc ab antonio seruatus: sūma constantia & fide in antonii amici
tia usq̧ ad extremum permansit. Vt autem ee que in Libia erant copie ab antonio
desciuerunt uoluit ille quidem sibi mortem consciscere sed prohibuerunt ii qui se
cum erant . Delatus igitur in Alexandriam ex Libia offendit Cleopatram opus
magnum & inopinatum aggressam . Inter Rubrum enim & Egiptum mare qua
maxime utrinq̧ premitur arctiorq̧ est tellus trecentorum ferme stadiorum lati
tudo est uideturq̧ Asie Libieq̧ esse terminus . Per hunc locum Cleopatra trans
ferre classem instituit in Arabicum sinum & cum auro argento & magna suorum
manu in ignotas sedes commigrare fugiens bellum ac seruitutem. Sed cū primas
naues per terram delatas Arabes qui circa petram incolunt igne corrupissent &

Antonius etiam tunc in legionibus quas in Actio reliquerat spem haberet & in-
columes esse putaret destitit Cleopatra ab incepto & portus ac littora custodire
contendit. Antonius domo quadam in mari apud Pharum edificata: quo ciuitatē
& amicos effugeret quasi humani generis exul in ea habitabat. Timonem ut ipse
aiebat imitatus & similia in uita perpessus. Fuit autem Timon Atheniensis: tem-
poribus maxime Peloponnesiaci belli: ut ex Aristophanis & Platonis poematibus
intelligi potest. Describitur enim in illis ut odiosus & inhumanus: fugiens homi-
num congressus colloquiaq; omnia: preter unius Alcibiadis: qui ea tēpestate ado-
lescens erat: & lingua maxime promptus. Hunc Timon cum libentissime amplec-
teratur obscularetur q; interrogatus Apemanto quid ita faceret? respondit ideo
se adolescentem amare quod intelligeret illum multorum malorum causam athe-
niensibus futurum. Apemantum etiam nonnunq̄ acceptabat ut sui similem & eos-
dem sectantem mores: dicitur cum aliquando una cenarent diceret q; Apemantus
pulcherrimū o Timon hoc nostrum conuiuium est: respondisse: illum ita: si tamen
tu non adesses: Ferunt etiam illum athenis in contionem uenisse: factoq; silentio
& expectatione magna: utpote ad rem insolitam dixisse. Est mihi o uiri athenien-
ses post domum parumper orti & in eo ficus quedam coaluit a qua permulti iam
ciues suspendio uitam finiere: in eodem ego nunc loco edificium facturus sum:
quāobrem constitui publice referre: ut siqui sunt ex uobis qui se uelint suspēdere
ante id agant q̄ arbor succidatur. Illo autem mortuo cum in littore esset sepultus
succrescens mare litus circa sepulchrū abedens aditū remouit. Erant in sepulchro
hec carmina inscripta. Hic sum post uitam miseramq; inopemq; sepultus. Nomen
non queras dii te lector male perdant. Hec quidem ipse Timon ante q̄ e uita de-
cederet: sibi fecisse aiunt: nam uulgatum illud Epigramma non Timonis sed Ca-
limachi est opus. Timon ego iaceo hic retinentq; odisse quoq; ossa. Cōgressus ho-
minum quamuis male dic modo transi. De Timone quidem hec pauca ex multis
libuit inserere. Antonius ut terrestres quoq; copias audiuit captas & Herodē iu-
deum cum quibusdam cohortibus ad Cesarem defecisse: & alios item Reges de-
sciuisse: nihilq; preter Egiptum superesse: haud sane iis rebus commotus: sed libē-
ter hac spe abiecta ut simul abiciat & curam e domo illa maritima quam Timoniā
uocabat in regiam est regressus: & ad cenas & ebrietates & iocos totam ciuitatē
conuertit. Transscripsit enim in ephebos Cleopatre & Cesaris filium: suus autē
& Fuluie filius togam assumpsit uirilem in quibus rebus uniuersa ciuitas per mul-
tos dies cōuiuiis ludis sertisq; referta fuit. ipse uero & Cleopatra uitam illā prio-
rem quā immutabilem uocabat deseruerunt. Aliam autē inuenerūt sumptu luxu-
ria & lauticia nihilo prima illa inferiorem: quā commorientes uocabant Amici eni
se in con morientū reg ascribebāt: & ita in uoluptatibus & cenarū circuitu semp
erant. Ad hec Cleopatra uim ingentē uenenorū parare: singulorū potentiā natu-
ramq; perquirere: in iis qui ad mortē damnati erant periculū facere: sed cū anim
aduertisset ea uenena que confestim necabant celeritatem mortis per dolores in-
ferre: ea uero que mitiora erant celeritatē non habere: ad animalia conuersa idq;
per multos dies experta comperit solum ferre aspidis morsū sine ullo dolore uitā
extinguere: grauatoq; ex somno capite. & leui sudore per faciem diffuso sensibus
paulatim deficientibus nec secus excitationē grauiter ferentibus q̄ solent ii quos
placidus atq; altus sopor tenet. Simul etiam ad Cesarē legationē miserunt peten-
tes Cleopatra quidē Egipti regnū filiis suis concedi Antonius uero ut liceret sibi
athenis priuato uiuere. Coacti sunt autem perfidia amicorū in hanc legationem
Euphronium mittere qui erat filiorum preceptor. Nam Alexas Laodicenus qui
Antoniū maxime ab Octauia disiunxerat & Cleopatre coniunxerat cum missus

fuisset ab Antonio ad Herodem Regem in fide retinendum & a defectione probi
bendũ prodito antonio ausus est in conspectu Cesaris una cũ Herode cui se maxi
me crediderat uenire :sed nihil sibi profuit Herodes . Nam subito comprehensus
& in patriam remissus iussu Cesaris securi percussus est . Ita Alexas uiuo adhuc
antonio penas dedit perfidie sue . Sed Cesar antonii peticione aperte reiecta . Cleo
patre omnia pollicetur : si uel Antonium necet uel e regno suo expellat . Misit etiã
ad Cleopatram Cesar vna cum Euphronio legato Thireum libertum hominẽ non
stultum nec in facundum :sed qui a iuuene imperatore missus facile posset flecte
re mulierem :forme opinione elatam maximeq̃ gloriosam . Sed Thireus ubi ad
Cleopattam peruenit longiore colloqio cum illa protracto & egregie honoratus
non paruam suspitionem iniecit antonio . Itaq̃ hominem comprehendi iussit : &
captum ac uerberatum ad Cesarem remisit :scribens petulantia & superbia Thi
rei se irritatum fuisse : quod perfacile est sibi tot malis circumuento . Tu uero in
quit si grauiter id fers :Hipparchum libertum meum quem penes te habes subli
men rape :ac loris cede ut in equo simus ambo . Cleopatra cum ab hac suspitione
se purgasset :ita deinceps Antonium coluit ut nunq̃ antea magis :& cum propri
um natalem frigide ut temporibus decebat celebrasset :in antonii tamen natali ce
lebrando omnem modum festiuitatis magnificentieq̃ excessit . Multi quippe eo
die ad epulum uocati cum pauperes eo uenissent Regine munificentia diuites abi
ere. Cesar interea quoniam res urbane presentiam suam desiderare uidebantur ab
Agrippa qui Rome erat sepe per litteras reuoratus :tunc quidem in Italiam re
diit . Facta est igitur dilatio belli : quoad Cesar trãsacta hieme :exercitu per Li
biam misso :ipse per Siriam in Egiptum contenderet . Capto autem Pelusio ru
mor fuit Seleucum qui oppido preerat non inuita Cleopatra Cesari oppidũ tra
didisse. Sed illa quo se purgaret uxorem & filios Seleuci antonio tradidit :ut de
his supplicium sumeret . Sepulchra erant ad Isidis templum preclarissime a regi
na edificata In hunc locum Cleopatra aurum argentum smaragdum margaritam
hebenum cinnamomum ebur omnia demq̃ preciosiora ex regia congessit : ad hec
magnam vim thedarum & stũppe addidit :que cum Cesar audisset : ueritus ne
desperatione rerum has tantas diuitias incendio absũmeret . semper bona spe Re
gine prebita :exrrcitum Alexandriam adduxit : & in ipso Hippodromo castra po
suit . Antonius Vrbe egressus & multa ac prerlara rei militaris facinora ostentãs
equites Cesaris in fugã uertit :& usq̃ ad castra persecutus est . Inde iactabundus
Alexandriam regressus non ante arma exuit :q̃ Cleopatram ita ur erat armatus
amplexus atq̃ osculatus est . Militem autẽ qui egregie eo die pugnauerat apud
se cenare iussit . Cleopatra autem thoracem auream & galeam dono militi dedit
Sed is miles tantis muneribus acceptis noctu ad cesarem trãsfugit . Rursus igit̃
Cesarem uocabat Antonius ad singularem pugnam Illo autem respondente satis
multas ad interitum uias antonio patere :nullam mortem sibi honestiorem ratus
q̃ pugnando oppetere decreuit simul terra mariq̃ confligere . Itaq̃ in cena ut fe
runt suos admonuit :cibum atq̃ potum promptissime assumere :nam incertũ esse
an postridie id facturi sint :an ipso extracto nouis dominis seruituri ob que uerba
cum amicos Lacrimantes uidisset inquit non esse ducturum eos ad pugnam : ex
qua ipse potius gloriosam mortẽ quereret q̃ salutẽ aut uictoriam . Ea nocte cum
iam ferme intempesta esset cunctis silentibus & ob timorẽ futuri euentus : mag
na cura anxiis subito concentus quosdã omnis generis organorũ ferunt auditos :
& simul clamorem ueluti cetuum quorundam cantu & saltatu Satirico strepentiũ
Fuisse aũt hoc aiunt a media Vrbe ad eam portã que Cesaris castris erat opposita
tandem per hanc portam ingenti clamore eam turbam egredi visam . Antumant

omnes qui hec curant bacchum quem ille deum maxime imitabatur Antoniū de-
seruisse. Postridie uero cum Antonius cum suis militibus Alexandriam egressus
in tumulo quodam consedisset: conspicatus hostium classem atq; suam aduersum
tendere constitit in eo loco ut aliquod certamen inter illas uideret. Sed ille ut pro
pius fuere mutuo salutantes & amice se recipientes una classe ex duabus facta ad
Vrbem tenderūt. Hec conspicatus & eodem loco ab equitibus suis destitutus in
Vrbem rediit: exclamans quacunq; incedebat se a Cleopatra proditum illis ipsis
quibus propter illam sit factus hostis. Cleopatra uero cum hec audisset: timens
Antonii furorem in sepulchra se recepit: & cataractas dimisit: claustrumq; fir-
mauit & simul ad antonium mittit: qui nuntiaret ipsam sibi mortem cōsciuisse. Ille
ut hec audiuit credíditq;: ad seipsum rediens. Quid iam expectas inquit antoni:
que sola uiuendi causa supererat eam tibi fortuna ademit. His simul dictis intra-
uit cubiculum: & thoracem disloricans o Cleopatra inquit nō doleo equidē quod
tui caream: nam confestim vna adero: sed quod ego ille tantus imperator fortitu
dine superatus sim a muliere. Erat ei seruus quidam nomine Eros: quem iam pri
dem parauerat ad se si opus foret necandum. Is tunc cum Antonius promissa pete
ret gladium quidem accepit: tenuitq; quasi Antonium percussurus: sed celeriter
conuerso icta per propria uiscera gladium transegit: atq; ita ad pedes domini pro
lapsus est. Quod cum Antonius cerneret: euge inquit o Eros: qui me doces quid
agendum sit cum ipse non potueris. Hec dicens sibi uentrem percussit & in lectū
se demisit non tamen eo uulnere confestim est exanimatus: sed cum aliquantisper
iacuisset vi sanguinis repressa: ad se reuersus petebat ab iis qui aderant: ut ipsū
interficerent: quod cum omnes sibi denegarent atq; e cubiculo aufugerent insani-
re ac uociferare miro furrore nō destitit: quoad diomedes uenit a Cleopatra mis-
sus: qui ipsum ad Reginam in monumenta deferret. Tunc enim cum audisset eā
uiuere: uehementer letatus: iussit ministris ut ipsum tollerent & ita manibus eo
rum usq; ad monumenta est delatus. Non tamen apetuit fores Cleopatra sed fu-
nibus & cathenis a fenestra quadam demissis illum alligatum traxit a duabꝫ mu
lieribus adiuta quas in eo loco secum clausas habebat. Aiunt ii qui aderant nullū
unq; miserabilius spectaculum fuisse. Antonius sanguine fedatus: in altum funi-
bus trahebatur semianimis manus ad reginam tendens atq; annitens: neq; enim
erat facile mulneribus attrahere Sed ipsa Cleopatra funibus annixa in faciē pro-
na conabatur: ii qui infra erant hortatu dumtaxat adiuuabant Sed postq; illū ad
se mulieres receperunt in lectumq; posuerunt: tunc Regina scissis super eo peplis
& uultum unguibus secans & pectora plangens clamabat dominum virum impe
ratorem suum: adeoq; in deplorando antonio erat intenta: ut propriorum maloꝝ
pene esset oblita. Antonius uero ut Cleopatram a lamentatione cessare fecit: pe
tiit vinum sibi potui dari: seu sitiens: seu quod potato vino celerius sperabat dissol
ui. Cum autem bibisset admonuit Reginam: sibi ac rebus suis consuleret: si tamē
sine dedecore id facere possit. Et maxime omnium qui cum Cesare erant: Procu
leio se crederet. Ipsum autem non lugeret propter has ultimas calamitates: sed
beatum duceret propter priores felicitates. Nam & clarissimum omniū fuisse &
potentissimum: & tunc non in generose Romanum a Romanis superatum. Post
hec dicta cum iam ferme expirasset Proculeius a Cesare missus ad Cleopatram
uenit. Nam cū Antonius post uulnus sibi illatum ad monumenta portaretur: Dir
ceteus quidam ex antonii lictoribus accepto gladio quo cum se Antonius percusse
rat clam ad castra cucurrit: ostenditq; illum Cesari sanguine adhuc madentem: &
nuntius fuit antonii mortis. Cesar uero ut hec audiuit in partem intimā tentorii
secedens fleuit interitum uiri: & affinis & college: & multarum rerū bellorumq;

facit. Deinde amicis cōuocatis epistolas eius legit utpote iuste & prudenter scriptas. Post hec Proculeium misit : iubens dare operam q̄ maxime possit : ut Cleopatra uiuēs in p̄tatem ueniat Solicit9 enī erat ꝓ pecuniis cōgestis : & simul ad gloriam suam putabat peruenire : si illa in triumpho duceretur. Sed illa in manus quidem Proculei uenire noluit : in uerba autem cum illo uenit ad fores sepulcri : optime quidē illas firmatas : sed tamen uoci peruias. Cleopatra intus petebat filiis suis regnum : Proculeius foris eam bene sperare suadebat : & se ac sua omnia arbitrio Cesaris committere. Vt autem infecta re ad Cesarem rediit : & situm loci quem diligentissime contemplatus fuerat retulit. Gallus mittitur qui cum Cleopatra loqueretur. Is cum Reginam ut supra demonstrauimus conuenisset : consulto protrahit sermonem. Proculeius interea scalis interpositis per eam fenestram ingreditur per quam Antonius fuerat ante receptus : & propere cum duobus ministris ad eum locum descendit ubi Cleopatra cum Gallo loquebatur. Altera uero mulierum que cum Regina erant exclamante : infelix Cleopatra uiua caperis subito conuersa illa & Proculeium conspicata contendit illa quidem gladio quem accincta erat seipsam necare. Sed Proculeius approperans & manibus ambabus eam continens : iniuriam facis inquit o Cleopatra & tibi ipsi & Cesari : cui occasionem aufers humanitatis & probitatis sue ostendendo : & calamitatis mitissimū principem ut infidum & implacabilem : his simul dictis gladium adimit ueste in super excussa ne quid sub ea occultarent ueneni. Venit etiam a Cesare Epaphroditus libertus : cui mandata erat mulieris custodia : & maxime ut prouideret : ne illa sibi mortem inferre posset : ceterarum rerum omniū facultatem permitteret. Ipse autem Cesar Vrbem intrauit cū Ario philosopho sermone instituto : & dextera illi data ut inter ciues suos spectabilis foret & admirarentur cū omnes egregie a Cesare ornatum. Ingressus deinde gimnasium cum insuggestum ascendisset omnibus pre metu exanimatis & in terram procidentibus : cum eos stare iussisset inquit se omni crimine populum absoluete : idq̄ se facere primo propter conditorē Alexandrū Secūdo ꝓpter mirā pulchritudinē magnitudineq̄ ei9 urbis : tertio ꝓpter Ariū amicū suū Tanto itaq̄ honore Cesar dignat9 est Ariū ꝓ multoꝝ etiā salute apud Cesarē itercessit quoꝝ vn9 fuit Sostrat9 : homo oīm etatis sue ad dicēdū ex tpe promptissimus : sed tñ Achademie nō decenter se inserens : quāobrē Cesar eius more improbato reiecerat preces : Ille uero mutata ueste & cana barba ꝓmissa : Arium quacunq̄ incedebat sequebatur : semper hunc uersum habens ī ore Docti doctos seruabunt : si erunt docti : quod cum Cesar audisset concessit magis ut Arium inuidia liberaret : q̄ ut Sostratum metu. Ex antonii libertis Atyllus dumtaxat a Cesare necatus est : qui erat maior natu ex Fuluia. Tradidit autem illum Cesari Theodorus pedagogus Idem Theodorus cum ceruix adolescenti iussu Cesaris abscideretur : lapidem preciosissimum quē circa collum gestabat clam subtractum cone inseruit : qua de re accusatus & conuictus ad crucem damnatus est. Ex Cleopatre uero liberis ceteri quidem cum alumnis suis in custodia habiti & quidem liberaliter. Cesarionem autem prioris Cesaris filium cum magna ui auri & argenti a matre in Indiam per Ethiopiam missum & a Thodone pedagogo per fraudē quasi Cesar eum in societatē imperii uocaret reductū Cesar post mortem matris interfecit. De quo cū sententiam amicorū sciscitaretur dixisse Ariū ferunt non esse probandam multitudinē Cesarū · Corpus autē antonii cū id multi Reges ac priuati peterent ut ad sepulturā sibi traderetur auferre id a Cleopatra Cesar noluit · Sepultū est igitur Cleopatre manibus magnifice ac regio funere omnibus in ea re Cleopatre parere iussis. Ex morte autē ac dolore exarserant cui pectora nimio planctu febris coorta occupauit qua de re letata est Cleopatra

occasionem sibi oblatam putans seipsam per inediam necand : quasi morbo impedi
retur cibum assumere. Erat illi medicus cõsuetus & familiaris Olimpus : cui illa
ueritatem fassa : utebatur socio & adiutore ad necem. Vt idem ipse Olimpus ait
in historia quam de his rebus scripsit. Quod cũ Cesar animaduertisset : minas sibi
quasdam de nece filiorum iniecit : quibus Cleopetra tanq̃ machinis quibusdã ex
pugnata : corpus medele tradidit : cibumq; assumpsit. Venit autem & ipse Cesar
post paucos ad eam dies uisendi gratia & alloquendi. Illa uero ut uenientem uidit
e lecto in quo humiliter iacebat prosiliens prima tantum ueste amicta : ad pedes
eius prouoluta est : uoce tremula & gracili & lacero pectore quod magna ex parte
ostendebat : nec ulla in re melius se habere corpus q̃ anima uidebatur. Illa tamen
uultus gratia & dignitas forme non erat penitus extincta : sed lucebat intus : cer
nebaturq; in oculorum atq; corporis motibus. Iussa autem a Cesare in lectum re
dire : ipso iuxta assidente cepit illa quidem se purgare in necessitatem & metum
Antonii errata transferens Sed cum Cesar unumquodq; redargueret : subito ad
preces cõmiserationemq; conuersa est : quasi maxime uiuendi cupida Tandem cũ
auri & argenti ceterarumq; rerum rationes Cesari dedisset : Seleuco quodam ex
procuratoribus ostendente : quedam ab ipsa fuisse subtracta : prosiliuit Cleopatra
& crine procuratoris apprehenso : faciẽ eius frequenti ictu percussit. Cesare aũt
ridente & eam inhibente. At nonne pergraue est : inquit Cesar : si tu quidem nõ
indignum putasti huc accedere : & me in hoc tempore alloqui : serui autẽ mei me
accusant : siquid muliebrium ornamentorum reseruari : nõ mihi quidem misere sed
ut Octauie & Liuie munuscula dem : quo te per illas habeam placatiorẽ His uer
bis Cesar uehementer letatus est : ratus illam ad uitam respicere : & cõsiliũ mor
tis omnino abiecisse. Responsoq; Regine dato se & hec illi concedere : & ceteris
omnibus longe melius q̃ speret fruituram esse : discessit : decepisse quidem illam
putans : ipse uero longe ab eo deceptus. Erat inter Cesaris amicos Cornelius Do
lobella clarissimus adolescens : & a Cleopatre studio non abhorrens. Hic Regine
Postulanti clam renuntiauit : Cesarem quidem per Siriam abiturum : ipsam autẽ
cum filiis per mare missurum : tertia ut ipse opinabatur die : Illa cum hec audisset
a Cesare petiit ut sibi Antonio parentare liceret quod cum impetrasset ad sepulch
rum uenit cum familiaribus feminis & ibi in terram procumbens : o amice inquit
Antoni : sepeliui te nuper liberis manibus ; hoc autem nunc captiua facta : & custo
dita ne planctu aut lamentatione afficiam hoc seruum corpus ad triumphum de te
agendum reseruatum. Alia ne expectes libamina : aut honores nam hi tibi a Cleo
patra ultimi sunt. Hos enim uiuentes nulla unq̃ uis seperauit. nunc uero pericu
lum est ne mortui loca permutemus & tu Romanus in Egipto iaceas ego Egiptia
in Italia. Verum si qua illic deorum virtus aut potentia est : quando nos hic a no
stris proditi sumus ne patiare me uiuam duci ne ue te ipsum in me triumphari.
sed recipe me hic vna tecum in hoc tumulo. Nam ex infinitis malis quibus mise
ra premor nullum ita magnum aut graue mihi est : ut hoc breue tempus sine te
uixisse. Hec cum illa questa esset coronato tumulo : & diu amplexato : iussit sibi
balneũ parari : post lauacrum assurgens magnifice pransit. Hic quidam ab agro
ueniens cistam quandam attulit : qui custodibus percuntantibus aperiens & folia
reprimens plenam ficuum ostendit : & cum illi pulchritudinem fructuum ad mi
rarentur obtulit eis ridens : rogauitq; accipere. Illi uero nihil suspicantes iusserũt
introferre. Post prandium assumptũ : Cleopatra tabellas obsignatas ad Cesarem
dedit : & ceteris omnibus a se preter duas mulieres dimissis ianuã clausit. Cesar
ut tabellas dissoluit. & preces ac ploratus legit rogantis ut vna cum Antonio se
peliretur : subito quid actũ esset suspicatus est Primo itaq; ipse accurrere perrexit

postea melius esse uisum est ut aliquos mitteret qui propere inspicerent. Sed ce-
leriter transacta res erat: cursu enim illuc tendentes inueniunt custodes ne suspi-
cantes quidem aliquid: mox ualuis patefactis cernunt Cleopatrā mortuam aureo
in lecto iacentem regio more ornatam. Ex mulieribus uero que aderant: Eras
quidem ad pedes Regine expirauerat. Carmionium autem semianimis: capiti
Regine diadema aptabat. Clamante autem quodā ex custodibus. An hec pulch-
ra sunt Charimonium. pulcherrima inquit ac decentia tot Regum prolē: nec quic
q̄ ulterius locuta tecidit. Sunt qui ferunt aspidem in ficubus allatam inter folia
que supra erant occultam: fuisse data opera a Cleopatra ut ipsam insciam inuade-
ret: inde cum ficus acciperet conspicatā aspidē dixisse: an hic erat istud & brachi-
um aspidi nudatum porrexisse. Alii seruatam aspidem ferunt in uase quodam in-
clusam & per fistulam auream a Cleopatra pronocatam atq̄ irritatam brachium
momordisse. Sunt item qui aliter opinentur: ceterum ueritatē nullus nouit. Nā
& uenenum ipsam habuisse compertum est in laminula quadam coneaua: quam
sub crine occultabat: sed tamen neq̄ corpus deformatum nec aliud ullū apparuit
ueneni signum: nec aspis etiam ab ullo conspecta est: sed tractus dumtaxat quidā
in litore qua domus ad mare spectabat uisi: & brachiū Cleopatre aiunt duas no-
tas habuisse leuiter impressas & humidas: quibus cesar uidetur fidem dedisse.
Nam in triumpho Cleopatre imaginem tulit: cum aspide mordicus affixa. Hec
quidem ita dicuntur gesta. Cesar autem quanq̄ morte illius infensus erat: admi-
ratus tamen mulieris genecositatem magnifice ac regie una cum antonio sepeliri
iussit. Mulieres etiam que cum illa mortue erant honore funeris potite sūt. Mor-
tua est Cleopatra etatis sue anno trigesimonono: regnauit annos uigintiduos cū
Antonio amplius. xiiii. uixit. Antonium alii annos quinquagintasex: alii dum-
taxat tres supra quinquaginta ferunt uixisse. antonii quidem statue omnes iussu
Cesaris deiecte: Cleopatre autem statue suo loco relicte: Archiuio quodam Cleo
patre amico mille talentis a Cesare redimente: ut stare sinerentur: nec idem quod
antonii statue paterentur. Ex liberis autem antonii septem: quos ille ex tribꝰ uxo-
ribus susceperat: Atyllus qui erat maximus natu: a Cesare ut diximus necatus
est. Ceteri autem omnes apud Octauiam educati: que Cleopatram quidem anto-
nii & Cleopatre filiam Iube humanissimo & pulcherrimo Regi uxorem dedit. An-
tonium autem ex Fuluia genitum ita magnum apud Cesarem fecit ut post Agrip-
pam & Liuie filios primas partes obtineret. Ex Marcello autem cū duas filias
& Marcellum haberet: hunc quidem generum simul & filiū sibi fecit Augustus
Alteram uero filiarū Agrippe tradidit. Mortuo deinde Marcello filio cū Cesar
non facile cerneret: quem sibi ex amicis generū eligeret: suasit Octauia ut Agrip-
pam caperet quod cū Cesari placeret cum agrippa egit ut filiā repudiaret & Ce-
sari gener fieret quo facto illam ab agrippa seperatam antonio coniunxit. Ex dua-
bus autem antonii & Octauie filiabus: alteram domitius Enobarbus alteram pu-
dicitia & forma preclaram. Drusus Liuie filius Cesaris priuignus duxit uxorem
Ex hac nati fuerūt Germanicus & Claudius quorum Claudius postea imperauit
Ex Germanici autem filiis Caius quidē cū superbe imperaret trucidatus est una
cū filio & coniuge. Agrippina uero filium habens ex Domitio Enobarbo nupsit
Claudio & simul filium in adoptionem dedit qui postea Claudius Nero appella-
tus est. Hic temporibus nostris imperās matrem necauit nec multū abfuit quin
flagiciis & amentia Romanorum subuerteret imperium quartus ab Antonio per
gradus successor.

Epistola Lapi floren. Poete Laureati in vitã atq; gesta Artoxerxis Incipit felicit.

ANONUS EPISCOPUS. baiucensis vir cum summa
doctrina integritate ac religione preditus tum vnus pre-
ter ceteros quos quidem viderim tui nominis tueq; laudis
& amplitudinis studiosus : mecum in colloquium ueniens
multa mihi ac preclara de te narrare solitus est . Et enim
cum ociosis nobis ob idq; conterendi ocii materiam requi-
rentibus sermo incidisset quod persepe fit de priscorum
principum rebus gestis ac virtutibus : eas uterq; nostrũ
maxime collaudasset deplorauit horum temporum iniquissimã conditionem atq;
fortunam : Quibus omne rectum studium ita deletum est funditer & interiit Vt
nullum nõ modo in principibus sed in priuatis quidem hominibus prioris discipli
ne uestigium appareat . Atq; adeo pessime comparatum est : Vt qui in vno genere
virtutis excellat : eidem plurima insint vicia : a quibus illa uelut caligine quadam
& tenebris obscurata omnem suam speciem ac lumen amiserit . Sic nostris homini
bus nullum : Vt ex ueteribus complurimos proferre possumus pricipes omni lau
de cumulatos Hic de ceteris omnibus nulla inter nos erat dissensio Vnum se ille
tamen te aiebat excipere in quo ea que in sapientissimo uiro & clarissimo principe
& sũmo belli duce desiderarentur sic cuncta perfecta & absoluta essent Vt nullis
ornamẽtis ingenii virtutis Doctrine humanitatis sua quidẽ sententia ueteribus
illis esses inferior . Et enim admirabatur primum idq; lubens ac pleno : Vt ita di
cam ore ad celum efferens tuam illam diuinam atq; admirabilem sapientiam : in eo
regno co stituendo : quod cure ac tutele tue creditum foret in temperandis mo-
derandisq; ciu tatibus in conciliandis tibi tuorum uoluntatibus in prospiciendis
vitandisq; hostium insidiis ac periculis declinandis : qua ita excellas omnibus Vt
sibi in his gerendis atq; administrandis non humano consilio sed diuina quadã mẽ
te uti uidereris . Addebat eodem singularẽ eximia atq; iustitiam : Vt in mandãdis
honoribus : nec odio nec gretia nec inuidia nec precibus moueeris . Atq; ita bene
meritos beneq; merentes ornares non ut persoluta sibi laborum mercede ad desidi
am atq; inertiam adhortarere Sed ad virtutem ad decus & ad gloriam excitares
atq; incenderes . Ita ulcisceris noxios ut ii ipsi quos punisses non magis supplicii se
ueritatem & tristiciam odissent quam mansuetudinem clementiamq; diligerent
Addebat modestiam Temperantiam Frugalitatem tum in uictu tum etiam in re
liquis vite partibus : & si hec laus in tanto principe parua atq; exigua videtur esse
Nec tacebat eam que in te virtutum reliquarũ obtineret principatum tum celsitu
dinem animi magnificentiamq; Tum subeundis periculis suscipiendisq; laboribus
fortitudinem & in perferendis constantiam & patientiam Hoc in loco bella maxi
ma & periculosissima cum Gallis reliquisq; asperrimis atq; immanissimis hostibus
nõ modo abs te gesta sed etiam gloriose confecta referebat . Commemorabat pre
terea victorias triumphos summa cũ laude terra mariq; partos . Nec preteribat
tacitus trophea spolia exuuiasq; & terrestres & nauticas quibus totum regnũ de
corasses . Quibus rebus non modo Britanie regnum florentissimũ & maximũ tot
iam per annos tutatus esses Sed multas etiam urbes atq; adeo regiones in ditionẽ
redegisses bellicosissimas quoq; gentes & nationes bello deuictas tuo parere im-
perio coegisses . Tuum uero nomen cum maximum ac formidolissimum ad extre
mos usq; occidentis terminos prestitisses In aliis etiam regionibus eo iam magni-
tudinis prouexisses ut oĩbus stupori admirationiq; haberet . Ad hec mãsuetudinẽ

clementiam in comprimendis sedandisq; ire temere cōcitatis motibus tum libe-
ralitatem ac beneficentiam in distribuendis pecuniis in iuuandis subleuandisq; in
opibus in promerendis beneficiis. Facilitatem quoq; eiusmodi qualis in priuatis
hominibus esse non soleat. Vt nec somnus unquam nec cibus nec quies cuiq; ad te
adire uolenti neget aut etiam remoretur aditum. Vt hominum querelis de alio-
rum iniuriis tue semper pateant aures cum tamē aliorum maliuolorum calumniis
obcluse semper obstruseq; sint. Illud uero ut in conuento & congressu tum peregri
norum tum ciuium & in omni consuetudine uite suauis ut affabilis ut iocundus ut
comis & in sermone nō contentiosus non pertinax sed facile cedens etiam cū uin-
cere possis plurimom se dicebat admirari. Ad postremum quasi lumen quoddam
& splendorem his rebus omnibus effundebat: Liberalis ingenueq; doctrine. Ete-
nim aiebat te cum in aliis rectissimis studiis honestissimisq; artibus: Tum in iis
potissimum: que uocantur humanitatis: sic inuigilare assidue: ut te nulle occupa
tiones nulla defatigatio laborum distineant quin aliquam partem temporis illis
impartias non ut tu id quidem necessariis negotiis subtrahas: Nam id quidem
haud probarim sed quantum reliqui ab operibus feriati remissioni ludo conuiuiis
uoloptati tribuant: Tantisper ipse te in studia litterarum ueluti intutissimum &
tranquillissimum uite portum recipias Vt ex grecis Philippum Alexandrū Peri
clem Thotydidem Xenophontem Socratem Ex nostris uero. M. Catonem Sci
pionem Sillam. C. Cesarem aliosq; complures fecisse memorie a ueteribus rerū
scriptoribus proditum est. Ex hoc euenire ut cum superioribus illis uirtutibus
quas enumeraui concedas nemini: in hoc genere longe cunctis principibus ante
cellas. Cum ergo eadem ac sepius audirem: Ita me prestantissimi patris oratio &
grauissimi uiri auctoritas mouit: Vt in tui amorē toto animo inclinarem omni
te studio & ueneratione prosequi inciperem omne meum ingenium facultatemq;
omnis deniq; ut ita dixerim neruos industrie mee ad tuum nomen prodendū atq;
illustrandum converterem. Itaq; & superiori tempore parua quedam opera parti
a me edita partim e greco in latinum uersa tuo nomini dedicaui Idq; eo feci nō ut
ea te digna putarem sed ut ad te aliquam quasi degustationem mearum uigiliarū
permitterem. Qua probata animū tuū ad maiora erigerem: & nunc Artoxerxis
illustrissimi Persarum regis uitam latine tibi interpretatus sum. Que quidē mihi
& quia regis & quia optimi regis erat: tue maxime conuenire uisa est. Si quidē
tu ut ille regio genere ortus regis filius esses: & fratrem regem habuisses & ne-
potem haberes & regnum maximum regeres. Quare haud scio an tibi quicq; apti
us accomodatius ue fieri aut excogitari potuerit Verum ne Artoxerxes talis ac
tantus rex ad te talem principem & tantum quasi priuatus ad priuatum ad remo
tissimam adeo regionem solus proficisceretur. Adiunxi illi profectionis comites
maximos & sapientissimos uiros Theseum Romulum Solonem Publicolam Peri
clem Fabiom Maximū Themistoclem Camillū atq; Aratum: Qui quidē ut erāt
a Plutarcho eruditissimo uiro comparati inuicem atq; collati Ita ordine coniuncti
q; eorū res gestas interpretatione mea prosecutus sum quas ad te idem pater op-
timus canonus unum in uolumen q; fieri potuit ornatissimum redactas & exscrip
tas mittit. Quod sic te rogo pro tua singulari humanitate accipias Vt quociēscūq;
illud leges tociens mei hominis tui amantissimi tuoq; nomini & glorie deditissimi
libenter memineris: Et quoniā hoc a me opus ad memoriā tui & īmorealitatē lu
gubratū esse intelligis: des operā ut aliqua significatione id tibi per gratū exti-
tisse intelligā: Quod si feceris me currentē Vt aiunt magis etiam incitabis & ad
eandē exercitationē tui ornandi gratia promptiorē atq; alacriorem efficies.

Plutarchi historiographi greci de vita atq̃ gestis Artoxerxis tr̃aducti in latinũ linguagium per lapum floren. oratorem Incipit feliciter.

RTOXERXES. Ille Primus xerxe patre nat9 ex Persarum regibus tum facilitate humanitateq̃ tum maxime animi magnitudine prestitit & longimanus Quod dexterã manum sinistra longiorem haberet cognominatus est. Secundo uero de quo hoc tempore scripturi sumus in nemo ni idest memori cognomentum fuit Hic ex sorore illius superioris genitus est. Dario enim ac Parisatidi filii quatuor fuerũt: maior natu Artoxerxes proximus etate Cirus iis iuniores Ostanes & Oxanthres. Cirũ igitur a Ciro prisco nomen traxisse ferunt. Illum autem a Sole ita nuncupatum esse Cirus enim persica ligua Sol dicitũ Artoxerxi Arsice ab ĩicio nomen fuit & si dinon tradit Carsem illum appellatum esse. Sed minime credendum uidetur. Ctesiam quamuis uariis fabularum commentis a ratione & ueritate maxime abhorrẽtibus liberos suos referserit regis nomen ignorasse Apud quem uixisset diutius: quẽq̃ item matremq̃ eius & coniugẽ ac liberos pie sancteq̃ obseruasset. Cirus ergo ingenio acer cum esset & uehemẽs Statim a puero spe ac animo ad regnũ spectare cepit: Alter in omnibus vite partibus leuior ac facilior & cupiditatibus remissior natura est habitus Is iussu parẽtum mulierem eximia sane forma: ac singulari pudicitia cepit uxorẽ: Inuitis aũt illis prohibentibusq̃ retinuit: & apud se perpetuo in honore habuit. Nam cũ interfecto a rege illius fratre ipsa quoq̃ ad exitium quereretur. Arsitas supplicem se matri obiciens atq̃ eã multo luctu: lacrimisq̃ obtestans: Vix ut incolumis seruaretur obtinuit: & ne cum ea cogeretur diuortium facere. Et enim mater Cirum maiori caritate amplexa erat: magisq̃ eum in regnum patri succedere cupiebat: iisde causis ab ea reuocatus ab oris maritimis in persidem se recepit: Spe erectus se opibus matris & auctoritate adiutum regnum habiturum. Nitebatur enim Parisatis, haud sane probabili ratione ea qua olim Xerxes priscus Damarato auctoritate est usus. Arsicam se priuato Cirum regnanti Dario peperisse nõ tamen id suadendo perficere potuit. Nam qui etate anteibat. Artoxerxes rex cõstitutus est. Cirus Lidie Satrapiam sortitus est: & maritimas regiones imperator obtinuit. Nec ita multo post Darii mortem rex Parasgadas profectus est Ut a Persarum sacerdotibus regio more sacris iniciaretur. Est bellice dee Sacellum Quam coniectura quis Mineruam fuisse auguretur. Eo ingressus regẽ: qui misteriis paratur: oportet propriam uestem deponere & quam Cirus Priscus induit anteq̃ regno potitus esset: assumere: ex Caricis preterea uesti: & Terebinthũ pro bellariis degustare poculumq̃ lactis ebibere iis peractis si qua fiunt: haud ceteris compertum est Que quidem cum Artoxerxi agenda instarent: accessit Tisaphernes & vnum ex sacerdotibus eo secum adduxit: Qui Ciro ad percipiendam patrie disciplinam prefuerat: magicamq̃ illum docuerat: & cum is spe regni potiundi decidisset Artoxerxe prelato: uisũs estante alios Persas eam rem iniquo animo ferre. Ob eam opinionem cum Cirum detulisset: uehementer eius orationi fides est addita: Cuius delationis machinatio talis fuit. Cirum in templo insidias locaturum Regemq̃ ut primum uestem posuisset impetu facto oppressurũ hac confirmata calumnia tradunt quidam illum comprehensum esse in carcereq̃ coniectum: Nonnulli templum Cirum irrupisse perhibẽt latitantemq̃ a Sacerdote deprehensum & Artoxerxi in potestatem traditum: eumq̃ cũiam morte supplicium daturus esset amplexam matrem: ac flentem precibus & obsecrationibꝫ

de illius salute tandẽ a rege impetrauisse & ad mare rursus deuertisse: Qui eius-
modi initia egre ferens non salutis & liberationis sue memor : Sed cõprehensionẽ
& carcerem refricans itaq; cupiditate incensus ad regnum occupandum acrius in
tendit animum. Sed sunt quidam qui dicant Cirum deficientibus sibi in quoti-
dianas cenas sumptibus a rege defecisse. sed hec opinio plurimum a ueritate aber
rare uidetur. Et enim si cetera defuissent : mater suis opibus & copiis abunde
illi ad sumptus suppeditandos ualuisset. Eius autem diuitiis testimonio est exer
citus qui sibi multis in locis per amicos & hospites alebatur. Vt Xerophon tra
dit. Non enim cunctas copias unum in locum coegerat cum eiusmodi apparatũ
clam rege esse uellet : quoad belli inferendi occasio data esset : Sic alibi alios ha-
buit : Quibus conducendi exercitus negocium dederat. Regi autem instans ma
ter omnes suspitiones adimebat : & a Ciro ipso plene blanditiarum & assentatio
num frequenter afferebãtur littere : Quibus tum poscebat aliquid ab eo tum pro
uocatus Tisaphernem accusabat. Iam enim certamen inter illos & contentio ex-
orta erat : Fuit preterea regi natura insita morositas quedã ac segnities : que le
nitas animi multis & clementia uidebatur quippe qui ut apparet gentilis sui Ar-
toxerxis mansuetudinem & facilitatem uehementer ab initio adamasset. Facile
ad eum omnibus patebant aditus in conferendis pro dignitate honoribus & grati
ficandi rationi propensior : In uendicandis criminibus eius animaduersio omnis a
contumelia aberat. In conferendis autem beneficiis & in promerenda gratia debẽ
tibus magis & astrictis q̃ benemerentibus letabatur : in suspiciendis uero huma-
num atq; alacrem se prestabat : Nullum enim adeo paruum ad illum afferebatur
munus quin id prompto animo iocundeq; acciperet : Cui cum malum punicum in
signi magnitudine dono a paupere esset datum : Per Solem inquit hic vir ciuita-
tem ex parua magnam si eius fidei credatur q̃ celeriter redigere posset. In itine
re aliis alia ad eũ munera afferentibus homo rusticus cũ pro tempore nihil nact9
esset quod regi elargiri posset : percurrissetq; ad flumen & haustam ex eo aquam
manibus illi obtulisset Letatus Artoxerxes phiala aurea & mille dariciis hominẽ
donauit. Aclide lapsoni : cum is multa licenter in eum contumelioseq; loqueretur
per tribunum militum respondit : licere sibi que uellet in regem dicere : Sibi ue
ro dicere ac facere. In uenatione quoq; cũ Teribarus Persicam uestim scissam sibi
ostendisset : ab eoq; quid fieri oporteret rogatus respõdisset : Aliam illi induen-
dam uestem & illam sibi esse tradendam : concessit statim quod flagitarat : dono
inquiens do tibi atq; largior hanc uestem : uerum ferri prohibeo. quo neglecto.
Territarus. Erat enim homo minime malus : Sed natura leuis & in consiliis ra
pidus : Vestem ipsam induit muneribus etiam ex auro dono a rege sibi traditis
se ornauit : Idq; cum uniuersi intuentes egre ferent. Nam haud decebat ridere
tum rex & cachynnari incepit : & ad eum conuersus tibi inquit ut mulieri aurũ
& ut insano regium amictum gestandi potestatẽ licentiamq; permittimus. Cũq;
uero liceret cuiq; pteterq̃ matri & coniugi illi supra regem huic infra regie men-
se accumbere. Artoxerxes fratres etiam Oxanem & Xanthrem natu iuniores
ad eandem mensam uocauit : & una secum epulari uoluit Maxime autem ex om-
nibus gratissimum persis spectaculum prebuit statire coniugis currus : quo nudo
nullis in uolucris nullis ornamentis regiis ferebatur : priuatisq; mulieribus sui &
salutandi & adeundi copiam faciebat : ex quo regina ipsa a multitudine sũmo stu
dio colebatur. At inquieti & turbulenti homines qui nouis imperiis studebant :
ad Cirum quod illum acri ingenio virum apprimeq; bellicosum. Ad hec amicorũ
vnus omnium maxime studiosum esse acceperant : communi consensu rerum sum
mam deferebant : Rati tantam imperii molem elati animi regem exposcere : &

qui honoris cupiditate & glorie tangeretur . His igitur fretus Cirus non minus
q̄ his quibus imperabat ad bellum incubuit . Lacedemonios quoq̄ per litteras co.
hortatus est ut viros sibi subsidio mitterent : Quibus si pedites uenissent equos si
equites currus si agros haberent villas si villas urbes se daturum suscepit . merce
dem uero commilitonibus non numero sed mensura persolutum iri : his se aliisq̄
pluribus magnifice efferens addebat Grauius se cor q̄ fratrē gerere philosopha .
riq̄ magis ac peritius magicam exercere . Vini autem plus bibere ac melius ferre
At illum in uenationibus ob ignauiam ac mollitiem animi in equo dubiis autē in.
rebus ne in solio quidem posse consistere . Lacedemonii uero ad Clearchum Scy.
talam miserunt : omniaq̄ que ad bellū usū forent Ciro subministrari iusserunt .
Permagnis ergo Barbaricis copiis & conductis ex grecia militibus haud multo
pautioribus . xiii . milibus instructus uariis rationibus militie consilium dissimu
lare conatus aduersus regem ascendere parabatur quod tamen haud diutius regē
latere potuit . Nam Tisaphernes ad illum adiens rem omnem belliq̄ apparatum
indicat : & tumultus permagnus regiam omnē compleuit : cuius belli culpe pars
maxima in Parisatidem conferebatur . Eiusq̄ amici omnes atq̄ intimi in suspitio
nem & calūniam uocabantur . Maxime uero Parisatidi infensa Statira attaua ini
quo animo bellum ferens ac uociferans : Vbi nunc fides o Socrus ubi preces obse.
eracionesq̄ humiles : quibus cum Cirum regnum insidus appetentem recepisses
nos in bellum ac periculum coniecisti . Ex eo tempore Parisatis statire odio ueba
menter incensus cum natura ad simultates atq̄ inimicitias persequendas acerba
immanisq̄ natura foret : Illam insidiis tollendam interficiēdamq̄ curauit . Appro
pinquanti autem Ciro sermones Rumoresq̄ perlati sunt : Statuisse regem nec sta
tim manus conserere : nec prelio dimicare . Sed in Persis expectare : quoad eo
undiq̄ exercitus coegeretur . Et enim fossam in latitudinem pedum decem toti.
dem in altitudinem ad quardingenta stadia per regionem in longitudinem duxit.
Quam tamen cum perrupisset Cirus atq̄ intra copias adduxisset : Babiloniā que
haud longe ab eo loco distaret neglexit : nec transitu illam conatu ullo prohibuit.
Sed Teribacus primus omnium cum dixisset haud fuga contendendum : nec me.
dia Babiloniaq̄ cedendum : Sed in susos Parasatidi occurrendum esse cum nume
ro copiarum multiplici hostes excederent : Innumeros autem Satrapas ac preto.
res haberent consilio & peritia rei militaris Ciro superiores ac manu promptiores.
prelii statim fortunam temptare aggressus est : Ac primum nonagentorum miliū
exercitu rebus omnibus instructo atq̄ ornato e uestigio se ostētans hostes audatia.
despectuq̄ hostium inermis atq̄ incertis ordinibus incedentes in tantum terro.
rem ac turbationem coniecit : Vt magno cū clamore & tumultu se colligendi atq̄
in ordinem constituendi spatium pareretur : Deinde silentio & effuse agmen produ
cens : clamores immodicos petulantesq̄ insultus & confusionem plurimam in tan
ta multitudine expectantibus grecis specie agminis & instructu admirationi fuit.
Ex falcatis enim robustissimos quosq̄ deligens in frōte legionis sue e regione gre.
cis statuit . Vt acies hostium priusq̄ ad manus uentum esset perrumperent . Eā
pugnam cum multi scriptores memorie mandarint : & xenophon ante oculos pe.
ne collocarit rebusq̄ ipsis non ut gestis sed quasi gerantur lectorem affectum ani.
mo atq̄ vna periclicantem retineat : haud prudentis esset post eum virum his de
rebus rursus ad scribendū accedere preter ea que ab illo pretermissa ac digna me
moria videantur . Nuncupatur autem locus Cunax in quo instructe acies signis
collatis dimicarunt . Qui sexcenta stadia a Babilonia distat . Cirum autem ad mo.
nente Clearcho ut se post Macedones contineret : nec in periculum pugne immit
teret respondisse ferunt . Quid ais Clearche ? Iubes ne regnum appetentē regno

me indignũ ostendere . Camq; imprudenter Cirus & temere in medias acies per
rupisset : nec periculũ precaueret : nec saluti sue prospiceret non tamen Clearchi
minus delictum nec sapientius consilium fuit. Qui grecos contra regem cõstitue
re uoluerit . Sed ne circumuenirretur ab hostibus dextrum cornu ad flumen pro-
duxerit . Qui enim omissis ceteris omni ratione securitatem sequeretur : & in eo
potissimum laboraret : ne quid incomodi acciperet satius fuit domi se continere .
Qui autem a mari ascendens decem stadiorum milia processisset . nec id ulla neces
sitate coactus sed hoc consilio ut Cirum in regiam sedem collocaret Sic deinde lo
ci atq; ordinis rationem habuerit non quo ipse regem cuius stipendia mereretur
seruaret . Sed quo tuto & expedite pugnaret . Is mihi instantis periculi metu de
summa rerum consilia abiecisse & militarem disciplinã prodidisse uidetur . fuisse
autem nullum ex omni exercitu regis grecorũ impetum excepturum . Pulsis aũt
Locho ac relictis illis fugiente aut interfecto rege Cirum incolumem regno poti-
turum : ipsius pugne euentus declarat. Id circo Clearchi magis ignauia ꝙ Cyri
audatia accusanda est . Que regnum vna & Cirum perdiderit . Si enim rex ipse
contemplatus foret : quã in parte constitutis grecis minimum sibi ab hostibus no
ceretur aliam nullam ꝙ que a se atq; a suis plurimũ distaret inuenisset : a qua nec
ipse victus superatusq; sentiret : & Cirus ante interemptus sit . Quã de Clearchi
victoria nuntium accepisset . Atq; Cyrus haud inscitia neq; imprudentia offen-
dit Sed quid sibi usui esset preuidit : Clearchumq; medium agminis tenere iussit
At is cum dixisset bene gerende rei se curam suscepturum euertit omnia . Nam
greci ex sententia sua & uoluntate Barbaros fuderunt & fugientes magnum spa-
cium insecuti sunt : Sed Cirus cum generosum equum Sed effrenum atq; immi
tem Pasacem nuncupatum ut Cresias tradit : Calcaribus incitasset : Cadusiorũ
dux Artoxerxes & ipse uectus equo ei obuiam uenit clamitans o iniquissime om-
nium mortalium atq; insanissime : qui pulcherrimo & sanctissimo inter Persas Ci
ri nomini hanc tantam notam atq; ignominiam inuris ut optimam viam ingressus
grecorum copias ad persarum bona & fortunas diripiendas coneris adducere : in
spem adductus te fratrem ac dominum tuum occisurum esse : Cui decies decem
seruorum milia qui te rebus omnibus prestent . Sed starim periculũ facies. Ante
enim hoc loco caput tibi auferetur ꝙ regis faciẽ aspicere possis Hec cum dixisset
iaculum in eum immisit : Sed lorica restitit atq; ictum sustinuit ne ad corpus uul
nus descenderet . Cirus tamen magnitudine ictus contremuit . Dum Artoxer-
xes equum converteret Cirus telum intorquens haud frustratus est ictu sed col-
lum sub casside mucro ne trãsfixit . Artoxerxem igitur Ciri manu concidisse om
nes pene consentiunt . De Ciri autem morte quoniam Xenophon ut qui non affu
isset eã breuiter nimis atq; exiliter explicat : nihil fortasse impedit que a Dinone
& Ctesia scripta sunt oratione percurrere . Tradit igitur Dinon interfecto Ar-
toxerxe Cirum in eos qui circumstabant regem impetu facto : eius equum uulne-
rasse atq; illum humi deuolutum esse . Ad quem accurrens Terybagus apprehen
densq; ꝙ celeriter in aliũ equum imposuit . O rex inquiens huius diei memineris
Non enim est eiusmodi ut memoria tibi excidere debeat . hic rursus Cirus per-
rumpens equo Artoxerxem deiecit . Hunc tercium Ciri insultum rex iniquo ani
mo ferens ad eos qui aderant exclamat satius sibi esse non uiuere tum incitaco cal
caribus equo Cirum adoritur qui inter uolantia hostium tela incaute ac temere
ferebatur : In eumq; ipse vna & eius stipatores tela coniiciunt . Concidit autem
Cirus ut quidam ferunt : Trãsfixus a rege ut plurimi sentire uidentur ab homi
ne qui ex Caria aderat : cuiq; rex premium rei bene geste hunc honorem tradide
rat Vt in preliis semper Aureum Gallum in Lancea prefixum ante aciem ferret

Et enim Cares ipsos Perse ob conos quibꝰ galeas ornatas habēt Gallos nuncupāt
Que uero a Ctesia de Ciri morte mandata sunt litteris ut pluribus circūcisis atq
amputatis paucis exponam huiusmodi sunt Cirus cum interempto Artoxerxe in
regem ipsum impetum fecisset. Rexq contra in eum silentio se inuicem infensis
animis petiuere. Sed interuenit Aricus Ciri amic9 preoccupatoq tempore in re
gem telum coniecit Sed ictu frustratus est. At rex contorta in Cirum Lancea
illum non attigit. Tysapbernem uero virum summo loco natum Ciroq fidissimū
percussit atq exanimauit. Tum Cirus iaculum adiciens per thoracem ad duorū
digitorum altitudinem in pectus regis defixit: Quo uulnere ex equo deuoluto
rege: Comites eius ac stipatores magno cum tumultu ac trepidatione se in fugā
dedere. Ille egre se humꝰ attollens cum paucis in quibus fuit Ctesias proximum
quendam tumulum occupauit & in eo consedit. Cirum uero aduentantibus iam
tenebris ferox equus a suis longius inter hostes prouexit: cum ab illis ignotaretᷓ
ac requireretur a suis quippe qui elatus victoria plenusq animi atq spiritus per
medium hostium agmen equum incitabat calcaribus aspere ac uehemēter obuius
uerbis increpitans. Cedite ignaui atq absistite idem cum sepius Persica uoce pro
clamasset Alii quidem concesserunt regem adorantes forte Ciri capite lapsa tiar-
ra est Hic Persicus adolescens nomine Metrodotes viribus fretus a latere incur-
rens eius tempus secundum oculum iaculo trāsfixit: Nestius quem uulteraſſet
Cumq magna vis sanguinis manaret e uulnere languente iam visu vna cum viri-
bus decidit. Equus errabundus se fuga proripuit. Equestrē uero pileum cruore
madentem Ciri percussoris minister comperit. Cirum languentem e uulnere ac
iam prope expirantem Eunuchi quidam: qui casu aderant in alium equum repo-
nere: Atq ex hoste seruare conati sunt: Sed cum inbecillior foret q̄ in equo insi
dere posset annixi manibus egro ac titubante corpore agebant: Cum potitum se
victotia opinaretur: ac fugientium uoces audiret: Cirum regem implorantium
ac sibi parci obsecrantium. Interim Cauni quidam abiecti homines & victus diffi
cultate vilissimorum ministeriorum gratia regis exercitum secuti: Ciri militibꝰ
forte permixti erant. Qui ubi vix rubea sagula conspicati sunt: Quod regie par-
tis omnes albo uterentur agnouerunt statim hostes esse: Ex illis igiť vnus ausus
est imprudēs a tergo Cirum sauciare: Quo ictu perfracta poplitis vena concidēs
ille intercadendum confossum uulnere tempus in lapide quodam offendit Ctesie
igitur oratio ac sententia talis est Qua hominem uix occidens ueluti obtuso gladio
interemit: Cum iam expirasset Citus Artasiras regius oculus eo forte equo pro-
fectus; Vt flentes Eunuchos aspexit: Fidissimum eorum rogauit quem assidēs
o Parsista defles Et ille non ne tu extinctum Cirum intueris? Admiratus igitur
Artasiras Eunuchum iussit bono animo esse cadauerq asseruare. Ipse ad Artox-
erxem profectus rebus suis diffidentem & uulnere sitiq confectum letus nuntiat
se mortuum Cirum uidisse. Ille uero statim audito nuntio primus omnium iter
arripuit: Ac Artasire ut se ad locum perduceret imperauit. Sed cum metus ac
rumor vehemens eo perlatus foret grecus hostem fusum persequi. Victoresq om
nia obtinere visum est eo complures exploratum mittere: Ita triginta lampades
preferentes eo missi sunt ipsi ob sitim iam deficienti & ad moriendum vicino Peri
barcanes Eunuchus circum currens potum querebat. Non enim locus aquam ha
bebat & a castris longius aberant: Tandem in vnum ex caunis illis inopibus inci-
dit: in utre sordido inquinatam aquam ac putridam adocto Cotilas ferentē hūc
utrem ille acceptum ad regem detulit eiq tradidit. Quam cum aquam totam ebi
bisset nunquid is potus modestissimus ei fuisset percontatus est? Tum testatus
est deos immortalis se nunquam vinū potasse iocundius. neq aquam etiam que

leuissima ac purissima esset sibi suauiorē esse visam. Quare inquit ei homini a quo accepisset se nunquam debitas ac meritas gratias referre posse Sed deos precari: ut eum diuitem ac beatum efficerent: dum ea fiebant: triginta missi dari ac leti eo se receperunt: insperatam regi felicitatem ac victoriam nuntiantes: At iam multitudine ad eum undiq; confluentium & conspirātium parumper animo cōfirmatus multis circum collucentibus facibus e tumulo descendit. Vt uero ad cadauer cōstitit & dextera corpori manus & a ceruicibus caput abscissum est: Caput ferri iussit Apprehendensq; manu comā: Que permagna erat & densa dubitantibus adhuc fugientibusq; ostendit. Illi magna cum admiratione adorauerunt: Sic ad eum breui septuaginta milia hominum coierunt: Ac se rursus in castra receperunt: Egit autem in prelium ut Ctesias tradit. Quatercentena hominum milia Dinon autem & Xenophon eos qui dimicarunt longe plures fuisse auctores sunt numerum uero interfectorum hostium nouē milia capitum ad Artoxerxem esse relata. Suorum autem viginti milia in eo certamine desiderata esse. In his dubitatio permaxima ambiguitasq; uersatur. In eo autem apertum Ctesie mendatiū deprehenditur quod ait se ad grecos vna rum Phallino cacinthio aliisq; non nullis oratorem esse missum. Xenophon enim Ctesiam apud regē uersari sciebat: ipsi9 enim meminit & hos libros in eius manus peruenisse satis constat. Nunq; enim qui legatus uenisset ac tantorum sermonum interpres fuisset absq; nomine incognitum dimisisset: Phallinum autē cacinthiū nominasset. Mirifice videlicet Ctesias honoris cupidus nec minus Laconicarum partium Clearchiq; studiosus: Qui in ipsa historia scribenda quosdam semper locos sibi ipsi proprios uendicat: Quos ingressus Clearchi ac Lacedemonis mentionem facit. Confecto iam prelio Artoxerxi illius qui a Ciro ictus concedecat filium pulcherrimis maximisq; muneribꝰ donauit. Ctesias quoq; ac reliquos honoribus amplissimis honestauit: Cauniūq; qui utrem ei aque attulerat cum inuenisset Ex obscuro atq; inopi clarum atq; opulentum effecit. Fuit preterea cura in eo quedam in uendicandis sontibus. Arbacē enim quendam medum hominem: qui in prelio ad Cirum defecerat: ac rursus eo mortuo rebellarat: Cum eum ignauie ac mollicies non proditionis neq; simultatis rerum statuens condemnasset: iussit nudum scortum impositum ceruicibus diem totum in foro circumferre. Alterius uero quod ad defectionem duos quoq; ex hostibus se additurum pollicitus: in mendatio deprehensus esset: Liguam tribus clauis configi iussit. Sed cum cuperet hanc famam & sermonem apud omnēs gētes & nationes uulgari a se Cirum interfectum esse: Mitridatiq; qui primū Ciro uulnus inflixerat: munera misit: ferentibus etiam hec nuntiari ei iussit is te rex muneribus afficit: Quod cum equestrem Ciri Pilum inuenisses ad eum detuleris Care uero a quo succisa poplitis uena Cirus conciderat: & ipso domum postulante ad id negotium missis huiusmodi ad illum mandata dedit. Hec tibi dono mittit rex quod primus post Artasiram ad eum de Ciri interitu nuntiasses. Mitridates igitur indictum sibi silentium egre ferens discessit. Ad miserum Carem simi his quidem animi morbus ex insania & temeritate inuasit. Corruptus presentibꝰ ut videtur bonis & superbia quadam & cōtumatia insuperiores se efferens haud dignum ducere se munera sibi missa nuntii mercedem habere: sed excruciari animi atq; indigne ferre ad hec uociferare alterum neminē preter se Ciri necis auctorem fuisse: & se iniuste ea gloria spoliari His regi nuntiatis uehementer ira incēsus caput homini a ceruibus abcindi iussit. His cum interesset mater ne tu inquit rex ita hunc carem capitalem hominem breui pena neces. A me enim sibi corūq; dicere audet merces persoluenda est: Permittente autem rege matri supplicii sū mendi potestatem. Parisatis a tortoribus suis hominē comprehendi iussit decēq;

dies in tortura haberi: tum oculos effodi: & in aures liquefactum es infundi: Sic omni supplitio excruciatum necari. Nec uero Mitridates similem exitum efugere potuit pauloque post ob eandem stulticiam morte penas luit. Vocatus enim ad cenam cum regis ac matris Eunuchi adessent: Accessit ueste auroque insignis quibus donatus a rege fuerat. Cumque ad pocula profectum conuiuium foret ex pari satidis Eunuchis is qui auctoritate opibusque reliquos anteibat ita ad Mitrodatē locutus est. Per pulchram quidem hanc tibi uestem rex dono dedit Mitrodates perpulchras armillas perpulchros etiam torques permagni quoque precii gladium per quem beatum ac circumspectum te is omnibus reddidit: Iam uero incalescens vino plus equo Mitridates quorsum hec inquit o Saparamicas spectat oratio. Maioribus enim me ipsum ac pulchrioribus eo die dignū exhibui & Saparamicas sub ridens haud equidem Mitrodates tibi inquit inuideo recte quidē se habet illud quod crebro usurpatur a grecis. Vinum & ueritatem esse: Sed amabo te quid preclarum aut magnum fuit pileum equo delapsum inuenire: & ad regem deferre. Hec haud facinoris ignarus interrogabat sed uolens id apresentibus quoque cognosci tentare eo pacto cepit hominis leuitatem quē loquacem atque inmoderatum potus reddiderat. Haud igitur diutius se continuit. At uos inquiens de Pilode quoque eiusmodi nugis ut lubet confingite. Ego uero aparte profiteor hac manu Cirū concidisse. Non enim ut Artoxarxes uarium neque irritū telum adieci: sed ab oculo haud longius meus aberrauit ictus: Sed transfixo tempore hominem straui: Eoque uulnere tandem interiit: Hic alii inde usque prospicientes infelicem Metrodatis exitum & cladem facies dimiserunt Sed qui eos cōuiuio exceperat age inquit Metrodates ad presens indulgeamus vino atque epulis ac regis deum fortunā uenerantes sermones huiusmodi maioribus de rebus quam inter nos uersari conueniat missos faciamus. Dimisso conuiuio que dicta in conuiuio fuerant Parisaridi Eunuchus detulit: At illa cum rege comunicauit. Quod regis animum uehemērer offendit quippe qui se reprehensum refutatumque prospiceret & que pars victorie maximo sibi decori ac uoluptati fuerat effluxisse. Etenim volebat Barbaros omīs ac grecos sibi persuasū habere in ipso insultu quo cum fratre conseruit manus accepto illatoque uulnere interempto Ciro se saucium abiisse: Igitur Metrodatē scaphis necari iussit. Genus autem mortis ac supplicii huiusmodi est duabus ex edificatis scaphis inter se congruentibus: in altera hominem qui ad supplitium datē resupinant. Alterā de super imponentes sic ambas coniungunt ut caput manus ac pedes foris excludantur. Reliquum uero corpus totum intus claudatur prebent homini cibum stimulisque oculos fodientes uesci uel inuitum cogunt. Vescenti aūt pro potu lac melli admixtum in os infundunt faciemque eodem conspergunt: Sic eius oculos uersantes scapham semper aduerso soli opponunt: & muscarum insidētium multitudine ora quottidie obteguntur: Cemque intus ea faciat que edentes bibentesque homines facere necessitas cogit: ex corruptione & putredine varii pullulant vermes. Quibus intra vestes penetrantibus: corpus abroditur. Cum enī perfuncto vita homine superior amouetur Scapha exesa caro aspicitur: & circa viscera talium feracum pascentium aliarumque quottidie succrescentium multitudo apparet: Huiusmodi supplicus Metrodates excruciatus ad decimum usque diem calamitosam vitam produxit. Atque demum extinctus est: Reliquus Parisaridi erat quasi signum Mamesates regis Eunuchus qui Ciro caput ac manum preciderat ad quem opprimendum animum mentemque intenderet: Qui cum ipse per se nullam preberet occasionem: huiusmodi illi insidias machinata est. Erat quidē cum aliis in rebus acris ac uersuti ingenii mulier tum alearum ludum percallebat Ob idque ante bellum se alea ludere cum rege solita est. Post bellum autem nihil

de pristina consuetudine cum rege & affabilitate remisit: Sed vna in conuiuiis in
ludis iocisq; versata est. Seq; illi amorum participem atq; administram exhibuit
ut eius animum penitus a Statira abduceret. Nec ullum fere vacuum illius con-
gressui tempus relinqueret quod in eam precipuo quodam exardebat odio: ac ea
sublata e medio suo arbitrio ac nutu geri omnia cupiebat. Itaq; nacta tempus ido
neum: cum rex a negotiis uacuus pararet se ad ludum remissionemq; conferre:
alia prouocauit. mille daricis in ludum victori expositis: ludenti victoriam ne-
gligendo permisit aurumq; persoluit: Tum excruciari se animi & concertandi
cupidam simulans rursus repetita alea Eunuchum proponi iussit: Quod haud re
cusauit rex: sic inter se conueniunt: Vt quinq; utriq; deductis fidissimis: ex re-
liquis victor quem uellet eligeret atq; acciperet: his conditionibus initis institui
tur ludus. In quo cum illa omnem suam curam industriamq; posuisset: cadenti-
bus e sententia talis potita victoria Metasabatem accepit Non enim is in selectis
a rege fuerat: atq; priusq; rex in aliquā suspicionem incideret: tortoribus ad sup-
plicium tradens viuum pelle enudari ac tribus palis affixū corp9 diuaricari iussit
& in alio palo seorsum pellem suspendi. His peractis ferentem grauiter regē &
in eam ira percitum: salibus etiam & cauillis cum risu prouocare aggressa est &
quam suauis ac beatus inquit habendus es quem fedi senis & Eunuchi mors: tan
to dolore mesticiaq; afficiat: Ego cum mille daricos perdidissem eam iacturam si
lentio tuli. Rex igitur penitentia ductus eorum que dolis circumuectus admi-
serat: destitit: nec ultra matris iniurias persecutus est: At Statira aperte cum
ea inimicitias gerebat indignum esse statuens q; propter Cirum interfectum ho-
mines Eunuchi ac regi fidi adeo crudeliter ac nefarie necarentur. Postea uero q;
Clearchum ac reliquos duces per fidem ac iusiurandum deceptus Tisaphernes
comprehensos vinctosq; ad regem misit: Tradit Ctesias Clearchum a se precibus
orasse ne pateretur eum fame necari sed utrunq; morituro necessaria sibi ad victū
mittenda curaret. Quo impetrato letatum offitio esse: anulūq; sibi amicitie signū
dedisse ad suos propinquos necessariosq; futurum: fuisse autem inscisas in anulo
cariatidas saltantes: Missa quoq; Clearcho cibaria Qui vna in vinculis asseruabā
tur auferre solitos & eorum parte exigua Clearcho tradita reliqua ipsos consume
re: Cui incomodo a se esse prouisum com egisset ut plura Clearcho cibaria mit-
terentur atq; alia separatim militibus darentur: Eaq; omnia a sede Parisatidis
mente ac sententia administrata esse. Cum sepius Colenus ad Clearchum intro
ferendi cibi gratia mitteretur hortatum ab eo esse atq; edoctum ut paruū pugio-
nem intra carnes abditum ad se intcoferret: nec pateretur ut eius vite exitus fo
ret quem sibi regis crudelitas allatura erat. Idq; illum metu deterritum facere
recusasse: deinde regem postulanti matri atq; obsecranti ut Clearcho ignosceret
concessisse: idq; iureiurando firmasse: Ac rursus a statira sententia dimotum ex
cepto menone omnes neci destinasse. Ex eo tempore Parisatim ad peenitiem &
cladem statire spectare cepisse atq; illi venenum comparasse. Sed hec parum pro
babiliter ab eo dici nec ratione ulla idonea niti videntur: tantum facinus tam au
dax tamq; periculosum ab illa esse susceptum ut legitimam regis uxorem lecti soci
am communium natorum & qui ad spem regni educarentur matrem ob Clearchi
necem veneno opprimere conaretur ac perficeret: Verum haud obscurū est has
ab eo Tragedias excitatas esse: ut Clearchi nomen immortalitati ac memorie cō
mendaret: Etenim scribit peremptis ducib9 ceteros canibus auibusq; laniatos esse
Clearchi autem cadaueri vim venti puluerem ferentem aggerem congessisse atq;
eius corpus obtexisse ibiq; exortis quibusdam palmis per breui Lucum in miram
altitudinem excreuisse locumq; opacasse. Ex quo magnam penitentiā regē cepisse

quod Clearchum virum diis immortalibus amicum vita priuasset. Parisatis igit
uereri statire odio ac nouis suspitionibus agitata : rum uideret regem potentiam
suam uerecunde obseruare adq; in honore habere . Illius uero amoris presidio fir/
miorem ac sanctiorem apud eum fidem habere : Insidiis illam delere constituit :
maximis de rebus in periculum ueniens . Insidiarum huiusmodi apparatus fuit .
Famulam habuit Gigim nomine : que apud eam plurimum ualebat hanc admini/
stram uenificii Parisati fuisse : Dinon tradit . Ctesias tantumodo consciam exti/
tisse . At qui uenenum dedit : hic quidem Mebeliteram . Dinon autem Melan/
tem nuncupat . Itaq; ut sedata parumper pristina suspitione ac dissensione: cum in
vnum venire atq; vna cenare ceperunt : non sine metu tamen ac custodia hisdem
cibis atq; ab hisdem utebantur . Nascitur in Persis quedam parua auis cui vacuū
nihil superat. Sed tota intus sumine atq; adipe plena . Vento atq; rore nutriri qui
dam putant Nomen est ei ryntaces : hanc Ctesias prodidit cultello altero latere
veneno illito Parisati diuisisse dimidiā ptē ueneno īfecisse & q̄ veneno intacta atq;
incorrupta erat . Ipsā in os coniectam exedisse . statire autem venenatam partem
porrexisse : Sed Dinon ab hoc parumper dissentiens : ait non parisatim verū Me
lantem partitum cultello Statire infectam carnem apposuisse . Cum moreretur
magnis cum doloribus mulier ipsa dolum agnouit : matremq; regi in suspitionem
adduxit . Quippe qui eius immanem importunamq; naturam perspectam haberet
Proinde de scelere perpetratu inuestigare diligentius cepit : seruos omnis matris
ac mense ministros in questionibus habuit . Gygin uero clausam domi apud se illa
tenuit : nec regi exposcenti tradidit . Que tamen paulo post cum cogasset se do/
mum dimitti nocte abrepta & capitis a rege damnata est . Venefici autem in per
sis poena huiusmodi legibus vindicantur : Ampla est petra in qua capita eorū im/
posita alia petra feriunt : Quoad faciem ac caput infregerint . Hoc igitur mortis
genere Gigis interiit . In Parisatidem autē aliud nihil molitus est rex : sed ne ver
bum quidem paulo grauius dixit : Babilonem vero volentem dimisit . Addens
quo ad illa vita superesset : Babilonem se nunquam esse visurum : Que igitur ad
rationem domesticam spectant huiusmodi extiterunt . Quos autem grecos qui Ci
rum in Asiam secuti erant capere atq; opprimere niterēt haud minore studio quā
quo in Ciro superando ac regno obtinendo fuerat : nihil perfecit : Nam amisso Ci
ro ducibus suis orbati ex ipsis propemodū penetralibus regis incolumes euaserūt
& ostenderunt declararuntq; rem persarum ac is multo auro delitiis mulieribusq;
consistere : reliqua nihil preter superbiam iactantiamq; esse : Ex quo grecie vni/
uerse animo audatiaq; addita Barbari contemptui fuere . Lacedemonii quoq; per
indignum duxerunt : non Asiam incolentes grecos e seruitute eripere eorumq; cō
tumelias prosequi . superioribus enim temporibus Thrybone post Dercyllida du
ce bellum gesserant : Nulla preclara re gesta a Gesilao id bellum administrandū
mandarunt . Ille in Asiam traiecto exercitu Statim ad rem gerendam incubuit
Magnamq; exinde gloriam adeptus est · Thisaphernem collata acie fudit . Ciui
tates ad defectionem coegit . Tantis gestis rebus didicit Artoxerxes alia ratio/
ne bellum cum illis sibi esse gerendum. Quare Thimocratem rodium cum magna
vi auri in greciam misit : Iussitq; corruptis principibus ciuitatum : Quiq; in iis
plurimum pollebant opibus grecum bellum in Lacedemonem totum conuertere .
Que ubi sic a Timocrate administrata sunt conspirantibus maximis ciuitatibus
magnisq; in Peloponenso excitatis motibus spartam Agesilaum ex Asia magistra/
tus reuocarunt : Quo tempore abeuntem ad amicos dixisse ferunt : triginta mi/
libus sagittariorum se a rege ex Asia pelli . Persicus enim nummus sagittariū incisū
habet . Conone etiam Atheniensi ac Pharnabaco ducibus mari . Lacedemonios

expulit. Conon enim sub id tempus postq̄ in capre flumine nauali prelio decerta
tum est in Cipro moram trahebat: haud securitate contentus sed rerum mutatio
nem ueluti in pelago fluctum operiens. Perspiciens autem sua consilia potenci
am prudente duce indigere: de his que ex cogitasset regem per epistolam certio-
rem effecit mandauitq̄ iis qui ferrent per cenonem cretensem: uel per Policritũ
mendeum regi eam redderent. horum cenon saltator: medicus Policritus fuit
ac ni illi adessent per Ctesiam medicum. Traditur Ctesiam accepta epistola iis
que a Conone scripta erant addidisse: ut Ctesiam ad se mitteret: cuius opera ad
amministrandas res maritimas uteretur. Ctesias ait regem ipsum sua sponte id
sibi munus demandasse. Parta nauali prelio apud cnidum per Pharnabacum vic-
toria qua maritimum Lacedemonis imperium abstulit: ad se greciam uniuersam
simul conuertit: Grecosq̄ ad famosam illam pacem compulit: que regnante Al-
talcida constituta est. hic spartiaca leonis filius fuit qui studio regis auctor fuit
ut Lacedemonii omnibus Asie ciuitatibus queq̄ Asie adiuncte sunt insulis regi ce
derent: easq̄ rex uectigales haberet. Firmata cum grecis pace si grecie dedecꝰ
contumelia ac proditio pax nuncupanda est: Qua nullum bellum miseriorem &
ignominiosiorem exitum victis attulit. Quapropter Artoxerxes cum reliqui sibi
spartiate abominationi ac fastidio essent: ratus eos omniũ impudentissimos esse
Antalcidam in Persas profectum omni comitate ac benignitate complexus est ac
semel accepta una ex floreis coronis & ungento preciosissimo persparsa Antalci-
de eam in cena misit: ea munificentia omnibus admirationi fuit. Erat autem ut
videtur idoneus qui in Persis per saltationem ac lasciuiam Leonide & Callicrati
de insultans in deliciis uoluptaretur & eiusmodi cororam acciperet: itaq̄ Agesila
us siue quis alter dicente quodam: ue tibi grecie ubi iam Lacones nobis medicãt
quinimmo inquit medi laconicant. Magnificentia tamen & splendore orationis
dedecus rei & ignominiam delere non potuit: Nam accepta in Leuctris calamita
te imperium grecie amiserunt. Atq̄ eo federe sparte gloria & maiestas omnis in
teriit: Quoad igitur sparte imperium stetit: hospitis atq̄ amici loco illum habuit
obseruauitq̄: post leuctricam uero calamitatem cum imminuta auctoritate & ad
reliqua incomoda pecuniarie etiam rei difficultas accessisset. In egiptum Agesi-
laum miserunt. Antalcides ad Artoxerxem profectus hortatusq̄ est ut Lacede-
moniis laborantibus subueniret. Ille ita hominem contempsit despexit ac cõtume
liose reiecit: ut reuersus illusus ab hostibus ludibrioq̄ habitus atq̄ ephorus metu
ẽns se vita abdicaret. Ascendit etiam ad regem Ismenias Thebanus & Pelopidas
quo duce parta in leuctris victoria fuerat. Hic nihil a dignitate sua alienum fecit
At Ismenias iussus regem adorare anulum ante pedes humi deiecit ita acclinans
sustulit adorantisq̄ speciem prebuit Timagore autem Atheniensi: cum ad eũ par
uulam epistolam per Veluridem archanam misisset letatus decem ei daricorũ mi-
lia elargitus est: bouino lacte in ualitudinem indigenti octuaginta boues mulgẽ
dos dedit lectulos etiam & peristromata stratoresq̄ misit: quasi non greci lectos
sternere didicissent. quod ex morbo langueret: qui lectica eum ad mare usq̄ mol
literueherent presenti admodum cenam magnificentissime apparauit. ut Osta
nes regis frater hanc diceret: mensam memoria teneto. Non enim parua spe tã
splendide exornata est: hoc autẽ erat proditionis potius exprobratio q̄ cõmemo
ratio beneficii ad gratiam referendam. Timagoras igitur ob regiam largitionẽ
ab atheniensibus rei capitalis damnatus est: Artoxerxes grecos multis malis ca-
lamitatibusq̄ affectos unius tantũ facti leticia parumper leuauit Tisapherne acer
rimo atq̄ infensissimo illis hoste sublato. Interfecit autem eum calumniis ipsius
opera & cõsilio matris adiutus. Non enim rex diutius iram aluit sed eã recõciliata

gratia Babilone accersiuit & quod elatu animo ac regina digno esse aspiceret: cau
se autem nihil subesse que suspitione uel offensione aliqua eorum animos disiun-
gere posset. Ex eo iam tempore mater in oibus obsequendo obsecundando cũcta
q̃ ad nutum gerendo nunq; eius cupiditatibus refragãdo: hoc obsequio quo in tã
tum apud illud auctoritatis obsecuta esset: ut quecumq; uellet facile impetrasset
persensit regem ex filiabus alteram Atossem perditissime adamare: Eamq; rem
se clam habere: & ne erumperet: ut quidam tradunt animi morbum cohibere: ac
dissimulare: constituto cum virgine semel congressu: id parisatis suspicata puel
lam magis q̃ antea consuerat amplexa est Artoxerxi & formam eius ac mores
laudare ut regia tum spectabilis ac decora esset. Postremo eo suadendo adduxit
Vt eam in matrimonium duceret & legittime numero uxoris haberet cõtemptis
grecorum existimatione ac legibus Persis legem ipsam bonorum & malorum nor
mam a deo constitutam missam faciens. Sunt qui dicant in quibus est Cymeus
Heraclides non vnam modo filiam sed secundam etiam Amestrim Artoxerxem
uxorem cepisse de qua paulo posterius dicimus: Atosse amore post nuptias ita ue
hementer incensus fuit ut cum morbo quodam quod Alphon uocant: teneretur
Nihil tamen ob eam causam fastidierit: Iunoni etiam pro illius salute uouit: se
Vnam ex omnibus diis illam acta humo manibꝰ adoraturũ. Iussis deinde Satra-
pis ab eo & amicis dona mittere tanta copia missa sunt: Vt quod erat spacii inter
regiam & fanum ad sedecim stadia auro argento purpura atq; equis compleretur
Petiti ab eo deinde bello Egiptii Pharnabaco & hyphicrate ducibꝰ quibus inter
se dissidentibus spe potiendi excidit. Ipse preterea aduersus cadusios triginta mi
libus peditum ac mille equitum educto exercitu in eorum agrum impetum fecit
Erat autẽ regio situ ipso aspera & difficilis frugũ in fecunda piris & malis aliisq;
eiusmodi pomis felicissima: genere hominum nutriens ferox & bellicosum. Quo
bello rex in maximas difficultates ac pericula imprudens incidit Nihil enim erat
vnde aleret exercitum nec aliunde importari poterat. Iumentis solum cesis uiue-
bant: Tantaq; erat inopia & caritas rei victuarie: ut asini caput vix sexaginta
dragmis uenale inueniretur. Iamq; cibus in regiam cenam defecerat & pauci su-
perarent equi reliquis uescendo absumptis. Hic Teribacus qui inter Persas for
titudine sepe primum locum obtinuerat. Sepe ob leuitatem offenderat: & per id
temporis sordidus ac despectus regem exercitumq; seruauit. Duo erant Cadusiis
reges his diuersis locis castra habentibus Teribatus regem adiit & que facere sta
tuisset ei communicatis ipse ad alterum eorum profectus est: Ad alterum clande
stino itinere filium misit: Vterq; utrimq; dolo circumuenit inquiens alterum re-
gem ad Artoxerxem caduceatores mittere pro societate priuatim & amicitia cõ
iungenda proinde si saperet sibi preoccupãdum esse tempus seq; ad omnia adiuto-
rem ei fore pollicitus est. Ita persuasis regibus rati ambo sibi ab altero inuideri
hic cum Teribaco ille cũ Teribaci filio legatos de pace misit Diutius igitur tẽpo-
re certo Teribacus in suspitionem apud Artoxerxem & calumniam incidit & re-
gem ipsum poenituit: suam exercitusq; sui salutem illius fidei credidisse. Inuidis
& obtrectatoribus reprehendendi sui consilii occasionem & facultatem prebuit
Reuersus Teribacus ac eius filius percusso federe paceq; cum utroq; rege firma-
ta auctos honoribus atq; opibus motis castris cum rege discessit. Quo in loco ap-
paruit omnem ignauiam molliciamq; non ex deliciis ac luxu ut multitudo opinat
nasci sed ex vitio & malignitate nature: que malis opinionibus inquinetur Nõ
enim aurum non purpura non duodecim milium talentorum cultus quo assidue re
gis corpus ornabatur: illũ quod plerisq; cõtigit a labore deterruit: Sed accinctꝰ
pharatra & scutum gestans ipse prius relicto equo loca mõtuosa atq; ardua pedes

peruasit ut ceteri illius vim ac promptitudinem spectantes : quasi aliis acceptis le
uiores expeditioresq; redderentur : ducentorum enim stadiorum aut eo amplius
diebus singulis iter confecit . Postea uero q; ad reliqua regia predia uentum est :
Que ortos mirifico quodam ornatu & magnificentia instructos habebant : cum
omnis circum regio nuda esset & infecunda arboribus : permisit milites arboribꝰ
cesis ex ortis ligna sumere nec picee nec cupressui parcere herentibus illis & ob
arborum speciem ac magnitudinem temperantibus : ipse arrepta securi que inter
ceteras pulchritudine maxime eminebat arborem cecidit . Quo facto milites lig
na congerendo multos ignes excitarunt : Ibiq; molliter pernoctarunt ex illius tñ
exercitu fortes viri complures desiderati sunt equi omnes amissi Reuersus igitur
Artoxerxes ratus se ob rem male atq; infeliciter gestam suis contemptui esse prin
cipes suspectos habuit : Multosq; ob iram necauit cum plures metueret . Metus
enim in tirannidibus pestifera maxime ac perniciosa res est Fiducia uero mitis ac
pacata nullius particeps suspitionis . Nam ex feris quoq; que difficile tractantur
manu asuefiunt : Pauide sunt : & strepitu ipso terrentur : generose uero ob fidu
ciam magis se credunt : nec blandicias fugiunt . Artoxerxes iam ad senectutem
profectus sensit filios inter amicos ac factiosos de regno in certamen disceptatio-
nemq; uenisse : Sedati & quieti censebant ut ipse acceperat sic Dario natu gran-
diori regnum relinqui oportere . Ast Othus minimus omnium acris & violenti
ingenii iuuenis : Ex iis qui regiam frequentabãt multos fautores atq; studiosos
habuit : spe iniecta patriis per Attossa opprimendi. Illam enim sibi blanditiis pro
missisq; deuinxisse videbatur : se videlicet illa ui rege perempto cõnubii ac regni
sociam habiturum. Erat autem fama etiam eo viuo Atossam clam pellicẽ habuisse
Sed id Artoxerxem latuit statuens uero Ocho regnandi spem adimere : ne si ea-
dem que ante Cirus auderet excitatis bellis ac certaminibus regnum euerterent
regẽ Darium designauit qui tum trigesimum agebat annum ac ei Cydarim quã
vocant rectam ferre dedit . Sanctum autem lege cum esset in Persis : ut qui con
stitutus esset donum peteret : qui eum constituisset : totum quod petitum erat
tradere : Darius Aspasiam olim a Ciro vnice dilectam & tunc regis pellicem pe-
tiit , Erat autem ex Ionia Phocais genere : & honestis parentibus orta ingenueq;
educata . Hec autem cum Ciro cenante ad eum intromissa esset cum aliis mulie-
ribus : Assidentesq; ille Ciri iocos & cauillum leto ore exciperent : ac se etiam tan
gi sinerent : Silentio ingressa ad lectum constitit : nec uocanti Ciro paruit : uolẽ
tibus autem cubiculariis adducere : flebit inquit qui horum mihi manus admo-
uerit. Visa est igitur immitis presentibus & agrestis Cirus letatus & cum risu cõ
uersus ad eum qui mulieres adduxerat . num intelligis te inquit hanc vnam inge
nuam atq; incorruptam adduxisse. Post hac ad eam conuersus animo vnam omni
um maxime adamauit : & sapientem nuncupauit : extincto autem Ciro castrisq;
direptis captiua obducta est : hanc Darius cum petisset per molesta patri eius pe
titio fuit . Vehementer enim suspiciosum de mulierum pudicitia Barbaricum est
genus atq; intemperans : ut non modo qui adierit pellicemq; regi attigerit : sed
etiam qui ex itinere appropinquauit currusq; quibus uehuntur impulerit capite
puniatur . Atqui Atosse amore continebatur rex quam contra legem uxorem sibi
adiunxerat . Verum tricente & sexaginta eximia forma pellices vna alebantur :
Attamen petitus illam liberam esse dixit : proinde volentem capi iussit inuitam
vero & recusantem cogi prohibuit : accersita eo Aspasia cum preter opinionem re
gis Darium elegisset : Tradidit quidem lege coactus sed paulo post traditam ab
stulit . Diane enim ac Batanie quam Anetum vocant sacerdotem legit : ut castam
reliquam vitam degeret : Ratus has non duras sed mediocres ac ioco admixtas

a filio se penas sumpturum At ille non modice tulit siue Aspasie amore correptus
Siue quod se a patre & probro & contumelia affectum duceret. Quem ita anima
tum Teribacus accipiens magis etiã exasperauit atq; incendit in illius iniuria re-
cognoscens suam: Fuit autem iniuria illius huiusmodi. Cum plures rex natas ha
beret: Pharnabaco Apamiam despondit Rodogunẽ Oraete Teribaco Amistrim
Atq; aliis quidem ultro traditi Teribacum spe inani duxit. Amistriq; in matri-
monio accepta: pro illa Atossam minimam natu omnium Teribaco desponsauit:
Quam cum ob amorem duxisset: ut dicitur post id temporis infenso omnino atq;
inimico in regem animo mansit. Erat enim leui mobiliq; ingenio atq; in consiliis
preceps & rapidus. Quare interdum secundis rebus elatus interdum offensione
aliqua abiectus & perditus neutram mutationem equanimiter tulit. Sed honori
bus auctus ob animi molliciem insolescere grauisq; omnibus esse: Lesus nõ dimit
ti animo nec quietus esse sed aspere superbeq; efferri. Igni igitur ignem adiecit
Teribacus adolescenti imminens assidue acuerbis increpitans nil prodesse cytha
rim in capite erectam habere: qui eam operibus ac rebus gestis erigere non conea
tur. Ipsum amentem & stultum esse si fratre regno inhiante patre stupidum atq;
instabilem animum gerente exploratam sibi in regnum successionem esse arbitref
Qui enim grecule mulieris causa legem in Persis antea sanctam inuiolatamq; spre
uisset: eum numquã in maximis quod conuenerit ratum habiturum. Nec idem
Ocho peopositum esse si regno non potiatur ac sibi si traditum de manu amiserit.
Ochum enim priuatum beate viuere neminem probibitum ire. Sibi veco regi cõ
stituto aut regnandum aut moriendum esse. Postremo valuit Sophocleum illud
subita persuasio ad scelus preuia est. Facilis est autem via ac prona qua quo volu
mus ducimur. Mala autem plurimi uolunt ob inexperientiam bonorum atq; insci
ciam. Attamen imperii magnitudo: & Ochi metus qui Darii animum sollicitũ
habebat Teribaco facultatem ac materiem prebuit Amor autẽ Aspasie atq; erep-
cio non nihil omnino ad culpam cause attulit. Igitũ totum se Teribaci consiliis re-
gendum commisit ac iam multis conspirantibus: Eunuchus coniurationem ordine
exploratam habens regi indicauit: ut noctu cubiculum irrupturi regemq; incau-
tũ oppressuri essent. Quo inditio Artoxerxi tantũ negligere periculũ instructasq;
insidias non cauere indignum est visũ. Abs q; ullis uero cercioribus argumentis
rem peo certa habere multo indignius. Huiusmodi igitur consiliũ capit Eunuch
um sectari illos iubet & ubiq; illis adesse: ipse cubiculi pariete qui post lectũ erat
effracto: portaq; effecta auleo rexit. Instante hora ad oriende rei & Eunucho oc
casionem adesse nuntiante in lecto constitit. Nec prius inde se mouit q̃ in se inua
dentium ora conspexit: & manifesto eorum quenq; agnouit ut uero illos distrin-
gere gladios aspexit & ad se citato gradu incedere: Submoto auleo in conclauim
se interiorem proripuit: ostioq; obiecto clamorem extulit: Visi igitur ab eo parri
cide re infecta se per portas cursu eiecerunt. Teribacum ut fuga saluti sue consu
leret admonuerunt: quippe qui iam manifeste culpe reus teneretur: ceteri igitũ
seiuncti alia effugerunt. At Teribacus: dum niterentur eum comprehendere
permultos ex regis stipatoribus interemit. Ad postremum vnius iaculo ictus cõ
cidit. De dario autem vna cũ liberis ex fuga abstracto iuditium fieri voluit con
uocatisq; regiis iudicibus quod ipse iuditio interesse nollet sed per alios accusaret
Iussit seruos conscriptam vniuscuiusq; sententiam ad se perferre. Latis autem om
nibus in Darii caput sententiis: serui comprehendentes in propinquum carcerem
coniecerunt. Vocatos deinde lictor tum nouacula aderat qua damnatorum capi-
ta precidunt: ingressus autem Darii conspectũ exterritus ad portas refugit spec
tansq; berebat quasi animus eum ad necem regis atq; vires defecture essent. Foris

vero instantibus iudicibus imperio ac minis reuersus altera manu comam implici-
tam tenens strato humi regi nouacula collum perrupit Nec desunt qui dicāt pre-
sente rege iudicium esse factum Dariumq; ipsum aperte argumentis conuinctum
in faciem procidisse : precibus obsecrationibusq; supplicem ut sibi ignosceret · Ac
illum ira percitum insurrexisse nudatoq; gladio Darium repetitis sepius uulneri-
bus occidisse. Deinde cum in aulam se recepisset : sole adorato hec esse locutum.
Leti o Perse abite atq; aliis nuntiate : Regem Artoxerxem in sceleratos atq; impi
os Parricidas penas expediuisse. Insidie igitur & cōspiratio huiusmodi exitum
habuerunt. Ast Ochus fretus Atosse opibus in spem maximam uenerat : sed eū
Aryaspis qui reliquus erat : ex legittimis & Arsamis metus sollicitum tenebat.
Aryaspi enim non tam quod Ochum preiret etate q̃ quod facilitate simplicitate
humanitateq; prestaret regnum communi consensu & uoluntate Persarum defe-
rebatur. Arsamen uero haud latebat Ochum magni consilii & prudentie uirum
ac patris persimilem esse. Versare igitur animo cepit qui utrumq; insidiis oppri
mere posset. Cum uero instructus ad fraudem ac cedis auidus foret : Crudelita
te nature in Arsamen est usus : Versutiis ac fallaciis Ariaspem aggressus est Mis
sis enim ad eū Eunuchis atq; amicis regis cum minis atq; orrendis nuntiis patrē
decreuisse illū crudeliter atq; ignominiose necare Qui hec ī dies singulos ut archa
na significare illi : cum alia imminere : alia prope iam instare nuntiarent : Sic ter
ruerunt hominem perturbaruntq; : sic a mente consilioq; adduxerunt : Vt paratis
sibi ipsi letali ueneno e potoq; e uita discederet. Rex uero cum & mortem & mo
dum accepisset illum fletu ac lacrimis prosecutus est : de causā in suspitionem ad-
ductus : peruestigare & querere affecta iam etate non potuit : Sed Arsamen ma
iore caritate complexus est : Videbaturq; maximam illi fidem habere & cum eo li
berius sermones conferre : Quare Ochus haud differendum esse rei gerende tem
pus existimans. Arpata Teribaei filio subornato per illum Arsamen tollendum
interficiēdumq; curauit : Erat tum Artoxerxes inclinata iam etate paruo mortis
discrimine : adiuncta ad nature ībecillitatem ex filii calamitate mestitia nec pa-
tom quidē temporis restitit. Sed continuo egritudine anime & angore extinct9
est : Cum ad nonagesimum & quartum annum uixisset : Ex quibus duo & sexagī
ta regnauit. Mansuetudinis & clementie existimationem assecutus est. quam nō
mediocriter auxit Ochus qui immanitate cunctos & crudelitate superauit.

Epistola Lapi Floren. Oratoris In uitam atq; gesta Arathi feliciter incipit.

VM ARATI sicionii Clarissimi ducis res domi militieq;
gestas ex Plutarcho latine interpretatus essem easq; ad
aliquem pricipem pro mea consuetudine mittere statuissē
Dubitanti mihi diu ac deliberanti cui nam nostrorū prin
cipum potissimum dedicarem has lucubratiunculas meas
nullus sane occurrebat : cui consilio prudentia animi mag
nitudine integritate cōstantia tum bellicis rebus & gloria
militari Arati uita conuenire uideretur. Nocte igit̄ qua-
dam in hac cogitatione ac mediatione defixus serius in cubiculū discessi : Vbi cū
accubuissem & ut assolet homines ex longa ac uehementi animi intentione fatiga
tos altior solito me somnus inuasit : Ecce continuo ut de Homero Ennius tradit
de quo solebat uigilans sepissime cogitare & loqui : Dormienti mihi se Aratus

obtulit. Siquidem somnus illud fuit: non diuinatio quedam animi & certa ac uere uisio. Erat enim imago eius & simulacrum homine maius atq; angustius: Forma ipsa & figura corporis ut apparebat excellenti quadam & admirabili dignitate ac ueneratione: quales prisci illi Heroes ac Semidei fuisse perhibētur ornatu uero & habitu militari quo usum illum tum arbitror esse cum Macedonas procul a patrie finibus arcebat cum eiciebat Tirannos & ad libertatem greciam excitabat ut me quidem cum torue ac minaciter aspexisset uehementer exterruerit & loqui conantem eiusq; aduentus causam percontari prehorrere uox ac uerba defecerint. Tum ille uel quod ante re cognita ita paratus uenisset: uel quid tū mihi esset animi diuinasset hunc inmodum me prior alloqui cepit. Quid tu homo stulte agis? Quid moliris? Quo pergis: Quo tam longa deliberatio? Quo tuus hic labor spectat? Quid autem a me uis? Quid queris? Quid postulas? Dic obsecro Cur nunc me ab inferis excitas? Cur domo in lucem reuocas? Non ne satis tibi esse uidetur: me semel uite huius ad quam inuitas labores molestias solicitudines q; esse perpessum semel hominum insidias fraudes fallatias pertulisse semel crudelem ac nephariam appetisse mortem. Macedonisq; regis crudelitatem mea funere satiasse: ut me cum morte omnia hec incommoda declinarim atq; effugerim etiam reuiuiscere uelis atq; eadem rursus mala calamitatesq; experiri. Quo mihi paulu post acerbius & contumeliosius moriundum sit. Qua es igitur tanta a me iniuria prouocatus ut me quietum & curis omnibus solutum & liberum sollicitare lacessere uexare in easq; umbras ac manes frustra exagitare coneris? Siue enim id inimico in me animo agis: iniquum te esse: quod insontem uioles fateare necesse est: Siue mei illustrandi nominis causa: Longe in hoc tua te fallit opinio cum ex eo plus ad me probri ac dedecoris q̃ splendoris & glorie peruenturum sit. Siue questus ac lucri causa: scias te nec in eo quidem quippiam profecturum. Tu ne ut me afficies gloria principis aulā accedere tu limen introire tu eius byblothecham ne dicam officinam scelerum & flagitiorum sentinā ueluti carcere obclusum incolere atq; habitare iubeas: Vbi perpetuo futurus sim puluere si tu squalore & sordibus obsitus: ubi neminem oblectem nemini prober nemini placeam nunq̃ nisi exalande crapule querendiq; somnii gratia legar nunq̃ eruditas uel etiam satis sobrias lectoris aures habeam nunq̃ ipse lucem aspitiam: Vbi denique ut de ceteris sileam que ne indicam pudore impedior: nihil honesti fiat nullum pudicum aut principe dignum proferatur uerbum Quibus hec tu me oculis aspicere: Quibus auribus audire posse existimas? At tibi credo hoc sumpto labore merces aliqua pet magna paratur: Haud quaq̃ si id speras principum satis tibi mores cogniti sunt Qui cum ipsi sint eiusmodi tum sui similes appetunt his delectantur his fruuntur hos honoribus & opibus augent. Quippe quibus sua omnia consilia seq; totos crediderint: nec ad suas explendas libidines illorum opera carere ullo modo possint. Discretos autem atq; eruditos tum probos sanctos religiosos uiros domi quidam quasi ad ludum & ad iocum habere student non ab his boni aliquid edis cant: Sed ut tales & ipsi habeantur: illorumq; existimatione suam infamiam & turpitudinem tegant: eadem freti maiorem peccandi facultatem assequantur: quos tamē clam oderunt & depressos extinctosq; cupiunt nec usq; emergere aut se attollere patiūtur: nec allocuntur fere unq̃ nisi coacti. Quod arbitror illorum se cōgressu & sermone indignos censent: Reprehensionemq; ab iis suorum scelerum pertimescunt. Cogita igitur tecum antea diligenter quid agas: neu quo temere prodeas Si quid enim de me incautius statueris haud impune erit. Ipse te in somnus perterrebo: nec mente consistere unq̃ aut requiescere sinam: His equidem ita ab initu sum cōmotus: atq; adeo metu consternatus ut quo progredere incertus animi

esset Postea uero q̄ paulum me collegi : mihi illius reprimere audatiam ac male-
dicta refellere sum visus . Cum dicerem hec ipsum de suis ut rebar principibus
vera loqui : Quibus ea fortasse Lycurgi aut draconys Solonis ue legibus permis
sa erant : Sed de nostris impudens mendatium esse & siue inuidia & maliuolentia
eum ita loqui : Siue eorum facta ignorare : deinde enumeratis cōpluribus huius
etatis principibus teq; in illis : qui & secum & cū reliquis equalibus maioribusq;
suis omni virtutis genere contendere possent : Potestatem ei optionemq; feci ut
ad quem potissimum mitti uellet eligeret : Quibus ille acquieuit parumper & le
tatus eo munere ex omni numero vnum te elegit : De cuius apud inferos virtuti-
bus & ab aliis & ab iis qui tui ordinis e vita nuperrime commigrassent multa se
ac diuina audisse referebat . Hec mihi tum in somno visa & audita sic infixa animo
impressaq; sunt : ut solutus somno uera ne an falsa forent diu meeum multumq; du
bitarim : Ac nunc quidem Arati mortui de te iuditium tantum abest ut impro-
bem ut me ipsum quidem si reuiuiscat prudentius nec melius facturum existimē
Etenim si in sūmo qui principe eoq; ceteris principibus prefuturis sit : animi mag
nificētiam si sapientiam consilium industriā solertiam in maximis pulcherrimisq;
muneribus gerendis atq; administrandis querimus . Si fortitudinem constantiā
patientiam in subeundis periculis perferendisq; laboribus aut hec in te sūt omnia
aut in nullo alio profecto principe reperiri unq̄ potuerunt . Si in iure dicendo pu
niendis improbis bene meritis ornandis iustitiam & equitatem : Si fidem prete
rea grauitatem desideramus ubi nam ea si in te defuerint requiremus . Iam uero
in eodem si iustitiam temperantiam frugalitatemq; laudamus : harum nobis om-
nium exempla virtutum abs te vno maxime repetenda sunt . Denique si liberalitatē
beneficentiam humanitatem si bonarum artium rectorumq; studiorum peritiam
precipueq; eorum que appellantur humanitatis esse dicimus oportere : parum te
cognitum habeat : Si quis hec non in te cuncta perfecta & cumulata esse cōcessit
nec vero existimes uelim hec a me assentandi gratia dicta nec ex meo tantum sen-
su esse deprompta . Nam hec ipsa de te pluraq; alia ab eruditissimo ac religiosissi-
mo viro ambrosio amicissimo tuo : cuius testimonium puto grauissimum sepissime
predicari & diuinis laudibus ad celum ferri audiui . Quod si bellicis in rebus ut
Aratus uersatus nō es : quippe qui te ad meliora studia ab adolescentia cōtulisti
non tamē ille plus armatus oppresse a Titannis grecie profuit q̄ tu ? Ut ita dixe
rim togatus : improborū consiliis afflicte & laboranti ro . ecclesie profuisti : Cu-
ius tu statum & dignitatem tot iam per annos aduersus nefarios illorum conatus
non sine maximis tuis consiliis ac periculis tutatus es . Ex quo in altissimum isti
ordinem cum paucis meritissimo ascendisse arbitror quem es nō alienis opibꝰ sed
tuis virtutibus assecutus & iisdem artibus nescio quid maius futurum auguror
Sed iam quo intendit eo conferatur oratio mea : ut igitur pater humanissime tibi
quid a me iam pridem deberi statui munus persoluatur Aratum ipsum ad te legē
dum & colendum mitto nec iam in mittendo te fretus illius iram minasq; perhor-
resco . Quem te obsecro ultro ac sponte sua ad te proficiscentem ut soles alios hu-
iusmodi viros humane benigneq; excipias eiusq; res gestas diligenter legas . Ego
si in iis legendis te delectatum esse aut meum studium non aspernatū sensero plu
ra ac maiora cum voles editurum me tuo nomine esse profiteor .

Plutarchi Historiographi greci: De vita atq; gestis Arati. Historia per Lapum Oratorem in latinum versa incipit.

HRISIPPVS philosophus tritum quoddã veteri sermo
ne prouerbiũ eius credo tristiciã reformidãs conuertisse.
mutatoq; verbo leniorẽ ad partem traduxisse uidet. Quis
patrẽ laudabit nisi probi liberi? Hunc Dionisodorus Tro-
cenius arguẽs uerã ipse huiusmodi sentenciã profert Quis
patrẽ laudabit nisi improbi liberi? Ait enim illos qui cum
ipsi nulla re prestent sed maioꝝ quorũdam virtutibus ni-
tantur: eorũq; gloriã ad suam laudẽ frequenter usurpent:
petulantiam eo prouerbio comprimi & coerceri. Ceterum cui maiorum generosi-
tas vt inquit Piradarus natura conueniat: queadmodũ tibi qui ad vite rationẽ do
mesticis exemplis conformaris: huic ego pulcherrimum duco esse maiorum suoꝝ
clarissimorũ virorum efferẽdo facta memoriã reuocare & de iis quotidie aliquid
audire atq; loqui. Non enim hi suis virtutibus destituti aliene laudis gloriã aucu-
pentur sed ad maiorũ splẽdorem suis laudibus adiũctis illos vt & generis & vite
duces extollũt. Quãobrem ego cum arati ciuis tui cuius tu glorie atq; opibus nul
la ex parte dedecori es: uitam litteris mandasset: iure ut eam ad te mitterẽ sũ ad
ductus nõ quin tibi vni pre ceteris eius res gestas ab inicio penitus cognitas esse
existimarem. Sed ut filii tui Policrates & Pithocles partim audiẽdo partim le-
gendo ad domestice virtutis exempla educerent. Ad que eos cõformari oportet
Sui enim amãti homini: nec dum perfecta virtute imbuto: optimũ est quendam
quasi ducem preficere. Sicinioꝝ ciuitas posteaq; primũ sincera illa & dorica Ari-
stocracia ueluti armonia quedã confusa in sedicões & contencões populariũ & fa
ctiosoꝝ hominũ incidit. plures mutacões rerum perpessa successiue insurgentiũ
tirannoꝝ: non prius se ex ea contagiõe & turbacõe recepit: q; Cleone interfecto
Timoclidã & Cliniam claros & pollentes opibus in ciuitate viros delectos sũme
rerum prefecerũt Sed cum iam res p. certũ aliquẽ statum obtinere uideret: Ti-
moclidas uita defunctus est: Paulo post Abantidas Pasei filius sublato Clinia Ti
rannidẽ occupauit. Cliniq; amicis ac domesticis partim eiectis: partim interem-
ptis. filiũ Aratũ qui septimũ annũ agebat tollere gestiebat. Sed puer in illa tur-
batione ac labe domus fugiẽtibus permixtus per ciuitatem uagatus pauidus &
omniũ ope destitutus forte quadam imprudens mulieris domum intrauit Que
ab Antide soror Prophanto Clinie fratri nupta erat: nomen ei Sose fuit. Igitur
egregia & preclara mulier diuino quodã numine rata ad se puerũ confugisse oc-
cultũ habuit ac noctu argos dimisit. sic effugienti ac periculis erepto Arato: odi-
um uehemẽs tirannoꝝ ingeneratũ augebatur indies educatus Argis apud hospi
tes paternos & amicos liberaliter firmũ corpus & validũ nactus ad palestrã exer
cendã se contulit. In qua adeo prestitit ut & penthali certamine depugnarit & co
ronas etiam consecutus sit. Qualis autẽ vir fuerit ex eius statuis coniectare licet.
in quibus athletica quedã extat species. Prudẽs autẽ aspectus ac regius non om-
nino voracitatẽ ac rusticitatẽ occultare potest. Vnde minus fortasse q; uidetur ci
uili homini conuenire orationi studuit. Attamen ornatior & copiosior in dicendo
fuit q; quibusdã videtur qui ex monumẽtis eius iudiciũ faciũt. Que ille aliis intẽ
tus in cirographis ut verba occurrebãt negligent scripta reliquit. Sequẽtibus aũt
tẽporibus Clinias & Aristoteles dialecticus Abantidã assuetũ eoꝝ sermõibus in
teresse atq; vna disceptare. Cum in foro per ociũ versaret per insidias necauerũt.
Deinde nicocles interẽpto fraude pasea ab Antide pr̃e qui in filii locũ successerat

ad se tirãnidem transtulit Hunc aspectu simillimum Periandro Cipseli filiu ueluti
Persam orontem Alcimeoni Amphiarei fuisse tradunt: Hectori Lacedemonium
adulescentem quẽ scribit Mirtulus a multitudine spectantium cum se errore lap-
sos agnouisseret pessundatum esse. Nicacles quatuor iam menses tirannidem ob
tinuerat: Quibus multia malis ciuitatẽ affecit & ne priuaretũ per insidias ab Etho
lis in periculum venit: Cum Aratus adultus etate & splendore & nobilitate fami
lie & ingenii viribus quod non paruum neq; hebes in eo fuit sed acre & supra eta-
tem consilio prudentiaq; perfectum multum iam nominis & auctoritatis assecut9
erat. Exquo exules ad eum potissimum animo se converterant & Nicocles rem
haud negligendam ducens clam atq; a longe spectabat eiusq; conatum sũmo studio
obseruabat non quod illum tam audax facinus: nec tam periculosum ausurum aut
aggressurum timeret: Verum suspicabatur: ne ad reges opem petitũ confugeret
qui cum patre amicitia hospitioq; iuncti fuerant. Etenim re uera Aratus eam con
silii viam inire statuerat. Sed cũ Antigonua pollicitua negligeret ac tempus tra-
heret que uero ab egipto Ptolomeoq; afferebantur spes longe abessent statuit per
seipsum tirannum opprimere. Consilium cum Aristomacho primum Ecdeloq; cõ
municat. Horum Aristomachus ex Sicione exul. Ecdelus autem Megalopolita-
nua exarchadia erat: vir in philosophia nobilis & in rebus gerendis exercitatus
qui Archesilai achademici auditor fuerat. Illis rem probantibus de ipsorum sen-
tentia ad alios exules detulit: Quorum pauci verecundia adducti quod turpe sibi
esse dicerent eam spem intentatam dimittere: operam ei suam pallicitì sunt Plu
rimi Aratum ab incepto deterrere tonati: quippe cum eum ob in experientiam re
rum attollere animos dicerent: ineunte vero consilium de occupando quodam Sy
cionis loco: Vnde aduersus tirannum bellũ gereret: Accessit argus vir Sicionius
Xenoclis cuiusdam exulis frater: qui ex carcere effugerat: hic a Xenocle ipso per
ductus ad aratum: inquit murum qua ipse conscendens euasisset intus non fer me
a terra eminere: Sed locum saxosum atq; editum esse Extra vero altitudinẽ muri
non magno labore scalis admotis superari posse. His nuntiatis duos priuatos ser-
uos Seutham & Technonem explorandi cognoscendiq; muri gracia cum Xenocle
emisit satius esse statuens si posset clam vno periculo celeriter rem totam trãsige-
re: q̃ diuturno bello apertisq; certaminibus priuatum cum tiranno cõtendere. Re
uerso autem Xenocle & qui cum to ierant muriq; mensuram ac loci situm nõ aiũ
neq; difficilem nuntiandus: sed adeuntes latere difficile esse ob cuiusdam ortulani
canes paruulos quidem sed latratu acres atq; inexorabiles: ad rem gerendam ag-
gressus est Armorũ autem apparatus nouum nihil insolitumue habuit: cum om
nes fere per id temporis excursionibus & populationibus inuicem uterentur. Sca
las Aphranor machinamentorum artifex clam omnibus instruxit: cui ars ipsa pre
stabat: ut id absq; suspitione efficere posset. Nã & ipse vnus e numero exulũ erat
Viros sibi amicos eorum qui argis erant ex paucis decem quisq; accomodauit. Ipse
autem priuatim ex domesticis triginta armauit. Per Xenophilum etiam ex pre-
datorum manu haud multoa milites mercede conduxit: inter illos fama uulgata:
se ad diripiendos regios equos Sicionem educturum: seperatim plurimis eorum
ad polignoti turrim premissis atq; ibi operiri iussis premisso etiam caphisia ab eo
cum quatuor expeditis qui noctu ad ortulanũ accederent & simulatione viatorũ
apud hominem diuertentes: ipsũ & canea occluderent. Haud enim aliter adeun
di facultaa dabatur. Scalas autem in Achana ee: sunt autem mensura que quin-
quaginta medimnos Atticos capit: consectaa uehiculisq; impositas prouexerunt:
Inter hec exploratoribus quibusdã argis cognitis qui occulte circumire Aratũq;
obseruare dicerẽtur: prima luce procedens palam oĩbus in foro cũ amicis uersatus

est: Deinde cum in Ginnasio se perunxisset abductis secum quibusdã ex palestra adolescentibus qui cum eo potare consueuerant domũ discessit: nec ita multo post visi sunt eius serui per forũ coronas ferre: lampadas emere: cum iis colloqui qui in potationibus & voce & tibiis canere soliti essent. Hec intuentes decepti falsa spe, tie exploratores cum risu sic inter se colloquebantur: nihil profecto tiranno timidius: si Nicocles cum eiusmodi ciuitatem obtineat: tantis opibus potentiaq; munitus sit: formidet adolescentem exulem: qui fuge exiliiq; viatico ad voluptates & diurnas potationes abutatur: Ita falsi opinione sua abieeunt. Aratus statim prandens urbe egressus cum ad Polignoti turrim peruenisset: inuentis militibus a se ante premissis in Nemeam ducit. Vbi cunctis quid facere statuisset aperuit. Pollicitusq; eos & hortationibus ante incitare conatus in signũq; Apolline militibus dato tum dimenso lune circuitu ad rationem itineris properato gradu urbẽ petere contendit. Deinde rursus constitit: Vt lune luce in via uteretur. Qua occidente ad ortum urbi proximum steterat Hic Caphisias obuiam prodiens nuntiauit se ecclu so ortulano canum capiendorum quod prius exhiuissent sibi copiam non fuisse. cũ vero plurimis ob metum concidissent animi ac pedẽ referre iuberent: Aratus eos confirmauit: ostentata spe se abducturum: si canes nimium infensi esse pergerent ac simul qui scalas ferebant premisit quibus Ecdelus & Mnasitheus prepositi erant ipse cunctanter sequebatur. Iam canibus latratu instantibus & in Ecdelum ac socios incurrentibus: nihilominus ad murum se inferentes: scalas tuto admouerunt Cum vero primi per scalas ascenderent qui matutine custodie prefuerat tintinabulo precedens socios abducebat: plurime collucebant faces: tumultus & strepitus incedentium ubiq; erat. Illi ut erant in scalis subsidentes qui in muro erant facile latuerunt. Alia autem custodia priori contraria uenienti in ultimũ discrimen adducti sunt Illa etiam declinata. cum preteriret Mnasitheus & Ecdelus priores in muro steterunt: occupato deinde utrimq; muri aditu: Technonem ad aratum dimiserũt: subsidio approperare iubentes. Nõ multũ enim spatii inter ortum urbemq; & turrim intererat In qua venaticus canis permagnus in statione collocatus erat Is siue quod natura signis siue quod diurno labore fatigatus esset incedẽtiũ strepitũ haud sensit: sed orti canibus deorsum illum latratu excitantibus submisse & obscure ab initio infrendere cepit: Tum appropinquantibus illis magis vocem intendit & latratus plurimus passim locum cõpleuerat ut qui e regione in custodia erant exaudirent ac magna voce rogarent canis magistrum: cuius gratia canis ita vehementer atq; aspere latraret? numquid noui esset? Alter e turri nihil esse respondit: sed canem lumine custodum & strepitu tintinnabuli irritatum esse Hec arati militibus multum animi atq; audatie addidit: opinantibus canis magistrum eius consilii conscium rem tegere: Preterea alios in ciuitate permultos cõiuratos transigendi negocii adiutores futuros Attamen ad murum subeuntibus magna difficultas cum sũmo periculo impendebat Res quia in longum trahebatur incuruatis scalis nec pondus ferentibus: nisi cunctanter ac sigillatim cõscenderent Vrgebat preterea tempus Galli qui cantu diem aduentare nunctiabãt nec aberat longius cum rustici: qui uenale aliquid ad mercatum introferre consuesset: ad vrbem accedunt Quare aratus propecans in murũ ascendit: cũ iam quadraginta ex omni numero ante eum murum obtinerent: adiũctis preterea paucis ex iis qui deorsum relicti erãt: cũ iis ad domũ tirãni atq; ad pretoriũ impetũ fecit Hic stipendiarii circũ excubabant. In quos incautos ac nil tale suspicãtes repentino atq; improuiso aduẽtu cũ incidisset: omnes comprehendit neminem manu violauit. Tum cõtinuo amicos domo excitum misit: qui subsidio sibi adessent Quibus eo vndiq; cõfluentibus iam illuxerat dies: Teatrũq; vulgus cõpleuerat omnibus ad incertam famam suspensis

nemini que gerebantur cognitis: priusq; procedēs preco in turbam denūtiauit aratum adesse & ad uendicandam libertatem ciues adhortari: Tunc confisi adesse q̃ iam diu expectarant vno impetu cuncti ad portas tiranni ignem intulerunt. incensa flagrantiq; tiranni domo flamma ingens & manifesta sublata usq; Corinthum eduxit. Vt admirati rei nouitate Corinthii pacu abfuerat: qui ad auxilium ferendum consurgerent: Nicocles igitur imprudentibus omnib9 quibusdam cuniculis ex urbe migrauit. Milites simul cum Sicionibus restincto igni prede ac direptioni tiranni domum subiecerunt. Nec id Aratus fieri prohibuit: Ceteris quoq; bonis fortunisq; tirannorum in mediū ciuitati expositis: in tanto tumultu periculoq; neq; ex iis qui inuaserant. Neq; ex aduersariis quisq; interiit: Nec omnino uulnus accepit. Sed rem gestam penitus expertem cedis expertem ciuilis sanguinis fortuna seruauit Exules deinde reducti: tum qui a Nicocle numero octuaginta: tum qui a superioribus tirānis haud pauciores tricentis eiecti ciuitate fuerant. Diuq; atq; adeo quinquagenario exilio uagi errauerant Cumq; inopes plurimi redissent suas possessiones repetebant. Villasq; suas ac domos adeuntes in magnam difficultatem Aratum rōiecerunt intuentem extra ab antigono ob inuidiam recuperate libertatis insidias rei p. parari ciuitatē ipsā dissensionibus ciuium ac seditionibus agitari. Vnde ex presentibus difficultatibus optimum id factum ratus rerū sūmā ad Acheos detulit: atq; in vnum corpus confudit & cumq; ii dorici essent haud inuiti Acheum nomen ac rem. p. subierunt: Qui nō multum sub id tempus auctoritate neq; opibus eminebant Exiguus enim erat ciuium numerus. nec optimū neq; fertilem agrum habebant mare pluribus locis importuosum ad continentē per cautis ferebatur. Attamen ostenderunt ii greciam viribus inexpugnabilem esse quotiens rerum statu cōstituto consentiens ubiq; & tranquilla pax foret: ad hec peudenti aliquo duce uteref: qui cum pristine grecorū potentie ne portionem ut ita dixerim uel minimā obtinerent: & ex vna ciuitate ut in eo statu temporū esse poterat: clara ac nobili simul omnes essent: nec freti viribus sed cōsilio nō in videndo prioribus: sed parendo: & obsequendo nō suam modo tot ciuitatibus potestatib9 Tirānidibusq; vndiq; circumsepti libertatem retinuerūt: Verum etiam aliorū grecorum plurimos in libertatem vindicarūt: incolumesq; seruarūt. Fuit autem aratus natura ciuilis ad modum preclara semper atq; ardua spectans publicis in reb9 q̃ in priuata curiosior diligētiorq;: Capitalissimus hostis tirānici nominis. Amicitias atq; inimicitias ex rei. p utilitate gerebat Ex quo nō uidetur tā diligens amicus fuisse q̃ re. p. postulante mitis & placabilis inimicus in utraq; mutatione oportunitati ac tempori seruiēs. Vna atq; eadem omnium gentium ciuitatum collegii Theatri vox erat: illum nullius preterq; bonorū virorū amicū esse Manifesto aūt in bello apertisq; certaminibus obeūdis remissi & diffidētis animi in dissimulando suaq; facta occultādo tum in capiēdis claui vrbibus tirānisq; opprimēdis efficacissimus Firmissimiq; cōsilii fuit. Quare cum ī multis ex insperato rem optime ductu suo administrasset: haud pauciora que factu possibilia erant offensionis metu reliquisse videtur Etenim non fere Medo quedam que per noctem acri ac perspicati sūt Visu interdiu de siccatione tenuitateq; humoris qui circumstat oculū & lucis temperiem ferre nō potest: luminibus capiūtur: Sed hoīs quoq; ius ac prudentia huiusmodi natura est, Vt maīfestis in periculis & in dictis turbetur. Nec sibi ipsi cōsistere queat. Ad res autem latētes & occultas audēs atq; intrepida est hanc inequalitatem ac varietatem in prestātissimis ingeniis philosophice discipline īpericia efficit: virtute veluti naturalē quēdam fructum nulla adhibita cultura sic absq; precepcōe & doctrina producēte. Hec igit exemplis experiri licet Aratus vero cum se ac ciuitatē cōfusa re. p Acheis adiunxisset inter equites militare obiēs

morus: ob suauitatē morum facilitatem q̄ nature a principibus colebatur. Quod quam uis ipse gloriam suam & potētiam ciuitatis quasi signum aliquod uniuerse grecie sustulit: Semper tamen Acheorum imperatori cuiuscūq; is foret: siue Dymeus siue Tritei sit e obscurioris ciuitatis ad omnem belli usum operam suam exposuit ac dicto obediens fuit. Viginti autem & quinq; talentis dono a rege Ptolomeo acceptis: ea ciuibus suis siue ad redimendos captiuos siue ad aliam necessitatem egentibus erogauit. Instantibus vero in sese exulibus: ut sua sibi redderent bona: possessionesq; turbantibus cum sanari id malum nulla ratione posset: & excidium atq; internitio ciuitati impendere uideretur: perspexit unam tantū spem in Ptolomei liberalitate sitam esse: in egiptum mari profectus ab eo precibus impetrauit ut ad dissolutionem debitorum & ad cōponendas ciuium discordias grādi pecunia leuaretur: Soluit igitur ex Mathona supra maleā Sed cum uentus atq; estus ex pelago vehemens descenderet cedente gubernatore preteruectus Vexadriam attigit: que hostium Ditionis erat: ab antigono enim tenebatur presidiūq; ibi regis locatum erat. Id preueniens dimissa naui uno tantum amico ab antba cōmitatus q̄ longe a mari abiit: & cum iam aduesperascent: declinātes in densissimā siluam ibi per noctem egre fuerunt Paulo post preses regii presidii reuersus atq; Aratum requirens ab ministris eius deceptus est: direntibus illum statim se fugā in Euboiam cōtulisse Igitur nauim & que in ea uehebantur: cum hostilia decreuisset retinuit post multis diebus Arato in magnis difficultatibus cōstituto felicitas quedam diuinitus oblata est: Romana enim nauis ad eum locum appulsa est: quam interdum speculatum mittebat: & ubi interdum ipse latitans moram trahere solitus erat. Naui igitur in Siriam delata cōscendens cum Nauarcho egit ut in Chariam se exponeret: Itaq; expositus est: cum in ea nauigatione haud minora q̄ antea pericula occurrissent: Ex Charia autem longo tempore in egiptum traiciēs inde ad regem se contulit quo familiariter utebatur: quem q; signis & tabulis ex grecia sibi deuinxerat. Nam cum eiusmodi rebus Aratus haud vulgarem sensum haberet: quottidie aliquod sūmorum artificum imprimisq; Pampbili & Melāchi op9 studiose conquirens ad regem mittebat. Adeo enim Sicione gloria litteris & pingendi artificio insignis erat ut que sola incorruptum suum decus & speciem obtineret. Ex quo Appelles ille magna iam parta admiratione eo se contulisse dicitur Talentoq; pactus apud eos uiros esse uersatus: illustrandi pocius nominis gratia q̄ adipiscendi artis. Itaq; aratus alias Tirānorum imagines statim libera ciuitate sustulit De aristrati vero imagine: qui Philippi etate floruerat tollenda diu deliberauit Fuit enim Melanchi discipulorum opus Aristratus in curru uictor quam etiam picturam attigisse appellem Polemon Periegetanus est auctor. Erat opus nobile atq; admirandum proinde angebat Aratum tāti artificii interitus: Sed cōmuni odio: quo in tirānos flagrabat deleri simulacrum iussit. Tradunt preterea Neaclam pictorem collachrimasse: & arato pro salute operis se supplicē prebuisse atq; ubi impetrare non potuit dixisse: Bellum cum tirannis non cum tirānorū imaginibus esse gerendum rureum igitur ac uictoriam missam faciamus. Ipsum vero aristratum ego tabula excellentem delebo. Permittente igitur arato Neaclas aristratum deleuit: locum uacuū Minio tinxit: aliud autem nihil immutare ausus est Deleti pedis intra currum latere dicuntur. Ex huiusmodi igitur rebus aratus an regi carus erat: & tunc presens usu atq; experientia cognitus magis etiam in eius amicitiam insinuauit. Ab eodem etiam centum & quīquagīta talentis ad cōponendum statum ciuitatis donatus est. Quorum quadragīta statī secum asportatis in Peloponnesum delatus est: Reliqua diuisa ī posterum certis quibusdam portioībꝰ misit. Fuit igitur magnum tantam pecunie uim ciuibus parare: cuius parua parte

alii imperatores ac principes ciuitatum accepta a regibus suas illis patrias turpi-
ter seruire coegerunt. Maius etiam quod ex iis pecuniis sublatis simultatibus in
ter pauperes & locupletes recõciliata pax est. Populo vero vniuerso salus cũ secu-
ritate parta: admirabilis profecto illius in tantis opibus tantisq; honoribus mode-
stia fuit. Creatus enim arbiter ad exulum res cõstituendas sũma sibi rerũ omniũ
potestate permissa: solus quidem haud obire eum magistratum voluit Sed ex ciui
bus quindecim sibi collegas delegit: cum quibus vna magno labore ac solicitudini
bus pace ciues amicitiaq; cõiunxit: pro quibus non modo ei publice a ciuitate me-
riti honores decreti sunt: Sed etiam ab exulibus priuatim erea statua constituta
huiusmodi carmẽ incisũ. Consilia & vires pro grais haustaq; bella Herculis
& sũma celebrantur laude columne. At tibi nos arate pcu libertate recepta
Erigimus statuam virtutis iusticieq; Namq; olim patriam diuinis legi
bus ornans Sublimem celo potuisti equare superno. His rebus gestis ara
tus ciuilem inuidiam gracia in se ciuium & beniuolentiam superauit. Antigonus
arati successu eger cupiens illum aut omnino ad amicitiam traducere: aut iniecta
calumnia a Ptolemeo distrahere: cum alia benignitate hominẽ recusantem sibi de-
uincere aggressus est: Tum etiam Corinthi diis ĩmortalibus operatus victimarũ
partem arato Sicioniam misit & in cena multis audientibus conuiuiis in medium
locutus: Sicionis hic inquit adulescens ĩmitis & inhumanus est: Sed ingenio libe-
rali ac ciuium studiosus mihi quidem morum regũ & institutorũ optimus iudex
uidetur: Qui cum spem suam alio intendisset: nos antea contemnebat. Egiptiorũ
opes admirabatur: Elephantos. Classes aulas auditu accipiens: nũc ubi eas res ag
nouit scena tantum esse & tragedia dignas: omnino ad nos animo se cõuertit Acci
pio igitur & ipse adulescentem & ad omnia eius opera uti constituo. & a vobis in
amicis habendum censeo. Ex his sermonibus calumnie materiem nacti obtrectato
res & inuidi certatim aratum apud Ptolemeum per litteras accusabant: Quibus
adeo permotus est rex: ut in greciam etiam questum mitteret Sic igitur amicitie
regum & tirannorum feruentes ac repentine sũt: & ardore quodam amoris subi-
to incenduntur: Sed labefactari expugnariq; facile possunt: & veluti ventis inui-
die atq; calumnie flatibus assidue agitantur Aratus autem ab acheis primũ bello
gerẽdo prepositus imperator Locridem e regione appositam ac Calidoniam depo
pulatus est. Boetus subsidio profectus cũ decem milibus militum occasione rei ge-
rende excidit Cum ab iis in Cheronia ante cum etolis male atq; infeliciter pugna
tum esset: ab Eocreto Boetiorum duce ac mille hominum cum eo cesis. Anno aũt
ab eo prelio rursus imperator delectus: rem illã preclarã atq; arduã est aggressus
non Siciniorum nec acheorum studio sed cõmuni sibi vniuerse grecie imperio ac
libertate proposita. Macedonum presidia ex acrochorinto depellere: Chares qui-
dem atheniensis cum aduersus regis duces secundo prelio vsus esset Scripsit athe
niensium populo: se Marathonie pugne sororem deuicisse. Hanc aũt pugnã quid
inepte agat si quis Pelopide Thebani ac Thrasibuli atheniensis Tirãnorum cedis
Sosocurem appellet: nisi hoc interest quod nõ cum grecis. sed cum extero hoste &
peregrino dimicatum sit. Isthmus cum duo maria diuidens nostram cum illo loco
terram cõiungit & cõtinet Acrochorinthus vero mons est eximie altitudinis qui
ex media Isthmo nascitur & cum custodiam nactus fuerit obstat Terramq; illam
omnem que intra Isthmum continetur cũmertio aditu militia mercatura terra ma
riq; excludit & dominum vnũ omniũ constituit: qui loco potiatur. Quare non per
iocum Philippus iunior Sed vere ac serio Corinthiorũ vrbem cõpedes vbiq; gre-
cie appellasse videtur. Eo igitur de loco accolis in medio certamen erat Quippe
quem sũma in omnes precipueq; reges & tirãni capere niterentur antigoni quoq;

in eo studium sic cupiditate exarsit. Vt omni genere furiarum agitaret suspensus
in id suas curas omnes solitudinesq; intenderet: ut obtinentibus dolo eriperet: quo
niam manifesti conatus nulla ostendebatur spes. Extincto eni alexandro sub cuius
ditione locus erat: Nitia eius uxore rerum potita Acrocorintho presidio obtinea-
te statim submisso filio ad non gratum ministerium adulescentem uetulam mulie
rem conuenturum. Blandas spes regii conubii & uite societatis afferens ipsam ce
pit: uelut quedam illecebra ad eam pelliciendam filio vsus Sed cum locu sibi baud
permitteret: sed enixus asseruaret: dissimulans rure sibi eã rem esse Corinthi nup
cias celebrat: magno apparatu spectaculum prebet diurnas potationes inducit: &
ut maxime fieri potest ad omnem iorum ac remissionem uoluptate & letitia aim
relaxat Vbi tempus aduenit & amoebeum carmen cantari in theatro ceptum Ni
ciam in lectica regio luxu ornata ad spectaculum misit presenti honore letam: sed
futuri longe ignaram: cum ad locum uentum esset vnde via diuertens supeme fe-
rebat: eam precedere in theatrũ iubet Ipse amoebeum simul & nuptias missas fa
cit: & supra etatem animos ac spiritus infractos gerẽs. Ad acrocorinthũ successit
ac clausam portã reperiẽs bacillo percussit reserare iubens Qui intus erãt aspectu
eius obstupentes patefaciunt portam. Sic potitus munitione haud seipsum coati
nuit Sed pre gaudio in ipsis angiportis exultans pocula poposcit Tum in foro uir
profecti iam etate & tantas rerum mutationes expertus inter tibicinas circũfu-
sus coronis madidus ac lasciuiens uolupotatus est. Obuiam uenientes salutans ac
dextera blande excipiens: Vt facile apparerent exultans gaudium & lineam ratio
nis excedens. magis q̃ dolor ac metus animos perturbare & de sua sede dimoue-
re Itaq; antigonus Acrocorintho inditionem suam redacto: ut superius dictũ est
vna cum aliis quibus maxime confidebat: presidio firmauit: eiq; Perseum philoso
phum prefecit Aratus etiam Alexandro superstiti hoc animo uolutare cepit sed
cum Acheis cum Alexandro societas esset ab ĩcepto destitit: Tunc autem oblata
rursus occasione huiusmodi rem conficere aggressus est: forte tũ chorinthi bis ge-
mini fratres fuerunt genere Sirii quorum vnus Dyocles nomine in arce stipẽdia
merebat. Reliqui tres regio auro furtim surrepto Sicionem ad egiam quendã ar-
gentarium adierunt Quo Aratus ob eius artificium plurimum utebatur: ac auri
parte disposita: statim reliquũ vnus illorũ eginũ post rediens mitto pacto apud
eum deposuit Ex hoc factus egie familiaris & ab eo de arcis custodia in sermonẽ
adductus inquit se cũ per rupes celxesi montis ad fratrem ascendisset: despexisse
uiam transuersam: qua humilior muri altitudo erat. Tum comiter egeas ita ne in-
quit vir optime ob exiguum adeo aurum statum regis labefactaris: cum possitis
vram horam grandi pecunia uenundare Nonne furibꝰ eque ac proditoribus depre
hensis proposita mors est: His Arginus arridens cõuenit cum eo se cõmunicato cõ
filio Dioclem tentaturum: Nam alios fratres nõ satis se fidos putare. Paucis post
diebus rediens depactus Aratum se ad murum staturum qua murus haud altus
quindecim peditus extabat: & ad alia cõficienda cum fratre auxilio se fore susce
pit. Aratus sexaginta talentis cum illis decidit: Si res ex sentẽtia successisset Sin
spe potiundi excidisset: Incolumis tamen cum illis euaderet domũ ac talentũ utri
q; pollicitus est. Sed cum sexaginta talẽta apud egiam deponẽda essent: Nec Ara-
tus per se eam pecuniam cõficere posset: nec muruando rem vulgari uellet: accep-
tis ex uxoris auro plurimis aureis scifis eos egie depacti argenti nomine tradidit
Atq; hic vir adeo enim animo elato fuit: Tantumq; amorem rerum preclarissimaq;
insitum a natura habuit: Cum sciret Phocionem & Epaminondam despiciendis
pecuniis repudiandisq; muneribꝰ lõge grecis omnibus iustitia & integritate pre-
stare existimatos esse. Ipse in eiusmodi res patrimonium suum effundere voluerit

in quibus proprium periculum Salus omnium & illorum quidem imprudentium ageretur. Quis igitur hunc talem virum non sūme admiretur: hodieq; illius animi magnitudinem omni studio ac beniuolencia complectatur: Qui tam magnis pecuniis periculum sibi tantum emendum putarit & que preciosissima diuiciarum omnium ducuntur: deposuerit ut noctu in medios hostes perductus de vita dimicaret. Nec ab iis aliud ullum pignus acceperit preterq; spem preclari facinoris Rem vero ipsam per se difficilem ac periculosam error quidam qui statim ab initio ex inscitia incidit multo difficiliorem & periculosiorem effecit. Techonon enim Arati famulus missus est vna cum Diocle ad murum cognoscendum. Is Dioclem tum primum uiderat: ratus tamen ex is signis: que ab Ergino eductus erat hominis se formam & figuram tenere audierat sub crispo esse capillo colore fusco atq; imberbē. Profectus igitur quo inter eos conuenerat Erginum cum Diocle venturum: ante urbem ad locum cui aqui nomē erat: operiebatur. Interim Ergini & Dioclis frater Dionisius haud conscius nec particepa illius consilii Dioclis autem forma persimilis primus ad locum forte processit. Ac Techonon signa sibi data repetens forme similitudine deceptus. Hominem percōtatus est: si qua sibi cum Ergino necessitudo foret. Cum respondisset fratrem se eius esse omnino adductus est ut crederet se Dioclem alloqui: nec nomen rogauit: nec signum aliud expectauit: Sed dextera apprehendens de omnibus que cum Ergino inita & cōstituta sunt cum illo sermonem instituit & eum percontatur: hic eius errorem astute excipiens ad omnia responsionem accōmodat. Tum ad urbem gradum flectens continuato sermone illū nihil suspicantem secum trahebat Cum iam appropinquassent & prope Techononi manus ut caperet iniecturus esset: fortuito quodam casu Erginus reuertens illis se obuiam tulit: persentiens dolum ac periculum. Techonem ut fuga euaderet: nutu admonuit. Sic cursu elapsi ambo se ad aratum receperunt. Nec tamen illi rē cognita spes nec animi conciderunt Sed statim Erginum Dionisio auro ferentem misit & ut rem clausam haberet obsecrantem Ille negotium transegit & Dionisiū agens ad aratum remigrauit: quem statim ut uenit: haud amplius dimiserunt sed vinctum in custodiam dederunt Ipse deinde ad rem adoriendam se cōparant: paratis vero omnibus reliquisq; copiis in armis excubare iussis: ipse cum quadringentis delectis ad portas secundum Iunonis fatum consistit: adulto tum instante uere luna menstruo circuitu cōfecto pleno urbe lucebat: & nox pura ac luminosa erat.

Vt arma apposita ad lunam effulgentia ne palam custodibus fierent terrori timerent. Iam primis urbis proxima loca tenentibus nebule a mari exurgentes urbem ipsam & vicinam regionem late caligine & tenebris occuparunt. Hic ceteri considentes calceos exuūt: ne strepitus euntibus fieret: & firmius nudis pedibus in scalis consisterent. Erginus autem acceptis septem expeditis adulescentibus uelati dux viam ingressus occulte ad urbem irrumpit: qui pro portis in statione erant obtruncatis: Scale eodem tempore ad murū illate aratus continuo cum centū militibus cōscendit: reliquis quanta anniti maxima possunt celeritate consequi iussis Inde amotis scalis per ciuitatem centum ad oppugnandam arcem discurrūt: Leti clandestino ingressu ueluti iam explorata victoria: custodiam etiam quatuor hominū cominus prelato lumine venientem latuerūt. Ad huc enim in opaco lune caligantis errant Illos vero e regione cōspiciūt. Igitur illis insidias collocant quorū tres intra insidias prolapsi interficiūtur. Quartus ense saucius in capite fuga superfuit: clamitans hostem intra menia esse: nec ita multo post signis canentibꝰ ciuitas ad arma consurgit. Vicos omnis concorrentiū multitudo cōpleuerat: facies multe partim deorsum partim desuper ab ipsa arce incense locum illustrabant: confusus ab omni parte clamor audiebaē. Interim Aratus perceliuū mōtis ascendere nitebaē

cunctanter ab initio ac magno cũ labore cũ non qua oportuit tenuisset sed ignarus
e via deerrasset: impedientibus eam atq; omnino obscurantibus tenebris. Obsta-
bat etiam loci asperitas in quã eos error adduxerat: Hortante tamen omnes atq;
excitante Arato ad murum capiendum Deinde mirabile dictum est ut luna per-
ruptis nubibus excipiẽs illustrata difficillima vie parte adiuuerit: quoad ad cõsti-
tutum locum subierunt. Ibi rursus densatis nubibus in umbra eos abdidit occulta
uitq; At qui extra portam ad fanum Iunonis relicti erant Arati tricenti milites:
ut plenam vario tumultu ac luminibus urbem irruperunt: rum nequirent viã qua
proficiscerentur reperire. Nec illorum uestigia assequi. Facto globo quodam ĩ lo
co cliui opaco constitere: quoad oppugnantibus arcem qui cum Arato erãt Sagit
tis desuper & telis crebro in eos cadentibus militaris clamor e prelio deorsum per
latus & ex cõcauitate littorum pulsa imago resultans incertos animos eorum &
suspensos tenebat: Vnde eius initium clamoris esset: herentibus vero illis ambigẽ
tibusq; in quã partẽ ferre arma oporteret Archelaus qui regio exercitui dux pre-
positus erat: cũ magna armatorum manu tum clangore tubarum & strepitu per
cliuum subiens in Arati milites studio incensus ferebatur: intercentos incidit qui
ueluti ex insidiis insurgentes facto in Archelaum impetu primos ut quisq; se ob-
uiam tulit interimunt: reliquos cũ metu preterriti se in fugam dedissent: persecu
ti quoad dissipato agmine per urbem uagi pelantesq; diffugerent. Vix dum parta
victoria reuertentibus: Erginus ex pugna aderat nuntians Aratum cũ hoste ma-
nus conseru isse eoq; acriter repugnante sub ipsam arcem ingens certamen esse ac
celeri subsidio esse opus. Ille se statim eo duci iubentes profecti q; proprius & ipsi
sublato clamore signum dant se adesse: suosq; adhortantur & luna pleno lumine
ostendebat armaq; & longitudine agminis per angustias incedentis plura ac for-
midabiliora hostibus apparebant: & sonoritas noctis clamorem fauentium gemi-
nabat. & plurium multo q; erant speciem dabat. Ad postremum iunctis viribus
propellunt hostes & ipsi superiori loco occupato illucente iam die arcem tenebat
Solq; stati manantibus radiis subsecutus est opus & reliquie e Sicione copie Ara
to subsidio aderant: excipientibus per portas pro parte Corinthiis & ad cõprehẽ
dendam regiam custodiam insurgentibus Cum autem iam in tuto constitutis om
nibus ut videbatur ab arce in theatrum descendisset. Infinita eo multitudo eius
videndi audiẽdiq; uerba que ad Corinthios habiturus erat: cupiditate plenis uis
vndiq; confluebat Dispositis autem ad ipsos introitus utrinq; Acheis: Ipse a taber
naculo armatus ore ac vultu ex labore ac vigiliis ĩmutato in medium prodiit ut lã
gor corporis animi voluptatem ac leticiam obscuraret. Effusis autem primo aduẽ
tu ad gratulationem cunctis hominibus accepta in dexteram manum hasta: eaq;
inflexo parumq; genu & inclinato corpore annixus multum temporis silentio eoꝝ
plausus & clamores excepit: cum vircutem eius extollerent: fortunamq; admira-
rentur. Vbi vero desierunt facto passim silentio Achiorum res gestas apta oratio
ne percucurrit. & Corinthios ut Macheorum corpus concederent adhortatꝰ est
Deinde portarum claues que post Philippica tempora aliene ditionis fuerant Tũ
primũ Corinthiis reddidit. Ex Antigoni militibus dimisso Archelao qui in eius
manus captiuos incederat Theophrastũ quod abire iussus nõ paruisset interemit
Perseus dum caperetur arx egressus in Cenchreas confugit. Qui posteriori tempo
re rum versaret in ocio dicente quodam illum solũ sapientem sibi ducem videri per
ĩmortales deos dixisse dicitur istuc quidem ex omnibus cenonis institutis maxi-
me quondam mihi cordi fuit Nunc aũt a Sicionio adulescente admonitus sentẽciã
muto. Hec igit de Perseo plurimorũ hystoriis prodita sunt. Aratus stati Herea
& Lecheo inditionem redacto & quinq; & viginti regiis nauibus: equis quingẽtis

potitus est. Sirius quadringentos renundauit Acrocorinthum acheorũ custodie cõmissum est quadringentis militibus canibus quinquaginta totidemq; canũ magistris in arce alendis. Romani igitur Philopomenem admirari soliti sunt. Eũq; grecorum ultimum appellare: quod post eum magnus vir nemo extiterit. Ego uero ex grecorum rebus gestis hanc ultimam hãc nouissimã gestam esse dixeri. Hoc enim audacia hoc viribus hoc fortuna optima ab eis administratum: quod declararunt ea que continuo postea consecuta sunt. Nam Megarenses ab antigono defecerunt & in arati fidem & amicitiam se dederunt. Troeceni quoq; cum epidaurus in acheos recepti. Deinde cum educere copias statuisset in atrice fines primã incursionem fecit: salaminemq; populabundus transiens predam abduxit Ac uelut ex carcere ac vinculis emissa Acheorum potentia: quãcumq; ad rem sibi visũ esset utebatur Atheniensibus tamen liberos captiuos gratis remisit: ad defectionẽ ipsis initia suggerens. Ptolemeũ acheis societate amicitiaq; cõiunxit: belligerendi auctoritate illi imperioq; terra mariq; permisso. Sic uero inter acheos opibus & gracia ualuit: ut si minus intra annum fieri licebat elapso anno imperator diligeretur auspitioq; suo ac sententia omnia gereret: Etenim intuebantur illum non diuitias non gloriam nõ regis amicitiam non patrie sue utilitatem non aliud preterea quippiam Acheorũ amplitudini anteferre Existimabat enim tenui per se potentia ciuitatibus societatem & amicitiam quasi quodam vinculo cõmuni utilitate firmatam Saluti presidioq; esse. Ac ueluti corporis partes ob eam quã inuicem habent cõuenientiam viuũt atq; spiritum ducunt Separate uero ac seiuncte languescũt & corrumpuntur: Sic ciuitates e medio cõmunione sublata funditus interire cõseruari uero a se inuicem augeriq;: cum alterius alicuius magni corporis partes fiant & cõmuni consensu administrentur liberis uero finitimis & arbitrio suo viuentibus indignum esse ducens argiuos tantum seruire Aristomachum eorum Tirannum insidus delere constituit: cupiens depulso seruitutis iugo eam ciuitatẽ Acheis adiungere. Igitur qui ad tantum facinus gerendum animo parati essent inuenti sũt Quibus aeschilus & Charimenes vates prefuerunt. Enses autem illis deerant: quod magne a Tirãno habentibus poene proposite essent. Aratus comparatis Corinthi paruis pugionibus & in capsas inclusis eas iumentis viles quasdam & neglectas merces uehẽtibꝰ iposuit Atq; ita argos mittẽdos curauit: Cõmũicata aũt cũ hoĩe quodã re a Carimene vate Aeschil9 & socii idigne ferẽtes repudiato Charimene negociũ i se susceperũt Quod ille cũ pensisset ira incẽsus insidias idicauit: cũ ii iam ppe Tirãnũ appeterẽt quoq; plurimi occupata fuga e foro abeũtes in Corinthũ se receperũt: Sed breui tpe interposito Aristomach9 a seruis occiditur: quo mortuo aristip9 Tirãn9 superiore multo crudelior & cõtumeliosior Tirãnidẽ inuadit Accepta igit arat9 omni acheorum iuuentute: que pro tempore aderat ad vrbem subsidio aduolat. Ratus sese argiuorũ ad recuperandam libertatem erepta studia offẽsurũ. Torpentibus vero illis & consuetudine secututem ferentibus: nec ulla ad se deficiente exercitum inde re infecta reduxit: Acheis tamen in culpam ac crimen adductis: quod in pace bellum intulissent: Eaq; de re apud Mantinẽses in iuditiũ accersitis: Arato absente accusante aristippo triginta minarũ iniurie estimate sũt Ex hoc aristipus arati odio ac metu exagitatus ei adiutori antigono rege insidias est dispositis ubiq; hominibus sibi negociũ facessentibus & occasionem tẽporis expectantibus Sed vera ac instabilis ciuium beniuolentia optima principis custodia est. Cum enim ita multitudo ac potentes assueti sũt. Vt non ducem sed duci timeant multis ad videndum oculis multis ad audiendũ auribꝰ utitur: facta omnia & consilia percipit. Itaq; quoniam tempus admonet: Statui hoc loco parũper cõsistere & aristippi mores & vite istituta percurrere: quã sibi suscepta & isida Tirãnis

& felicis ac celebris regni amplitudo prescripsit. Ille enim cum antigonum haberet
societate coniunctũ: multos ad custodiam sui corporis aleret: Inimicus nemo in ci
uitate resideret. Stipatores autẽ & custodes extra in uestibulo excubare iubebat
famulis autem cum cenaret exclusis conclauim statim occludebat. Ipse cum ama-
ta imperium quoddam cubiculum superioris ascendens Cataracta deinde obiecta
ac lecto superimposito: somnum capiebat qualem equũ est capere hominẽ qui ita
turbulentam uitam & solicitam uiueret. Scalas uero amice mater subtrahens &
aliud cubiculũ claudens mane reponebat: Et tirannũ illum mirificũ deuocabat ue
luti ex spelunca instar raptilium emergentem. Hic nõ vi & armis sed humili ueste
& clamidula amictus lege ac virtute fretus magnum atq; inuictum imperiũ para
uit: vnusq; post hominum memoriam natus cõmunis Tirannorũ hostis propagauit
genus: quod preclarissimum inter grecos usq; ad nostram manauit etatẽ. Ex his
vero qui arces occupant Satellites alunt armis portis cataractisq; tutiẽdis corpo-
ris gratia muniuntur pauci violentam mortem ueluti lepores effugerunt: domus
vero aut genus aut sepulchrum nullius relictum est celebrem memoriam ad poste
ros habiturum. Aratus igitur cum sepius tentasset & aperto & clandestino appa-
ratu aristippum opprimere atq; argos capere spe decidit semel etiã actis scalis cũ
paucis ex insperato murum cepit perceptisq; custodibus qui eo subsidio uenerant
continuo dies illuxit & cum a Tiranno vndiq; premeretur: Argiui eque ac si non
eorum libertas ea dimicatione ageretur: sed veluti Nemeis instantibus certamini
bus sedentes quieti magno cum silentio equos & iustos eius pugne spectatores se
prebuerunt At aratus cum acriter in hostem pugnaret: hasta manu emissa ĩ ingui
ne uulnus accepit. Tenuit tamen locum a se captum nec inde cũ assidue oppugna
retur ab hostibus usq; ad noctem deiici ulla vi potuit: Quod si etiam ad laborẽ pau
lum noctis accessisset: haud unquam profecto vanus eius diei conatus fuisset. Iam
enim Tirãnus premissa magna suarum fortunarũ parte migrare ex vrbe parabat
Quod nemine arato nuntiante cum premeretur penuria aquarum: Corpusq; egrũ
uũlnere traheret milites retro abduxit: hac uero desperata via in apertum certa-
men prodiit: Adductoq; in fines acheorum exercitu i populationibus agrum uasta
uit: & ad Charetem fluuiũ acri prelio cum aristippo cõmisso crimẽ subiit destitu-
ta pugna partam victoriã e manibus amisisse Nam cũ reliquus iam exercitus ma
nifeste hostem propulisset uictorq; magnũ spatium persecutus esset ipse nam cũ
cohactus ab aduersariis q̃; virtuti sue fortuneq; diffisus fuga se in castra recepit:
Cum uero reuersi ex percussione ceteri ei succenserent quod uersis in fugam hosti
bus pluribusq; eorum q̃; ex suis cesis: cõmisisset tamen ut victi de se trophẽum sta
tuerent: Verecundia ductus de tropheo rursus dimicare cõstituit: atq; vno inter-
posito die instructas copias in aciem eduxit. Cum autem sensisset auctum esse Ti-
ranni exercitum: animosq; militũ ad pugnam audatiãq; creuisse: haud ausus manus
conserere sed receptis federe cadaueribus: cum exercitu abiit: gratia tamen & be
niuolentia ciuiũ conciliata administrandaq; prudenter re.p. eam maculam delere
contendens Cleonas acheis adiunxit ac Nemeũ certamen quod patrium foret &
ad acheos magis spectaret in Cleonis celebrauit Celebrarũt etiam argiui: quo tẽ
pore licentia & securitas antea premissa pugilibus primũ confusa est. Ab acheis
omnibus qui ex eo certamine reuertentes per suũ agrũ iter facerent vt hostibus
ibi captis ac venũdatis adeo vehemens eum atq; implicabile Tirannorũ odiũ cepe
rat. Breui post tempore cũ accepisset aristippũ acheonas insidiis capiendas animo
spectare: Sed metu ipsius qui cũ Chorinto moram trahebat deterreri: per edictũ
coacto exercitu: iussoq; pluriũ dierũ cibaria secum ferre: descendit in Cenchreã
vt opinione absentis per dolũ ad inuadẽdas Cleonas aristippũ euocaret: qua in re

eū non fefellit spes: Statim enim ex argis cum exercitu affuit Aratus iam instan-
tibus tenebris ex Cenrberis in Corinthum reuersus est clausisq; omnibus custodia
viis Acheorum agmen egit qui adeo cōposite adeo prompte adeo celeriter conse-
cuti sunt: ut non modo imprudentibus hostibus iter facerent: sed etiā durante ad
huc nocte Cleonas acrederent & ad pugnam instruerentur. Prima autē luce aper-
tis portis signoq; tuba dato cursu & clamore hostem adortus cōtinuo in fugam cō
uertit: & cum multos exitus locus haberet ad eā partem se contulit: quo Aristip-
pum iturum suspicabatur Facta autem usq; Mirenas persecutione tirannus a quo
dam cretensi Tragesto nomine ut dineas tradit interreptus in fuga occiditur Ex
aliis vero supra mille & quingentos desiderati sūt. Aratus tam felici parta victo-
ria ac nullo suorum militum amisso: attamen neq; cepit Argos neq; liberauit Agia
& iuniore aristomacho tum regis exercitu irrumpentibus ac imperii sūmam occu
pantibus Conflatam vero superiori tempore calumniam sermonem cauillum dica
citatem assentatorum sustulit: qui Tirānos ad gratiam efferentes aiebant Acheo
rum ducem domi tumultuare pugnam initurum & simulat tubicenē prodiit som
no ac vertigine opprimi. Instructis vero ordinibus ac signo dato percontatus Ma
nipularios ac Centuriones nūquid presentia sua opus sit. se enim iaurisi talis esse
discedit longe exitum pugne expectaturus. Hec iam adeo inualuerant ut etiam
philosophi in scolis cum quererent: perturbari animo & impedientibus periculis
colorem mutare ignauie ne an ītemperiei cuiusdam corporis & frigiditatis esset:
Vbiq; aratum nominarent cumq; optimū ducem esse dicerent & tamen hec sibi in
certaminibus euenire. sublato igitur Aristippo e medio Lisiadem Megalopolita-
num insidiis appetiuit: qui Tirannide patriam occuparat Ille cum homo nō segnis
animi neq; obiecti foret neq; uelut plurimi Tirānorum īmodestia & cupiditate ad
hanc prolapsus iniuriam sed ab adulescentia incensus amore nominis & glorie &
falsis quibusdam vanisq; sermonibus qui de Tirānide: ut de re aliqua beata atq; ad
mirabili ferebantur imprudenter & temere elatus: atq; inde rerum potitus mul-
tis statim curis ac molestiis premebatur: Suspitione preterea suspensus animi in-
certusq; erat & arati insidias formidabat: Itaq; mutata sententia pulcherrimā &
laudabilissimā viam iniit: qua se primum odio custodia ac Satellitibus liberaret
& patriam sibi suo beneficio deuinceret: arato accersito dominationem deposuit:
& in acheos ciuitatem retulit. Quo facto achei illum laudatum ornatumq; impe-
ratorem legerunt Qui statim cum aratum gloria superare niterer alias que haud
necessarie videbantur aggressus: Lacedemoniis bellum indixit: quod ne fieret in-
stans aratus inuidia agere est visus. Ceterum Lisiades secundo imperator cōstitu
tus est: refragante arato atq; studente vt alteri imperium mandaretur. Ipse enim
vt dictum est per annum imperarat Tertium igitur sūma cum laude achei impe
rauit vicissim cum arato quot annis cōmutato imperio patefactis autē inimicitiis
cum aratum apud acheos sepius accusasset inuidia & offensione omnium concidit
Etenim existimatus est fictoq; & simulato ingenio aduersus veram ac sincerā vir-
tutem certare. Et quemadmodū scribit Esopus: Teniores aues cuculo cur se fu-
gerent percontanti respondisse: quod accipiter aliquādo esset futurus: sic Lisiadi
ex Tirannide suspitio immutate uolūtatis conflata est: que eius nature permultū
detraheret. At arati nomen Etolice res maxime illustrarūt. Quo tempore insur-
gentibus ad illos cōprimendos acheis & in finibus agri Megarensis dimicare pro
perantibus Ad her agidi Lacedemoniorum regi vna ad preliū exeūti se opponēs
maledicta sales cauilla cōtumelias in eius mollitiem: ignauiamq; coniectas sedato
animo tulit: nec vnquam turpitudinis specie utilia ac salutaria cōsilia abiecit: sed
cessit hostibus Geraniam transcendentibus & absq; prelio in Peloponensum aditū

prebuit Cum autem irrupissent & improuiso impetu Pellenam cepissent: non idē sibi consilium fuit: Non enim ultra conctando tēpus triuit nec expectauit quoad hostium vires in vnum undiq; cogerentur. Sed statim presentibus copiis hostem ad ortus destituto ordine petulanter in ipsa victoria exultantem facile fudit. Nā simul ac urbem ingressi sunt milites effudi ad Predam & in ipsis edibus dissipati alter alterum impellentes de bonis fortunisq; ciuium inter se certabant. Duces vero & Cētutiones circumeuntes pelleneorum coniuges & filias diripiebant & exeuntes galeas illorum capitibus imponebant: ne quis alter cognitas abduceret Sed ex ipsis galeis cui queq; cessisset domino appareret. Sic autē affectis illis & huiusmodi operi intentis continuo Aratus adesse nuntiatur exorto autē tumul tu & consternatione priusq; omnibus esset periculum: primi in ipsis portis ac sub urbiis: Vt equum est in tanta perturbatione rerum fieri achaeis incurrentes victi se se in fugam dederant: Quibus effuse fugientibus qui subsidio ueniebant in du bitationem quid agendum esset adducebantur. In ea trepidatione vna ex captiua rum numero Epigethi cuiusdā clari hominis filia eximia forma & pulchritudine mulier in Diane Sacello forte cōsederat: ubi Epilectaches captam sibi optatā loca rat: galeaq; cristis insigni ornaret hec repente ad tumultum exiliens ut ad portas Sacelli constitit ac desuper pugnantes despexit ornatu ipso militari induta cun bus quidem suis angustiori q; ex homine spectaculo fuit. Hostibus uero diuinā ali quam speciem se videre opinantibꝰ terrorem formidinemq; iniecit ut nemini ani mus ad repugnandum sufficeret: Pelleni ipsi affirmant dee simulacrum per alia tē pora intactum mansisse: & cum a sacerdote motum de loco afferretur: aspectū ita perrestringere consuesse. Vt a nullo contra aspici posset: Sed ab eo oculos cuncti auerterent: nec hominibus modo visum errori esset propinquas quoq; arbores cum portabatur infecundas redderet: & imaturos fetos excuteret: hoc tum sacerdotē cum extra tulisset & ad Etolos conuertisset sic omnes: ut ne mente quidem consi sterent. Sed aratus in cōmentariis suis huiusmodi nihil scribit. Sed uersis in fugā hostibus se vna cum iis irrumpente urbem palantes egisse. Septingentosq; ex illis eo prelio cecidisse: quod opus in maximis fama celebratum est. Eam pugnam Ti mentes artificiosissime pictura imitatus ante oculos posuit. Ceterum multis gen tibus ac potentatibus contra Acheum nomen hostiliter insurgentibus. Aratus cū Etholis statim amicitiā iniit: ac Pantaleone fretus qui plurimū inter Etolos auc toritate ualebat: duos populos non pace modo sed etiam societate coniunxit. Sed cum studeret in libertatem Athenienses restituere. Offensionem sibi & calumniā conflauit: & ab acheis male audiuit q; federe sibi cum Macedonibus in quorū di tione Athene erant inito stantibusq; indutiis Pireum capere aggressus esset. At hoc ipse in cōmētariis inficiatus: que scripta reliquit Erginū accusat Cuius opera ad Acro corinthi expugnationem est vsus. Illum enim priuato consilio Pireum in uasisse & cum fractis scalis fugiens premeretur: ab hostibus nominatim & conti nenter aratum ueluti presentē cōpellasse: Atq; ita deceptis hostibus euasisse haud tamen probabilis excusatio videtur esse. Nam Erginum priuatum hominē & Si rum nihil rationis est ad tam arduum facinus animum adiecisse: nisi ducem habu isset aratum: & ab eo data occasione rei gerende etiā viribus adiutus esset. Quod idem etiam ita esse ostendit quippe cum non ter sed sepius conatus sit Pireū indi cionem redigere: nec re male gesta deterritus est sed spe ad breue tempus fracta statim redintegrauit audaciam Semel etiam per thriasiū fugiēs crus fregit: mul tociensq; incisione curatus est: Vectus etiam lectica diu militiam egit. Mortuo an tigono & filio demetrio regnum obtinente: magis etiam animo athenis liberandis incubuit: despectis omnino Macedonibꝰ, & pro nihilo habitis Itaq; cū a Bithio

Demetrii duce ad Philaciam prelio superatus esset ac uehemens rumor increbu-
isset partim captum partim mortuum Aratum esse: Diogenes qui Pireum presi-
dio asseruabat Corinthũ epistolam scripsit iubens urbe Acheos extrudi: quod iã
Aratus interiisset Aderat tum forte Corinthi aratus cum littere eo perlate sũt
sic illusi atq; irrisi Diogenis tabellarii discesserunt. Ipse quoq; rex nauem ex Mace
donia misit qua ad se vinctus Aratus duceret Athenienses vero Macedonũ gra-
cia ad omnem leuitatem assentationis conuersi accepto nuntio de arati morte co
ronas sumpserunt. Exquo iratus ille statim copiis in eos eductis usq; ad achade-
miam infesto exercitu peruasit Sed suasionibus adductus maleficio & iniuria tẽ
perauit. Athenienses cognita eius virtute ad sanitatem reuersi cum extincto De-
metrio ad spem recuperande libertatis incumberent: illum aduocarũt. Qui & si al
tero tum acheis imperante diuturno morbo oppressus domi distinaretur: lectica
latus athenienſium oportunitati occurrit. Ac Diogeni presidii prefecto persuasit
ut cẽtum & quinquaginta acceptis talentis Pireum Munichiam Salaminẽ Suni-
um atheniensibus traderet: Viginti preterea talentis ipse tiuitatem leuauit. De-
inde Aeginetani & Hermionei in acheos stati concesserunt. Ad hec magna archa
die pars se illis adiunxit: ac Macedonibus per id temporis propinquo ac finitimo
bello occupatis Aetolorum societate aucta acheorum res magnum incrementum
accepit At aratus memor ueteris promissi & vicina Tirãnide argiuorum anxius
per internuntios aristomacho persuasit ut rem. p. in medium poneret: & acheorũ
leges ac nomen acciperet & Lisiade imitatione maxime genti cum laude & hono-
re ĩperare mallet q; vnius tiuitatis periculoso atq; inuidioso domino incubare. Per
motus autem aristomachus arati monitis & suasionibus quinquaginta talenta ad
se mitti iussit: ut stipendia iis qui sub eo meruissent dissoluerent: eos qui dimitte
ret: Que dum cogerentur pecunie: Lisiades nõ dum absoluto imperio cupiens ei9
acertionis ad se laudem transferre: apud aristomachum aratum accusauit: hominẽ
illum Tirannis infensum semper atq; implacabilem esse suadendoq; perfecit Vt re
sibi permissa in acheorum societatem veniret: Igitur hic acheorum principes qua
beniuolentia & fide in aratum essent maxime declararunt: Nam cum iis ob iram
contrariam sententiam dixisset: aristomachum reiecerunt: Vbi vero placatus eius
causam presẽs agere cepit: prompte ac celeriter in sententiã eũtes argiuos Phlia-
siosq; re. p. donarunt. Sequenti etiam anno Aristomachus imperator constitutus
est q; darus apud acheos & gratiosus statuens in fines Laconicos incursionem fa-
cere Aratum athenis exciuit. Ille ad eum rescribens ab ea militia deterrere cona-
tus est quod nollet cũ Cleomene audaci homine & subitis successibus aucto ache-
os bello implicari. Cum autem iis prestaret omnino in sententia nec ex ea dimoue
ri posset paruit atq; vna presens militiam obiit Cleomene ad pallantium ipsis cum
exercitu imminente cum prohiberet aristomachum prelio dimicare a Lisiade accu
satus cum illo in certamen de imperio deceptationemq; uenit & suffragiis victor
duodecimo imperator creatus est in quo imperio ad Liceum pugna a Cleomene
fusus in fugam se dedit: errabundusq; noctu vagat pro mortuo habitus: Isq; rursus
de illo rumor apud grecos inualuit seruatus vero collectisq; in vnum militibus nõ
fuit: eo contentus quod sibi abire incolumi licuisset sed optime occasione vsus cũ
id nemo timeret nec fututum suspicaretur: repentino impetu Mantineos Cleome
nis socios adortus est. Capta urbe presidioq; firmata accolas ciues eorũ constituit
& q; victores numquã obtinere potuissent ea acheis victis superatisq; parauit: La
cedemoniis rursus Megapolitanos bello lacessentibus: deductis eo subsidiis: Cleo
meni prouocanti obuiam ire neglexit Cogentibus etiam Megapolitanis restitit:
Quippe qui neq; alias inchoandi prelii natura cupidus foret: & tũ militũ numero

inferior cum homine adulescenti & audaci sibi iam etate prouecto remissioribus
animis ac minori ambitione certamen esset. Proinde ratus est quã ille periclitãdo
gloriam quereret partam iam sibi cauendo & declinando conseruandam esse. Itaq;
leuis armature militibus effusius prorurrentibus spartiatasq; usq; ad castra impel
lentibus: & per tabernacula eorum uage dispersis haud quaquam Aratus prope
rauit: sed ualle in medio interiecta constitit: ac transitu ciues prohibuit His Lisia
des permotus atq; aratum uerbis increpans equites hortatus est ut secum vna in
sequentibus se ostenderent: nec exploratam hosti victoriam proderent: nec se ipsũ
pro patria dimicantem relinquerent Cõuersis autem cum eo multis & fortibus
viris elatus animis dextrum hostium cornu inuasit Quo in fugã dato persecutioni
ira & cupiditate honoris insistẽs in loca sinuosa & arboribus cõsita delatus est: In
iis late fosse erant quas Cleomenes insidens hostem excepit: hic Lisiades ĩ patrie
conspectu cum pulcherrimam pugnam: depugnasset concidit. Reliqui in Phalag
nem fugientes turbatis militibus rotum exercitum ea clade cõplerunt ex quo ara
tus magnam sibi conflauit inuidiam: quod Lisiadis salutem negligere visus sit:
Sic ab acheis coactus per iram abeuntibus in egeum consecutus est. Vbi cum con
uenissent decreuerunt ne illi arogarentur pecunie neu stipendiarii alerẽtur. Sed
ipsi potestas fieret: Si uellet per se bellum gerendũ tanta contumelia affectus ara
tus statuit deleta macula que sibi inusta erat: se imperio abdicare & consilio vsus
ad presens omnia pertulit: Deinde ad Orchomenum deductus Acheorum copiis
ibi cum Megistono Cleomenis patruo pugnam conseruit: Quo victo fugatoq; tri
centi cesi: Megistonus ipse captus in arati potestatem uenit cum consuesset iis an
num suum cum contingeret imperare: ubi ad eum ordine uentum est: Vocatus re
pudiauit imperium ac Timoxenus pro eo delectus est: Causa vero repudiendi que
ira in multitudinem esse dicebatur parum sane probabilis visa est. Vera enim cau
sa res acheorum non quiete nec pacate ut antea fuerãt: succressente Cleomene qui
haud popularibus magistratibus continebatur Sed interfectis a se Ephoris sub
acta sibi regione permultisq; accolarum ciuitate donatis nulli ob noxiam potentiã
consecutus: instare continuo acheis cepit ut sibi imperium mandaretur. Quare iu
re acrusant aratum qui dum res. p. salo magna ac fluctibus iactaretur. Veluti gu
bernator deponeret atq; alteri remitteret gubernaculũ & desperatione rerũ acheo
rum Celomene intraderet: quo tempore pulcherrimum fuit etiam inuitis ciuibus
cõmuni saluti subuenire: nec committere: Vt Pelopone sus iterũ Macedonũ custo
diis accepris Barbaricis iterum moribus inquinaretur: ut acrocorinthus illiricis
armis ac tubis compleretur Neq; quos sepe in bello imperaror fudisset ac urbibus
extrusisset: Quibus etiam in commentariis suis malediceret eorum dominio forio
rum ciuitatis subiiceret. Quod si Cleomenes erat sic enim appelletur: iniquus &
Tirãnicus At Herculede illi generis auctores erant Sparta patria: ex qua uel ob
scurissimum prestabat quam Macedonum primum imperii summe preponere qui
grecie nobilitatis nullam rationem haberet. Ad hec Cleomenes sũmum magistra
tum patebat: ut pro illo honore & appellatione maioribus bonis ciuitates afficere
Antigonus autem terra mariq; imperator & dux renuntiatus non prius imperiũ
obiit: quam sanctum esset federe acrocorinthũ mercedis loco sibi inditionẽ cessuq;
perite ut videtur aesopi uenatorem imitatus: nec ante uocantibus acheis & lega
tionibus ac decretis se submittẽtibus obsecutus est quam presidio & obsidibus ue
luti quibusdam frenis comprehensos teneret: & quamuis omnis arati deprecatio
necessitatis defensione niteretur Tradit tamen Polibius ipsum cum cleomenis au
datiam multo ante prospexisset: anteq; necessitas vlla vrgeret: cum antigono clã
colloquium iuisse. Magalopolitanus etiam supplices descendisse orantes Acheos

& obsecrātes ut antigonus euocaretur: hi enim assiduo bello premebātur: & Cleo
menis maxime ad direptionē & predam expositi erant. Nec Philarchus ab iis ī sua
historia dissentire videtur: cui nisi Polibius testis accederet non magna admodū
fides adhibenda foret. Nam cum in Cleomenis mētionē incidit beniuolentia illi⁹
quasi afflatus numine furens & cum insanus efficitur: & ueluti in iuditio sic histo
ria ipsa alteri aduersatur: alterum sublevat. Amiserunt igitur achei Mantineam
que rursus a Cleomene capta est & ad Hecatonbeum magno prelio sup erati ita cō
ciderunt animis ut continuo argos Cleomenem accersirent & eum bello gerendo
imperatorem preficerent. Quod ubi arato cognitum est cum aduentare Cleome-
nem accepisset & cum exercitu Lernam attigisse metu perculsus legatos ad eum
misit: orantes ut cum trecentis solum tanquam ad amicos sociosq; accederet: ac sibi
diffideret: acciperet obsides. Hec Cleomenes respondēs contumelie sibi ac dede-
cori fore castra ex eo loco mouit. Acheis etiam epistolam scripsit qua multa cri-
mina & calumnie in aratum conferebantur: Scripsit & ille quoq; cōtra Cleomenē
epistolas & usq; ad nuptias & coniuges maledicta ac iurgia processerunt. Ex hoc
Cleomenes per legatum Acheis bellum edicit: Parumq; abfuit quin Sicioniorum
urbem inprudentibus illis per proditionem diriperet: Inde abducto exercitu Pel
lenam inuasit interemptoq; Acheorum duce vrbe potitus est. Breui deinde tem-
pore interiecto cum pheneum pendeliumq; sub imperium redegisset: Argiui stati
ad eum defecerunt Phliasii presidium acceperunt & omnino acheis ex aduētitus
nihil erat quod stabile aut firmum uideretur hic in magno tumultu ac turbatio-
ne rerum Aratus iactabatur cum intueretur Peloponesum tātis motibus agitari
ciuitatesq; vndiq; a seditionis & turbulentis hominibus ad defectionem solicitari.
Nihil enim quietum erat nihil suo loco manebat Sicioniorum & Corinthiorū quo
q; plurimi iam cum Cleomene palam colloquebantur. Quorum animo communio
illa & societas vinctarum inter se ciuitatum priuati domini desiderio iam pridem
offenderat In iis mutationibus Aratus permissa sibi summa & libera potestate &
licētia quos in Sicionia corruptos offendit capite mulctauit. Quis autem Corīthi
erant perquirere ac pena afficere conatus multitudinem egram & Acheo nomini
vehementer offensam in se concitauit. Cum igitur in appollinis templum confugis
sent: Aratum accersitum miserunt vt ante defectionē aut interficerent aut in uin
cula conicerent: Ille accessit quidem equū manu trahens ac si nullum metū ac su-
spicionem pre se ferret: Ex silentibus autem multis cōiciaq; in eum ac maledicta
iactantibus: sedato uultu & firma oratione quieti considere iussit: nec confuse ex-
urgentes clamorē attollere: & qui ad portes consisterent introire: hec simul dicēs
sensim pedem extulit: ueluti equū alteri daturos Ita egressus occurrentes sibi Co
rinthiorum plaride alloquens: iubebat ad appollinis edem conuenire ubi vero clā
ad arcem prope accessit in equū insiliens Cleopatro profecto custodie acriter asser
uare arcem iusso in Sicionem aduectus est: Triginta equitibus consecutis Aliis re
licto duce passim dissipatis. Corinthii non multo post audita arati fuga ut prose-
cuti eum capere neo ui erunt: Accersito Cleomene vrbem illi tradiderunt: cum iis
nullo satis magno se beneficio ab iis affici posse arbitraretur: pro eo quod offensū
esset Aratum dimittentibus. Hic igitur adiunctis sibi iis qui ad actem que dicit
incolunt: ac ciuitates tradentibus acrocorinthum uallo ac fossa circumdedit. Ad
aratum vero non multi acheorum in Sicionem conuenerunt: Conuocataq; contio-
ne imperator constitutus delectos ex ciuibus ad custodiam corporis circum se ha-
buit: cumq; tres iam & triginta annos in acheis rem. p. gessisset: & grecorū omniū
potentia & gloria princeps fuisset: Tunc inopia & solitudine oppressus & de-
relictus ueluti in patrie naufragio in tantis procellis ac periculis ferebatur. Nam

Aetoli auxiliũ petenti missuros se esse negarũt. Atheniẽsiũ ciuitatem in aratũ stu
dio & uolũtate propensam Euclides & Micion prohibuerũt. Cũ autẽ aratus Co
rinthi & domũ & facultates haberet Cleomenes nec attingit eorũ quicquam nec
alterũ permisit attingere. Conuocatis preterea eius amicis & curatoribus iussit
omnia curare atq; asseruare: ut rationem Arato reddituros priuatim ad eũ Tri
philo & Megistono patruo rursus missis tum alia ei permulta tum duodecim ta
lenta annuũ stipendium pollicitus est. Neoptolemei odio numerum excedens ab
eo enim sex talenta arato quot annis mittebantur: id emendari sibi ab acheis impe
rium orabat & Acrocorinthum cõmuni cum iis presidio custodiri: respondẽte ara
to nõ penes se sed potius penes eos sũmam imperii esse: ratus id dissimulate respõ
sum: infesto exercitu in Sicioniorum fines inuadens incursionibus agrum deua
stauit: positisq; ad urbem castris tres menses in obsidione fuit: Cunctante aratoac
deliberante num Acrocorintho tradito antigonum accepturus esset: Nam aliter
negabat opem se esse laturum. Conuocato igitur in egeum consilio Achei aratum
eo conuenire iusserunt. Verum cũ ex vrbe Cleomene obsidente sine periculo exire
non posset: Ciues eum precibus detinebant orantes ut saluti sue uiteq; consuleret
neu corpus imminenti hosti obiceret Ad hec femine ac pueri tanquam cõmunem
omnium parentem & conseruatorem suum lacrimis circumstabãt: Quos tamẽ ille
cum confirmasset consolatusq; esset abuectus equo decem amicis & cum iis adul
to iam filio cõmittantibus descendit ad mare. Nauem que eo appulsa erat conscen
dentes in egium ad contionem profecti sunt in qua cõmuni sententia decretum est
vocare Antigonũ & acrocorinthum in eius ditionem permittere Aratus filiũ suũ
vna cũ aliis pluribus ad eũ pro obsidibus misit qbus cõmoti grauius Corinthi diri
puerunt eius bona: & domum Cleomeni dono dederunt. Aduentante vero antigo
no cum exercitu: Erant autem. xx. Macedonum Peditum equitum mille & tricẽ
ti. aratus cum principibus milia ciuitatum per oram maritimã clam hostibus illi
in Pegas obuiam prodiit cum antigonum suspectum haberet nec se libenter Ma
cedonibus crederet: & enim sciebat se ex illorum cladibus opes sibi & gloriam pe
perisse: materiemq; constituende rei. p. odium in superiorem habuisse. Sed cum
perspiceret necessitatem impendere nec declinari nec resisti ullo modo posse Dein
de occasionem sibi oblatam esse: Cui seruiunt omnes etiam qui imperare videntur
Ad tam indignum facinus perpetrandum accessit Antigonus autem ubi accepit
obuium sibi aratum esse: Alios quidem cõmuni benignitate salutauit. Illum vero
& in primo congressu honorificentissime excepit: & cetera munificẽtia virum bo
num & singulari prudentia preditum maiori necessitudine sibi deuincire conatus
est. Erat enim aratus eiusmodi ut regem non modo maximis in rebus administrã
dis adiuuare: Sed etiam in ocio oblectare posset: Quare antigonus & si adulescẽs
foret: ut viri ingenium perspectum habuit: cui nihil deerat quod minus dignum
regis amicitia videretur: eo non ex acheis odio sed etiam ante Macedones ad om
nia utebatur: Cunctaq; de illius sententia & auctoritate gerebat & ea ita euene
runt que in sacrificiis diuinitus numen portenderat Dicitur enim non multo añ
arato sacra facienti in iecore duos feles extitisse: eadẽ pinguedine obuolutus Va
tem quoq; consultum dixisse: que capitalissimo odio dissiderent ea per breui inter
se firmissima amicitia coitura: Quod responsum ad presens neglexit nec sacris al
ter nec uaticinio fidem habuit obseruabat id tamen Nam in posterũ prospere suc
cedente bello cũ antigono Corinthi conuiuium instruxisset compluribus eo inuita
tis Aratum honoris gratia supra se locauit. Paulo post amictum flagitans roga
uit illum num sibi frigus videretur: respondẽte illo & quidẽ se ualde algere iussit
propius accedere: Tapeteq; allato serui ambos simul circumdederũt. Tũc aratus

Arathus

in sacrorum illorum memoriam rediens ridere secum ipse ac portentum & oracu-
lum regi enarrare. Verum hec posterioribus temporibus sunt acta: in Pagis veru
tum iureiurando dato acceptoq continuo in hostem inuaserunt & ad vrbem sūma
vi vtrimq dimicatum est. Optime munitis Cleomenis castris & Corinthis stre
nue hostem arcentibus. Hic Aristocles Argiuus arati amicus ad eum clam mit-
titur: qui rebellione facta illum in ciuitatem acciperet si cum militibus eo accede-
ret: Ille re cum antigono cōmunicata cum mille & quingētis ex Isthmo in Epidau
rum celeriter nauigio delatus Argiui insurgentes facto impetu in Cleomenis mi
lites comprehēdunt atq in arcem inducunt. Quibus nuntiatis Cleomenes uerirus
ne captis argis ab hostibus reditu domum intercluderetur Acrocorintho relicto
cum subsidio noctu Argos occurrit. Quo preueniens conflixit & secundo preliu
vsus est: nec ita multo post Arato se inferente & rege cum copiis subsequente in
Mantineam discessit. Ex eo ciuitates omnes in acheorum fidem & amicitiam re
dierunt. Acrocorinthum antigono traditum est. Aratus imperator factus ab ar-
giuis persuasit eis ut Tirannorū bona & proditorū antigono elargirentur: Quod
factum aristomachum in tenebris magnis cruciatibus uexatum mari mergendū
dederunt: Cuius supplicii feditas in aratum non sine offensione coniecta est: quod
virum non improbum & qui eo familiariter vsus esset suaq auctoritate adductus
dominatum deposuisset: & ciuitatem suam acheis iunxisset ita crudeliter ac nefa
rie necari permitteret: nec huius tantum rei sed aliarum etiam in eum culpa redū
dauit: Veluti quod Corinthiorum ciuitatem ut humili aliquo vico Antigonum do-
nassent. Idem etiam direpto Orchomeno presidio Macedonum intulisset. Decre
tum etiam fecerūt nemini alteri ex regibus scribere in iussu antigoni: nec legatiu
nem mittere: Macedones alere stipendiis impensis coacti sunt: ad sacrificia pom-
pas & ludos admittere: Nam incipientibus arati ciuibus & antigonum in urbem
accipientibus ab arato per hospitium liberaliter muitatum: omnia illi accepta re-
ferebant nescii quod habenis illi semel traditis regie impetu cupiditatis actus nul
lum preterea integrum ius preterq vocis haberet: que periculosa licentia uteret
Apparebat enim inuito arato plurima administrari fieri ueluti illud quod de sta
tuis actum est: Antigonus enim argiuorum Tirannorum statuas deiectas erexit
Eorum autem qui acrocorinthum cepissent stantes & erectas preter vnam arati
demolitus est: Que ne fierent precibus instans aratus nihil profecit: Videntur eti
am que in Mantineos acta sunt nequaquam ex greco more ab acheis administrata
esse. Quibus duce antigono deuictis: clarissimos viros & principes ciuitatis ne-
cauerunt. Reliquos partim venundarunt partim iunctos compedibus in Macedoni
am miserunt. Liberos eorum & coniuges mancipiorum numero habuerunt. Argē
to aūt Mantineorum collecto terciam ipsi acceperunt portionem: reliquis duabꝰ
ad Macedones delatis: Hec quidem ultionis iure peracta sunt: & enim indignum
ac nepharium fuit homines regionis & lingue necessitudine interse coniunctos sic
ad iram tractari. Verum in necessitatibꝰ iocūdum nō asperum fuit ut Simonides
inquit: Que vero consecuta sunt nec laudi nec necessitati arato danda sunt: Nam
urbe argiuis ab antigono cōcessa cum ii ab integro reficere decreuissent. Ipse impe
rator cum esset eius instructioni operis prepositus ex decreto ne deinceps Manti
nea ciuitas Sed antigonia uocaretur edixit hodieq ita uocatur ac uidetur ob illā
amabilis Mantinea funditus interisse: Manet autem ciuitas eorum nomine: a qui
bus necati ciues deletiq sunt. Deinde Cleomenes ad Sellasiam magna accepta cla
de reliquit Spartam & in Aegiptum mari profectus est antigonus ubi ī aratum
omni benignitate atq humanitate est vsus in Macedoniā rediēs Philippū ad quē
regni successio spectabat non dum ad modum adulta etate in Peloponesum misit

atq3 arato ut se daret iussit: per eum ciuitates adire per eũ Acheis familiarẽ fieri
Quem aratus quidem accipiens sic affecit animã utq3: ut & in se sũma beniuolẽtia
affectum in Macedoniam & ad grecas res incitatum incen sumq3 dimitteret. An-
tigono autem vita defuncto Aetoli inertia & desidia Acheorum despecta. Assueti
enim aliorum defendi manibus & in Macedonum armis omni spe salutis colloca-
ta ad quietem se totos remissionemq3 conuerterãtq3: Peloponensibus bellum infer
re parant: ac Patreis & Cimeis extra id quo intendebant expulsis impetuq3 facto
messanam diripiunt. Quibus rebus angebatur Aratus: Cumq3 intueretur Timo
senum Acheorum ducem ob ignauiã tempus terere: iam prope absoluto imperii
tempore: ipse successor ei constitutis: quinq3 ante prefinitum tempus diebus ma-
gistratum obiit: & ut messaniis auxilium ferret: Acheorum copias coegit qui cũ
languidis atq3 inexercitatis corporis animis vero ocio resolutis ad bellum incũbe-
rent: ad Caphias fusi fugatiq3 sũt. Quo bello visus sibi Aratus cupidius omnes ab
iecit: ut cum sibi opprimendi hostis oblata occasio esset: prelio abstinuerit & in Pe
loponesso per lasciuiam ac petulantiam Aetolum insultantem neglexerit. Rursus
igitur supplices in Macedoniam tendentes manus Philippum in greciam reuoca-
runt Spe maxime eius ĩ aratum obseruantie ac fidei adducti fore ut eo clementi
& mansueto ad omnia uterentur. Verum sub id tempus apelle & Megaleo qui-
busdamq3 aliis aratũ regi deferentibus. Ille fide addita calumnie contrariã factio
nem excitauit: Comitiisq3 habitis eparato ad imperium obtinendum suffragatus
est. Qui cum acheis cõtemptui esset & aratus rem negligeret nulla preclara re ge
sta Philippus a paternis moribus de genere rursus recõciliatis animis totũ se ara
to tradidit. Rebus vero propere & ad opes & ad gloriam succedentibus eum om
ni comitate cõplexus est: Veluti per eum nomine & imperio auctus. Quare visus
est aratus nõ popularis modo principatus verum etiam regni optimus preceptor
esse Illius enĩ mores & instituta vite regis rebꝫ gestis instar coloris decori maxĩ
ac dignitati erant. Et adulescentes in Lacedemonios afflictos & preditos modera
tio & humanitas in Cretenses: qua totum paucis diebus insulam ad imperiũ suũ
adiunxit: & aduersus Aetolos militia mirifice laboriosa: Philippo quidem docilis
& obsequentis ingenii. Arato prudentie ac sapientie gloriam attulit. Quibus ma
gis regis amici inuidia concitati ubi nihil obscuris calumniis proficerent cõuitiis
palam aggressi per potus aratum obscenis ac petulãtibus verbis lacessunt: Semel
quoq3 post coenam in tabernaculum abeuntem lapidibus persecuti sunt. His iratꝰ
Philippus viginti eos talentis mulctauit: & posteriori tempore: Quod res labefac
tare turbareq3 viderentur interfici iussit: Prospere igitur & ad voluntatem fluẽ
te fortuna: Successibus insolenter elatus in multas ac magnas cupiditates erupit
Ingenita enim vicia illi pereuptis atq3 exutis paulatim in volueris quibus repug-
nante natura latuerant: enudata sunt: & eius simulatum diu ingenium se prodit.
Primum enim iuniorem Aratum contumelia affecit. Coniugi stupru illato que
res multum temporis occulta fuit: Cum in eorum domum diuerteret hospitali-
ter ab iis exceptus Deinde in grecoꝝ res p asperius concitatus est: nec erat obscu-
rũ illũ iam ad Arati cladem & exitum spectare. Suspitionis autẽ eius Messanie
res inicium attulerunt Sedicione enim laborantibus illis seruis ꝙ tempus postula
bat Aratus eius subsidio venit Philippus vna die preuertit Vrbẽq3 ingressus quẽ
dam rursus stimulum illis adiecit: priuatĩ magistratus Messanioꝝ percõtatus nũ
quid leges haberẽt quibus cohiberẽt uulgus Priuatim etiã primores ciuitatũ ro-
gauit Num manus sibi essent Quibꝫ Tirannos opprimerent Ex hoc addita vtrisq3
audatia ingratꝰ qdẽ populares & turbulẽtos hoĩes ad suppliciũ postulabãt Illi cũ

multitudine concitata inuadentes magistratus iterfecerunt: Ex ceteris paulo minus ducentis peremptis. Philippus tam fede opere perpetrato magis etiã Messanios in se inuicem instigabat: cum interueniens Aratus nec ipse animi egritudinem dissimulare potuit: nec filium obiurgantem aspere & vehementer Philippũ prohibuit: Ostendit tum adolescens se Philippi amore teneri. Cum ea obiurgatione diceret: is rebus ita gestis ad eius sibi aspectum non iam formosum sed formosissimum omnium succensus ira ut sepius eo conuiciante dentibus infrendisset. At seniorem ueluti nihil iis verbis cõmotus ut homo ciuilis ac natura moderatus apprehensa dextera ex Teatro agressus ad Ithomantam perduxit: immolaturus Ioui ac locum cogniturus. Est enim iis non minus q̃ Acrocorinthus & munitus & clausus ac si presidium collocatum in eo sit graue & infensum propugnaculum accolis futurus. Vbi vero conscendit & sacrificio instituto vates ad eum extra detulit ambabus manibus suscipiens Arato ac Phario Demetrio separatĩ demissa ostẽdit: ac percontatus est quid in sacris perspicerent retinendam ne sibi arcẽ esse aut Mesanis reddendam: hic arridens Demetrius si animum inquit vatis geris locũ dimittes Sin regis vtroq; cornu bouem detinebis Peloponesum per enigma significare uolens q̃ si Ithomanta & acrocorinthum custodiat facilem atq; obsequentẽ futuram. At aratus diu silentium tenuit. Orante autem Philippo ut sententiam suam proferret permulti dixit ac magni Philippe Cretensium montes: permulti Boetiorum ac Phocensium tumuli ex terra efferuntur. Item plurimi a Caranoi si partim mediterranei: partim in oris maritimis siti qui natura munitissimi sunt: & tamen cum horum nullum ceperis omnes tamen sponte imperata faciũt: Latrones enim rupes ac saxa incolunt: & precipiciis se tutantur. Regi autem nihil fidẽ & beniuolentia firmius: nec municius esse potest. hec tibi Creticum pelagus hec Peloponẽsim aperiunt. Ab his orsus initus cum sis hoc etatis hi te sibi imperatorẽ prefecerunt: Illi inditionem tuam venerũt loquente ad huc arato Philippus exta reddidit vati ac manu illum trahens uelut ab eo sibi illata vi ac ciuitate erepta & huc inquit eandem proficiscamur viam. Post id tempus aratus declinans aulã & sea Philippi sensim consuetudine subtrahens: in Epiro rogatus abeo ut secũ vna militaret recusauit: veritus ne sibi ex illius factis ignominia & dedecus conflaret. Cum uero a Romanis victus turpiter amissa classe in Peloponesum se recepisset aggressus est iterum Messanios dolis capere quod vbi minus successit ad apertã iniuriam versus eorum agrum populationibus uastauit Tum aratus se penitus ab illius amicitia & familiaritate se iunxit & in eum iam iterum animum cepit: ad hec conscius eorum que ĩ nurum ac eo perpetrata essent: excruciebatur uehementer sed filium rem celabat & sibi illum conturbabat affectum aspicere tantum dabatur ulciscendi uero ac persequendi iniurias facultas non erat Maxime vero Philippus a prioribus moribus ĩmutatus videbatur. Quippe qui ex miti & mãsueto rege ac modesto adolescente ĩ petulantem hominem & insolentẽ Tirannum euaserat Verum hec haud quidem nature mutatio erat Sed in licentia improbitatis euidatio que ob metum incognita diutius & obscura manserat. Finisse autem eius eum araro consuetudinem ab initio verecundie ac timori admixtam: ex iis que in illum postea gessit perspicue declarauit Nam cum eum delere cuperet: quo viuo nõ modo se Tirannum aut regem sed ne liberum quidem hominem ducebat esse: vi palã nihil tẽtare ausus est Sed Taurionem vnum ex ducibus & amicis subornauit qui ex occulto se absente ac longe remoto beneficio rem conficeret: Is arato factus familiaris ei venenum comparat non acutum & vehemens Sed eius generis quod initio remissos calores & tenuem ventum in uentre excitat Deinde sensum tabe corpus inficit Non tamẽ Aratum ea res latuit: sed ubi nullũ deprehense & manifeste

cladi remedium est inuentum Vt cōmunem aliquē & quottidianam morbū lenī-
ter ac silentio pertulit: nec preter vnum ex familiaribus quisquam resciuit Quo in
cubiculo presente atq; admirante o Cephalron inquit hec sūt premia regie amici-
tie. Sic vita defunct o ī egio qui decimum & septimum imperatorem gesserat: in
stabant Achei ut ibi ad sepulturā daretur & conuenientia eius vite monumenta
fierent Sicioni magna se ignominia affici existimabant: si alibi q̄ in patria eius viri
corpus humaretur: Itaq; ab acheis ut sibi id permitterent impetrarunt. Sed cum
veteri lege neminem intra menia humari liceret: & legi superstitio accessisset mi
serunt in Delphos de his Pithiam sciscitatum a qua oraculum huiusmodi accepe-
runt. Consultas Sicion arato gratissima tellus Vt pia defuncti celebrētur funera
regis Sit quodcumq; viro durum infensumq; feretur. Id scelus in fandum celo ter
raq; mariq;. Renunciato igitur responso & achei cuncti letati sūt & Sicionii in pri
mis luctu in celebritatem mutato continuoq; ex egio cadauer ueste alba coronisq;
exornantes: cum pene & choris in vrbem intulerunt: sepulchro deinde optarūt lo
cum ueluti conditoris totius urbis celeberrimum & clarissimum seruatoreq; suū
magnificentissimo funere prosecuti sunt: Loco quo situs est usq; ad nostram me-
moriam Arato nomen mansit Immolant illi nonis iuniis: quo die Tirannicū de ci-
uitate sustulit dominatum: faciunt et alia sacra eaq; salutaria nuncupat eius diei
monumentum. Quo aratus in lucem editus memoratur priori sacro in honorem
Iouis Soteris Thiopolus prefuit Secundo arati filius torque non albo omnino sed
dimidia parte purpureo ornatus & a Dionisii ministris carmina quedam ad citha
ram canebantur. Gimnasiorum princeps subsequentibus pueris & adulescentib9
vna pompam agebat: Post eos senatus coronatus sequebatur: reliquorum ciuium
turba pro arbitrio aderat: Quarum rerum hodie quoq; uestigia quedam expiati
seruant: Honorum uero & uenustate & mutatione rerum plurimi interierūt: Ara
tus igitur senior vita vixisse atq; huiusmodi preditus ingenio fuisse tradituri. Fi-
lium autem eius Philippus homo flagiciosus & perditus ad hec natura crudelis
& contumeliosus medicamēnis non quidē letalibus: sed iis que menti officiunt in
insaniam versum eladem eius & pernitiem appetens ad horrenda ac nefanda faci
nora impulit: Vt mors illi & ſi iuueni ac florenti malorum remedium & salutem
afferre uideretur. At tamen Philippus huius impietatis hospitali Ioui penas per
soluit: Victus enim in bello a Romanis sub eorum ditionem venire coactus est &
tum alio imperio spoliatus tum omnibus preter quinq; amissis nauibus mille insu-
per talenta conuenit stipendium pendere. Ad hec obsidem dedit & vix ei miseri-
cordia hostium Macedonia cum suis stipendariis permissa est: cum in necandis op
timis quottidie & coniunctissimis viris occupatus esset honore atq; odio sui reg-
num vniuersum compleuit Vnum tantūmodo in tantis calamitatibus leuamē De
metrium nacto eximia virtute filium eum ob honorem sibi a Romanis habitum in
uidia & suspitione vita priuauit: Persem vero alium filium nō legittimū sed sup-
positum fuisse fuerūt: ex Gnathenio medica quadam muliere genitum: Hic est de
quo Emilius Paulus triumphauit. It q; Antigonici regni sublatis heredibus eius
omne gen9 interiit. Arati aūt gen9 Sicione & Pellene usq; ad nostrā pueri t etatē

Epistola Philelphi Oratoris eximii In vitam atq; gesta Galbe Incipit.

VM EGO. Istac iter semel & iterum Malatesta nouel-
le facerem Tum Romam ac Neapolim petens. tum etiam
Mediolanum inde repetens Singularem erga me beniuo-
lentiam ostendisti: eaq; in me beneficētia vsus es: que prin
cipum tuiq; similium propria & proinde atq; pecularis du-
citur. Nam ut senior ille Dionisius sapientissime monebat
Nichil est omnino in bonis quo reges ceteris hominibus vi
deantur beatiores: nisi facultas quedam consuetudoq; do
nandi. & beneficiũ liberaliter cōferendi. Quod tu vt es animo magno & prebenig
no: re magis q̄ verbo vsurpare assidue solitus ut neminem: doctum: aut clarum virũ
per florentissime tue ditionis locos transire pateris beneficentia tua vacuum: ita
me omni humanitatis munere honorificentissime excepisti. Quo factū est: ut ad
eam obseruantiam: qua ipse te antea ob mirificas tuas innumerabilesq; virtutes ul
tro prosequebar: tanta sit accessio facta: ut addi ad cumulum possit nihil Quare cū
ex te coram accepissem te delectat historie cognitio: & illorū imprimis qui in ro-
mano imperio claruerunt quo aliquo erga te gratitudinis officio fungere: duorū
Cesarum Galbe Ottonisq; vitas e greco transtulim latinum. De his enim accura-
te & diligenter ut semper Plutarchus Cheronensis apud grecos scripsit: quos id-
circo Philelfus tuus latinos reddidit ut & gratificaretur voluntati tue: & ceteris
hominibus rerum gestarum cupidis prodesset. Non enim parum vtilitatis histo-
ria pre se fert cum ad totius virtutis munus: tum ad prudentiā maxime: que qui-
dem vna reliquas virtutes omnis quibus humane vite consulitur & moderatur &
regit. Nam ut omittam iocunditatem: que ex multarum & variarū priscarumq;
rerum cognitione non mediocris capitur: quos etas non potest: sola nos prudētio-
res reddit historia. Nullus certe neq; Vlyxes: nec etiam Nestor quispiam tantam
sic rerum humanarum periciam per omnem vitam adeptus: ut se prudentem iure
fateatur: nulla prorsus annosior vita tot casus tantam mutabilitatem: tam multi-
plicem diuersamq; fortunam experta sit: ut cumulatam prudentie laudem merea-
tur. Sola profecto historia est. que etates omnes: que vniuersum mundū: que quic
quid in mundo a prima hominum memoria gestum fuerit ante oculos ponit. Itaq;
sola historia censeri debet: que prudentiam hominibus pariat: qua preteritorū pe-
riti tum presentia intelligamus cum futuris non difficile prospiciamus Es tu igitū
merito laudandus: qui adhuc admodum iuuenis studeas per huiusmodi historie
disciplinam senectutem omnem prudentia superare. Quamobrem nunc de Galba
audi non multo post de Ottone auditurus.

Plutarchi Historiographi greci De vita atq; gestis Galbe Historia per Philelphũ In latinum linguagium traducta Incipit

EPHICRATES. Athenienses Ideirco existimabat sti,
pendiarium militem & diuitiarum & voluptatum studio
sum esse oportere: quo dum harum gratia largius cupit ac
quirere versucius se periculis audentiusq; obiciat. Sunt
autem permulti: qui militis officium esse putent: ut velu,
ti inualidum corpus suo nũq;: sed imperatoris arbitrio mo
ueatur. Itaq; Paulum Emilium ferunt exercitui, quem lo
quacitati solum & elegantie studentem in Macedonia ac,
cepisset: Iussisse ut manum quisq; alacrem: & gladium acutum faceret. Nam alia
sibi cure fore At plato qui videbat nullum esse: neq; boni principis. neq; boni ducis
opus: Ubi excercitus minus se temperãtem obediẽtemq; prestaret putabatq; obe,
diendi virtutem eque: atq; imperandi nature esse generose educationisq; philoso,
phie: maxime que iram & uehementiam mansuetudine humanitateq; non inconti
nãe temperaret: tum alias habet affectiones permultas: tum ea que romanis post
Neronis obitum accidere testimonia & exempla nihil esse in imperio formidabi,
lius potestate militari: que inductis vti? ab?urdisq; cõsiliis: Itaq; Demades Alexã
dro mortuo similem esse dicebat Macedonium exercitum execato Tidopi. Quip,
pe qui cum intueretur multis moueri motibus perturbatis & paruis. At romano
rum imperium iisdem affici malis & agitationibus inuenisset: quibus Titanas fe,
rant. Nam in multas illud partes discerpi simul & a multis item partibus in sese
concidere non tam ex eorum dominandi cupiditate: qui imperatores appellarẽt
quam a diuitiarum studio & luxuria militum: qui imperatores inuicẽ ueluti clau,
sos excuderent At qui Dionisius Fereum qui menses decem resignasset in Thessa
lis. deinde foret mox interemptus Tragicũ tirãnum appellabat in celerem scilicz
mutabilitatem cauillatus. At cesarum focus palatium ipsum breuiore tẽpore qua
tuor imperatores suscepit: cum alium induceret tanq; per scenam alium educerẽt
Sed ea erat consolatio vna miseris: quod non precarentur aliam animaduersionem
in autores Sed eos a seipsis intuerentur occidi. Et illum certe primum & omniũ
iustissime: qui dolose egit: docuitq; tantum esse sperandum in Cesarus mutatione
quantum ipse promisit opus pulcherimum eã defectionem & proditionem insimu
lans: que facta est a Nerone Nimphidius enim Sabinus qui ut dictum est cũ Ti,
gellino aule preerat ubi Neronem cepit omnino desperatio: nec erat dubium eum
fuga in egiptum concessurum exercitui persuasit tanq; absente iam Nerone: atq;
fuge dedito: ut imperatorem Galbam salutarent. Et largitionem uiritim est polli.
citus. Aulicis & militibus qui ita salutassent nũmos septem milia quingentos iis
vero qui extra militarent. mille ducentos quinquaginta: quantum colligere non
poterat: ubi multo plura omnibus hominibus prebere mala iis nollet que Nero cõ
suesset. Hoc enim respondit continuo Neronem & paulo post Galbam. Nam al,
terum ut accepturi prodiderunt: alterum non accipientes occiderunt: Deinde illũ
querentes qui tãtum daturus esset in defectionibus & proditionibus offenderũt:
eumq; quoniam que sperarãt assecuti non sunt: consũpsere Sigillatim igitur que
gesta sunt diligenter exponere negociose historie interest Sed quecũq; digna ora
tione Cesarum secundis aduersisq; rebus acciderunt nec a me quoq; pretereunda
sunt Galba Sulpitius q priuatus omnium ditissimus transiuit in Cesarum fami,
liam omnes consentiunt. Is quoniam haberet magne nobilitatis amplitudinẽ Ser,
uiorum domum. Erat animo admodum elato propter Catuli cognitionem: qui

tetetus sue tẽpestatis homines virtute & gloria āteibat: quanq̃ ultro se plus aliis
posse non patiebatur. Erat etiam Liuie vxori Cesaris Galba genere coniunctus.
Itaq̃ opera Liuie ex palatio processit ad consolatum. Ad hec fertur exercitus in
germania cum laude prefuisse Libieq̃ proconsul inter paucos laudatus. At vilitas
victus & sumptuum parsimonia ac frugalitas fuit in causa ut potius imperio auari
or haberetur. Id quidem vanam quandam opinionem modestie temperantieq̃ fe
rebat missus est autẽ a Nerone biberie princeps. cum is nondum edoctus esset me
tuere magnos ciues in dignitate positos. Galbe uero: qui videretur natura mitis
senectus ipsa fidem addebat religionis. Sed vbi creatorũ curabat prouincias illis
crudelius immaniusq̃ uexantibus: aliud auxilii nihil afferre poterat: ut vnum id
quod aperte condoleret & simul quodammodo afficeretur iniuria: respirationem
quandam & consolationem damnatis venundatisq̃ prebebat: & poemata quidem
quesierunt in Neronem & multis in locis circumferentur caueretur q̃ minime im
pediebat neq̃ simul cum curatoribus agebatur usin rebus quacũ gratia etiã plus
diligebatur ab hominibus Erat enim ãnum iam octauũ illi familiaris qui tenebat
imperium quo tempore Iunius Vindex gallie pretor insurrexit in Neronẽ. Qua
re dicitur ante defectionem uenisse ad eum littere a Vindice quibus neq̃ credidis
se: neq̃ diuulgasse neq̃ detulisse ut reliqui pretoriani epistolas ad se missas dede
runt ad Neronem & quantum in ipsis fuit perdiderunt id negotii cuius ad postre
mum participes facti nichilominus conuenerunt sui ipsorom esse q̃ illius prodito
res Sed Vindex ubi post declaratum palam a se bellum scripsit ad Galbam: cũ hor
tans ad accipiẽdum imperiũ ac seipsum corpori ualido caput querenti Callis pre
beret qui milia virorum armatorum centũ haberent & alia plura armare possent
consultationem proposuit amicis. Quorum alii putabant Galbe expectandum esse
obseruanti quem motum atq̃ impetum ad res nouas Roma foret habitura Titus
autem Ouinius dux militaris legionis ait: O Galba quo nã pacto consultatis que
rere? an si Neroni fideles maneamus. hoc est manentium. Vt igitur inimico Nero
ne: aut nunc prodenda non est amicitia Vindicis: aut is est continuo accusandus
belloq̃ appeterdus: quod te mauult rumanorum principem q̃ Neronem tirãnum
nunc prescripto diem Galba declarauit: quo libertate indigentibus particulariter
redderet. cuius rei sermo atq̃ fama ubi emersit colligit hominum multitudinem i
non impigram ad tumultum. nondum igitur palam tribunal attigerat: cum est ab
hominibus Galba concorditer imperator salutatus. Is vero haud continuo eam ap
pellationẽ admisit. Sed vbi Neronem accusasset & illos quos Neru peremerat vi
ros clarissimos defleuisset: & pollicitus est se patrie suam prouidentiam dediturũ
neq̃ cesar neq̃ imperator sed dux Romam senatus nominatus Quod autem recte
Vindex & consulto Galbam ad imperium reuocauit: testi Neroni fidem fecit. Is
enim simulans illum contennere: ac nihil ducere res gallorum: simul atq̃ de Galba
audiuit: erat autem lotus ac prandebat euertit mensam. Quin etiam cum senatus
Galbam hostem iudicasset: uelletq̃ Nero iocari efferriq̃ ad amicos non malam in
quit sibi egenti pecuniis cogitationis predictiorem incidisse & res quidem galloꝝ
cum in seruitutem venerunt prede admodũ fore: que aũt Galbe substantia aderat
quoniam hostis iam declaratus esset ea uti eam vendere oportere. Et hic quidem
iubebat bona galbe ut uenirent. Que cum Galba audisset ea omnia vendens: que
Nero habebat in Hiberia: multos inueniebat alacriores Cum vero plures a Nero
ne deficerent ac se Galbe omnes officiose ascisterent: solus Clodius Maurus in Li
bia & Virginius Ruffus qui in Gallia germanicum ducebat exercitum: ipsi p se se
agebant ne idem quidem habentes institutum. At Clodius quoniam rebus rapiẽ
dis studuerant: ac virorum cedibus: haud obscurũ erat: Nunc propter crudelitatẽ

neq; imperium posse continere: neq; dimittere Virginius autem qui legionibꝰ po-
tentissimis preerat: a quibus esset persepe imperator appellatus: coactusq;: neq; se
dicebat acceptu҄ꝫ iperiū: neq; visurū: ut alii daret qui minus a senatu electꝰ foret
Hec non parū Galbā principio turbabāt Sed vbi Virginii Vindicisq; exercitꝰ qui
vi quodāmō ipsos duces ueluti aurigas qui frenis dominari non possunt magnam
ĩpugnam extulerant: simul confluxerant Aut Vindice seipsum interimente inter
viginti milia gallorum qui ceciderant: exiuit rumor proinde atq; omnes uellēt ob
eiusmodi victoriam: ut Virginius imperium admitteret aut Rursus ad Neronē
conuerterentur Tunc demū Galba omnino metuens Virginio scripsit: eū togans
ut cōmuniter agerer & ꝓ tuendo simul romanis imperio & pro libertate. At rur
sus cum amicis in Coluniam Iberie urbem secedens magis terebat tēpus rirca pe
nitentiam rerum factarum: & desiderium ocii consueti ac familiaris quā circa ul-
lam rerum necessariarum actionem. Iam estas erat: cum paulo ante crepusculū ue
nit Roma Sicellus vir libertus die septimo qui audiens Galbam quiescere solū cō
festim ad eius cubiculum pergit: quod repugnantibus rubiru'ariis Vi patefactū
ingressus nuntiauit: ut etiam viuo adhuc Nerone licet in aperto non esset: exerci-
tus primum deinde populus & senatus Imperatorē Galbam appellarit: Paulo aūt
post nūtiatum esse illum dedisse mortem. & nullo modo quidem credidisse aitiis
nuntius. sed ad cadauer ubi esset ingressus intutusq; iacentem Neronem ita egres
sum esse. Ni inimici gloria Galbam extulerunt ad cuius fores hominum multitu
do: quibus firmam fidutiam ipse inieceraт: consulebat & si celeritas adimebat fi-
dem. Sed biduo quoq; Titus cum aliis multis ab exercitu venit que senatus cen-
suisset sigillatim exponens. Hic igitur in ordinem honestum prouectus est. Liber
to vero tū anulos aureos dedit & Martianus Vitellus iam uocatus habuit primā
in libertis potestatem. At Rome Nimphidius Sabinus non sensim atq; paulatim
sed summatim simul omnia per rerum turbationem sibi vindicabat ĩquiens Galbā
senem esse: ac vix satis Romam equitatura propter senium uehi posse. Erat enim
annos natus tris & septuaginta Qui vero ibi erat exercitus cum diu antea beniuo
lo animo in eum fuerat cum hoc tempore cum ab imo solo substentarentur. Illum
propter largitionis magnitudinem benefactorem existimabat: Galbam autem de
bitorem Continuo igitur Tigellino college ensem ut poneret imperauit faciebatq;
conuiuia quibus viros consulares cenatum acciperet: atq; pretorianos: addens eti
am nomen Galbe ipsis inuitationibus Multos instruxit qui dicerent mittendum
esse ad Galbam qui ab eo peterent perpetuum prefectum Nimphidium sine col
lega Que autem senatus in eius honorem & potestatem gessit appellās benefacto
rem & vna currens ad fores: & omnium illum sententie preesse volens ipsamq; tō-
firmare eum & multa reddiderunt audatiorem: adeo ut breui tempore illis a qui
bus colebant: non solum foret inuidiosus sed etiam formidabilis. Et cum famulos
publicos consules designassent: qui decreta portant imperatori quiq; diplomata q̄
vocantur obsignata dant. Hec enim verbis magistratus agnoscens circa vehiculoꝝ
virissitudines premissos occiderat tabellarios nō mediocriter Nimphidius est tur
batus quod nomen ab ipso & gemma & militibus acceptis remisissent. Quin ferē
de consulibus consultasse. Deinde quoniam illi sese defendissent ac preci bus vsi
essent: remisit iram. Gratificatus autem populo nequaq; impediuit: qui ex Nero-
nis familiaribus errauisset: fustibus cederetur. Quare spiculū gladiatorem Nero-
nis statuis dum traherentur subiectum in foro perdiderunt. Et Apanium quendā
ex delatoribus reuolutū super actis palustris de lapidibus oneratis oppresserunt.
Alios etiam permultos discerpserūt. Et quosdā sane qui nihil per iniuriam perpe-
trarāt. Itaq; Mariscus qui vir optimus & erat & videbatur dixit ad senatum se

metuere: ne q̃ primum Neronem requirerent. Et ita Nimphidius propriore spe
ductus ne fugit quidem Cesaris illius filius dici qui post Tiberium imperauit No
uit enim Gaius ut uidetur eius matrem liberte Cesaris natam cũ esset adolescens
Fuit enim illa uisu minime iniocunda & nouit illam quidem in tabernis medici-
narius mercede haud honestissima At fuit eius mulieris cum Cesare congressus:
ut uidetur iunior Nimphidii natali Causam uero habuit ex Martiano gladiatore.
Est enim amata Nimphiada propter illius gloriam. Magis enim uisa est ob simili
tudinem forme illi necessaria. Verum consentiens se Nimphiade matre natũ op9
quidem sui faciebat quod Nero parasset. Huius autem interitus cũ in non satis ea
premia esse duceret Quod & honoribus frueretur & pecuniis: quodq; simul dor-
miret cum Neronis sporo quem ab ipso rogo dum cadauer adhuc cremaretur cõti
nuo accersitum loco nupte haberet Pon peiumq; appellaret ad successionem indu
gebatur imperio. Et alia ipse Rome clã per amicos moliebatur per mulieres quas-
dam virosq; senatores qui ei occulte adiutores essent Vnum vero ex amicis Geliã
num in Iberiam misit: que agebantur consideraturum. At Galbe post Neronis obi
tum erant secunda omnia. Sed Virginius Ruffus qui dubius adhuc esset: illũ sol-
licitum faciebat: ne quoniam eum cui pereat magnum bellicosissimumq; exercitũ
de vindice victoria addidisset: cepissetq; magnam partem romani imperii vniuer-
sam Galliam que rebellando fluctuabant is audiret qui ipsum ad imperiũ inuita-
bant. Nullius enim q̃ Virginii neq; nomen inanis erat neq; prelium: Proinde atq;
maximo is momento: & romanorum simul molesta tirãnide: & bellis gallos liberas
set. At ille tunc iisdem quibus inicio cogitatibus insistens lectionem Imperatoris
senatui reseruabat. Atq; declarato iam obitu Neronis tunc multi rursus addeban
tur Virginio. Et quidam ex iis tribunis qui erant in tabernaculo districto ense iu
bebat Virginio ut uel imperium: uel ferrum admitteret. Sed postea q̃ Fabius ua
lens: qui vni preerat legioni iuratus est primus in Galbam: & littere ex Roma al
late sunt: quibus de rebus senatus decreuerat cum difficultate quidem & cũ labo
re: tandem tamen militibus persuasit: ut Galbam imperatorem diceret. Et quem
is successorẽ miserat Flaccum ordeonium admisit Illiq; legionem tradens ipse Gal
be deinde aduenienti profectus est obuiam simulq; reuertit neq; iram: neq; honorẽ
manifestum assecutus. Et alterius quidem ipse Galba fuit in causa: quoniam virũ
illum uerebatur alterius uero amici Galbe & Ouinius Titus maxime qui Virgi-
nio inuideret putabat enim eum arcere. Ignarus is quidẽ se miti ingenio Virginii
adiutorem accedere: qui virum illum a bellis ac malis quecũq; duces alios occupa-
bant in securam vitam & senectutem pacis & quietis plenam subduceret. At Gal
bam senatus oratores circa Narbonem urbem Gallicam offendentes hilariter sa-
lutarunt: rogaruntq;: ut se q̃ primum desideranti populo ostenderet. Hic vero tũ
alios aditus & egressus eius prebuit humane & populariter tum ad epulationes:
cum multus apparatus & cultus magnus adesset quem ex rebus Neronis ad ipsũ
ante miserat Nimphidius nihilo tamen illorum utens: sed suis omnibus claruit in
genti animo vir & qui ostentatione melior appareret. At cito quidẽ generosa hec
fastusq; uacua & ciuilia ad popularem ualere gratiam que affabilitas plurimũ ue-
lit. Ouinius ducens: persuasit: ut & Neronis pecuniis uteretur & in conuiuiis ne
parceret regiis sumptibus. Et ita senex paulatim suum sensum Ouinio sub misit
Erat autem Ouinius argento in primis inferior obnoxius etiam adulteriis. Cum
adhuc enim esset iuuenis militaretq; sub Caluisio Sabino primam miliciam uxorẽ
ducis luxuriosam feminam noctu traduxit in castra uestem indutam militari: eãq;
viciauit in pricipiis Ob quam rem cum C. Cesar in uincula coniecit: que mortua
Ouinius secunda fortuna vsus vinculis est solutus. Et cũ apud Claudium Cesarem

cenaret: argenteum poculũ clam substulit quod Cesar cũ audisset Rursus postri
die ad cenam hominem inuitauit: Qui cum uenisset: iussit ministris nullum illi
argenteum poculum: sed fictilia omnia afferrent: atq; apponerent. Hoc igitur Ce
saris propter comicam moderationem visum est non ita dignum sed risu. Sed que
is habens sub se Galbam: ac potens circa rem pecuniarum plurimum egerit tragi
earum Erumnarum miseriarumq; magnarum aliis causam: aliis pretextum prebue
runt. Nimphidius enim: cum primum Gellianus quẽ miserat Galbe quodãmodo
speculatorem ad se reuertisset audiens & aule & speculatorũ esse Corneliũ Laco
nem prefectum declaratũ: sed rem vniuersam esse sub Oninii potestate Sibi aũt
licere nunq; prope Galbam stare: neq; priuatim ipsum adire: cum is foret ab omni
bus: obseruatus & custoditus turbatus est. Congregastisq; ducibus inquit Galbã
quidem ipsum senem esse probum & moderatum verum qui minime suis cogitati
bus uteretur ab Ouinio & Lacone non bene administrari prius igitur quoniã eos
lateret: quod Tigellinus in rebus habebat robur se adeptos esse mitti oportere
ab exercitu oratores ad imperatorẽ: qui docerent si ex amicis hos solus duos ama
nerit iocundiorem se omnibus desideratioremq; affuturum. Sed ubi hec non per
suasit absurdum & contrarium visum est ducem instituere senem prouideatq; ado
lescentem qui modo potestatem gustet quibus amicis vsurus: alia aggressus via
scribebat ad Galbam: terrorem iniciens nunc esse in urbe sub dola multa eaq; i mo
tu: nunc Clodium Marcum in Libia vecturam rei frumentarie detinere rursusq;
moueri legines germanicas: & de copiis Sirie & iudee similia audiri. Cui Galba
cum neq; admodũ attenderet: nec crederet: decreuit prior rem aggredi Et si Clo
dius: celsus Anthiochenus vir tum prudens: tum illi beniuolus ac fidus id fieri ne
gabat: inquiens ne vnam quidam familiam putare se esse Rome que Nimphidiũ
Cesarem salutaret. Sed plures deridebant. Mitridates ponticus in Galbe Caluiti
um rugositatemq; cauillans: nunc ait quedam videri esse comanis que aspecta cum
fuerint fore, ut appareant his diebus: qui a Cesare uocãtur opprobrii nomine De
cretum est igitur ut circa medias noctes Nimphidium agentes in mediam multi
tudinem eum declarent Imperatorem. Primus autem ex tribunis Antonius hono
ratus ad vesperam collectis quibus preerat militibus non insule accusauit tum ip
sum Nimphidium: tum & alios: qui breui tempore tociens mutarentur e sentẽtia
nulla consideratione nulla electione meliorũ: sed minime quodam agitati a quo ipsi
ex proditione in proditionem impellerentur At priora quidem obtendunt Nero
nis crimina. Nunc vero quod Galbam prodant quam necem matris accusant Iugu
lationemue uxoris: quam Timelem uerentur: Imperatoris ue tragedias. At neq;
illum ab hec deserere passi sumus: Sed Nimphidio obedientes: qui primus nos de
seruit: fugitq; in egiptum. Vtrum igitur Neroni Galbam sacrificabimus Et Nim
phidia natum legentes Cesarem Liuie filium enecemus: quemadmodum Agrip
pina enecauimus natum: an huic potius eorum que perpetrauit penam inferentes
ostendamus nos p̃os tum Neronis ultores: tũ bonos Galbe fidosq; custodes Nec
tribuno militum dicenti omnes sese milites addiderunt atq; alios adeuntes vt insi
sterent rogabat in fide erga Imperatorem. Puresq; in eam sentẽtiam traduxerũt
Sublato autem clamore Nimphidius siue crederet ut quidam dicunt se a militibu
iam vocari siue festinaret anticipare rem adhuc tumultuariam & ambiguam: pro
cessit sub multa luce: orationem quandam secũ ferens scriptã in libro quã a Cingo
nio Varrone cõpositam meditatus erat habere ad milites. Sed cũ vidisset portas
castrorũ clausas & in muris multos armatos: timuit accedensq; rogauit quid uel
lent: & cuius iussu in armis essent: Ei aũt ab omnibus reddita vna voce Galbam
posse Imperatorem ille quoq; concurrens secundo clamore laudauit. Idq; ut qui se

sequebantur facerent iussit. Et cum ii qui ad portas erāt sinerent eum cū paucis
ingredi: is lancea feritur quam quidem ante ipsum excepit scuto septimus. Cūq;
alii districtis ensibus impetum facerent: fugiēs fugatusq; in cesa militis iugulatur
Eiusq; cadauer trahentes in medium cancellis circumseptum spectaculo nolenti-
bus interdiu prebuerunt. Sed cum ita Nimphidium interemptum Galba audissꝫ
& qui cum eo coniurarant iussisset interfici: inimici omnes continuo perierunt: in
quibus etiam Cingonius fuit is qui orationem scripserat: Et Mitridates Pōticus
quoniam iussus est non legittime tametsi iuste neq; populariter peremisse ante iu-
ditium uiros minime obscuros. Aliam enim imperii formam acceperant omnes de-
cepti eorū consuetudine de quibus inicio dicitur ad hec eos maiore molestia affe-
cerat vir consularis fidusq; Neroni mori iussus Petronius Tertulianus. Maronem
enim in Libia per Trebonium & Fronteum in germania perualentem interimens
eo obtentu est vsus: quod eos quia in armis & castris essent metuisset. Tertulianū
vero & senem & nudum & inermem occidit. Acne audiri quidem paciebat̄ siquis
eam quam rebus moderationem polliceretur: opere foret obseruaturus. Hec igit̄
huiusmodi vituperationibus sunt obnoxia. Sed vbi accedens abesset ab urbe circi-
ter quinq; ac viginti stadia: incidit ĩpetulantes & multuarios quosdam remiges
qui vias preoccuparant: & vndiq; erant circumfusi. Hi autem erant vnam legio-
nem ad insidias positi. Et tunc presente Imperatore cum clamore tumultuabant
signa legioni agrumq; petentes. Illo autem cunctante: & ut iterum dicerent in-
bente: tum si negationem videri eam dilationem inquientes turbabantur & ne cla-
mori parcentes quidem eum sequebantur. Cumq; aliqui gladios distrinxisset: ius-
sit Galba equitatui in eos irruere. Illorum substitit nemo: Sed alii continuo aduer-
tentes: alii fugientes perierunt: neq; bonum: neq; faustum ii Galbe auspitiū faciē-
tes qui per multam cedem: totq; cadauera in vrbem ingrederetur. Sed si quis etiā
eum antea contempnebat: quoniam infirmū senemq; videret: tunc horribilis omni-
bus & formidabilis factus est. Atq; cum uellet ostendere magnam mutationē cir-
ca immensas largitiones sumptusq; Neronis: errauit ab officio. Cum enim Canus
tibia uteretur intercenādum. Canus autem hic antea huic auditu pergratus erat
vbi tibicinem laudasset: essetq; ipso delectatus: iussit afferri sibi arcam ligneā: vn-
de aureos quosdam acceptos Cano in manibus dedit dicens ex priuatis non ex pub-
licis pecuniis illos donare. Quas vero largitiones Nero dederat scenam palestram
agentibus eas vehementius repeti cum iussisset: preter decimam partem: deinde
parua tenuiaq; accipiens: Nam qui acceperant eas largitiones plurimi consumpse-
rant homines in diem viuentes ac victu Satirici illos qui ab is aut emerant quip-
piam aut acceperant requirebat: & quod habuissent exigebat. Cumq; res modum
non haberet. Sed longius tenderet: procederetq; in multos Galba quidem infami-
am: at Ouinius inuidiam sibi atq; odium comparauit: ut cui aliis omnibus amarū
ducem sordiumq; prestaret. Ipse vero prodige vtens: & caperet: & venderet omīa
Hesiodus enim & incipiente & finiente cado expleri dicit oportere: sed Ouinius
infirmum videns atq; senem Galbam fortuna implebatur: tanq; ea simul & oriēte
& occidente. Senex autem ex mala Ouinii administratione initio paciebatur iniu-
riam preterea que ipse recte instituebat Ouinius: aut impediebat: quēadmodum
fuit de Neronianorum suppliciis improbos enim occidit: in quibus fuit Elius &
Policletus: & Petinus ac Patrobius: Populus vero plaudebat: & dum ii per forū
agerentur clamabat & pulcram illam esse & Piam Pompam ac deos quoq; borri-
neq; ex poscere magistrum pedagogumq; tirannidis Tigillinum. Homo enim ge-
nerosus magnis pignoribus anticiparat Ouinium. Hinc Tertulianus quoniā non
pdidisset: neq; odisset talē ducē odio habitus: nec alii magne cuiq; iniurie obnoxi

mortem dedit. Qui vero Neronem fecerat morte dignum: & eundem talẽ deserti
erat prodideratq; adhuc superat magnum is certe documentum nihil esse apud
Ouinium infectum neq; dantibus in speratum: Nullius enim spectaculi cupidita-
te Romanus populus magis tenebatur: q̃ ut videret Tigellinum iudicio circũuen
tum. Et ne cessans is quidem nunq̃: neq; in theatris. neq; instadiis petere Tigelli
num: increpatus est imperatoris edicto: inquientis non etiam multum temporis
victurum Tigellinum: Tabido morbo consumptum. Illos vero deprecantis: ne ex
acerbarent neq; facerent tirannida ex imperio. At ii deridentes populi molestiam
& Tigellinus salutaria sacrificauit: splendidumq; epulũ parauit: & Ouinius post
cenam surgens ab imperatore: cum intemperenti cantu salutauit ut qui uxorẽ ac-
ciperet illius filiam: que erat iudea. Eiq; propinauit Tigellinus quinquaginta &
ducenta milia argentorum iussitq; mulieri que pellicib9 preerat ut monile a collo
ablatũ quod argenteorum quinquaginta & centum milium esse dicebatur illi cir
cum aptaret. Hinc factum est: ut etiam moderate gesta calumpniã haberẽt: ur tes
aduersus gallos qui vindici auxilium tulerunt. Videbantur enim nõ Imperatoris
humanitate. sed ab Ouinio ementes: tum remissionẽ tributorum tum rem p. asse-
cuti. Ob hec igitur multitudo erat aduersus imperiũ irata. Milites vero qui lar-
gitionem non accipiebant initio spes decipiebat: ut quis non tantum: at quantum
Nero dederat rediturus is foret. Sed postq̃ audiens Galba quid illi sibi vitio da
rent: emisit vocẽ magno dignã Imperatore quippe qui diceret morẽ fuisse delige-
re non emere milites: ubi hoc illi audissent graui in eum odio immaniq; sunt accen
si. Videbatur enim non ipse solus eos priuare: sed legem ferre: ac docere posteros
imperatores. Verum adhuc Rome erat obscurus motus & reuerentia simul que-
dam erga presentem Galbam tumultus ad res nouas habitabat: retardebatq;. Et
quod nullum manifestum mutationis principiũ videbatur. Id contrahebat occul-
tabatq; quodãmodo eorũ maliuolentiam. Sed cum hi prius sub Virginio fuissent
tunc vero sub Flacco essent in germania: & ob eam pugnã magnis se rebus digna-
rentur: quam pugnarunt aduersus vindicem. Itaq; nihil assecuti nullam principiũ
consulationem nullam exhortationem admittebant: ipsum autem Flaccũ quoniã
esset propter vehementissimum dolorem pedum corpore imbecillo retumq; impe
ritus. habebant omnino pronibilo Et cum esset quandoq; spectaculum ac tribuni
militum turmarumq; ductores pro romanorum consuetudine bonam fortunã im-
peratori Galbe precarentur multitudo primum tumultuabat: deinde precari illis
perseuerantibus contra clamabat indignus huiusmodi quoq; alia cum abiis legio
nibus quibus preerat Tigellinus per contumeliam sepe dicerentur littere ad Gal-
bam a procuratoribus mittebantur. Hic autem perterritus quod non modo obser
uum verum etiam quia careret f lius contemptui foret: consultabat sibi adoptare
adolescentem aliquem ex illustrib9 eumq; declarare imperii successorẽ. Erat aũt
Marcus Otho generi quidem minime obscurus: sed delitus & studio voluptatũ
continuo ex pueris inter paucos romanos vitiatus Vt enim Alexandrũ Homerus
Helene comate: cum nihil habeat ad gloriam aliud quo illum decoret ab vxore no-
minat sepe: sic erat Otho famosus Rome ob nuptias Pompee quã cum esset Cri-
spini coniunx amauit. Nero rursusq; suam vxorem veritus ac matrem metuẽs sub
iecit Othonem qui Pompeiam temptaret Vtebatur enim Othone & amico vero
& cõtubernali propter prodigalitatem & luxuriam. Et cum in eis persepe Otho
teruitatem atq; auaritiam cauillaretur gaudebat Ferturq; quandoq; cũ vteretur
Nero preciosissimo unguento & Othonem inspersisset illum quoq; postridie Nero
ni conuiuio accepto simul vndiq; argenteas aureasq; fistulas repente proposuisse:
que tanq̃ unguẽtum effunderent atq; deluerent: Ac Pompeiã tum preadulter assi

Neroni illiusq; intrasset spetie persuadendo effecit: ut ea virum dimitteret quam
ad se ut nuptam venientem baberet cum illo cõmunem nequaq; erat cõtentus eaq;
participatione angebatur nẽ ipsa quidem Pompeia celotypiam moleste ferente.
Et eum exclusisse Neronem dicitur absente Othone: siue ut uoluptatis societatẽ
aufferret: siue secũdũ aliquos: quod Cesaris nuptias grauiter ferret: cum nequaq;
fugeret amatoris vsum propter intemperantie studium. Itaq; parum defuit quin
periret Otho fuitq; absurdum quod qui & vxorem occiderat & sororem ob Pom
peie coniugiũ Othoni pepercerit. Seneca beniuolu vtebatur cuius suasione ad mo-
nitioneq; Lusitanorum dux ad Occeanum est emissus. Et cum sciret imperiũ sibi
datum sub adulationẽ esse velationemq; exibi: neq; in iocũdum sese neq; improp-
tum subditis prestitit. Cum vero Galba defecisset: ipse primus accessit ex ducibus
& quantum argenti: auriq; babebat in poculis ac mensis: setum afferens argenta-
rio ut in nũmos incideret dedit: atq; eos famulis muneraiut qui ministrare Impe-
ratori consueuerant circa victum. Cumq; in aliis ei fidus esset periculumq; faceret
nemine iferior visus est rerum peritiam tenere & cum is iter faceret assidue mul
tos dies: vna cum eo victus est: in cõmuni vero itinere consuetudo quoq; Ouiniũ
circũlauit collocutionibus & muneribus & quoniam maxime ex omnibus prima-
tibus ei sũmitteretur: babebatq; inconcusse propter illum secundum post illum po
testatis locum. Hac autem re sine inuidia erat superior: quod omni adiumẽto esset
indigentibus: & quidem gratis quiq; se prestaret affabilem omnibus & bumanum
ac plurimam viris militaribus opem ferret multosq; promoueret in exercitum du
ces: partim petens ab Imperatore partim Ouinium: atq; libertos rogãs Sicellum
& Asiaticum. Nam hi erant Atriensium potentissimi & quotiens Galbam epulu
acciperet cobortem semper que ad custodiam aderat corrumpebat aureum singu-
lis tribuens. Quibus rebus ipsum bonorare videbatur quod eo studio & populari
gratia in milites vteretur. Cum igitur de successore Galba consultaret Othonem
iniecit Ouinius at ne id quidem gratis: sed ea conditione ut Otho cum fuisset ad
optatus a Galba successorq; imperii declaratus filiam suam vxorem duceret. Erat
enim minime obscuro semper consuesse Galbam bonum publicum priuato suoq; an
teponere & non cum sibi ad optardum querere quo esset maxime delectatus sed
qui romanis foret vtilissimus. Videtur autẽ circa peoprias tantũ pecunias Othu-
nem beredem non instituisse quoniam & intemperantem nosset & sumptuosum
adolescẽtẽ ereq; infectũ alieno ad quinquagies decies centena milia Vnde Ouinio
audito cum silentio atq; mansuete quod instituerat differebat Sed vbi eum decla
rasset consulem: Ouiniumq; collegam: existimabatur anni principio successorẽ ad
optaturus. Eratq; militibus per iocundum Othonem magisq; alium quemq; ap-
pellatum iri. Verum deprehendit eũ cunctantẽ adhuc atq; consultantẽ de eftin-
gendis rebus germanicis. Nam cõmuniter omnes qui ei ẽãt in exercitu Galbã ode-
rant. Quoniam largitionem non solueret priuatum vero illi obtendebãt Tum Vir
ginium ruffum quod esset deiectus tum ignominia: tum Galbes qui gessissent ad-
uersus se bellum largitiones cõsequi at quicumq; se vindici non addiderant: suppli-
ciu affici: cui soli Galbam debere gratiam: atq; bonorem mortuo: illumq; sibi pub-
licis expiationibus venerandum esse. Peoinde atq; romanorum imperator ab illu
esset declaratus. Cum huiusmudi sermones aperte iam in castris circumferrentur
aduenit noua luna primi mensis: quas: Cl. Ianuarias vocãt. Tum cogẽte eos Flac
co ad iusiurandum quod per Imperatorem iurare mos erat: ii quidem accedẽtes
Galbe imagines euerterunt: demoliq; sunt iurati autem iusiurandum per senatũ
populumq; romanum soluti sunt: Deinde detulit ad pretorianos Flaccus metuere
se eam in obedientiam ut defectionem. At quidam inter eos dicit. Quid patimur

o cõmilitones: qui nec alium ducem facimus: nec qui nunc est obseruamus: itaq;
non Galbam sed Ouinio imperare parereq; fugientes. Itaq; Flaccum hora demo
niũ qui aliud nihil sit q̃ umbra & simulacrũ Galbe dimittamus. At a nobis distat
vnius diei iter Vitellinus germine ductor. qui cum patre est eo natus: qui & pre-
tor & ter consul fuit. Et Claudio Cesari quodãmodo collega: tum ipse: quam a'i-
qui paupertatem vitio dant Clarum habet documentum probitatis: atq; elati ani
mi agite per huius electionem ostendamus cunctis hominibus nos Iberis esse Lu
sitanisq; potiores qui Imperatorem eligamus Hec aliis libenter iam admittentib;
aliis non admittentibus: signarius vnus clã egrediens rem Vitellio nũtiauit: noctu
multis apud eum cenantibus. Qui sermo cum inter exercitus dispersus esset. Pri-
mus Fabius valens vnius dux legionis postridie cum magna equitum manu equi-
tans imperatorem Vitelliũ salutauit At Vitellius priores quidem dies visus est
quoniam imperii magnitudinẽ metuerat ab ea re abhorrere: planeq; alienus. Tũc
autem ferunt cum esset vini & cibi meridiani plenus accessisse eos q; suasisse: a qui
bus esset germanicus nominatus: Cesaris nomen haud admisisse. At continuo qui
cum Flacco erat exercitus pulchrum illud populareq; iusiurãdum in senatũ omit-
tentes. Vitellio imperatori iurati sunt facturos se imperata Et ita quidem appel
latus est in germania Imperator Vitellius. Verum Galba cum audisset qui ad res
nouas tumultus fiebat in germania: amplius adoptionem non distulit Nam cum
amicos nosset quosdam pro dolo bella: pluris pro Othone ambire quorum ipse pro
babat neutrũ subito prefatus nihil Pisonem accersiuit Critonisq; nepotem quos in
terfecit Nero adolescentẽ illum quidem & decoro plane & seuero ingenio ad vir-
tutem omnem: descendebatq; in castra illum Cesarem & successorem declaratus.
At qui exeuntem continuo magni inibi secuti sunt. Cumq; cepisset alia dicere in
castris: alia legere: tociens tonuit atq; fulgurauit: tantusq; imber atq; caligo in ca-
stra urbemq; fusa est: ut palam fieret: neq; acceptam esse: neq; probari numini eam
adoptionem. Erant etiam milites sub infensi ac tristes quoniam ne tu quidem iis
largitio data esset. Pisonem vero qui presentes ex voce vultuq; facerent coniectu-
ram mirabantur: quod audatius: q̃ stultius magis tantam gratiam acciperet quẽ-
admodum quoq; apparebant per multa signa in Othonis facie qui amare & iracũ
de ferret: quod se sua fefellisset spes: qua primus dignus iudicatus cum aqua poti
unda non longe absfuisset eam sibi non contingere signum esse ducebat odii simul
ac maliuolentie in se Galbe. Quare de futuco sine metu esse non poterat: Sed & Pi
sonem timens & aduersus Galbam causam inueniens iratusq; Ouinio abiuit ꝑtur
batissimus. Nec enim spem relinquere omninoq; deficere eum sinebant: quos ha-
bebãt apud se semper Vates Chaldeiq; & Ptolomeus maxime: eo firmior apud
Othonem atq; validior: quod sepe veritatem predixisset: sicut non fore ut eum Ne
ro interimeret: sed prior moreretur. Ipse vero superesset & imperaret Romanis
Nam quoniam illud verum Ptolomeus ostendisset. Rogabat ne de his spem abi-
ceret. Non minus etiam ii qui simul clam augebantur: simulq; suspirabãt cũ Otho
ne tanq; in eum Galba esset ingratus. Plures etiã Tigellini Nimphidiiq; familia-
res qui in dignitate fuerant: tunc deiecti humilioresq; redditi ad eum sese errabũ
di recipiebant: atq; eundem exasperabãt. Erantq; in his Iturius & Barbius alter
Opio alter Thessanarius. Sic enim vocantur qui nuntiorum speculatorumq; offi
cio funguntur. Cum his enim Othonis libertus Onomascus incedebat alios argẽ
to corrumpens: alios spe: qui exulcerati erant obtentuq; egebant. Nec enim erat
opus quatuor dierum ex sano exercitu mutare omnes. quot erant inter adoptio-
nem & iugulationẽ. Nam sexto die perierunt qui est decimus octauus CF fabrua
rias. Nam illo die simul cum diluculo & Galba presentibus amicis sacrificabat

in palatio augur Vmbritius cum primum in manus hostie accepisset exta illisq; an
nisis non per enigmata sed palã aperteq; dixisset: signa magne turbationis pericu
lumq; cum dolo ex capite imminere imperatori: deo prope manu Othonem cap
tum tradentem. Aderat enim Otho post Galbam: & iis que dicebantur monstra
banturq; ab Vmbritio attentum se prestabat. Ei vero turbato liberationesq; om̃is
generis cõmutãti ob timorẽ. Onomascus Libertus qui stabat iuxta: uenisse dixit
Architectus: & eum domi expectare erat autem id signum tẽporis ad quod opor
tebat Othonem obuiam ire militibus dicẽs igitur se edium quas veteres emisset
velle partes ruituras ciuibus ostendere abiuit. ce'cedensq; per edes que tiberii vo
cantur: gradiebatur in forum vbi steterat columna aurea: in qua incise omnes ita
lie vie finiunt. Hic primos qui eum exceperunt: ac salutarũt imperatorem: nõ plu
ris fuisse aiunt xx tribus Quare tam&si non pre corporis mollicia atq; animi effe
minationem delitiis erat affectus. sed temerarius potius in periculis: atq; immo
bilis extimuit tamen. Verum qui aderant: id passi non sunt. Sed districtis ensibus
eius lecticam circumeuntes tolli iubebant: eo sepe periisse summũ mirante: Illosq;
qui lecticam ferebant ac relerare imperante. Exaudiebant eum aliqui ii quidem
admirati magis q̃ turbati ob audentium paucitatem. Huic dum ita per forum fe
rebatur: tot alii occurrerunt. Rursusq; terni alii & quaterni adiungebantur. Inde
conuertebantur omnes Cesarem appellãtes: districtosq; enses pretendẽtes. Vnus
vero ex tribunis militum qui castrorum custodiam habebat. Marcialius ut aiunt
ignarus negotii reiq; in opinata exterritus ac metuens ingredi permisit: Cumq; in
tus foret obstetit nemo. Nam ignorantes que gerebantur circumdati de ĩdustria
singuli ac bini sparsim formidine primum deinde suasione eos qui rem & sciebant
& declarabant seruti. Quod cum in palatium statim Galbe nuntiatum est: presen
te adhuc augure: qui sacra habebat in manibus: ii etiam sunt exterriti: desiq; mi
rati: qui ad res huiusmodi & increduli erant & animo minime genero. Et cũ om
nis generis turba e foro confluerent ei Ouinius ac Lacon & liberti aliqui nudis
ensibus protensis astiterunt. At Piso procedens iniis erat qui speculatores aulam
custodirent. Cumq; illirica legio castra metaretur in portu que Bapsania vocatur
Missus est Marius celsus bonus certẽ vir anticipandi gratia Galba vero cum pro
cedere uellet: neq; sineret Ouinius. Ac celsus & laco uebementius incitarent: inue
herẽturq; in Ouinium. Rumor tumultuarius multus persuasit quod Otho periisset
in castris: pauloq; post visus Iulius atticius qui inter speculatores haud obscuros
militabat districto ense adueniens ac idem clamãs hostem Cesaris periisse lapsusq;
vi per astantes ostendit Galbe ensem cruentatum qui ad hominem intuens. Quis
inquit hoc tibi iussit. Illo autem respondente & fidem & iusiurandum quod iura
tus fuerat ac multitudine acclamãte benefactum esse: simulq; plaudente. Galba in
censa lectica portabatur: tum Ioui volens sacrificium facere: tum sese ostendere ci
uibus. Cumq; immisisset in forum: ceu turbines quidam fama occurrit: Othonem
potitum exercitu: & sicuti in tanta multitudine fieri solet: aliis vertendũ esse cla
mantibus: aliis procedendum: aliis audendum: aliis deficiendum ac lectica tanq;
in estu maris huc illucq; iactata frequenterq; cedente: apparuerũt equites primũ
deinde pedites grauis armature: qui per Pauli regiam irruebant vna voce clama
bant e medio tolli priuatum hominem. Ac multi quidem currebant non fuga diffi
pati: Sed in porticus & in conspicuos fori locos quasi spectaculum occupãtes. Sed
vbi Etillius Sacello imaginem Galbe humi prostrasset: pugne initium facientes
lecticam iaculis vndiq; inuaserunt. Et quoniam Galbam non essent iis consecuti di
stris illum ensibus adegerunt. Quibus neq; repugnauit neq; substitit quisq; preter
vnum virum quẽ in tot hominum milibus solum despexit solum romanorũ dignũ

imperio Sempronius enī centurio qui nullo priuatim beneficio a Galba esset affectus Sed honestari legiq; opem ferens: stetit ante lecticam sublataq; primum palmite quo centuriones in verberibus obnoxios animaduertunt: in eos qui inuadequant: clamabat: & ut imperatori pareerent iubebat. deinde districto ense illi se vna vrgentibus diu cepugnauit donec demissis habenis cecidit. At Galbam declinata lectica circa lacum quem Curcium vocāt: cum euolutasset thorace indutum incursantes percutiebant. Is vero protenso iugulo facite inquit sed romano populo hoc magis conducit. Vulneribus multis affectus est & ad crura: & ad lacertos Ipsum autem iugulauit ut dicunt plurimi: Camurius quispiā ex quintadecima legione. Terentium quidam: alii Arebadium tradunt: alii Fabium fabulum qui etiam ut aiunt caput occultauit amictuq; comprehensum portabat secū: quod ob teanuitatem vix dignosci poterat. Deinde cum a sociis illud occultare probiberetur: qui iubereror ut rem fortiter gestam omnibus ostēderet affixit lancee & ita quatiens senis faciem: ac modesti principis pontificisq; & consulis cursitans queadmodum bacche sepe vertebatur: & lanceam cruore perfusam quatiebat Othonem uero capite portato exclamasse dicunt. Est hoc nihilo commilitones monstrate mihi Pisonis caput. Quod quidem paulo post allatum est. Vulneratus enim adolescens fugiebat Eumq; Marcus quidam in secutus iugulauit iuxta Sacellū ueste. Iugulatus est etiam Quinius confessus participem se fuisse coniurationis aduersū Galbam. Clamabat enim se occidi preter Othonis sententiam: sed enim huius quoq; & Laconis caput obtruncatum ad Othonem portauere petentes numerationes & ut ait Archilocus Septem iacentium cadauerum pedibus que offendimus uel mille sumus simul viri Hisparicide sic etiam tunc multi qui homicide non essent ii manus ii ensesq; cruentos ostendebant: largitionesq; petebant: libellos ad Othonē dantes. Itaq; centū postea ac viginti inuenti sunt ex tabellis quos Vitellius requisitos omnis occidit. Venit etiam Marius celsus in castra Cumq; a multis accusaretur: quod militibus suasisset ad ferendum Galbe auxilium: & cum occidi a multitudine clamaretur Otho noluit qui tamen aduersarii metuens non ita cito inquit eum esse occidendum: esse enim que oportet ex illo prius exquirenda. Itaq; iussit hominem coniectum in uincula ut asseruarent: eumq; tradidit quibus maxime crederet. Et continuo senatu conuocato tanq; hii alii essent: aut aliis diis entibus conuenirent: pro Othone iusiurandum iurati sunt: quod ipse iuratus non obseruarat Eumq; & Cesarem augustum appellarunt Cum adhuc cadauera obtruncata in uestibus consularibus iacerent in foro. Capita vero cum nulli iam his vsui forēt Ouinii quidem filie quingentis & duobus milibus nummis reddiderunt At Pisonis vxor accepit Veranio exorato Galbe autem caput patrobii Vitelliq; seruis donarunt. Quod illi accipientes ubi multifariam cecidissent & omni contumelia affecissent: abiecerunt ubi eos necant quos Cesares supplitio dedant. Is uero locus Sextritiū vocatur. Verum Galbe corpus Othonis permissu substulit Priscus Eluidius: quod noctu argius Libertus sepeliuit. Huiusmodi sunt que ad Galbam attinent Virum certe: qui neq; genere: neq; diuitiis multis romanis esset inferior quin & diuitiis simul & genere omnes sue tempestatis homines anteiret quiq; Imperatorum quinq; vixisset imperia cum honore & gloria adeo. vt gloria magis q̄ viribus Neronem substulerit e medio Et eorum qui tūc in Neronē spirarūt. Alios quidem nomo est dignatus imperio: alii seipsos dignati sunt: At Galba & vocatus est ad imperiū & obtemperauit. Ac vindicis audentie nomen prebēs eius motum. ac tumultū que defectio dicit: & virū ea quidem nacta imperandi gnarom bellū ciuile fecit. Itaq; nō sibi accipere rē p. Sed seipsū potius dare rei p. arbitrat9 non indignū iudicauit iis imperare: quos Tigellinus: atq; Nimphidius mā suetos

reddidisset: quemadmodum Scipio Fabritiusq; & Camillus in illus tempestatis romanos gessit imperium. Subsecutus autem senectutem ad arma usq; laboresq; militares Merus fuit Priscusq; Imperator Omnio vero Laconiq; & libertis. quibus omnia essent venalia: talem seipsum prebens: quales Neroni explebi auiditate hominibus eos prebuit quorum nemo desideraret: sed plures misererentur imperiũ morte dimisit.

Epistola Philelphi Oratoris eximii. In vitam atq; gesta Othonis Incipit

TALII Multi malatesta Nouelle & M. Otho non obscure ostendit Neminem diu eo bono letari posse quod malicia sibi in iusticiaq; pararit: Haud enim deus negligit res humanas qui omnia queq; sunt: fueruntue: aut futura sũt eterna quadam lege ac prouidentia digerit ac diiudicat. Igitur & adest semper actionibus nostris: & nostros cogitatus omnis tum intelligit multo anteq; conceperint: tum uel premio dignatur vel pena: cum nõdum in apertũ emerserint. Quare tametsi homines de prauato corruptoq; ingenio. Non eadẽ via plectuntur omnes diuina illa incõmutabiliq; censura. Nemo tamẽ diu frui malo cõsueuit. Nec satis scio. utra sit animaduersio durior Illa ne quam improbi aut in corporis: aut infortune bonis que dicuntur accipiunt an potius qua per scelerũ memoriã dies ac noctes animi cruciuntur. Quis enĩ ambigat simul atq; perpetrat nefas homines torqueri supplitio conscientie: nec sibi satis constare: cum huic uel pena legum: uel infamie notam sciant esse propositam. Illinc celeste iuditiũ reformidẽt Quo fit vt securi esse nullo pacto queant. At ne aliunde petatur exemplũ satis id clarat quod modo dicebam Vnus is. M. Otho quicum ab ineunte etate in deliciis semper luxuq; vicisset cum nulla unq; neq; virtutis: neq; laudis cura tãgeretur tandem contempto diuino atq; humano iure in illud se ingessit Imperium in quo alter fuerat ad optatus Tantũ apud Othonem ualuit ardor ambitionis. & iis est homo flagitiosus imperii facibus inflamatus: ut non sit ueritus in Galbam Cesarem uirq; moderatum & ciuem optimum se gerere patricidam: quem prouide ac numen aliquod colore debuerat. At nõ diu letatus est suo scelere: quippe qui nõ multo post ab iis quibus maxime fideret superna quadã ultione iussuq; destitutus ipse in suã necem ne farias manus armauit Id vero quomodo gestum sit ex eodem Plutarcho Cheronensi intelliges Hic enim ad Galbe vitã huius quoq; Othonis vitã adiũxit quam ideo in latinum ipsi conuertimus ut quemadmodum antea & uoluntati tue gratificaremur: & grecarum litterarum ignaris consuleremus.

Plutarchi Historiographi greci De vita atq; gestis Othonis Historia per Philel phum In latinum linguagium traducta Incipit.

T IVNIOR: Imperator Otho cum primum illuxisset pro-
cedens in Capitolium sacrificium fecit: & agit ad se iussũ
Marium Celsum hilari uultu excepit. Estq; perhumane
allocutus: atq; virum hortatus est: ut cause obliuisci mallẽ
q̃ recordari dimissionis. Cui cum Celsus neq; ingenerose:
neq; stulte respondisset: Sed dixisset ingenii sui atq; morũ
a crimine fidem dari excidisse enim memoria q̃ firmum se
Galbe prestiterit cui nullam deberet gratiam: utrunq; pre-
sentes admirati sunt: laudauitq; exercitus In senatu vero populariter Otho multa
humaneq; locutus quod ipse tempus consul futurus erat. Huius partem tribuit
Virginio Ruffo & iis quos Nero Galbaue declarasset: consulatus omnibus obser-
uauit. At illos qui etate aut gloria anteirent sacerdociis insigniuit. Viris autẽ se-
natoribus qui Neronis tẽporibus exularant: & sub Galba redd iderant: restituit
omnibus quascumq; possessiones non uenisse quisq; inuenit. Unde primi atq; po-
tentissimi qui prius horruerant tanq; non vir: Sed quedam aut poena: aut ab ho-
minabilis demon subito rem p. inuasisset letiore spe erga imperiũ proinde atq; eis
arrideret affecti sunt Sed simul romanis omnibus nihil ita iocũdum fuit: neq; ita
quod ei illos conciliarit ut que circa Tigellinum egit. Hic enim latuerat iam sup-
plicium patiens tum ipso metu supplicii: quod tanq; publicum debitum ciuitas re-
petebat: tum etiam insuperabilibus modis corporis. Ipsi usq; nefarias & infandas
inter postribulas spuriasq; mulieres uoluptationes: quas adhuc deperibat existi-
mabant viri prudentes ultimũ cruciatũ: & que permultas equarent mortis quan-
doquidem ipse Auxius ob intemperantie dominatum mori desideraret. Verũtã
erat idcirco multitudini molestus: quod post talisq; viros solem aspiceret: quibus
propter eum aspiciendi facultas sublata esset: Misit igitur ad eum Otho in agros
Sinuesse. Illic enĩ degebat Tigellinus nauigiis paratis in portu quo longinquius
fugeret Temptauitq; eum qui missus fuerat grandi auro: ut se dimitteret Cui cũ
persuadere nequiuisset: nihilo tamen minus ei dona dedit. Orans tam diu prestola-
retur donec barbam radet: cultroq; accepto sibiipse gulam incidit. Per hunc autẽ
modum: cum iustissimam voluptatem populo ro. Cesar reddidisset. Ipse priuata-
rum memoria inimicitiarum se nemini infestũ prebuit gratificatusq; multitudini
minime fugit in theatris initio Nero salutari. Et cum quidam Neronis imagines
protulisset in propatulum. non prohibuit. Claudius autem Ruffus in Hiberiã att-
allata esse diplomita quibus tabularios emittunt diuum Neronis nomen ascriptũ
nomini Othonis habentia. At nec etiam cum sentiret primos ac potẽtissimos hoc
moleste ferre destitit. Sed cum Othonis imperium in huiusmodi statuisset stipen-
diarii milites molestos se prestabant: eum ne crederet hortantes & ut caueret: ar-
ceretq; viros claros siue propter beniuolentiam vero metuerent: siue pretextu hoc
uterentur ad turbationem & bellum. Cumq; ipse misisset Crispinum cum a septia
cohorte quasi aliquos ad se acturum: & ille adhuc noctu seperaret: atq; arma curri-
bus imponeret: audacissimi omnes clamabant uenisse Crispinum nullo sane cogita-
tu. Sed res nouas senatum temptare: armaq; contra Cesarem non pro Cesare cape-
re. Qui sermo cum multos tangeret atq; irritaret: alii currus occuparũt alii repug-
nantis centuriones duos ipsumq; Crispinum occiderunt Omnes vero instructi seq-
uicem hortantes ad auxilium Cesari ferendum Romã aduecti sunt. Qui postea

ꝙ accepissent cenare apud Othonem octoginta senatores. ferebantur ad regiam:
tempus nunc esse dicentes eodē in loco interimere Cesaris hostes omnes. Itaq; ci
uitas proinde ut continuo rapire futura esset: in magno erat tumultu. At ī regia
erant discursiones & grauis difficultas concilii Othonem corripuerat. Nam qui
pro viris metueret illis ipse metui erat: eosq; aduersus se incertos esse uultu intue
batur silentisq; ac perterritos: quosdam etiam cum vxoribus venisse ad cenam: ac
simul prefectos misit: qui alloquerentur placarentq; milites: simulq; mutatos sur
gere iussos per alias fores emisit. Vixq; clam effugerunt. Post stipendiarios in ce
naculum irrumpentes querentesq; quid esset de Cesaris hostibus. Itaq; tunc erec
tus Otho qui discumbebat permultos enim consolatus precatusq; ne lacrimis qui
dem parcens vix dimisit. Postridie vero largitione in omnes vsus viritim nūmis
mille ducentis quinquaginta: uenit in castra: & multitudine laudata quod beniuo
la in se alacrisq; esset cum diceret paucos quosdam non boni gratia eiusmodi curaz
capere suam animi moderationem insimulantes illorumq; constantiam rogauit ut
& secum vna solliciti essent & simulq; diligētiam adhiberent Quod cū omnes lau
darent iuberentq;. Otho captis solis duobus qui nemini graues futuri essent abiit
Hec diligentes iam alii credentesq; mirabantur mutationem: alii quod is popula
rem se prestaret: propter bellum necessaria pro tempore studia esse ducebant: Nā
certo nuntiabatur assumpsisse Vitellium & auctoritatem & potestatem imperato
riam & viatores ibant assidue qui dicerent semper aliquam accessionem ad illum
fieri: alii Pannonios & Dalmaticos Misieq; exercitus vnacum ducibus Othonem
elegisse nuntiabant. Venerunt etiam cito littere amice a Mutiano a Vespasionoq;:
quorum alter in Siria: alter in Iudea magnas vires habebat. Quibus rebus elatus
Otho Vitellio scripsit: eum monens: ut militaria saperet quod si fecisset: & gran
dis pecunias ei daret & vrbem vbi vitam victurus esset: & facilimam & iocundissi
mam cum quiete. Ille autem dissimulans Othoni rescripsit quiete primū. Deinde
per contentionem maledice ad modum petulanterq; illudentes sibi inuicem scribe
bant non tam mendaciter ꝙ stulte ac ridiculose alter in alterum que utriq; obpro
bria conueniebant conuitiantes. Nam operosum esset dicere vtrum minus ipsorū
tangeret luxuria & mollitia imperitiaq; bellandi: ac superiorum ob paupertatem
flagitiorum & eris alieni magnitudo. Monstra vero & visa permulta cū narraren
tur alia quidem rumores habebant ambiguos. Sed in capitolio e victorie manibus
que stabat in curru habenas dimissas viderunt omnes tanꝙ eas tenere non posset
Et in Mesopotania insula statuam. C. Cesaris cum neq; terremotus: neq; uentus
fuisset: Vesperi conuersam esse ad solis ortum: quod diebus illis aiunt occidisse
quibus Vespasianus iam palam rei p. auxiliū ferebat Et quod circa Tiberim subi
to accidit multitudo erumnosum signum esse censebat. Erat enim anni tēpus quo
flumina maxime crescunt. Sed nunꝙ huiusmodi sublatus adeo prius est: nec tātas
res perdidit atq; consumpsit diffusus atq; diluens vrbis partem permultam & eā
maiorem inmodum: vbi ademptiunculas annonam vendunt: ut graui metui mul
tis diebus esset Sed vbi nuntiatum est occupari: iam alpes a Cecinna uolēteq; qui
pro vitellio exercitus agerent. Dolobello Rome vir Patritius stipendiariis suspi
tionem iniecit noui cogitatus Itaq; illū Otho seu ipsius siue alius formidine ad ur
bem Aquinium transmisit bene sperare iussum. peregrinos vero magistratus le
gens: in his statuit etiam. L. Vitellii fratrem: nec addens aliquid: nec ab eo quem
honorem habebat quicq; adimens preterea se diligentissimum prestitit: cum circa
matrem tum circa vxorem Vitellii ne de eo quicꝙ timerent. Rome autem custo
dem Flauium Sabinum Vespasiani fratrem cōstituit: siue hoc etiam egerit ob Ne
ronis honorem Nam ab illo magistratū Sabinus accepit quo eum priuauit Galba:

fiue vt Vespasiano beniuolentiam fidemq; ostenderet in Sabino amplificando: Ipse
igitur Brixilli que urbs italie circa Eridianum iacet dimissus. At copiarũ duces
emisit tum Marium Celsum Suetoniumq; Paulinum. tum etiam Gallum & Spuri
nam: claros quidem viros. Sed qui in rebus agendis minus potuerint ut institue
rant vti cogitatibus suis: propter inobedientiã audatiamq; militũ. Nam indignũ
existimabant aliis parere: peoinde quasi ab ipsis imperator. Itaq; neq; res hostium
ualebant omnino nec erant qui obsequerentur ducibus: quinimo ob eandem causã
furore & temeritate agebantur. Et quoniam periti pugnandi erant assuetiq; labo
ribus minime illi fugiebant. At hi ob ocium vitamq; imbellem molles admodum
erant: ut qui inspectaculis & celebritatibus atq; apud Scenam ꝙ diutissime vixe
erant. Contumelia vero ostẽtationeq; induti ministeria simulabant quo fortiores
robustioresq; haberentur: & non ad tollerandum inualidi. At Spurina cum illos
vi cogeret parum defuit quin aduenientibus perderetur. Nulli autem neq; contu
melie aduersus eum: nec maledicto pepercerunt proditorem & exiciosum tonsũp
torem oportunitatum Cesaris rerumq; dicentes: Quidam etiam inebriati cũ iam
nox esset uenerunt in tabernaculum: petentes uiaticum cum dicerent sibi ad Cesa
rem eundem esse illius accusandi gratia: sed conuitium militum: quod eodem tem
pore ad placentiam factum est: & rebus conduxit & Spurine. Nam Vitelliani mu
ros adorti in Othonis milites qui intra propugnacula starent Cachinnantes illu
debant eos & scenicos: & armatos saltatores Phitiorumq; ob impiorum spectato
res appellantes quiq; bellum & militiam neq; callerent neq; vidissent. Sed idcirco
essent omnino elato quod inermis senis capud abscidisset: Galbam u scilicet dicen
tes incertamen autem ac pugnam virorum fortium haud quaq; descenderent. Sic
enim his obprobriis turbati sunt. Sic exarserunt: ut Spurinam suppliciter orarẽt
se. vt ad omnia pro imperio vteretur. vt qui nullum neq; periculum essent: neq; la
borem detractaturi. Cumq; vehementer muri expugnarentur & machinamenta
permulta adacta essent. Spurine milites superiores fuerunt: & ingenti cede reiec
tis Vitellianis vrbem tutati sunt illustrem & nulla italicarum vrbium minus florẽ
tem Erant preterea Othonis duces & ciuitatibus & priuatis hominibus ꝙ duces
Vitellii tollerabiliores. Ex quibus Cecinna quidem neq; voce: neq; ornatu popula
ris erat. Sed & grauis & diuersus qui cum esset corporei magno Gallicis sub liga
culis imaniq; paratus habitu signiferos: principesq; romanos alloquebatur Et uxo
rem ad eum ducebant delecti equites: que preclari ornata equo veheretur: Fabiũ
autem valentem alterum ducem: neq; hostium rapine neq; expilationes: corrupti
biliq; sociorum pecuniis expleuerant. Sed visus est etiam ob id tardius iter faci
ens: priori pugne non interfuisse. Quidam vero Cecinnã accusant: qui quoniam
properaret ante potiri victoria ꝙ ille venisset & in alia minora incidisse errata: &
pugnam neq; tempestiue: neq; generose conseruisse. Et ita negotia prope omnia
eius vitiata sunt Nã postea ꝙ a Placentia Cecinna reiectus aduersus Cremõ egit
exercitum alteram urbem opulentem & magnã primus quidẽ Annius Gallus qui
auxilium Spurine ad placentiam ferebat: ut audiuit in itinere Placentinos esse
superiores. Cremonenses autem inpericulo illo traduxit exercitum: & prope ho
stes castrametatus est. Deinde quoq; alius quisq; duci erat auxilio. Cumq; Cecin
na posuisset in insidiis intra locos asperos & siluestris pedites multos grauis arma
ture: iussissetq; equitibus: ut primi excurrerẽt fugarentq; & hostes manum si con
seruerint: paulatim recederent: ac retrofugerẽt donec eos ita subductos in insidi
as inciderint rem transfuge Celso nuntiarunt: qui alios emittens cũ fortibus equi
tibus & fugatione asseruãter vtens insidiasq; circumdans ac turbans e castris gra
uis armature pedites vocauit Existimaturq; si in t[illegible]e impetum fecissent neminem

ex hostium numero reliquisset & omnem Cecinne exercitum equitibus contritũ
adulsumq; perdidissent. Nunc vero Paulinus sero atq; ociose auxilium ferens ac-
cusabatur quod propter religionem functus nõ esset ducis officio pro bonorũ opi
nione Plures aũt milites proditionis etiã in eum accusabant exasperabãtq; Otho
nem iactabunde de se loquentes quasi vicisset: quod vero victoria non omnino pro
cessisset: vitio ducibus dabant. Sed Otho nõ ita iis fidem adhibebat: ut videri uo
lebat minus credere. Itaq; Titianum ad exercitum misit ac fratrem & Proculem
fectum qui re habebat totum imperium pretexrus autem erat Titianus At Cel
sus & Paulinus frustra sibi attraxerant consiliorum & amicorum nomen cum nul
lam in rebus gerendis neq; auctoritatem haberent neq; potestatem. Erant etiam
apud hostes res in tumultu & apud illos maxime quibus ualens preerat pugnaq;
nuntiata que circa insidias facta est: quod ipsi minus interfuissent Auxiliumq; tu-
lissent: in tanta virorum fortium cede grauiter ferebant: sed vbi vix persuasisset
eosq; ut irent exorasset: castra mouit ac sese Cecinne coniunxit. Otho autem cum
Betriacum uenisset in exercitum: oppidulum enim est Betriacum prope Cremonã
de pugna consultauit visumq; est Proculo atq; Titiano quoniã & copie essent ala-
cres & victoria recens: dimicandum esse & non sedendum ne otium virum habita
ret: neq; expectandum Vitellium ipsum & Galba aduentantem Paulinus vero aie
bat omnia adesse hostibus quibus ad pugnam vsuri sunt eosq; nullius rei indigere
Othoni autem vires ex Misia & Panonia nõ minus probatas esse q̃ que presentes
iam essent si suum ipse tempus expectaret: nec ad hostium oportunitatem bellum
gereret neq; Hebetioribus se tunc vsurum: qui nunc audent: quando sunt paucio-
res: si plures ad pugnam cõmilitones assumpserunt sed ex multitudine copiarum
certarum. Preterea cunctationem pro ipsis esse qui rebus omnibus abundent. At
illis fore ut tẽpus rerum necessariarum inopiam prebeat: qui in agro hostili sedẽt
Hec Paulini dicta Marius Celsus comprobauit. Annius vero Gallus: qui quoniã
ex equo cecidisset curabatur minime aderat sed ad eum cum scripsisset Otho cõsu
luit ne properaret. Sed ex Misia expectaret exercitũ: qui iam esset in itinere His
Otho nequaquã est persuasus. Sed in eorum sententiam iuit: qui se ad pugnã hor
tarentur afferunturq; alie plures ab aliis cause precipue vero qui pretoriani appel
lantur & habent speculatorum ordinem cum per id tempus veriorem militiam gu
starẽt desiderarẽtq; Rome ludos: vitamq; imbellem & Theatralem contineri non
poterant a pugnandi celeritate: quasi continuo forent ex incursu acturi hostes in
rapinam. Videtur etiam ipse Otho ad imperitiam & mollitiã: neq; iam ferre neq;
substinere suis cogitatibus rem incertam. Defatigatus autẽ curis accelerare tanq;
a precipiti rupe rem fortone velatis oculis committere. Et hoc quidem secundus
rethor qui Othonis epistolas legerat narrabat. Alii vero dicunt ambobus exerci-
tibus multas raciones fuisse: ut in idem conuenirent: maximeq; ut ex imperatorũ
disciplina circa presentem pugnam communi consensu optimũ legerent: aut simul
sedentes senatui crederent illam imperatoris electionem. Et neq; certe absurdum
est vbi neuter eorum probaretur: qui tunc essent imperatoris salutati huiusmodi
cogitatus in eos milites cadere: qui & vere erant romani & industrii & prudẽtes
proinde atq; & odiosissimum esset & grauissimum: que diu propter Sillam & Ma
rium deinde propter Cesarem & Pompeium faciendo inuicem paciendoq; sese mi-
serabiliter afficiebant. Ciues romani eadem nunc perferre: si autem Vitellio ad cra
pule: aut vinositatis aut Othoni ad deliciarum luxurieq; sumptum imperium tra
derent. Hec Igitur suspicantur sensisse Celsum: ob idq; moram iniecisse: quod spe-
raret sine pugna & laboribus rem iudicatum iri: eodemq; modo Othonem quoniã
metueret pugnam accelerasse. Sed Otho rursus Brixillum rediit qua ipsa in re

certe erraorit non ob id solum quod verecundiam se presentem aspicientibus mili-
tibus & ambitionem in pugnando abstulit: verumetiam quoniam robustissimos stre-
nuissimosque equites & pedites propter seipsum ad corporis custodiam abducens
veluti quoddam virium corpus abscidit ab exercitu. Accidit autem per illos dies
prelium fieri circa Eridianum inter Cecinnam qui transitum vinceret & Othonis
milites id inhibentes simulque pugnantes. Sed postea quam nihil efficiebant facem mar-
ma iniecerunt sulfuris atque picis plenam cum spiritus pertransitum irruens subito
paratam materiam in hostes immittit. Cumque fumus primum: deinde clara flamma
excideret turbati atque in flumen exilientes: tum naues aduerterunt: tum hostibus
corpora cum risu prebuerunt. At Germani admixti circa paruam fluminis insulam
Gladiatoribus Othonis: eos superarunt: ac permultos interemerunt. His autem
actis cum Othonis milites qui Betriaci erant excandescentes ferrentur in pugnam
eos Proculus anteuertit ex Betriaco: & a quinquaginta stadiis castrametatus est
ita imperite ac ridiculose: ut cum esset vernum tempus & campi circumiacentes
multa nemora perhennesque fluuios haberent: aque penuria premerentur. Postridie
vero cum uellet aduersus hostes procedere: iter non minus stadiis centum Paulini
milites passi non sunt. Sed existimarunt manendum esse: neque se oportere ante de-
fatigari: neque continuo ex itinere pugnandum esse aduersus viros armatos: eosque acie
instructos per quietem: quamdiu ipsi tantum itineris faciunt mixtis sequentibusque iu-
mentis. Cum de his rebus duces inter sese contenderent eques Numida uenit ab
Othone qui litteras ferret quibus iubebatur: neque manerent neque tempus tererent
sed continuo in hostes agerent: Itaque inde illi soluentes procedebant. Quorum aduen-
tum vbi audiit Cecinna: turbatus est. Confestimque relictis operibus ac flumine ue-
nit in castra multisque iam armatis & a ualente accepto signo interea temporis dum
ordinem legiones sorte caperent eos qui erant inter equites fortissimi premiserunt
incidit autem quapiam tandem ex causa opinio ac Rumor in milites Othonis qui
erant in prima acie constituti: quod Vitellii duces ad ipsos conuersi essent. Quare
vbi fuissent prope eos amice salutarunt commilitones appellantes At hi eam appel-
lationem non miti animo sed iracunde & cum clamore bellico excipientibus: salu-
tantes quidem remissiore animo redditi sunt: Reliquos vero suspitio ea inuasit ut
in manibus eos turbauit deinde alii nihil apte: nihil pro ordine faciebant multumque
qui ita salutassent proditores existimarent. Et hoc primum cum iam essent hostes
pugnantes turbantur a iumentis que cum impedimentis uagabantur: ac loca fossis
foueisque referta seperationes permultas faciebant Que ipsi metuentes circumeun-
tesque cogebantur: tum mixtum tum admodum seperatum cum hoste manum con-
serere: due solum legiones. Altera Vitellii cognomento rapax Othonis altera auxi-
liatrix cognominata in expeditum campum patentemque effuse legitimam quandam
pugnam diu inter sese acie pugnauerunt. Erant Othonis viri robusti ac fortes. Sed
qui belli ac pugne tum primum peritiam caperent. At Vitellii multis preliis assue-
ti senescentes iam deflorescentesque vigore Quare cum Othoniani in eos impetum
fecissent & fugarunt & Aquilam abstulerunt: propugnatoresque simul omnes occi-
derunt. Illi vero pre uerecundia atque ira eos irruentes tum legionis seniorem Or-
fidium interfecerunt: tum permulta signa rapuerant. Gladiatoribus uero qui pre-
standi peritia fiduciaque valere viderentur: intulit Varrus Alfenus eos qui Batali
vocantur. Et sunt hii quidem inter Germanos optimi equites insulam habitantes
quam Renus circumfluit. Hos autem illorum pauci substinuerant At plurimi cum
sub Renum fugerent inciderunt in cohortes hostium illic positas: a quibus oppugna-
ti omnes pariter perierunt. Omnium vero turpissime pretoriani qui ne tantisper
quidem hostes substinuerunt dum manum conseremt: sed eos etiam qui adhuc erant

inuicti metu turbationeq; reuerserunt dum fugam per ipsos faciunt. Quin etiam
multi Othoniani qui hostes vicerant: quibus cũ pugnabant: superati sũt dilapsiq;
per hostes iã victores in castra. Educibus vero neq; Proculus. nec Paulinus simul
ingredi ausi sunt. Sed formidine militum auertuntur: qui eius rei causam in du-
ces verterent. Annius vero Gallus recepit in vrbe illos: consolatusq; est: qui ex ea
pugna collecti sunt: proinde atq; equaliter vtrinq; pugnatum sit: & multis parti-
bus fuerint ipsi superiores hostibus. At Marius Celsus conuocatis magistratibus
iussit de re p. consultarẽt: tanq; in huiusmodi clade ac tanta ciuium cede neq; ipse
Otho siquidem vir bonus sit uellet iam temptare fortunam: cũ & Cato & Scipio
quoniam Cesari post victoriã Pharsalicam cedere noluissent ita accusantur: ut qui
multos fortesq; viros in Libia consumpserint minime necessarie: & si pro romana li-
bertate certabant. Nam cum in aliis bonis sese fortuna cõmunem omnibus prebet:
id vnum certe non aufert: quod homines in omnem euentum bene cõsultent: quãuis
secundis successionibus non vtantur. Que dicens pretorianos persuasus reddidit
Vbi autem retemptata illos viderunt orantes pacem: Titianusq; iuberet legatos
esse pro concordia mittendos. Celso Galloq; visum est proficisci ac verba facere cũ
Cecinna ac Valente. Ipsis vero proficiscentibus centuriones obuiam facti sunt: qui
dicerent motum iam exercitum Betriacum petere: se autẽm a ducibus missos pro
concordia. Quod Celsus cum laudasset hortatus est: secum retro ut iter caperent
Cecinne occurrentes. Cum prope iam essent: periculo Celsus obiectus est. Nã qui
ante fuerant insidiis victi equites priores agebantur. Itaq; ut aduenientem Celsũ
intuiti sunt continuo in eum sublato clamore irruerunt. At centuriones ante ste-
terunt: eos arcentes. clamantibus aliis insidiarum prefectis ut parcerent obtẽpe-
rantes Cecinne milites atq; insequentes petulantiam equitum statim admouerũt
Celsum vero benigne excipientes simul cum iis Betriacum sunt profecti: sed inte-
rea tẽporis Titianus penitentia ductus quod legatos misisset: audentissimosq; mi-
lites rursus in muros accendit atq; alios ad auxilium est hortatus: & vbi Cecinna
cum equo accurrisset ac dextram sustulisset nemoq; aduersaretur: sed alii a mu-
ris milites salutarent: alii portas aperirent egressi sunt necessariisq; admixti. Ne-
mini iniuria est illata: sed benigne se & perhumane excipiebant. Omnesq; pro Vi-
tellio sunt iurati simulq; admixti. Ita esse pugnatum plures eorum narrãt qui inter
fuerunt & ne ipsi quidem liquido nosse fatentes sigillatim omnia propter inobedi-
entiam confusionemq; pugnantium. Mihi autem postea iter facienti per campũ
illum Metrius Florus vir consularis ostendens ex iis adolescentibus vnum admo-
dum senem: qui tunc non ex animi sentẽtia sed pro necessitate fuisset cum Othone
Narrauit iam cum post pugnam aduenisset: vidisse cadauerum tumulũ huiusmo-
di ut multo plures hostes q; Othoniani interierint & causam ait cum quesisset nec
se inuenisse: nec ab alio accepisse. Interire enim in bellis ciuilibus cum vertuntur in
fugam: plures credendum est cum viuus capiatur nemo: quoniam capti vsui esse
nequeant. Huius aũt multitudinis atq; collectionis causa nõ bene cõsiderari potest
At obscuros primũ ut fieri solet de huiusmodi rebus apud Othonem rumor incre-
buit Sed vbi quidam & uulnerati venerũt ex pugna nũtii: amicos quidem minus
quispiam sit miratus: qui nõ sinerent credere sed potius ad audendum hortarẽtur
Militum vero dolor fidem omnem superauit: quippe neq; ablueri͂t. ad victores:
haud quamq; visa est priuata cõsolatio in disperatione imperatoris Sed omnes equa-
liter venerunt ad fores. Imperatorem antecedentes vocabant. Trophea fiebãt cũ
clamore. Supplicibus manibus orabant. sternebãtur humi. lacrimabant. Ne ipsos
desereret: ne hostibus proderet: precabantur. Sed pro se potius uteretur quãdiu
& animis & corporibus inspirarint hec simul omnes supplicater rogabat. Vnus

autem ex obscurioribus ubi sustulisset ensem dixissetq;. Scio Cesar sic omnis esse
pro te istructos seipsum iugulauit. At horũ nihil Othonem fregit. Sed clara atq;
constanti facie circumquaq; agens oculos Hunc ast o commilitones d em illo duco
beatiorem quo me primum fecistis imperatorem: cum vos talis intueor & talibus
sum dignus existimatus. At nolite eo me priuare: quod ma us est pulchre mori p
tantis talibusq; ciuibus: Si romanorum sũ dignus imperio nequaq; mee mihi ani
me pro patria parcendum est Scio victoriã esse hostibus neq; firmam: neq; validã
annuntiant nostras e M sia vires non multorum dierum iter abesse quandoquidẽ
in Adriam iam descendunt. Asya & Siria & Egiptus & qui cum iudeis exercitũ
bellum gerunt nobiscum sunt Senatus & hostium filii atq; uxores penes nos sunt
Sed neq; aduersus Hannibalem: neq; aduersus Pirrum: neq; aduersus Cymbros
bellum est pro italia. Sed cum romanis bellum gerentes ambo patriam & vincen
tes & victi iniuria afficimus. Nam victorie bonum patrie malũ est. Sepe mihi cre
dite mori malim q̃ imperare. Haud enim video: cui tanto emolumento romanis
futurus sim: vbi vicero: quanto si me ipsum dedidero pro pace & concordia: & ne
rursus talem diem videat Italia. Vbi talia disseruisset: & eos qui accingere horta
riq; nitebantur: refellisset: & amicis & senatoribus qui aderant ab ire iussis ad
eos vero qui aberant: ac etiam ad ciuitates missis litteris ut cadauera honorifice
secureq; tollerent accersitum fratris filium Cocceium adhuc adolescentem: ut au
deret: neq; timeret Vitellium est hortatus: & ut matrem & domum & uxorẽ ipe
tanq; proprios curans tueretur. Nam idcirco non ipsum adoptauisse rum uolebat
sed distulisse: quoniam meminisset cesaris contempnentis atq; abnuentis adoptio
nem quo si vicisset secum vna imperaret. Si victus esset ne ipse ante periret Illud
autem inquit o fili ad postremum tibi precipio: ut neq; omnino obliuiscaris: nec ad
modum meminens quod Cesarem patruum habueris Post hec autem paulo post
tumultum clamoremq; audiuit ad fores. Nam milites senatoribus qui abibãt mi
nitabantur si abscessissent imperatorem deserentes & non mansissent fore ut eos iu
gularent. Rursus igitur metuens illis viris: venit in conspectum. Et vbi visus est
a militibus non precibus: ac mansuetudine sed asperitate & ira ut qui ad tumultũ
maxime respiceret: effecit: ut abirent cedentes ii quidem ac perterriti. Cum iam
esset vespera sitiq; teneretur paululum aque bibit. & cum duos haberet enses: diu
vtriusq; aciem didiscit. Redditoq; alterum ad castellas accepit: atq; domesticos uo
cauit: eisq; benigne pecunias suas distribuit. Huic plures illi pauciores non tanq;
de alienis prodigus sed id pro dignitate atq; moderate diligenter obseruans Vbi
vero hos a se dimisisset: iam quod reliquũ erat noctis quiescebat: sed ita ut cubicu
laris sentirent eum grauiter dormire Mane autem vocato liberto quo utebatũ cõ
tubernali imperauit ut quid senatores agerent disceret. Et cum accepisset factũ
esse us qui abierant: ut cuiq; opus fuerat: Vade igitur inquit tu. At te ipsum ostẽ
de militibus si non vis male ab ipsis interimi tanquam mihi mortis adiuror. Homi
ne autem egresso postea q̃ ensem substituisset ambabus manibus superq; detidisset
quod semel tãtum suspirauit & sensit dolorem: & stantibus extra sensum prebuit
vlulatuq; a seruis sublato vniuersum continuo exercitum atq; vrbem fletus inuasit
Et cum clamore milites ac planctu ad fores irruerunt seipsos miserantes: ac male
dicentes quod minus custodissent imperatorem neq; prohibuissent: ut pro ipsis
moreretur. Nullus ex illis qui secum esset defecit: & si hostes erant in prox mo
Quin ornato corpore: atq; pararo rogo eum in armis extulerunt. Qui preuenientes
substrauerunt & portauerunt feretrum: letitia efferebãtur: Alii vero in uultus ca
daueris procidentes obstulabanror ii manus tangebant ii adorabant eminus. Ali
qui etiã funalia dimittentes in rogos seipsos iugularunt: qui tamen nihil egregie

neq; beneficii quicq; a mortuo accepissent neq; grauius quippiam a victore metuerent. Sed videtur nemini unq; neq; tiranno neq; regi ingenitum adeo immanē fuisse imperandi amorem ut illi arrouerunt ab Othone imperium pati Othoniq; parere: quos neq; mortui desiderium reliquit: sed perseuerauerit in maliuolentiam intollerabilem in Vitellium finis atq; alia suo tempore dicentur. Cum vero Othonis reliquias humassent: neq; pro corporis magnitudine neq; illustri in scriptione sepulchrum fecerunt insigne. At ipsi Prixilli cum essem vidi monumentum paruū Et inscriptionem ita habentem. M. Othonis diem autem obiit Otho cum vixisset annos septem & Trig nta Imperassetq; menses tris. Atq; reliquit neq; deteriores neq; pauciores qui mortem laudarent quam qui vitam vituperarent. Nam cū vixisset nihilo modestius Nerone mortem dedit nobiliorem At milites cum iuberet Pollio alter ex prefectis ut iurarent continuo in Vitellium: difficiles se prestabant & cum didicissent senatores quosdam etiam ad se esse Alios demiserūt. Sed Virginio Ruffo molestus se prebebant. simul cū armis in edes uenientes: eūq; Rursus insigniebant iubebantq; aut Imperaret aut iret pro se legatus. At is eorū qui victi essent Imperium suscipere furiosi esse insaneq; ducebat. qui ante victoriam noluisset. Legatus autem ire ad germanos a quo illi multam vim passi inuiti viderentur timeret. Clam per alias fores e medio se abstulit Quod ubi milites didicerūt & iusiurandum acceperunt: & veniam assecuti se Cecinne addiderunt.

Plutarchi Historiographi greci de vita atq; gestis Euagore Historia traducta In latinum linguagium per Guarinum oratorem eximium Incipit.

AM VIDEREM o Nicocles te non solum rerum pulchritudine atq; copia: verumetiam choris & musica gymnicisq; certaminibus: necnon equorum Triremiumq; cursibus funus paternum honorantem nihil quod ad eiusmodi rerum splendorem pertineret relinquentem putaui fore ut Euagoras: siquis sensus de his que fiūt mortuis inest libēter & hec acciperet gauderetq; aspiciens tuam erga se curam ac magnificentiam: sed multo maiorem gratiam q̄ reliquis omnibus haberet siquis ipsius preclara facinora atq; pericula digne narrare posset. Etenim viros magnanimos honorisq; cupidos non solum laudes suas his rebus anteponere Sed pro uita honestam mortem optare reperiemus maiusq; studium de sua gloria quam de vita habere. deniq; omni cura atq; diligentia eniti ut eorum immortalem memoriam derelinquant. Magni ergo sumptus nihil tale efficere possunt sed opes duntaxat atq; diuitias ostētāt Eorū vero qui in musica aliisq; certaminibus se exercent: ii quidem suas vires Alii vero suas artes demonstrantes seipsos gloriosiores cōstituunt. Oratio vero si eleganter & ornate illius res gestas narrauerit semper memorabilem. Euagore virtutē apud omnes mortales efficiet. oportet ut & alii viros prestantes & optimos qui sua tēpestate sunt preclaris laudibus extollant: quo illi qui aliorum facta ornare possunt: cum non apud ignaros verba facturi sint eos quos honestate uolunt: veris laudibus prosequantur iunioresq; ardētiori studio afficiantur ad virtutem: cum quibus se meliores prestabunt: his ampliores laudes se consecuturos sciant. Nunc autem quis non languesceret segniorq; ad virtutem non redderetur: cum eo qui tempore Troiani belli atq; antea fuere celebratos carminibus & laudibus decantatosq; tragedus animaduertit: seipsū autem prospitiat: neque si illos omnes probitate & virtute vinceret nūquā similes

laudes affecuturũ. Sed horum perfecta causa est inuidia: cui solum hoc boni adest
quod maximum malum inuidis afferre solet: quidã enim sic deprauati natura sũt
ut libentius eorum quos ignorant si unq̃ fuerit q̃ eorum quibus plurimis benefi-
ciis affecti sunt laudes audire uelint: non tamen his qui ita male sentiunt inseru-
endum existimo: sed hos quidem negligere: alios vero ut laudes eorum audiant de
quibus dicere iustum est: assuefacere debemus: presertim cum & artium omniũq
aliarum tecũ additamenta facta videamus nõ per eos qui acquiescunt his que ab
aliis instituta sunt: sed per eos qui & praua dirigere: & non bene instituta muta-
re audent. Nec ignoro quam difficile factũ sit cuiuspiã virtutem soluta oratione
laudare. Cuius rei maximum signum quod ii qui oratorie artis operam tradant de
multis variis rebus dicere audent de talibus autem nullus nunq̃ ipsorum aggres-
sus est dicere. In quo ipsis dandam veniam censeo. Nam poetis multa dantur qui-
bus eorum carmẽ ornare possunt his enim & eorum cum hominibus cõgressus cũ
disceptationes & certamina quibus cum volunt fingere licet: & cum hec narrare
uoluerint non eadem verborum lege qua oratores astringuntur. Itaq̃ non solũ uer-
bis vsitatis xv etiam nouis translatis & peregrinis & omni deniq̃ dicendi genere
suam poesim ornare possunt: oratoribus autem nihil tale conceditur: sed his neces-
se est & verbis & sententiis ceterisq̃ quibus orationem suam magis ornatam effi-
cere ualerent strictiori quadam lege uti. Ad hec hii quidẽ omnia numeris & me-
tris scribunt: his uero nihil tale commune est que tantam gratiam habentur quã-
uis: nec verba ydonea: nec graues sententie sint mensura tamen quadam atq̃ nu-
meris auditores demulcent. Quanta autem horũ sit vis illinc facile perspici potest
Nam siquis eorum poematum que probatissima habentur: uerba quidem & sentẽ-
cias relinquat mensuram autem dissoluat: multo profecto opinione quam nunc de
his habemus inferiora videbuntur. Nec tamen quamuis poesis hoc tãtum prestet
a scribendo desistere debemus. Sed temptandum est si soluta oratione viros ꝓbos
ac preclaros meritis laudibus honestare valeamus nihil minus his qui carminibus
& numeris eos laudant. Primũ ergo de ingenio naturaq̃ eius Euagore: quibusq̃
maioribus ortus sit & si multis notum arbitror aliorum gratia dicendum videtur
ut omnes scire possint: quamuis ei maxima & preclara exẽpla maiorũ relicta sint
nihilominus his non inferioribus se prestitisse interest. Semideos generosissimos
eos qui a Ioue genus ducunt esse omnes vno ore consentiũt. Hos autẽ ipsos si inter
se conferre uoluerimus nemo est: qui Eacidas ceteris preferre dubitet. In aliis ge-
neribus hos quidẽ virtute prestantes atq̃ insignes: alios vero obscuros inferioresq̃
reperiemus. At omnes qui Eaco orti sũt clarissimi fuere suo tempore. Eachus aũt
qui Ioue satus est: a quo Teucideorum genus initium sumpsit tam ceteris virtute
prestitit: ut cum maxima siccitate in grecia plurimi hominum corrumperent nul-
lum malo huic auxilium inuenirent. Postq̃ magnitudo calamitatis excreuit eum
ciuitatum principes adierant rogantes: ut tantum malum tantamq̃ pestem ab eis
propulsaret sperabant enim propter ipsius generositatem: atq̃ eximiam pietatem
quã referiter a diis presentium malorum liberationem inuenire. Nec ea spe eos fal-
sos habuit: sed voti compotes facti in Egina vbi votum ille preceςq̃ fecerat: cõmu-
ne omnibus grecis sacrum edificauere: atq̃ per id temporis donec inter homines
fuit summa cum gloria vitam duxit. Postq̃ vero migrauit e vita cum apud Pluto-
nem proserpinamq̃ maximos honores assecutus esset: ad iudicandas animas eis as-
sedisse fertur. Istius autem Thelamon & Pelleus filii fuere quorum alter cũ Her-
cule contra Laumedontem militans propter sua egregia facinora ingentibus pre-
miis donatus est. Peleus cum in pugna contra Centauros strenue dimicasset: mul-
tisq̃ aliis bellis atq̃ periculis probatus esset Thetide Nerei filiã imortalẽ quãuis

ipse mortalis vxorem meruit. atq; ex omnibus que ante fuere solū in istis nuptiis
Himeneum deos cantasse ferunt inde. Aiax Theucerq; a. Thelamone. Achilles
vero a Peleo orti sunt: qui maximum ac manifestissimum argumentum suarum
virtutum dedere: non enim solum in suis ciuitatibus locisq; in quibus habitabant primi fuere. Sed cum greci contra troianos expeditionem fecissent: multiq; vtrimq;
coacti essent: nemo denique vir clarus cui his non adesset periculis inuenire posset e
omnibus tamen Achilles longe prestitit. Aiax vero post illum facile omnes supera
bat. Nec Teucer horum genere indignus: nec ceteris inferior habebat. Qui postq;
vna cum grecis depopulatus est Troiam atq; arruit. Ciprum pecijt: vrbemq; edifi
cauit: quam Salaminā antique patrie nomine vocauit: genus reliquit: quod nunc
regno potitur. Tam igitur preclara facinora maiorum a primordio generis Eua-
gore fuere. Cum igitur isto pacto urbs edificata esset principio hi qui a Theucero
geniti sunt regnum optinebant. Postero inde tempore vir quidam exul a Phenisia
in Ciprum uenit: hic cum maxime ab eo qui tūc temporis regnabat creditus esset
maximasq; accepisset potestates: harum rerum non habens gratiam: sed in regem
qui eum hospitio acceperat: malus ingratusq; existens ac ad precipienda aliena Cal
lidus: benefactorem suum ex regno eiecit: ipse vero imperio potitus est: inde cum
rebus tam scelerate gestis diffideret suumq; statum stabilire vellet: ciuitatem effe
cit Barbaram: insulamq; vniuersam persarum in seruitutem dedit. Rebus ita con
stitutis Euagoras nascitur de quo diuinationes & oracula visaq; in somnis quibus
hominum naturam excedere videretur relinquere decreui non ut his rebus fidem
non adhibeam: sed ut omnibus apertum faciam: tantum me abesse ut de eo aliquid
fingam: ut etiam pretermittam que non olim nota esse existimem Sed cum de eo
dicturus sim: ab his que omnes fatentur initium faciam: Puer nempe existens ho-
nesta forma robustus atq; temperatus fuit: que bonorum omnium eius qui etate
sit decentissima videntur. Horum omnium testes afferre possimus Nam temperā
cie. eos ciues qui vna cum eo fuerunt eruditi: pulchritudinis omnes qui eum vide
runt. Roboris denique ea certamina: quibus ille equales superauit his denique rū uir
factus esset fortitudinem: sapientiam. iusticiamq; adiunxit: nec mediocriter quē-
admodum ceteri. Sed horum quodlibet egregie quedam cum excellentia habebat
Tantum enim corporis virtutibus animiq; prestitit: ut cum eum intuerentur qui
cum in imperio constituti erant stupescerent: & non mediocri timore de principa
tu eorum afficerentur Putabant enim nullo modo fieri posse ut is qui tali ingenio
preditus esset: priuatus vitam degeret. Inde cum eius honestissimos mores inspi-
ciebant: tantam ei adhibebant fidem. ut putarent: Si quis in eos delinquere aude
ret: sibiq; Euagoram adiutorem fore: & cū tam varia ac diuersa de eo esset opinio
nihil tamen horum eos fefellit nam neq; priuatus vitam egit: neq; eos aliquid com
misit Sed tantam de eo prouidentiam deus habuit: ut honeste regiam dignitatem
sumeret. ut omnia que per impietatem fieri necesse erat: per alium patrarentur ea
vero quibus sancte ac iuste imperium assequi poterat Euagoras seruauit Quidam
enim qui per id tempus in potestate erat: per insidias regem trucidauit. Euago-
ramq; comprehendere conatus. Putabat enim nullo pacto principatū obtinere pos
se nisi illum e medio tolleret. Sed euagoras pericula effugiens in solos Cilicie se re
cepit: nec eandem habuit mentem: quam alii qui in eiusmodi calamitates incidūt
illi enim rum imperio excidere humiliores animos habere solent. ipse vero postq;
patriam fugere coactus est in tantum animi magnitudinis venit: ut cum antea pri
uatus esset: non putaret sibi sine imperio esse viuendum neq; cum vagis & exulib9
aliisq; hoc genus hominum reditum quesiuit: indignos precari atq; colore cōtemp
sit. Sed eam occasionem sumens quam omnibus qui pietatem colunt sumi oportet

vt suas scilicet iniurias lacessite ulciscantur: optauit ne victor potiri imperio vel
superatus occumbere. Itaq; cum quinquaginta fere hominum ut plurimi ferūt coe
gisset cum his reditum in patriam parauit: unde & illius ingeniū: & qua apud ali
os opinione esset contemplari possumus Nam cum tā paruo virorum numero ad
tam ingens facinus nauigare debere sibiq; omnia grauia īmineret quē in huiusmo-
di periculis esse solent non tamen ille elanguit: nec ullus eorum quos adhortatus
fuerat in tanto discrimine ab eo defecit. Sed ii quod tamq; deum aliquē sequeren
tur fidem seruare: ipse uero tamquā meliorē hostibꝰ exercitū haberet: uel pugne
euentum cum prospiciarur: ita animo affectus videbatur: quod ex rebus quas ges
sit: intelligi licet: nam cum in insulam discendisset: non putauit oportere locum mu
nitum capere: seq; in tuto collocare ac circumspicere si aliqui ciuium sibi auxilium
ferrent. Sed eadem nocte ut primum facultas data est urbem ingressus cum suis
ad regiam irruit. Qui autem ea tempestate tumultus acciderint quiue aliis terro
res euenerint que deniq; exhortationes eius fuerint ni vererer orationis prolixi-
tatem dicere non grauaret Cum vero ii qui circa tirannū erant pugnarent reliqui
autem ciues cum illius principatum tum huius virtutem metuentes quietē age-
rent pugnans solus contra multos cumq; paucis contra omnes inimicos non antea
distitit q̄ regiā in suam potestatē redigeret: & inimicos ultus est: & amicis auxili
um tulit: & ipse ciuitatis imperio potitus est & generi suo patrios honores resti-
tuit Arbitror profecto si nihil aliud memorare uelim: sed hic orationi finem impo
nere ex his que diximus facile essē & Euagore virtutem & egregia eius facta cog
noscere non tamen his contentus sum sed ex his que sequentur hec magis manife-
sta fore existimo Nam rum tempore vniuerso tot reges totq; tiranni fuerint nul-
lus tamen hunc honorem adeptus est nec honestius nec iustius Si igitur cū eorū
quolibet facta Euagore comparare uoluerimus: fortasse nec nostra oratio auditori
bus grata esset: nec tempus ad dicendum sufficeret. Sin autē segiligamus quosq;
probatissimos: cumq; his Euagoram comparemus: multo breuior erit oratio: nec
minus propositum assequemur. Eis qui a parentibus regna accipere: quis est qui
Euagore pericula non anteponant neminem enim adeo segnem & ignarum esse ex
istimo: ut mallet: a progenitoribus sumere imperium: q̄ sancte quēadmodum ille
assequens suis liberis relinquere. At qui omnium antiquorum: qui in patriam r-
dire hii profecto: quia poetis induti sunt celeberrimi videntur. Hi enim nō solum
preclaros reditus qui ante fuerint nobis cōmemorant: sed nouos quosdam ipsi fin
gunt. Nullus tamē eorum effinxit qui tam grauibus periculis ac terroribus in pa
triam rediret sed finxere q̄ plurimos fortuna: non nullos vero dolis ac fallatiis re-
giam dignitatem accepisse At qui Cirum preceteris qui postea fuerunt admiran
tur. is enim Medis abstulit persisq; quesiuit imperiū. Sed tamen iste persarū exer
citu Medos vicit quod multi Grecorū Barbarorumq; fecissent. At iste corporis
animiq; virtute quam plurima ex hiis que dicta sunt facere visus est Deinde ex
Ciri expeditione non satis liquet eum pericula Euagore subire potuisse. At ex
his que hic fecit omnibus imprompetu: quod facile & illa upera esset aggressus.
Preterea huic quidem omnia iuste & sancte facta sunt. Illi autem non nulla impie
euenire. Nam iste inimicos perdidit Cirus autem matris parentem interfecit ita
q̄ si aliqui vtriusq; non rerum magnitudinem sed virtutem metiri uelint nō iniuria
Euagoram maioribus laudibus honestarent. at qui si breui nullam q̄ inuidiā timē
tes audacter loqui oporret: nullus neq; mortalis neq; Semideus neq; īmortalis de-
niq; reperietur qui summa cum pietate regnum acceperit & honestius & clarius.
Quibus rebus siquis maxime credere poterit nō valde repugnans his que dicūtur
conabitur exquirere quoniam pacto vtriq; imperaret Non enim videbor quoq; mō

res se habeant prompto animo uelle magna dicere: sed rei veritate inductus ita au
dacter de his disserere Quoniã si paruis in rebus ipse prestitisset huiusmodi nem
pe orationem de eo habere equũ fuerat: nunc autem omnes fatentur ex bonis om-
nibus humanis & diuinis nihil maius regno: nihil mirabilius: nihil denique maiori
reuerentia dignius reperiri posse. Qui uero omnium honestissimum honestissime
assecutus fuerit eũ? Qui rethor? Quis poeta? Quis demũ orationis inuentor pro re
bus gestis digne laudare poterit? Nec tamen cũ his tam clarus fuerit: in ceteris in
ferior reperietur. Sed in primis cum natura ingeniosissimus esset: mentemque habe
ret: ad recte faciendum aptissimam: nil tamen nisi ex tempore: nil cum neglegẽtia
putauit esse faciendum Sed querendu consulendoque omni cura plurim ũ temporis
consumebat. Putabat enim si animũ suum bene instituisset bene se & regnum suũ
habiturũ: Nec eos satis admirari poterat: quicũque aliorum gratia animi curam ge
runt: ipsius veru animi nihil pensi habent Quippe cũ eos qui sũma diligentia om-
nia faciunt: quam minimo dolore affectos animaduerteret: veramque animi quietem nõ
in ocijs: sed in bene agendo & tollerando esse nihil non exploratum reliquit. Sed
tanta diligentia res omnes tenebat: adeoque vnũquemque ciuium nouerat: ut neque insi-
dijs iniqui preocupare neque equieum latere possent sed ut omnes debita ferrẽt pre
mia castigebat puniebatque ciues non ex his que ab alijs acceperat: sed ex his quorum
ipse erat conscius iudicia faciebat. Nec tamen in hijs que quotidie acciderant quã
uis talibus curis esset constitutus ullu errore tenebatur. Sed ita pie & humane ci
uitatem gubernabat: ut omnes qui illuc venirent magis eos qui eiusmodi regi ob-
temperarent: quam eum tali imperio felicem arbitrarentur Vniuerso vite tempore ne
mini iniuriam tulit: semper in omnes iustum imperium habuit: iuste delinquentes
puniuit: cũ nullius concilio egeret. Amicos tamen consulebat: a familiaribus se vin
ci multis in rebus paciebatur: at omni in re superabat inimicos nec cõtractione frõ
tis: sed vite institutis captabat reuerentiam. Nihil ei sine ordine nihil sine modo
agebatur: sed que verbis promiserat haud serus fidem seruabat quam si iureiurandu
deuinctus esset Non hisque fortuna sed que sua virtute quesierat gloriebatur
Amicos quidem beneficijs sibi morigeros. Alios vero magnanimitate sibi inseruı
entes faciebat' non quia multis grauis ac molestus foret terribilis erat. Sed quia
facili aliorum ingenia superabat. Non parebat voluptatibus: sed dominabatur pau-
cis laboribus multum ocij querens: sed non propter parũ ocij magnos labores sub-
terfugiens Omnino nihil reliquit quod regibus adesse deceat Sed ex omni re p.
quod est optimũ elegit. Namque colendo multitudinem popularem: ciuilem autem
rem p. iuste gubernando: rei vero militaris peritum bene in periculis consulendu
se ostendit. Regalem denique his omnibus prestando. Quod autem hec pluraque ad-
essent Euagore ex his: que gessit facili intelligi potest. Nam cum ciuitatẽ effectã
Barbaram propter Phenicum imperiũ: neque recipientem grecos: neque scientem ar
tes: neque imperio vtentem: neque possidentem portus accepisset. Hec omnia direxit
ac insuper impij fines protulit: menibusque orbẽ cinxit: Triremesque edificauit: alijsque
apparatibus ciuitatem ita auxit ut a nulla grecorum ciuitatum superaretur Adeo
denique potentem effecit vt eam multi qui antea contempserant formidarent. At
qui ciuitatem aliquam tam breui intantum magnitudinis accrescere nullo pacto
fieri potest: nisi aliquis ijsdem moribus quibus Euagoras preditus sit quosque pau-
lo ante cõmemorauimus eam gubernaret Ita haud uerior ne maiore quam fecerit dice
re videar. Sed multo magis ne ab eius preclaris factis: superatus appaream Quis
enim orationi huiusmodi ingenium attingere posset qui non solum ciuitatem suã
preclaram effecit: verum etiam in mansuetudine redigit & modestam Nam ante
quam Euagoras potiretur imperio: ita feri & immanes erãt ut eos pricipes optimos

iudicarent: quicquam crudelissime in grecos affecti essent. Nunc vero intantum im
mutati sunt: ut inuicem certent: qui magis grecorum studiosi esse videatur: ac plu
rimi eorum filias nostrorum in uxores accipiunt: ut ex his liberis habere possint.
Magis enim grecis & rebus: & studiis quam que apud eos sunt gaudere videas: ac plu
res circa musicam aliamque eruditionem his locis immorantur quam quibus consueuerant.
Horum omnium Euagoram causam fuisse nemo dubitat. At illud profecto maxi-
ma coniectura illius & moris: & sanctitatis est. Plurimi enim greci probi honestique
viri: proprias deserentes patrias: ut cum eo habitarent in Ciprum se contulere
putantes regnum Euagore non solum suis rebus publicis communius: verum etiam
stabilius: & iustius: quorum alios nominatim dicere aut facile esset Conona vero qui
propter plurimas eius virtutes grecis prefuit: quis nescit: cum eius ciuitas ingen-
ti calamitate foret oppressa. Aliis postpositis: ad Euagoram se contulisse. Diiu-
dicans apud illum sue salutis refugium esse firmissimum: ipsumque Euagoram cele-
riter patrie auxiliatorem: fore rum antea Conon multa recte fecisset: nulla in re tamen
melius quam in his consulere visus est. Multa enim bona propter aduentum in Ciprum
& facere: & pati ei contigit Primum quidem cum nunquam antea: alter cum altero
versatus esset pluribus seipsos facere quam qui prius fuissent familiares. Deinde vni-
uersum tempus summa concordia vixere: deque nostra ciuitate eandem habuere sen-
tentiam. Nam cum eas sub Lacedemoniorum imperio variisque mutationibus ex
agitatum viderent: grauiter molesteque ferebant: in quo vterque suo functus officio
est. Illi enim natura erat patria. Hunc autem propter multa magnaque beneficia le-
ge lata ciuitate donauerant. Ipsis igitur cogitantibus quoniam pacto tantis calami-
tatibus. Athenienses liberarent: celeriter Lacedemones oportunitatem prebuere
Nam cum grecorum imperio terra marique potirentur: intantum dominandi cupi-
ditatem uenere: ut totius Asie imperium affectarent. Illi igitur oportunitatem sibi
datam sumentes: ducibus regis dubitantibus quomodo rebus vti oporteret: eos ad-
monuere ut non terrestri: sed nauali prelio cum Lacedemoniis certarent Putabant enim
si eos pedestribus copiis superassent: ut ea solum que incontinenti esset bene se ha-
berent. At si nauali pugna victores esset vniuersam greciam huius victorie parti-
cipem fore. Quod certe contigit. Nam cum regis duces eis obtemperassent: mag-
namque coegissent classem: Lacedemonii debellati sunt: atque imperium amisere. Gre-
ci vero sunt liberati. Athenienses autem aliquam antique glorie partem resump-
sere: sociorumque duces sunt constituti. Hec omnia duce Conone Euagoraque ipsam
prebente victoriam uiresque plurimas afferente facta sunt Quorum gratia nos eos
maximis affecimus honoribus. Nam ipsorum statuas prope Iouis seruatoris simu-
lacrum ereximus. ut illis & horum vtriusque beneficiorum magnitudinis mutueque
amicitie monumentum esset. Ar Persarum Rex non eodem modo erga eos anima-
tus fuit. Sed quanto maiora & prestantiora fecere tanto magis eos formidauit.
Sed de Conone alias. Quod autem ita erga Euagoram Rex affectus esset non ali-
us latere uoluit. Videtur enim maius studium in bello quod in Cipro gessit quam reli-
quis omnibus adhibuisse. Maiorem enim & grauiorem: illum aduersarium quam Cirum
secum de regno certantem arbitrabatur. Illius enim audiens apparatus intantum
contempsit: ut ipsius negligentia parum abesset: quin ab illo regia occuparetur. Istius
autem virtutem tantum timuit: ut ei quamuis multis beneficiis affectus esset bel-
lum inferret: iniuste quidem faciens: haud tamen omnino rebus suis temere consu-
lens. Sciebat enim multos Grecos & Barbaros ex humilibus rebus ac nullius pe-
ne momenti maxima imperia quesiuisse. Senciebat autem Euagore magnanimita-
tem: & paulatim inquantum nominis & glorie accreuisset. Videbat eum in supe-
rabilem habere naturam & fortunam ei aspirantem animaduertebat. Itaque non propter

ea que facta essent iratus. sed de futuris timens nec tantum de Cipro: sed de ma-
ioribus etiã formidans ei bellum intulit Tantis enim apparatibus in eum irruit: ut
in ea expeditione plus quã quinquaginta milia talenta consumeret. Euagoras tñ
quamuis copiis viribusq; inferior esset: tam ingentibus apparatibus suam prudẽ-
tiam opponens in his magis admirandum: q̃ in aliis que dicta sunt se ostendit Ete-
nim donec eum in pace viuere sinebat sua ciuitate contentus fuit. Postq̃ vero bel-
lare coactus est: talem profecto se prestitit: talemq; Peotagorem adiutorem filiũ
habuit: ut parum abesset: quin totam Ciprum in suam ditionem redigeret Pheni-
ciam depopulatos est. Tirum vero incepit Ciliciam fecit a rege discidere. Tot ue-
ro inimicos Perdidit: ut multi persarum suas lugentes calamitates virtutum illi9
recordarentur. Sic demũ eos bello faciauit: ut cum antea reges non prius quã eoꝝ
domini forent cum his qui ab eis disciuissent reconciliare assueuerint libentes pa-
cem facerent: soluentes hanc legem: nec quicquam de imperio Euagore permutã-
tes: & Lacedemonis quidem quoq; ea tempestate & maxime vires & gloria erat
infra tres annos imperium abstulit. Cum Euagora uero decem per annos bellum
gerens eorum quorum ante id bellum gerens dominium reliquit. Quod autẽ om-
nium maxime admirabile videtur urbem quã Euagoras: altero regnante: quĩqua-
ginta cum viris ceperat: hanc magnus imperator cũ tantas vires tantosq; exercit9
haberet capere non potuit. At qui quonam pacto aliquis manifestius fortitudinẽ
prudentiam vniuersam deniq; Euagore virtutẽ q̃ his preclaris facinoribus & pe-
riculis ostendere posset non enim sola alia bella superasse videtur: verum etiam id
quod & Heroes gessere: & apud omnes gentes celebratur. Illi enim cum vniuersa
gratia solam accipere Troiam Iste vero vnam ciuitatem habens cum tota Asia bel-
lum gessit: Itaq; si cum tot rerũ scriptores quot illos laudari voluissent: multo ma-
iorem quam illi gloriam reportaret. Quem enim eorum qui tunc temporis fuere
si fabulas dimittere ac ueritatẽ contemplari volumus inueniemus vnquã talia fe-
cisse: uel quẽ tam varios casus: uariasq; rerũ mutationes subisse qui seipsum ex pri-
uato tirannum constituit: suumq; genus quod totũ ex re publica expulsum erat:
indecentes honores reduxit. Ciues vero ex barbaris: Grecos bellicosos ex imbel-
libus. Ex ingloriis deniq; effecit gloriosos: Tantam vero regionem rum feram &
immanem accepisset mitem & mansuetũ reddidit. Ad hec sic regis inimicitias ho-
neste ultus est: ut bellum in Cipro gestum: semper memorabile futurum sit. Cum
vero eius socius fuit anto ulciorem se aliis prestitit ut consensu omnium in naual-
pugna que circa Gnidum cõmissa fuit sibi maximo adiumento foret: qua peracta
tocius Asie dominus constitutus est. Lacedemonii autem qui antea Asiam uasta-
re volebant: de proprio solo periclitari coacti sũt Greci vero pro seruitute liberta-
tem habuere. atheniẽses quidem intantũ creuere ut hi qui prius eis dominabantũ
eos adirent: imperiumq; eis traderent Quapropter siquis me interrogaret quid ex
rebus ab Euagora gestis maximum esse putem: vtrum curas apparatusq; contra
Lacedemonios: quibus ea que diximus facta sunt: uel postremum bellum: uel reg-
ni adeptionem vel totam rerum dispositionem in multa profecto ambiguitate con-
stitueret: nam quocunq; oculos mentis mitto: id mihi & maximum & ad modum
mirabile videtur. Itaq; si aliqui vnq̃ propter uirtutem immortales fuere: arbitror
& illum hoc munere dignum esset: coniecturis vtens quod illis & fortunatiorem
cariorem q; diis vitam duxit Semideorum enim q̃ pluribus inueniemus in maxĩas
calamitates incidisse. Euagoras vero in principio non solum valde mirabilis: verũ
etiam beatissimus prestitit Quid enim felicitatis ei abfuit: qui talibus maioribus
ortus est: quales nemo habuit nisi siquis eadem stirpe fuerit procreatus: Tantum
vero corporis animiq; virtutibus ceteris prestitit: ut non solum salamine. sed etiã

tocius Asie imperio dignus videretur. Regiam vero dignitatem honestissime ad-
eptus in hac vitam finiuit. Mortalis autem cum esset memoria reliquit immorta
lem Tantum enim tēporis vixit vt neq; expers esset senectutis neq; particeps mor
borum quos illa etas afferre solet. Preterea nec id quod rarissimū atq; difficilissi-
mum est bonos scilicet multosq; habere filios: ei defuit & quod maximū est eorū
neminem priuatis nominibus reliquit. Sed hunc quidem imperatorem hos autē
Reges: illas vero reginas appellauit. Itaq; si aliqui poetarum cum aliquem sūmope
re laudare vellent: dicerent illum non mortalem: sed deum: aut deorum filiū exti-
tisse: hec omnia profecto merieo de illius ingenio dici possunt. Multa igitur puto
reliquisse: que de Euagore memorari quirent. nam mihi & orationis & ingenii vi
res deficiunt: quibus diligentius & studiosius has laudes etiam scripsi. non tamē
in presentiarum pro meis viribus illaudatum reliqui. Ego antē o Nicocles: & cor-
porū imagines pulchra monumenta esse: sed multo digniores illas: que res gestas
& mentem expresserint: quas in orationibus solum que arte sunt composite contē
plari licet. Has enim illis preferendas iudico. Primū quidē quod video honestos
& probos viros: non tam pulchritudine corporis ꝙ rebus gestis & earum memo-
ria gloriari. deinde statuas necesse est illis solum adesse apud quos recte sūt Ora-
tiones vero per vniuersam Gretiam perq; Cymnasia Philosophorum dissipari pos
sunt: a quibus amari & approbari ꝙ Arehs omnibus longe prestat. Ad hec nemo
sculpturis & picturis naturam corporis assimularit. Mores autē & mentes ex eorū
oratione nisi nos secordie tradiderimus facile imitari possumus. Quorū gratia ma
gis hanc orationem scribere aggressus sum: existimans & tibi tuisq; liberis aliisq;
qui ab Euagora nati sunt. Hanc fore adhortationem honestissimā siquis illius vir
tutes in vnum cogens easq; verbis exornans vobis inspiciendas & imitandas pre-
beat. Nam cum alios ad philosophiam hortari volumus alterius laudare solemus
vt emulatione eorum quos laudamus eadem studia concupiscant. Ego autem non
alienis: sed domesticis exemplis vtens: te tuosq; hortor: ut mentem adhibeas: atq;
enitare ne minus in agendo & dicendo ꝙ Greci valeas. Nec me existimes velim
quia sepius te isdem rebus admonui te negligentie condemnare: nō enim neq; me
neq; alios latuit: ꝙ solus & primus eorum qui imperio ac diuiciis: deliciisq; viuunt
sūmo studio philosophie operam tradis: neq; ꝙ multos reges tue eruditionis emu
los efficies. Hec cupientes studia: ea relinquūt: quibus nunc in presentiarum sum
mopere gaudent. Sed tamen hec sciens nihilominus & facio: & faciam: id quod in
gimniicis certaminibus facere solent spectatores. Ille enim non cursores eos qui re
linquunt Sed qui de victoria certant adhortantur. Mea autem est & aliorū ami-
corum talia dicere & scribere quibus te excitemus ad ea appetere: que ī presencia
rum concupiscis: tibi autem nihil conuenit nihil deficere. Sed quēadmodum nūc
agis: ita reliquo tēpore curā habe: tuumq; ita exerce animū: ut & parente & maio
ribus tuis non indignus videare: quorum prudentiam omnes admirari decet: vosq;
presertim qui imperio estis constituti. Oportet igitur non acquiescere si presenti
bus melior existas: sed īdignari si tali ingenio preditus & anrequitus a Ioue nuper
rime vero a tam preclaro viro genitus nisi multum & aliis: & illis qui iis in honori
bus sunt: prestare appareas. Si enim philosophie studio incumbes: & quātum
nunc proficias: talis nempe qualem te esse oportet celeriter fies.

Incipit Vita Pompony Athici Clarissimi viri Egreco sermone In latinū Per Cornelium Nepotem Translata .

OMPONIVS . Atticus ab Origine vltima stirpis Romane generatus perpetuo a maioribus acceptam equestrē obtinuit dignitatem. patre vsus est indulgente & ut cum erant tempora diti in primisq̧ studioso litterarū . Hic pro ut ipse amabat litteras omnibus doctrinis quibus puerilis etas impartiri debet : filiū erudiuit . Erat autem in puero preter docilitatem ingenii sūma suauitas oris ac vocis : ut non solum acciperet que tradebantur sed etiā excellenter pronuntiaret Qua ex re in pueritia nobilis inter equales ferebatur clariusq̧ explendescebat : quod generosi cōdiscipuli animo equo ferre possent . Itaq̧ incitabat omēs studio suo : quo in numero fuerunt . L. Torquatus . C. mari . F. M. Cicero quos cōsuetudine sic sibi deiunxit : ut nemo his perpetuo fuerit carior . pater mature decessit ipse adolescētulus propter affinitatē P. Suplitii : qui . tri . pl . interfectus est nō expers fuit illius periculi . Namq̧ Antia Pomponii consobrina nupserat M Seruio fratri Supplicii . Itaq̧ interfecto Suplitio : postq̧ vidit Cinnano tumultu ciuitatem esse perturbatam : neq̧ sibi dari facultatem pro dignitate viuendi : quin alterutram partē offenderet Dissociatis animis ciuium : quorū alii Sillanis : alii Cinnanis fauerent partibus idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis : Athenas se contulit : neq̧ eo secius adolescentem Marium hostem iudicatum iuuit opibus suis : cuius fugam pecuniis subleuauit : ac ne illa peregrinatio detrimentū aliquod afferret rei familiari eodem magnam partem fortunarum traiecit suarum Hic ita vixit ut vniuersis Athenensibus merito esset carissimus . Nam preter gratiā que iam in adulescentulo magna erat : sepe suis opibus inopiam eorum publicā leuauit Cum enim vsuram facere publice necesse esset : neq̧ eius conditionē eque haberent semper se interposuit ita ut neq̧ vsurā ab iis acceperit neq̧ longius q̄ dictū esset debere passus sit . Quod vtrumq̧ erat iis salutare : nam neq̧ indulgendo inueterascere eorum es alienum patiebatur : neq̧ multiplicandis vsuris crescere Auxit hoc officium alia quoq̧ liberalitate : nam vniuersos frumento donauit : ita ut singulis septem modii tritici darentur : qui modus mensure medimnus athenis appellatur Hic autē sic se gerebat ut cōmunis infimis par principibus videretur Quo factū est : ut huic omnes honores quos possent publice haberēt : ciuemq̧ facere studerēt quo beneficio ille vti noluit : quot nonnulli ita interpretātur amitti ciuitatē Romanā alia ascita . Quamdiu affuit ne qua sibi statua poneretur restitit absens prohibere non potuit . Itaq̧ aliquot ipsi & phidie locis sanctissimis posuerūt . Nunc enī in omni pcuratione R P auctorem actoremq̧ habebāt Igitur primū illud munꝰ fortune quod in ea potissimum urbe natus est in qua domicilium orbis terrarum esset imperii ut eandem & patriam haberet & domū : voluerit hoc specimen prudentie quod cum in eam se ciuitatē contulisset : q̄ antiquitate humanitate : doctrina prestaret omnes vnus ei ante alios fuerit carissimus . Huc ex Asia Silla decedēs cum uenisset quoniam diu ibi fuit secum habuit Pomponium captus adulescētis & humanitate & doctrina . Sic enim grece loquebatur ut athenis natus videretur . Tanta autem suauitas erat sermonis latini : ut appareret in eo natiuū quendam leporem esse non ascitum . Idem poemata pronuntiabat & grece & latine sicut supra nihil posset addi Quibus rebus factum est ut Silla nusq̄ a b se dimitteret cuperetq̧ secū deducere : q̄ quin persuadere tēptaret : noli oro te inquit Pomponius aduersū eos

me velle ducere. cũ quibus ne contra te arma ferrem italiam reliqui At Silla adu-
lescentis officio collaudato: omnia munera ei que Athenis acceperat proficiscens
iussit deferri. Hic complures annos moratus cum rei familiari tantum opere da-
ret quantũ non indiligens deberet paterfamilias: & omnia reliqua tẽpora aut bo
nis artibus aut atheniensium R.P tribueret: nihilominus amicis urbana officia
prestitit. nam & ad comitia eorum ventitauit & siqua res maior acta est nõ defuit
sicut Ciceroni in omnibus eius periculis singularem fidem prebuit: cui ex patria
fugienti sestertia ducenta & quadraginta milia donauit. Tranquillaris autẽ reb
romanis remigrauit Romam ut opinor L. Cotta & L Torquato consulibus: quẽ
diem sic vniuersa ciuitas atheniensium prosecuta est ut lacrimis desiderii futuri
dolorem indicaret. Habebat auunculum. Q. Celium equitẽ Ro. familiarẽ L. Lu
culli diuitem diffirillima natura: cuius sic asperitatem ueritus est ut quem nemo
ferre posset. huius sine offensione ad sũmam senectutem retinuerit beniuolentiam
quo facto tulit pietatis fructum Cecilius enim moriens testamento adoptauit eũ
heredemq; fecit ex dodrante: ex qua hereditate accepit circiter centies sestertium
Erat nupta soror Attici Tullio Ciceroni: easq; nuptias. M. Cicero conciliarat: cũ
quo a discipulatu viuebat coniunctissime. multo etiam familiarius q̃ cũ. Q. ut iu
dicari possit plus in amicitia ualere similitudinem morum q̃ affinitatem. Vtebat
autem intime. Q. Hortensio q; his temporibus principatum eloquentie tenebat:
ut intelligi nõ posset uter eũ plus diligeret Cicero an Hortensius. & id quod erat
difficillimum afficiebat: ut inter quos tante laudis esset emulatio: nulla intercede
ret obtrectatio essetq; talium virorum copula. In. R P. ita est uersatus: ut semper
optimarum partiũ & esset & existimaretur: neq; tamen se ciuilibus fluctibus cõ-
mitteret: quod non magis eos in sua potestate existimabat esse: qui se his dedissẽt
q̃ qui maritimis iactarentur: honores non petiit. quom ei pateret propter uel gra
ciam uel dignitatem: quod neq; peti more maiorum neq; capi possent conseruatis
legibus in tam effusis ambitus largitionibus: neq; e. r. p sine periculo corruptis ci
uitatis moribus. ad hastam publicã nunq; accessit. Nullius rei neq; praes neq; man
ceps factus fuit. Neminem suo nomine neq; subscribens accusauit. In ius de sua re
nunq; iuditium habuit. Multorum consulum pretorumq; prefecturas delatas sic
accepit ut neminem in prouinciam sit sequutus. honore fuerit contentus: rei fami
liaris despexit fructum. Qui ne cum Q. quidem Cicerone uoluerit ire in Asiam:
cum apud eũ legati locum obtinere posset Non enim decere se arbitrabatur quom
preturam gerere noluisset: asseclam esse pretoris: qua in re non solũ dignitati ser-
uiebat sed etiam tranquilitati quom suspitiones quoq; vitaret criminum. quo fie
bat ut eius obseruantia hominibus esset rarior: cum eam officio nõ timori neq; spei
tribui viderent. Incidit Cesarianum ciuile bellum cum haberet annos circiter sexa
ginta. Vsus est etatis vacatione neq; se quoq; mouit ex urbe: q̃ amicis suis opus
fuerant ad Pompeiũ proficiscentibus omnia ex sua re familiari dedit Ipsum Pom
peium coniunctum non offendit Nullum ab ro abebat hornamentum ut ceteri qui
per eum aut honores aut diuitias ceperant: quorum partim inuitissimi castra sunt
secuti partim sũma cũ eius offensione domi remanserunt. Attici aũt quies tãtope-
re Cesar fuit grata: ut victor cũ priuatis pecunias per epistolas impetraret. huic
non solum molestus non fuerit: sed etiam sororis filiũ & . Q. Ciceronem ex Pom-
pei castris concesserit: Sic uetere instituto effugit noua pericula Secutũ est illud
tempus occiso Cesare: quo. R. P penes Bruto videretur esse & Cassium ac tota ci
uitas se ad eum conuertisse videretur. Sic. M Brutos vsũs est ut nullo ille adule
scens equali familiarius q̃ hoc sene. neq; solum eum principem consilii haberet sed
etiam in conuictu. Excogitatum est a quibusdam ut priuatum errarium Cesaris

interfectoribus equitibus. R. constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt
si & principes eius ordinis pecunias contulissent. Itaq; appellatus est a Q. Flauio
Bruti familiari Atticus vt eius rei princeps esse vellet At ille q amicis officia pre
standa sine factione existimaret: semperq; a talibus se consiliis remouisset. respon
dit siquid Brutus de suis facultatibus vti voluisset: vsuram quantū he paterenror
se neq; cum quoq; de re rollocuturū neq; coiturum: sic ille consentionis globus
huiusce vnius dissentione disiectus neq; multo post superior esse cepit Antonius
ita ut Brutus & Cassius prouintiarumq; iis necis causa date erant: a cōsule despe
ratis rebus in exilium proficiscantur Atticus q pecuniam simul cum ceteris cōfer
re noluerat florenti illi parti abiecto Bruto italiaq; cedenti: sestereia centū milia
muneri misit: eidem in epyro absens trecenta iussit dari: neq; eo magis potēti adu
latus est antonio neq; desperatos reliquit. Secutus est bellum gestum apud Muti
nam in quo si tantum eum prudentem dicam minus q̄ debeam predicere cum ille
potius diuinus fuerit si diuinatio appellenda est perpetua naturalis bonitas: que
nullis casibus agitur neq; minuitur: Hostis Antonius iudicatus italia cesserat spes
restituendi nulla erat non solum inimici qui tum erant potentissimi & plurimi sed
etiam qui aduersariis eius se dabant in eo ledendo aliquam consequuturos spera
bant comoditatem. Antonii familiares insequebantur: uxorem Fuluiam omnibus
rebus spoliare cupiebant. liberos etiam extinguere parabant. Atticus cum Cicero
nis intima familiaritate uteretur: amicissimus esset Bruto: non modo nihil iis in
dulsit ad antonium uiolandū sed e contratio familiares eius ex urbe profugientes
quantū potuit texit: quibus rebus indiguerūt: adiuuit. P. vero Volunio ea tribuit
ut plura a parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fuluie cum litibus distine
retur magnisq; terroribus uexaret̄. tanta diligentia officium suū prestitit ut nullū
illa prestiterit validimonium sine Attico ut sponsor omnium rerum fuerit. Quod
etiam cum illa fundum secunda fortuna emisset in diem neq; post calamitatem vsu
ram facere potuisset: ille se interposuit: pecuniamq; sine fenore sine vlla stipulatio
ne credidit Maximū existimans questum memorem gratumq; cognosci: simulq;
aperire se non fortune: sed hominibus solere esse amicum: que cum faciebat nemo
eum temporis causa facere poterat existimare. Neminis enim opinioni veniebat
antonium rerum potiturum. Sed sensim is a nonnullis opiratibus reprehendebāt
quod parum odisse malos ciues videretur. Ille autem sui iudicii potius quod se fa
cere par esset intuebatur: quam quid alieni foret Conuersa subito fortuna est ut
antonius rediit in italiam: nemo non magno periculo Atticum putarat propter in
timam familiaritatem Ciceronis & Bruti. Itaq; ad aduentum imperatorum de fo
ro decesserat timens proscriptionem: Latebatq; apud. P. Volumnium cui ut ostē
dimus paulo ante opem tulerat. Tanta varietas his temporibus fuit fortune: ut
modo hi modo illi in summo essent aut fastigio: aut periculo: habebatq; secum. Q.
Gellium canum equalem simillimumq; sui. hoc quoq; sit attici bonitatis exemplum
quod cum eo quem puerum in ludo cognouerat adeo coniuncte vixit: ut ad extre
mam etatem amicitia eorum creuerit Antonius aūt & si tanto odio ferebatur in
Ciceronem vt non solum ei sed etiam omnibus eius amicis esset inimicus: eosq; uel
let proscribere multis hortantibus: tamen attici memor fuit officii & ei cum re
quisisset vbi nam esset: sua manu scripsit ne timeret statimq; ad se veniret: se eum
Gelliū Canum de proscriptorū numero exemisse: ac ne quod periculum incideret
quod noctu fiebat presidium ei misit. Sic atticus in summo timore non solum sibi
sed & ei quem carissimum habebat presidio fuit: neq; enim sue solum a quoq; auxi
lium petiit salutis: sed coniuncti: ut appareret nullam seiunctam sibi ab eo uelle for
tunā. Quod si gubernator precipua laude ferē qui nauē ex hieme mariq; scopuloso

seruatur cur non singulares eius existimetur prudentia: qui ex tot tanq̄ grauibus p
cellis ciuilibus ad īcolumnitatem peruenit: quibus ex malis ut sepe emerserit nihil
aliud egit q̄ ut plurimis quibus rebus posset esset auxilio. cū proscriptos premiis
imperatoris uulgus conquireret: nemo in Epirbum uenit: cui re ulla defuerit: ne
mini non ibi perpetuo manendi potestas facta est. Quin etiam post preliom Phili
pensem interitumq̄ C. Cassii & M. Bruti. L. Iulium Mocillam pretoriū & eius
filiū: Auloq̄ Torquatum ceterosq̄ pari fortuna perculsos instituerit tueri: atq̄
ex epyrobis omnia Samotraciam supportari iusserit. difficile est omnia persequi
& non necessaria. Illud vnum intelligi volumus illius liberalitatem neq̄ callidā fo
isse: id ex ipsis rebus ac temporibus iudicari potest q̄ non florentibus se vendica
uit sed afflictis semper succurrit. Qui quidem Seruiliam Bruti matrē non minus
post mortem eius q̄ florente coluerit. Sic liberalitate utens nullas inimicitias ges
sit: q̄ neq̄ ledebat quenq̄ neq̄ si quā iniuriam acceperat: malebat ulcisci. Idem im
mortali memoria precepta retinebat beneficia: que autem ipse tribueret: tamdiu
meminerat quoad ille gratus erat qui acceperat. Itaq̄ hic fecit ut vere dictum vi
deatur: sui cuiq̄ mores fingunt fortunam: nec tamen ille prius fortunam q̄ se ipe
finxit: qui cauit ne qua in re iure plecteretur. His igitur rebus effecit ut M. Lup
sanius Agrippa intima familiaritate coniunctus adolescenti Cesari: cum propter
suam gratiam & cesaris potentiam nullius conditionis non habere potestatem: po
tissimum eius diligeret affinitatem preoptaretq̄ equitis R. filiā generosam nop
tus: atq̄ harū nuptiarum conciliator fuit: non est enim celari: dum. M. Antonius
triumuir rei p. cuius gratia cum augere possessiones posset suas: tamē abfuit a cu
piditate pecunie ut nulla in re vsus sit ea nisi in deprecandis amicorum aut pericu
lis aut in cōmodis. Quod quidem sub ipsa proscriptione perillustre fuit. Nam cū
L. Saufei equitis R. equalis sui qui complores annos studio ductus philosophie
habitabat: habebatq̄ in italia preciosas possessiones triumuiri bona vendidissent a
consuetudine ea qua tum res gerebantur attici labore atq̄ industria factū est ut
eodem nuntio Saufeius fieret clarior se patrimonium amisisse & recuperasse. Idē
L. Iulium calidium quem post Lucretii Catulliq̄ mortem multo elegantissimum
poetam nostram tulisse etatem vere videor posse contendere: neq̄ minus virum bo
num optimisq̄ artibus eruditum: quem proscriptionem equitum propter magnas
eios africanas possessiones in proscriptorum numerū a P. Volumnio prefecto fa
brum antonii absentem expediuit. Quod impretratum ei laboriosius an gloriosius
fuerit difficile fuit iudicare: q̄ in eorū periculis nō serus adsentes q̄ presentes ami
cos attico esse cure cognitum est. Neq̄ minus ille vir bonus paterfamilias habitus
est q̄ ciuis. Nam cum esset pecuniosus nemo illo minus fuit emax minus edifica
tor. Neq̄ tamen non in primis bene habitauit: omnibusq̄ optimis rebus vsus
est Nam domum habuit in ualle quirinali Tamphilianam ab auunculo hereditate
relictam: cuius amenitas non edificio sed silua constabat. ipsum enim tectum anti
quitus cōstitutū plus salis q̄ sumptus habebat: in quo nihil cōmutauit: nisi siquid
uetostate coactus est. Vsus est familia si utilitate iudicādum est optima: si forma
vix mediocri. Namq̄ in ea erant pueri litteratissimi anagnoste optimi & plurimi
librarii: ut ne pedissequus quidem quisquam esset: qui non vtrum horū pulchre
facere posset: pari modo artifices ceteri quos cultus domesticus desiderat: appri
me boni: neq̄ tamen horum quenquam nisi domi natum domiq̄ factū habuit quod
est signum non solum continentie: sed etiam diligentie Nam & non intemperanter
concupiscere quod a plurimis videas continentis debet duci: & diligentia q̄ precio
parare non mediocris est industrie: elegans non magnificus splendidus non sump
tuosus: omni diligentia mundiciam non affluentiā affectabat: suppellex nō modica

non multa: ut in neutram partẽ conspici posset Nec preteribo quanquam nõ nullis
leue visum iri putem cum in primis Lautus esset eques. R. & non parum liberali
ter domum suam omnium ordinum homines inuitaret scimus nõ amplius q̃ Tria
milia eris per eque in singulos menses ex Ephemeride eum expẽsum sumptui fer
re solitum: atq; hoc non auditum sed cognitum predicamus Sepe enim propter fa
miliaritatem domesticis rebus interfuimus. Nemo in conuiuio eius aliud a Croma
audiuit q̃ Anagostem: quod nos quidem iocundissimum arbitramur: neq; vnquã
sine aliqua lectione apud eum cenatum est: ut non minus animo q̃ ventre conuiue
delectarentur Nanq; eos vocabat quorum mores a suis nõ abhorrerent. Quum tã
ta pecunie facta esset accessio nihil de quotidiano cultu mutauit: nihil de vite con
suetudine: tantaq; usus est moderatione: ut neq; in Sestertio vicies quod a patre
acceperat parum se splendide gesserit: neq; in sestertio centies affluentius vixerit
quã instituerat: pariq; fastigio steterit in vtraq; fortuna. Nullos habuit ortos nul
lam suburbanã aut maritimã sumptuosam villam: neq; in italia preter Arretinum
& Momentanum rusticũ prediũ. omnesq; eius pecunie redditus constabat in Epy
rotheis & vrbanis possessionibus: ex quo cognosci potest vsum eũ pecunie nõ mag
nitudine sed ratione metiri solitum Mendaciũ neq; dicebat neq; pati poterat Itaq;
eius comitas non sine seueritate erat neq; grauitas sine facilitate: ut difficile esset
intellectu vtrum eum amici magis vererentur q̃ amarent. Quicquid rogabatẽ reli
giose promittebat: quod non liberalis sed leuis arbitrabatur polliceri quod presta
re non posset: Idem innitendo quod semel annuisset tanta erat cura: ut non manda
ta sed suam rem videretur agere: nunq; suscepti negotii eum pertesum est. Suam
enim existimationem in ea re agi putabat: qua nihil habebat carius quo fiebat ut
omnia Ciceronum. Catonis. Marciq; Hortensii: Auli Torquati multorũ preterea
equitum Romanorum negotia procuraret. ex quo iudicari poterat nõ inertia sed
iudicio fugisse. r. p. procurationem. Humanitas vero nullum afferre maius testi
monium possum q̃ q; adolescens idem seni. Sille fuerit iocundissimus: senex adole
senti. M. Bruto. cum equalibus autẽ suis. Q. Hortensio & M. Cicerone sic vixe
rit: ut iudicare facile sit cui etati fuerit aptissimus: quanq; eum precipue dilexit
Cicero ut ne frater quidem ei quantus carior fuerit: aut familiarior Ei re sunt in
ditio preter eos libros. in quibus de eo facit mentionem: qui in uulgus iam sũt edi
ti: vndecim volumina epistolarum ab consolatu eius usq; ad extremum tempus ad
Atticum missarum: que qui legat non multum desiderat historiam contextam illo
rum temporum. Sic enim omnia de studiis principum vitiis ducũ: mutationibus
rei. p. scripta sunt ut nihil in iis non appareat & facile existimari possit prudenci
am quodammodo esse diuinationem Non enim Cicero ea solum que viuo se accide
runt futura predixit: sed etiam que nunc vsu veniunt cecinit ut vates De pietate
autem Attici quid plura commemorem? cum hoc ipsum vere gloriãtem audiuerim
in funere matris sue quam extulit annorum nonaginta septem & sexaginta se nun
quam cum matre in gratiam redisse nũquam cũ sorore fuisse in simultate: quam
prope equalem habebat. Quod est in signum: aut nullam vnquam inter eos queri
moniam intercessisse: aut ea fuisse in suos indulgentia: ut quos amare deberet ira
sci eis nefas duceret: neq; id fecit natura solum quanq; omnes ei paremus: sed etiã
doctrina: nam & principum philosophorũ ita percepta habuit precepta: ut iis ad
vitam agendam nõ ad ostentacionem vteretur. Moris etiam maiorum summus imi
tator fuit: antiquitatisq; amator: quam adeo diligenter habuit cognitam ut eã to
tam in eo volumine exposuerit quo magistratus ornauit. Nulla enim lex neq; pax
neq; bellum neq; res illustris est. p. r. que nõ in eo suo tempore sit notata: & quod
difficillimum fuit. sic familiarum originem subtexuit: ut ex eo clarorum virorum

propagines possimus cognoscere: fecit hoc idem seperatim in aliis libris ut. M Bru
ti rogatu. Iuniam familiam a stirpe. ad hanc etatẽ ordine enumerauerit: notãs qui
a quoq; ortus: quos honores quibusq; tẽporibus cepisset pari modo Marcelli Clau
dii de Marcellorum Scipionis Cornelii: & Fabii maximi fabiorũ: & Emiliorum
quoq;: quibus libris nihil potest esse dulcius: iis qui aliam cupiditatem habent no
ticie clarorũ virorum. Attigit quoq; poeticã credimus ne eius expers esset suaui
tatis: nanq; versibus qui bonore rerumq; gestarũ amplitudine ceteros romani po
puli restiterunt exposuit: ita ut sub singulorum imaginibus facta magistratusq;
eorum non amplius quaternis cum ius q; uersibus descripserit: q̃ vix credendum sit
tantas res tam breuiter potuisse declarari. Est etiam vnus liber grece confectus
de consulatu Ciceronis. Hactenus Attico uiuo edita a nobis sunt. Nunc quoniam
fortuna nos superstites ei esse uoluit reliqua persequemur & quantũ potuerimus
rerum exemplis lectores docebimus. Sicut supra significauimus suos cuiq; mores
plerumq; conciliare fortunam: nanq; hic contentus ordine equestri: quo erat ortus
in affinitatem peruenit imperatoris diui filii: cum iam ante familiaritatem eius
esset consequutus nulla alia re q̃ elegãtia vite qua ceteros principes ciuitatis dig
nitate pari fortuna humiliores anteibat. Tanta enim prosperitas cesarum eũ est
consequuta ut nihil ei non tribuerit fortuna: quod cuiq; ante tulerit & conciliarit.
Nata est autem Attico neptis ex Agrippa cui virginem filiam collocarat: hãc Ce
sar vix anniculam Claudio Neroni Drusilla nato priuigno suo despondit: que con
iunctio necessitudinem eorũ sanxit: familiaritudinem reddidit frequentiorẽ quã
uis ante hec spõsalia non solum cum ab urbe esset nunq̃ ad suorum quenq̃ litteras
misit quin Attico mitteret quid ageret in primis quid legeret quibusq; ĩ locis &
quamdiu esset moraturus sed etiam cum esset in urbe: & propter suas infinitas oc
cupationes minus sepe quã vellet Attico frueretur: nullus dies tamen intercesse
rit: quo non ad eum scriberet: quo non aliquid de antiquitate ab eo requireret mõ
aliquam ei questionem poeticam proponeret interdum iocans eius verbosiores eli
ceret epistolas. Ex quo accidit cum edis Iouis feretrii in capitolio a Romulo cõsti
tuta uetustate atq; in curia tecta prolaberentur: ut attici ammonitu Cesar eam re
ficiendam curaret. Neq; vero ab. M. Antonio minus absens: litteris colebatur: adeo
ut accurate ille exultum iis terris quid ageret cure sibi haberet cerciorem facere
atticum. Hoc quale sit facilius existimabit is qui iudicare poterit quãte sit sapien
cie eorum retinere vsum beniuolentiamq;: intra quos maximarum rerum non solũ
emulatio sed obtrectatio tanta intercedebat quanta fuit incidere necesse inter Ce
sarem atq; antonium: cum se vterq; principem nõ solum vrbis romane sed orbis ter
rarum esse cuperet Tali modu cum septem & sexaginta annos complesset: atq; ad
extremã senectutem nõ minus dignitate q̃ gratia fortunaq; creuisset: multas enĩ
hereditates nulla alia re q̃ bonitate cõsecutus tantaq; prosperitate vsus est ualitu
dinis: ut annis triginta medicina non indiguisset. Nactus est morbũ quem initio
& ipse & medici cõtempserunt: nam putarunt esse Tenasmon cui remedia celeria
faciliaq; proponebant. In hoc quum tres menses sine ullis doloribus preterq̃ quos
ex curatione capiebat cõsumpsisset: subito tanta vis morbi in vnum intestinũ pro
rupit ut extremo tempore per lumbos fistule puris erumperent: atq; hoc prius q̃
ei accideret postq; indies dolores accrescere febresq; accessisse sensit: agrippam ge
nerum ad se accersi iussit: & cum eo. L. Cornelium Balbum. Sexq; peduceũ: hos
ut venisse vidit in cubitum innixus: q̃tam inquit curam & diligentiam in valitu
dine mea tuenda hoc tempore adhibuerim: cum uos testes habeã: nihil necesse est
pluribus uerbis cõmemorare: quibus quoniam ut spero satisfeci me nihil reliqui fe
cisse quod ad sanandum me pertineret reliquum est ut egomet mihi consulam, Id

vos ignorare nolui. nā mihi stat alere morbū desinere. namq; his diebus quicquid
cibi pocionisq; sumpsi: ita produxi vitam ut auxerim dolores sine spe salutis quare
a vobis peto primum ut consilium probetis meum: deinde ne frustra dehortando
conemini. Hac oratione habita tanta constantia uocis atq; uultus: ut nō ex vita sed
ex domo in domum videretur migrare: cum quidem Agrippa eum flens atq; oscu
lans oraret atq; obsecraret: ne ad id quod natura coegerat ipse quoq; sibi accelera-
ret: & quoniā tum quoq; posset temporibus superesse: se sibi suisq; reseruaret: pre-
ces eius taciturna sua obstinatione depressit. Sic cum biduum cibo se abstinuisset
subito febri decessit. Elatus est in lecticula ut ipse prescripserat sine ulla pompa fu
neris comitantibus omnibus bonis maxima uulgi frequentia. Sepultus est iuxta
viam apiam ad Aquintum lapidem in monumento. Q. Cecilii auunculi sui.

Incipit Vita Ruffi Viri clarissimi.

IO PERPETVO. Domino Valentiniano Imperatori &
semper augusto Ruffus Sextus vir consularis breuem fie
ri clementia tua precipit. Parebo libens preceptis Quippe
cum desit facultas latius eloquendi: ac morem secutus cal-
culatorum: qui ingētes summas ere breuiori exprimūt res
gestas signabo non eloquar. Accipe ergo: breuiter dicta:
breuius computentur: ut annosam uetustatem. r. p. legen-
do detineamus: ac preteriti facta temporis nō tam legere
gloriose princeps q̄ numerare videaris. Ab vrbe igitur condita in ortum perenita
tis nostre: quo prosperius factum imperium Romanum sortitus es: Anni numerā
tur sic Sub regibus numerantur. ccxliii. Sub consulibus. cccclxvii. Sub Imperato
ribus. ccccvii. Regnauerunt Rome per annos. ccxliii. reges numero septem. Ro-
mulus regnauit per annos. xxxvii. Senatores per quos dies annum vnum. Nūma
Pompilius regnauit ānis xliii. Tullus Hostilius regnauit ānis xxxii Ancus Mar
cius regnauit ānis xxiiii Tarquinius Priscus regnauit ānis xxxviii Seruius Tullius
regnauit ānis. xxxiiii. Tarquinius Superbus expulsus est regno anno. xxxv. Cōsu
les fuere Publicola & Brutus a Publicola & Bruto in Pansam & Hircium nume-
ro. octingenta lxxvii. preter eos qui in eodem āno sorte aliqua sunt subrogati pee
annos. cccclvii. Quinq; annis Rome consules defuerūt sub decem uiris ānis duob
sub tribunis militaribus ānis tribus Sine magistratibus Roma fuit annis quatu
or Imperatores ab octauo Cesare augusto usq; in Iouinianum fuerūt numero. xliii
per annos. ccccvii Sub his igitur tribus imperandi generibus. Hoc est: regio con
sulari & imperatorio quantum: Roma profecerit breuiter intimabo Sub regibus
septem per annos. ccxliii. nō amplius q̄ usq; portum atq; hostiam intra octauum
decimum miliarium a portis vrbis Rome utpote adhuc paruei & a pastoribus cō
dite cum finitime circum ciuitates premerent romanum processit imperium Sub
consulibus inter quos non nunq; & dictatores fuerunt per annos simul. cccc x vii.
usq; trans padum italia occupata est Artifica subacta hispanie accesserunt. Gallie
& Britanie tributarie facte sunt. Inde Illiricum Histri Liburni: Dalmate domati
sunt. Ad achaiam transitū est: Macedones subacti Cum Dardanis Misus & Tra
cibus bellatū est: ad Danubium usq; peruentum: In asia expulso Anthioco primū
pedem posuerunt Romani. Mitridate victo ponti regnum eius occupatum est &
Armenia minor quam idem tenuerat armis obtrita est. In Mesopotamiā Roman9

peruenit exercitus. Cum partis fedus initum est Iudea omnis Cilicia Siria in potestatem populi. R. venerunt. Egipti reges federati erant Sub imperatoribus uero annos .cccvii. rum diuersa. r. p. fortuna multi principes imperarent. Accesserunt tamen Romano orbi. Alpes maritime: Alpes Cocie: Rethie: Norie Pānonie Messia & omnis terra Lanubii in prouīciā est redacta. Pontus omnis. Armania minor. Oriens totus cum Mesopotamia. Assiria Arabia: & Egyppo sub imperii Romani iure transiuit. Quo autem ordine singulas prouincias Romana res publica assequuta est: ostenditur ita infra prima prouinciarum facta est Sicilia eam victo Hierone Siculorum rege: Marcellus cōsul obtinuit: Deinde a pretoribus recta est Postea est cōmissa presidibus nunc a consulibus administratur Sardiniam & Corsicam Metellus vicit: qui & triumphauit de Sardis. Rebelliuere sepe sardi: victa administratio barum insularum fuerat: post suos pretores habuit: nūc singule a presidibus reguntur. In Africam pro defensione Siculorū Romana trāsmissa sunt signa. Ter Africa rebellauit: ad extremum delata per Affricanum Scipionem Cartago prouintia facta est: nunc sub consularibus agit. Numidia ab amicis regibus tenebatur: sed Iugurte ob necatos ad Herbalem & Niempsalem Micipse regis filios bellum indictum est & per Metellum consulem Attrito: per Mariū capto: in populi Romani potestatem nuns peruenit. Mauritonie a Bocho obtente sūt sed subacta omni Africa Maior Iuba rex tenebat qui in causa belli Emilis a Iulio Cesare victis mortem sibi propria voluntate consciuit. Ita Mauritonie nostre esse ceperunt: ac per omnem africam sex prouincie facte sunt: Ipsa vbi Cartago est proconsularis: Numidia consularis. Niratū cōsularis Tripolis & Mauritime due hoc est Sitifensis & Cesariensis sunt presidiales. Hispanum primum auxilium aduersus Afros per Scipionem tulimus. Rebellantes Lusitanos in Hispania per Deciū Brutum obtinuimus & usq̄ Gades ad occeanū mare peruenimus. Post ad Hispanos tumultuantes Sillanus missus eos vicit. Celtiberi in Hispania sepe rebellabāt sed misso iuniore Scipione cum excidio numantie subacti sūt. Omnes pene Hispanie occasione belli Sertoriani per Metellum & Pompeium in deditionem accepte sūt: postea prorogato in quinquennium imperio a Pompeio predomite sunt. ad extremum quoq̄ ab Octauiano Cesare augusto Cantabri qui freti montibus resistebat deleti sūt: ac per omnes Hispanias sex sūt nunc prouincie: Terracomensis Cartaginensis: Lusitania Gallicia: Beticha: trans fretum etiam Insula terre africe prouincia Hispaniarum est que Tingitania cognominatur. Ex bis Beticha & Lusitania consulares retere presidiales sūt Cum Gallis grauissima bella populus Ro. babuit. Galli enim etiam illam partem Italie in qua nūc Mediolanum est usq̄ ad Rubiconem fluuium tenebant: intantum viribus freti ut Romam ipsam bello peterent. & cesis exercitibus Romanis apud Allium fluuium menia urbis intrarēt capitolium obsidereut ad cuius arcem sexdecim nobilissimi Senatores confugerāt qui mille auri libris se obsidione redemerunt: postea Gallos cum victoria remeantes Camillius qui in exilio erat collecta de agris multitudine oppressit: aurum & signa q̄ Galli cepere reportauit. Cum Gallis multi cōsules precores ac dictatores euentu vario conflixerunt. Marius Gallos de Italia expulit: & transcensis Alpibus feliciter aduersus eos pugnauit. Ceterum C. Cesar cū decem legionibus que quaterna milia militum Italorum habuerant Gallias subegit: per annos octo ab alpibus ad Rhenum usq̄ Gallias transiuit: decimo anno Gallias tributarias fecit Sūt Gallie cum aquitania & Britanus prouincie decem & octo Alpes Maritime: prouincia Abinensis. Martonensis: nouem Popularia: acuin tanie due alpes Gagie Enex vna Sequanorum Germanice due Lugdunenses due in Britania maxima Cesariēsis prima: Britania secunda In Illiricū ab ore Maritimo paulatim regressi

Rufus 482

simus. Leuinius consul adriacum atq; Ionicum mare primus igressus Maritimas
obtinuit ciuitates. Creta per Metellum proconsulem qui Creticus dictus est p
uincia facta est grecis in fidem nostrā cōfugientibus: ad achaiam accessimus athe
nienses aduersus Philippum macedonum regem auxilium nostrum pecierunt. Li
bera diu sub amicis nostris achaia fuit ad extremum legatis romanorum apud Co
rinthum violatis: per Lucium Mumium consulem capta Corintho achaia omnis
obtenta est Epirote qui aliquādo cum rege Pirrho etiā ad Italiā trāsire presūpse
rant victi: atq; Thesali simul cum achiuorum & Macedorum nobis. Macedonia
ter rebellauit: sub Philippo sub Perseo: sub Pseudo. Philippum Flamineus Perse
um Paulus. Pseudo Philippū Metellus oppressit quorum triumphis Macedonia
populo. Ro. adiuncta est. Illiricos qui auxilium Macedonibus tulerant ex eadē oc
casione per. L. Manlium pretorem vicimus: & eos cum rege gentium in deditio
nem accepimus. Dardanos & Messiacos Curius pconsul subegit: & primus ro
manorum ducum ad danubiū usq; peruenit. Sub Iulio & octauiano Cesaribus per
Alpes iulias iter factum est Alpinis omnibus victis Noricorum prouincie accesse
runt Bachone Pannoniorum rege subacto in deditionem nostram pannonie vene
runt. Amatinis inter Sauum & Dauum pro statis regio Suauensis. ac Sacōdorū
loca Pannoniorum obtenta sunt. Machoniani & Scadi de locis ualerie que sūt in
ter Danubium & Drauū pulsi sunt: & limes inter Romanos & Barbaros ab au
gusto per Vandalicum per Noricum Pannoniam ac Messiam est constitutus. Tra
ianus Dacbos sub rege Decibalo vicit Et Daciam trās Danubium in solo Barba
ro prouinciam ferit que in circuitu habuit decies centena milia passuum Sed sub
Galieno imperatore amissa est. Et per Aurelianū translatis exinde Romanis due
Datie in regionibus Messie ac Dardanie facte sunt habet Illiricus septem prouin
cias. Noricorum duas. Pannonicorū duas. Valeriam. Suauiam. Dalmatiā. Mes
siam. Datiarum duas. Et in dictione Macedonie sūt septem. Macedonica. Tessa
lonica Achaia. Epiri due preualles & creta In Tracias Macedonici belli occasione
transcursum est Seuissimi omniū gentium Traces fuerunt In Tracum regionib
Scordissi habitauerunt pariter crudeles & callidū gens. multa de vitiis predicto
rum fabulose memorantur: quod hostium captiuos diis suis littauerūt: atq; huma
num sanguinem in ossibus capitum potare soliti sunt. Sepe per eos Romanos est
rensus exercitus: Marcus Didius uagantes traces repressit. Marcus Drusus in
tra fines proprios continuit Minitius in hebri fluminis glacie uastauit per Appi
um Claudium pro consule hi qui Rhodopā incolebant victi sunt. Europe mariti
mas vrbes antea classis obtinuit. M. Lucullus per Tracias cum Bessis primus pu
gnauit: ipsamq; caput gentium traciam vicit. Enumotanos subegit & olimpiadaz
q nūc Philopolis dicitur. Vscodoniam qui modo Adrionopolis nominat in dictio
nem nostram redegit. Caubilem cepit. Supra pontum positas ciuitates occupauit
Appolloniam: Gallathum: Panthenopolim: Tomosistrum ad Danubium usq; per
ueniens: Romana sitbis arma monstrauit. In dictionem. r. p. Sex traciarum proui
cie sunt conquisite. Trici: Emipontus: Misia inferior: Sitbia. Rhodopa in qua nūc
sede arces Romane urbis sunt constitute Constantinopolis. Nunc autem eas par
tes totumq; orientē ac positas sub vicino sole prouincias qui auctores sceptris suis
parauerunt explicabo quo studium clementie tue quod in iisdem propagandis ha
beas amplius incitetur. asia societate attali regis nō Romanis est: eāq; attali testa
mento relictam hereditario iure possidemus Ne quod tamen Romanus populus
non viribus partum habere armis per nos ab anthioco rege Siriorum maximo est
vendicata. Eadem occasione etiam Lidia sedes antiqua regnorū. Cariabeles Pon
tus ac Erigie in potestatem populi Romani iuncta deditione uenerunt. Rhodus

& insularum populis primum infestissimis post fidelissimis auxiliatoribus usi fue
mus. Ita Rhodiis & insule primum libere agebant postea in consuetudinem pare
di Romanis clementer prouocantibus peruenerunt: & sub Vespasiano principe in
sularum prouincia facta est. Panphiliam. Phrigiam Seruilius proconsul ad bellũ
Piratarum missus obtinuit. Bithiniam defuncti regis Nichodemis testamẽto su
mus assecuti Gallogreciam idest Gallatiam: sunt & enim ut nomẽ resonat ex Gal
lis Galathe ꝗ Anthioco contra Romanos auxilium prebuisset inuasimus Mumius
proconsul Galatas persecutus est: & cum fugientes partim in Olimpum partim
in Magaram montem qui nunc Modiacus dicitur de arduis eos ĩ plana detruxit
victos imperpetuam pacem redegit. Postea Galatam Diotarus Oethe rex no
bis premittentibus tenuit. Ad extremum sub Octauiano Cesare Augusto Gala
ciam in formam prouincie redacta est. Eam primus Lolius administrauit. Capa
doces primo societatem nostram sub epafragete petiuerunt. Posteaꝗ Anobarca
nes rex Capadocũ a Mitridate expulsus romanorũ armis restitutus est. Semper
ꝗ in auxilia nostra fuere Capadoces & ita maiestatem coluere romanam: ut hono
rem Augusti Cesaris Macaba ciuitas Capadocie maxima Cesaria nuncuparetur
Postremum cum sub imperatore Claudio Archelaus ex Capadocia Romã uenisset
ibiꝗ diu detentus occubuisset in prouincie speciem Capadocia migrauit Pontus
per Po‑peium victo Mitridate rege Pontico formã prouincie accepit Paphlago
niam Philimenes amicus populi Ro. us tenuit. sepe ex ea pulsus regno a nobis est
restitutus: quo mortuo prouincia eius Paflagonibus imposita est ultra iura tauri
montis quẽadmodum Romana possessio perrexit consequendi locorũ magis ꝙ tẽ
porum seruata digestione monstrabitur. Anthioeus Sirie rex potentissimus bel
lum formidabile populo. Ro. intulit. trecenta milia armatorum habuit. Falcatis
etiam curribus & Elefantis aciem instruxit a Scipione in Asia apud Magnesiam
uictus pace accepta intra Taurũ regnare permissus est. Eius filii regnũ sub Clien
tela populi Ro. retinuerunt: quibus defunctis Siriarum prouincus potiti sumus
Cilices & Hisauros qui se Piratis & Predonibus Maritimis iunxerant Seruilis
proconsul ad predonum bellum missus subegit & uiam per taurum montem pri
mus instituit. isꝗ de Cilicibus & Isauris triumphauit: atꝗ Isauricus est cognomi
natus. Ciprus famosa diuiciis paupertatẽ populi. Ro ut occuparet solicitauit eã
rex federatas regebat. Sed tanta fuit penuria erarii Romani & tam ingens fama
opum ciprianum ut lege lata Ciprus confiscari iuberetur. Quo accepto nũtio rex
Ciprius venenũ sumpsit. quo vitã prius ꝙ diuiciasamitteret. Cato Ciprias opes
nauibus aduexit. Ita ur ius eius insule auarius magis ꝙ iustius simus assecuti. Ci
renas cum ceteris ciuitatibus libie Pentapolis Ptolomei antiquioris liberalitate
suscepit. Libiam suppremo Apionis regis arbitrio sumus assecuti. Egiptus omnis
sub amicis regibus fuerat: sed victa cũ Antonio Cleopatra prouincie formã Octa
uiani Cesaris Augusti tempoeibus accepit. & primum apud Alexandrinos Cor
nelius Gallus Romanus administrauit. Per confinia Armeniarum primum sub. L
Luculo Romana trans taurum signa transmissa sunt. Fisarci Saracenorum & Hie
renas superati Cesare In Mesopotamia ab eodẽ Lucullo urbs capta est postea per
Pompeium eadem loca armis obtenta sunt Sirie ac Phenices bello a Tigranne
Armeniorũ rege recepte sunt. Arabes & Iudei in palestiam victi sũt. Ad extremũ
sub Traiano principe regis maioris Armenie diadema sublatum est: & per Traia
num Armenia Mesopotamia: Siria: arabia prouincie facte sunt. Ac Limes orien
talis supra ripã fluminis Tigridis institutus est. Sed Adrianus qui successit Tra
iano vidẽs glorie Traiani sponte sua armeniã & Mesopotamiã reddidit ac mediũ
inter Persas & Romanos Eufratem esse uoluit: postea sub antonius duobꝫ Marco

& Seuero nota pertinaci ceterisq̧ prĩcipibus Romanis qui aduersus parthos qui
euentu uario dimicauerunt qualiter recepta Mesopotamia est. Ac Diocliani tem
poribus victis prima congressione Romanis. Secundo autem conflictu superato
rege Narseo & vxore eius ac filiabus captis & cum summa pudicitione custodia re-
seruatis pace facta Mesopotamia est restituta & super ripam tigridis Limes est
refirmitus: ita ut quinq̧ gentium trans tigrem constitutarum dictionem asseque
remur q̧ conditio federis in tempus diui Constantini cõseruata princeps quo tua
vergat intentio. Requiris profecto quotiens Babilonie & Romanorum arma col-
lata sint & quibus viribus sagittis pila cõtenderint: breuiter euentus enumerabo
bellorum furto hostes in paucis inuenies esse letatos. Vera autem virtute semper
Romanos probabis extitisse victores. Primum a. L. Silla proconsule Arsaces rex
parthorum missa legatione amicitias populi Romani rogauit ac meruit. Lucull9
Mitridatem regno ponti exutum ad armeniam persecutus est Tigrannem Arme
niorum regem cum septem milibus clipeatis & centum viginti milibus Sagipta-
riorum: ipse cum decem & octo Romanorum milibus vicit Tigranno cirtã maxi-
mam Armenie ciuitatem expugnauit. Madenam optimã armeniorũ regionẽ ob-
tinuit per Melethem ad Mesopotamiam descendit: Nirsibium cum ferre regis ce
pit: tendere enim in Persas paratus successionem accepit. Pompeius ex parte feli
citatis ad Mitridaticũ bellũ missus. Mitridatem in armenia minore nocte agres-
sus prelio superat cesis duobus & quadraginta milibus hostium castra eius inuasit
Mitridates enim cum duobus comitibus & uxor in Bosforos fugit Ibi desperatio
ne rerum suarum venenum hausit: & cum vis veneni paruum ageret a milite suo
ut ferro percutetur imperauit. Pompeius auxiliatorem Mitridatis Tigrannem
Armeniorum regẽ persecutus est. Ille se oblato diademate ei apud Artassata red-
didit. Recepte sunt ab eo Mesopotamia & aliquãta pars fenicis atq̧ intra Arme
niam maiorem regnare permissus est Idem Pompeius Bosforianis & Colchis ari-
starcum regem imposuit: cum Albanis conflixere Orcbodo Albano regi ter victo
pacem dedit Hiberiam cum Arasce rege in deditionem accepit. Saracenos & ara
bes vicit. Iudea capta: Ierosolimam obtinuit: cum Persis fedus fecit rediens apud
Antixiam Dannensem lucum loci delectatus amenitate & aquarum abundantia
addito nemore consecrauit. M. Crassus consul aduersus rebellantes perthos missus
est. Is rum pacem missa a Persis legatione rogaretur apud Thesifontem responsu
rum se ait. apud ceunam traiecit Eufratem a transfuga quodã Macoro inductus
ad ignotam camporum solitudinem descendit. Is undiq̧ circumuolantib9 sagipta
riorum agminibus cum Sillate & Sille prefectis regibus est cinctus exercitus &
uexellorum obrutus Ipse Crassus cum ad colloquium solicitat viuus pene capi pos
set repugnantibus tribunis euaserat: & cum fugam petit occisus est Caput eius
cum dextra manu refectum ad regem perlatum est: atq̧ ita ludibrio habitum ut
faucibus eius aurum liquefactum infunderetur scilicet ut qui ardes cupiditate p
dandi: pacem regis cogatus abnueret: etiam mortui eius reliquias auri flãma con
bureret. L. Cassius questor vir strenuus Crassi reliquias fusi collegit exercitus.
Contra Persas in Sithiam irrumpentes ter cum sũma admiratione conflixit. Eos
trans Eufratem relictos uastauit. Parthi Labieno duce qui Pompeianum partiũ
fuerat & victus ad Persas refugerat: in Siriam eruperunt: ac totam prouinciã oc
cupauerunt. Publius Ventidius Bassus Parthos qui ducente Labieno Siriam in-
uaserãt occurrens in Capro monte cum paucis fugauit: Labienum occidit. perse-
cutus est Persas & ad interemptionem strauit: qua congressione parthorũ regis
filiũ eadẽ die qua Crassus victus fuerat occidit: ne aliquãdo Romani ducis mors
inulta relinqueretur. Ventidius de Persis triumphauit. M. Antonius in mediam

ingressus q̃ nũc Medena appellat̃ bellũ parthis ĩtulit & primũ eos vicit post duabus legi9ibus amissis cũ fame pestilentia tẽpestatibus p̃meret̃ vix per Armeniam Persis insequẽtibus reuocauit exercitũ tanto per momẽta tpm terrore percussus ut a Gladiatore suo percuti postuleret ne viuus venire e in hostiũ potestatem Sub octauiano augusto Cesare armenia cũ parthis cõspirauit Claudi9 cesar nepos Augusti cũ exercitu missus ad orientẽ cũ p maiestatẽ Romani nois cũcta sedassz atq̃ et tũc armeni qui tũc tpis ualidiores erãt parthis dedissent: indiceq̃ ex instituto Pompei dictis gẽtib9 Claudius Cesar Dones qdã quẽ parthis arsaces p̃posuerat p̃ditione simulata libellũ ĩ quo scripti Thesauri cõtinent̃ obtulit: quẽ rũ Roman9 imperator legeret intentius rultro aggressus Claudium uulnerauit percursor qui dem a militibus confossus est Claudius uulneratus uersus in Siriam obiit. Perse ad satisfactionem tam audacis admissi: obsides tunc primũ Octauiono Cesari dederunt & erepta sub Crasso signa retulerũt Pactis gentibus orientis Augustus Cesar etiam Indocum legationẽ primus accepit. Nero quẽ turpissimũ imperatorem Romana. r. p. est passa amisit armenias duas: tũc Romane legiones due sub iugo a Persis misse extremo dedecore Romani exercitus sacra fedauerunt Traianus qui post Augustum Romane rei p. mouit Lacertos armeniam recepit a Parthis sublato Diademate regi Armenie maioris reguũ ademit. Albanis regem dedit. Lubros. Bassorianos. Colchos in fidem Romane dictionis accepit Osenorum loca & Arabum occupauit. Carduenos & Marchomenos obtinuit Anthemusium Persidis regionem Seleuciam & Thefontem & Babiloniam accepit & tenuit usq̃ ad Ide fines post Alexandrum accessit in mari rubro Classem instruit prouincias fecit Armeniam Mesopotamiam & Asiriam que inter Tigridem & Eufratem sita irriguis tribus amnibus instar Egipti fecundatur. Adrianum gloria Traiani certum est inuidisse qui ei successit imperio. Hic sorte propria ineductis exercitibus Armeniam Mesopotamiam & Assiriam concessit & ĩter Romanos ac Persas Eufratem esse uoluit. Antonini duo Marcus & Seuerus. Hic Socer & hic gener: pariter Augusti imperatores orbis equata primũ potestate imperiũ tenuerunt. Sed ex his Antonin9 Iunior ad expeditionem Parthicam profectus est Multa & ingẽtia aduersus Persas gessit feliciter. Seleuchiam Assirie vrbem cũ qoadringentis milibus hostiũ cepit ingenti gloria de Persis cũ Socero triumphauit. Seuerus natione Afer acerrimus imperator parthos strenuissime vicit Acauenos deleuit. Arabes obtriuit Arabiã p̃uinciã refecit huic cognominia ex victoriis acquisita sũt Nã Acauenicus parthicus & arabicus cognoĩatus est Antonin9 cognomento Cartalafili9 Seueri ĩperatoris expeditionẽ in Persas parãs in Efrema apud ciuitatẽ Edosani p̃pria morte obiit & ibidẽ sepult9 est Autelli9 Alexãder quasi fato quodã in exitiũ Persice gẽtis nat9 iuuenis admodũ Romãi gubernacula suscepit ĩperii ipse persaq̃ regẽ nobilissimũ classez gloriose vicit Hic Alexãder sacriscriniorũ mgrm habuit Vulpianũ iuris cõsultũ de Persis põpa spectabili triũphauit sub Gordiano augusto ex iuuẽtutis fiducia Parthi ingentib9 prelus cõcussi sũt: Isq̃ de p̃side rediẽs victor fraude Philippi qui p̃fect9 p̃tori eius erat occisus est Milites ei tumulũ in uigesimo miliario a Circẽso castro edificauerũt atq̃ exeqas ei9 romã rũ magna reuerẽcia deduxerũt Valeriani ĩ fausti pricipis fortunã tedz ĩferre Is cũ Galieno suscepit imperiũ Sed hũc exercitus Galienũ senatus imperarorez fecit: In Mesopotamia aduersus Persas Valerianus cõgressus a sapore Persarũ rege superat9 est & captus dedecore vite sue consenuit Sub Galieno Mesopotamiam Imualem & Assiriam etiam sibi per se vendicare ceperant: nisi quod turpe dictũ est. Odoranus decurio Palmirenus collecta agrestium manu acriter restituisset & fusis aliquotiẽs Persis nõ modo nostrũ militẽ defendisset sed etiaz Romani ultor imperii

quod mirũ est dictu penetrasset. aureliani imperatoris glorie cenobia ordinati ux
or accessit. Et eñ post mortem mariti feminea dictione orientis tenebat imperiũ
quam Aurelianus multis clipeatorum & sagiptariorum milibus fretus apud Ibim
mas baud prorul ab Anthiochia vicit: & captam Romam triumphans ante currũ
duxit. Cari imperatoris victoria de Persis nimium potens superno numini visa ẽ
Nam ad inuidiam superni numinis pertinuisse credenda est. Is enĩ ingressus Per
sidam & quasi ei nullo obstante uastauit Collem & Ethisifontẽ urbes nobilissimas
cepit cum victor tocius gentis castra super Tigridem haberet fulminis ictu inte
rit. Sub Diocliciano principe pompa victorie nota Persis est. Maximianus Ce
sar prima congressione cum contra innumeram multitudinem cum pauris aeriter
dimicasset: pulsus recessit: hic tanta indignatione a Diocliciano susceptus est: ut
ante carpentum eius per aliquot milia passuũ rucurrerit purpuratus: & eum vix
impetrasset ut reperato de Limitaneis Dacie exercitu euentum Martis repeterẽ
n Armenia maiore ipse imperator rum duobus equitibus explorauit hostes & cũ
iginti militum superueniens castris hostium subito innumera Persarum agmina
ggressus ad interemptionẽ occidit. Rex Persarum Narseus effugit & uxor eius
& filie capte sunt: maxima pudicitie custodia reseruate. Pro qua admiratione per
e non modo armis Romanos superiores esse confessi sunt: sed etiam Mesopotami
am cũ trantigranis quinq; regionibus reddiderunt: pax facta est: & usq; ad nostrã
memoriam rei. p. utilis perdurauit Constantinus rex dominus extremo vite sue
tempore expeditionem parauit in Persas tot enim orbe pacatis gentibus & recen
ti de Gothis gloriosior victoria multis in Persas descendebat agminibus. Sub cu
ius aduentu Babilonie intantum regna trepidauerunt ut supplex ad legatio occur
reret Persarum facturo'q; se imperata promiserunt Hec tamen pro assiduis erup
tionibus quas sub Constãtino Cesare per orientem tẽptauerat ueniam meruerũt
Constantinus in Persas uario ac difficili pugnauit euentu. preter leues excubanci
um in Limite congressiones acriore acie nouies decertatum est per duces suos sep
ries. Ipse presens bis adfuit ueris ac grauibus pugnis Singarena presente Cõstan
tino ac Segarena Constantiensi quoq; & cum amica capta est Graue sub eo princi
pe res. p. uulnus accepit. Ter autem est a Persis obsessa nisi bis ciuitas sed maiore
suo de trimento dum obsedit hostis affectus est: Narensi autem bello: ubi Narcus
occiditur superiores discessimus nota vero in agro Aliensi prope Siguram pugnã
ubi conscius affuit omnium expeditionum compensatus fuisset euentus si locis &
nocte aduersantibus patcitos serotinã milites ab itẽpestiuo pugnãdi tempore im
perator ipse ad loquendum reuocare potuisset: qui tamen inuicti viribus improui
si aduersus sitim aquarum subsidiis inrumbente iam uespere castra Persarum ag
gressi ruptis munitionibus occupauerunt. Eugatoq; cum a prelio respirantes pre
tentis luminibus inhiarent aque nimbo sagiptatum abruti sunt cum stolide ad di
rigẽdum in se ictus lumina per noctem ipsi accensa preberẽt. Iulianos in externos
hostes ex parte felicitatis pricipi aduersus Persas modus defuit. his cum ingenti
apparatu utpote tocius urbis regnator infesta in Parthos signa commouit instru
ctã rõeatibus classe; per Eufratẽ inuexit: strenuus ĩgress9 multa Persa; oppida
& castella aut suscepit dedita aut manu cepit Cum contra Ethesifontem in Tigri
dis & Eufrati ripa iam misti castra haberet: ludusq; campestres & hostis solitu
dinem demeret & per diem agitasset noctis in medio impositos nauibus milites i
ulteriorem ripam parthis transuebentes qua diffirilis etiam per diem & nullo p
hibente fuisset ascensus: Persas subito terrore miscuerunt: uersisq; agminibus to
tius gentis apertis Ethesifonte portis victor miles intrasset: nisi maior predarum
occasio fuisset q; cura victorie: tanta in adeptus gloriam cum de reditu a comitibus

admoneretur intẽtioni sue magis credidit & ex cutis nauibus cũ transfuga qui
ad se fallendum obiecerat inductus in Eumãdemiam vie cõpendia sectaretur dex
trum iter aduersa tigridis ripa nudato militum latere iter relegens cũ incautius
peragmen erraret excito puluere ereptus e suorũ conspectu ab hostiũ obuio equi
te conto per ilia ictus inguinum tenus uulneratus est. Inter effusionẽ nimii sangui
nis cum suorum ordinem licet Saucius instaurasset cũctantem animã multo suos
allocutus afflauit. Iouinianus prelii superiorem sed tum fusum morte imperatoris
amissi suscepit exercitum cum comeatus deficerent & via in reditu prolixior im
minent Perse Crebris excursibus nunc a fronte nunc a tergo mediorum quoqȝ la
tera incursantes inter agmina morerentur. Consumptis aliquot diebus tanta reue
rentia Romani nominis fuit ut a Persis primo de pace sermo haberetur ac truci cõ
fectus media exercitus fineretur conditionibus quod nunqȝ accidit dispendiosis
Romane. r. p. impositis ut nisi bis & pars Mesopotamie traderetur quibus cupi
dior regni qȝ glorie. Iouinianus imperio rudis acquieuit. Quam magno deinceps
ore tua princeps facta inclite sint personanda: quibus me licet imparẽ dicẽdi nixu
& euo grauior parabo maneãt modo concessa dei nutu cui credis & creditus es nu
mine indulta felicitas ut hec ingens: sicut de Gothis & Babilonibus tibi palma pa
cis accedat gloriosissime princeps Valentiane Auguste.

## Plutarchi Historiographi greci De vita atqȝ gestis Platonis Per guarinum Oratorem eximium Historia In latinum traducta linguagium Incipit.

m

VLTVM DIVO Animo verti Philippe vir doctissi
me humanitatẽ tuam moresqȝ suauissimos: quibus effectũ
est. ut quantum scientia & magnarum rerum cognicione
tantum facilitatis & iuuenili suauitate precellas Eius ge
neris medici sunt quos litterarum parens Homerus inter
alios principatum habere cecinit: vir medicus precio mul
tos equauerit vnus. Quid igitur miri est si carus adeo ac
ceptus ac iocũdus es huic illustri nostro principi subtili ho
minum extimatori & fautori virtutis optimo. Qui quantum gradu & fortuna tã
tum dignitate & sapientia inter mortales antecedit. Tuarum sane rerum cũ alii
permulti tũ uero ipse tibi sum testis nõ infimus quẽ singulari beniuolentia stricta
familiaritate: assidua consuetudine colloquiis intimis tuenda mei meorumqȝ uali
tudine & omni deniqȝ necessitudine tibi deuictum tenes. Cuius quidem rei memo
riam tam iocundam tam honestam atqȝ probabilem siqua ratione perpetuo obserua
re liceat sepius mecum verso sicut egiptiorum artificio & excogitatis quibusdam
odoribus incorrupta teneri corpora potest historie tradit Herodatus. Iam demũ
facile fieri posse intelligo: si litteris quasi premii condimento & fideli rerum gesta
rum custode posteritatis etiam cõmendatione crebrisqȝ sermonibus durare curabi
mus. Itaqȝ cogitanti mihi quid nam hoc potissimum tempore: quo tantis immer
gor occupationibus scribẽdum aggrederer aptissima Platonis persona visa est. In
cuius lectione perinde ac delicatissima degustatione vtriusqȝ recordatio condiret
Eum idcirco potissimum delegi quia cum de illo non nulla disseruisses In eo subur
bano Ferarie proximo cui ob eximiam quandam amenitatem pulchri flori cogno
men inditum est. tibi sum pollicitus me de hominis etate responsurum. Non cõtẽ
tus autem promissa tãtum reddere: ut accumulatius hoc es alienũ tibi psoluerẽ

eius viri genus vitã ac nõnulla diuinis ipsis studiis pertinentia cõiunxi. Hoc pacto
omni ex parte Platonem notum ac familiarem tibi ferero. Claram platonis extitis
se progeniem cunctorum testantur littere seu paternam seu maternam intuearis
originẽ Is Aristone patre Patricio inter Athenienses ciues & Perictiona siue Po
rona insigni certe femina natus est matre maternum genus cũ alii cõplures tũ ve
ro Solon Athicarum legum lator & e septem sapiẽtibus vnus illustrat Drepides
enim Solõis frater Criciam maiorem creat: ab quo Calesteus ortus Criciam mino
rem gignit. Hic vnus ex Triginta fuit: qui rem aliquando Atheniensem guberna
runt. Cricie filius Glauco a quo Carmides Platonis Auunculus & Perictiona ma
ter editi. Perictiona igitur probitate & forma eximia Aristoni matrimonio collo
cata virilis quidem sexus Adimantũ laueonem ac Platonem muliebris aũt Boco
nam peperit: que Eucumedonti spectato viro nupta Speusippi imprimis & hono
rati philosophi mater fuit Futuram Platonis magnitudinem & suauissimã impri
mis eloquẽtiam euidentissima signa predixerunt. Complures grauissimi viri & lo
cupletes sane testes memorie prodiderunt. Aristonem cum Perictione virginita
tem tollere & vim inferre conaretur: diutius uoti factum impotem. Cumq; tamẽ
se reuocaret. Appollinis specie humanã maiorem aspexisse. Quapropter Aristo
nem ab omni Perictione contactu quo ad infantem enixa est prorsus abstinuisse
Hec in omnium Atheniẽsiũ ore fuisse Quoniam mihi hec humanis oculis ludibria
ingerantur. Alius disputandi locus & tempus postulatur. Tener adhuc infans so
pore tenebatur in cunis cum apes non paruam mellis vim dormientis labellis istil
lare sensim annotate semper. Qua quidem re ad prodigiorum interpretes delata
eum fututum procedentibus annis vaticinati sunt cuius ex lingua melle dultior
flueret oratio. Quiescens aliquando Socrates inter genua nouellum cigni pullũ te
nere se existimauit Eumq; natis derepente plumis sublimem euolasse & ipsũ ethe
rem dulci clangore ac suauissimis impleuisse cãtibus postridie cum pater ad Socra
tem preceptis eius & institutione formandum Platonem adduxisset: Viso statim
puello hec illa inquit est auicula cuius ymago nocte proxima mihi per somnũ ob
uersata est. Tam clara futuri Platonis auguria ingenti dehinc euentu minime ca
ruere: seu intelligendi subtilitatem seu disputandi vim seu dicendi dulcedinem cõ
templare. Quas quidem ad res grauissimorũ hominũ testimonia nõ desunt. Quis
enim dubitet Platonem amicissimũ veritatis hominem & eius hominibus exhiben
de promptissimum precipuum esse siue acumine differendi siue eloquendi faculta
te diuina quadam & homerica Multũ enim supra prosam orationem & quã pede
strem greci vocant surgit: ut non hominis ingenio sed quodam delphico ut poeta
diceret videatur oraculo dei instinctus adeo ut quidã latine lingue preclarus auctor
& grece peritissimus Platonis uerba in Romanam ditionem vertere formidarit
Cum ad explicandas eorum pietates & ut ita dicã cõpositionis harmoniã nequaq;
posset Latina oratio aspirare Quod si ex Platonis oratione verbum aliquod demas
mutes ue. & si cõmodissime facias: De elegantia tamẽ partem non paruã sane de
traxeris: Sed hec postea natiuitatis eius tempus quod tibi sum Philippe pollicit9
pluribus insignire modis ronstit unius quo clarius eius viri ortus ad vniuersos p
uenire queat. Natus est igitur Plato septima Thargelionis qui est atheniensium
mensis die Anno ab troie captiuitate septingesimo quinquagesimo sexto. olimpia
de octogesima octaua. Ab urbe vero condita tricentesimo. trigesimo sexto. Post li
beratam cunctis regibus ciuitatem octogesimo sexto Ante saluatoris aduẽtũ qua
drigentesimo vigesimo tercio. Qua & tempestate doctissimi Viri permulti flore
bãt. Ex quibus hi plurimum sermone pdicabanẽ Socrates atheniensis Democritus
abderita, Empedocles Agrigentius. Eudoxus Gnidius Astrologus Hippocrates

Eous medicus Socrates athenienfis Rethor. Herodotus historicus. Euripides
& Sophocles tragici. Diogenes Cinicus Aristophanes comicus alii q3 complures
quorum ea etas ferilis magis ac magis erat. Fama est ipsum in egina progenitum
in phidiadis edibus nobilis eius urbis ciuis: quo tempore redacta in potestatem in
fula athenienfem Aristonem partem vna cum aliis ciuibus deducta colonia eo inha
bitatum miferant ferentibus inde opem lacedemoniis & eiectis Atheniensibus ex
egena Aristo athenas reuer fus est. infanti nomen Aristochi fuisse non nulli fcrip
tum reliquerunt. Quod ab auo ad illum quasi hereditaria quadam fucceffione trās
missum future magnitudinis tantum dedit auspitium ut qui perfectissimā impo
sterum gloriam quod & ipsum nomen significat adepturus esset. Platoni post ea
agnomen inditum ceteri auctores sunt diuerse feruntur cause. quibusdam placet
id illi cognomentum impositum propterea quod cum apud Aristonem argiuū pu
gilum magistrum exercendo corpori & leuandis arte mēbris operam daret robu
stiore ualitudine & amp'iore ceteris condiscipulis humerorum latitudine predit9
huius generis appellationem sit assecutus Greci namq3 Platin latin dicunt. Cuius
rei sicut & aliarum nō ignarus magnus poeta Virgilius Platonem circuito fermo
ne his innuit verbis. atq3 Humeris extantem suspicit altis. Alii in quibus & Nean
tes auctor non ignobilis asserunt eum ob latiorem frontem ac faciem que illi erat
fic uulgo vocatum. Sunt qui ablatissima dicendi facultate & erectiōe copiosa cōre
dant. hoc illi adhibitum fuisse vocabulum Primis litteris sub Dionisio preceptore
imbutus est. Cuius & ipse in eo libro meminit qui amatores inscribit. hoc est era
ste Grata namq3 in hūc hominem amicorum beneficia extitisse uel hinc abunde pa
tet q preceptorum & necessariorum memoriam ne vl'a obscurarz obliuio scriptis
illustrauit suis idq3 pro boni viri officio & institutione maiorum qui ut inquit Sati
rus Preceptorem sancti uoluere parentis esse loco. In ipso enim stati libri primor
dio inquit. Dionisii grāmatici ludum ingressus adolescentes aspexi claris procrea
tos parentibus: qui plurime probitatis pre se ferebant indolem que quidē de ma
gistro dicta honorifice fuisse nullus inficias ibit: cum discipulorū ordoctusq3 mo
destus in preceptoris laudem referatur. Puer adhuc tantam in moribus verecun
diam & in uultu modestiam habuisse traditur: ut ne semel quidem effuse risisse cō
spectus sit. Id in omni etate uehementer dedecora dixerim uel conterraneo meo
Catulo asserente risu soluto nihil ineptius. & arguente non minus Isocrate Risum
incontinentem esse demētis iudicium. Nil pretermisisse Plato visus est quod cor
pus pariter atq3 animum laboribus & philosophie idoneum efficeret. Robur & vi
res sibi ab natura datas eousq3 cura & uincto muniuit artificio: ut in historicorum
celebratione Ii enim sunt frequentia & apparatum magnifici inter athletas decer
tans fortissimi luctatoris & pugilis nomen cum predicatione repoetant. Cui sane
exercitationum generi idcirco prudentissimus sese dedebat adolescens: quia non
solum sibi senatum intelligebat: ortusq3 sui partem amicos partem patriam aliquā
do vendicaturam. Cui hac via si quando uocaret visus se ipsum instruebat. Preci
puam quoq3 pictorie arti curam impendit. que cū ad alia permulta vite visibus ne
cessaria veco nora ad Geometricas figuras ac lineas delignandas nimirum condu
cere potest ad quam ab natura scientiam pronus ferebatur. Quid q pictor solers
& diligens nature mimus & si vocem & orationis ornamentum addideris poeta
germanus est. Poeticam quoq3 miro Complexus est ingenio scripsit primum qui
dem Ditirambos. Postea Cantilenas: demumq3 Tragedia doctorum hominū col
laudatione celebratas pronunciabat suaui & dulci vocis sono. nisi q ad gracilitatē
paulum accessisse dictus Compositam a b se tragediam ante Bachanaliorum specta
culum edocturus erat. Ceterum ut diuina Socratis iformari disciplina ceptus est

Plato + 86

huic vni toto ut aiunt incumbens pectore. poetica cuncta cremenda curauit. hunc
prefatus uersum: Nunc opus est uulcane libens accede Platoni Et recte profectu
nam sicut tenellos annos ludere ac lasciuire decuerat: sic sequens etas alios exegit
mores. ut seua dictu Seuerus ageret. Platonem igitur cum florens adhuc effer-
ueret adolescentia amore irretitum fuisse scribitur: cuius ea: ut poete diceret Po-
tentia est: ut patris summi tela Thypheia temnat & videat celo superos relicto Vul-
tibus falsis habitare terras. stellam nanq; miserie deperiit cuius amor ab ingenii
suauitate atq; elegantia cepit exordium. Stella enim cum precipuo celi contempla-
di motumq; siderum perdiscendi studio teneretur totum sibi Platonis deuinxit
animum. Ipsius in stellam iuuenilia: hec extant Epigramata: Ardentes stellas lu-
cens mea stella tu eris Celum ut fierem te ut multo lumine cernam. Aliud cum vita
excessisset. Stella prius superis fulgebas lucifer at nunc hesperus abfulges ma-
nibus occiduus. Hec atq; alia mollioris etatis carmina progredientibus annis per
inde ac bonis artibus & moribus perniciosa prorsus abiecit. Nam nō ulla magis vi
res industria firmat q̄ uenerem & ceci stimulos auertere amoris: ut poeta inquit
optimus. Idcirco ut se limatum expolitumq; redderet. Dehinc capescende societa
tis doctrine omnem cogitationem studium ac tempus impendit Vigesimum iam
ingressus annum. Interea cum Socrates omnem virtutis laudem in actione po-
neret: Atheniensem philosophum ad honeste vite rationes animare nunq; desinebat
cunctorum vicia insectari & bonos quod liceret ciues facere qua ex re cum mul-
torum & quidem potentum in se conflasset inuidiam. Veritas enim odium parit
inprimis Aniti locupletis & factio si hominis cōtraxit inimicitiam. Qui cum So-
cratis morsus ferre nequiret: Aristophonem doctum quidem comicum: sed homi
nem parum probum induxit: qui comediā cui titulus est. Nebule. scripsit & agen
dam in scena spectandamq; curauit. In ea & alia complura in Socratē & illud fin-
git Socratem nebulas colentem & Atheniensium religioni detractantem Prete
rea mentes iuuenum sic imbuentem. ut parentibus manus inferre pie & officiose
possent Ea res cum vniuersum populum a Socratis caritate auertisset: auribus ab
ipsa adhuc recitacione talentibus. Postridie Socrates in iudicium uocatur integer
rimus atq; innocens sane philosophus. Tres illi accusatores extitere Anitus. Lic-
on & Melitus orationem Polierates sophista composuit: quam ad iudices habuit
Polieuctus capitale minū ex ipsa q adhuc extat accusatione cognoscere licz ea titu
lū habz huiusmodi Melitus Meliti filius Pitheus Socrati Sophronisti filio alopo
teo iura violantur a Socrate: cū quia minime deos existimat: quos a ciuitate existi
mare solere videt: tum quia nouos quosdam deos introducit. Accedit ad iniuriā
q̄ iuuentutem corrumpit pena mors esto Surrexerat ad defensionem preceptoris
plato: hoc pacto Orationem exorsus & si omnibus qui hec ascendere tribunalia iu
nior adsim viri Athenienses tantus est ab iudicibus clamor obiectus & ut descende
ret vociferatio circumfusa: ut cunctis pre timore dicendi ac defendendi facultas
prerepta sit. Itaq; multitudinis inuide ira & furore parcipe iuditio mortis damp
natus est Socrates. Nec multo post dato ei publice veneno in carcere periit Tran
seunt post tam inmane facinus dies non multi cum sciditur incercom studia in cū
traria uulgus ferocq; sui consilii penitens interfectum luget Socratem Sanctitate
& omni virtutis genere venerabilem. publicus meror īclinatur Clause officine de
serta gimnasia distituta theatra. fit denique in urbe insticium. in accusatores impe
tus agitur aliis in exilium abeuntibus & salutem fuga capescētibus. Melius ulti
mo supplicio afficitur. Anicos cū Heraclea se recepisset ab Heracliensibus magna
cum ignominia eiectus est Eius bona fisco adiecta Socrati erea statua Lisippi op9
erecta Longius sum paulo degressus Philippe vir spectatissime cuius huiusmodi

excursiones tibi non iniocundas arbitratus sim. Redeamus igitur. cum Socrates
dato ut superius dixi veneno mortem obisset Plato Cratello & Hermogeni se do
cendū tradidit. Huic quidem Prameuidis Cratello aut Heracliti sectam profitē
ti: nihil studiosus adolescens omisit vnde ad augendam uel ornandam disciplinam
ulla sibi species esset Quamobrem cum utilitatis plurimum ab Epicarmocoo uel
siculo posset assequi: omnia fere transcripsit ab eo: que per ipsius operas diligens
lector inuenit: Nec mirus Sephironis mimographi preceptis uacasse videtur que
per aliorum negligentiā omissa & obliterata primus athenas reuocauit: In eius li
bris lectitādis tantopere delectatus traditur: ut sub mortui puluino repertos esse
constans scriptorum fama sit. Annos postmodum octo & viginti natus Socraticis
secum assumptis: quos discendi cupiditate deriineri nouerat ad Euclidem nobilis
simum ea etate geometriam Megera secessit Id autem opidum florentissimū fue
rat longe ab Athenis milia passuū viginti distans Cuius oriundus erat Euclides
Socratis aliquando discipulus: cui cum aliquamdiu studiosissime uacasset: Cirenē
ea est nobilis Affrice ciuitas finitima Carthagini profectus est vbi Theodorus cla
rissimus ea etate Mathematicus frequenti fama celebrat̄ Inde factus doctor ī ita
liam nauigans ad archithā Tatentinum sese contulit: ut ab eo insigni tūc philoso
pho doctrinarum aliquid hauriret: ab illo digressus ad Philolaum Timeū & Euri
tum ad locos pergit pithagorice p̄ceptionis gratia capessende. Eo ex loco ī egip
tū trāsmittens ab sacerdotibus memphiticisq; uatibus siderū ortus cursus obitus
uariasq; potestates ac rez diuinaz occulta numerorūq; insuper & mensuraz ratio
nes accepit. Sūt qui credant & hi quidem hoīes grauissimi hoc tēpore & hoc in lo
co Platonem ea que a prophetis nostris predicta fuerāt: īterptete aliquo depre
hendisse: ac veri dei cognitionem delibasse. Huius itineris comitē habuit. Euripi
dem qui cū in aduersam valitudinē incidisset: ex maris aqua sūpto remedio sacer
dotum cura & diligentia pristine est restitutus incolumitati: Qua propter Euri
pidem dixisse ferunt: mare cūcta mortaliū mala prorsus abluit ueteq; sicut Home
rus inquit vniuersos egypti indigenas prestantes esse medicos. Egipto peragrata
dum regionis sitū naturamq; ac implicitas Nili ripas ortus incremēta contēplatur
ac percipit. ut vndiq; collecta tantarū artiū & doctrinarū studia perinde ac merca
tor copiosus in patriam reportās rursū in omnē terrarū orbem liberaliter imperti
ret disseminaretq;. Athenas redire instituit Audierat apud persas esse viros insig
nes: quos magos īdigene vocāt hi reb9 diuinis operā ac studiū exhibēt. in suscipiē
dis votis: in reddēdis sacrificiis in placādis diis ritus atq; leges edocētes: & illorū
naturā ac generacoz explicātes de industria de pietate & humando atq; aliis per
multis disputātes ad illos penetrare Platoni mens erat. Verū flagrātib9 p eas re
giones bellis cōsiliū reuocauit Erat nō pcul ab Athenaz urbe suburbanū nobile in
ter arbusta positū: quod veteres Athice terre habitatores heradamiā: posteriores
mutata cū asperacōe littera ab accidemo heroe puetusto achademiā appellitaue
re hoc ad exercēdas artes cōmuicādasq; doctrinas Plato diligit: nō tā salubritate
q̄ solitudiēz secessuq; cōspicuū quippe cū locoz ameitates saluberq; & hilaris aeris
aspect9 ad lasciuiā magis īuitet & attencōres mētis vires soluat cogitacōēq; foras
euocet Quocirca nō illepide qui nostros oculos totā luxuriā esse dixit. In achade
mia cū docēs tū scribēs cōplures exegit ānos ab qua & ips9 secta appellacōm acha
demice sortita est aptissimā igit̄ discere uolētib9 rēperiē faciēs ex diuersis ueluti
mēbris philosophādi corp9 cōcinnauit Nā que ad sensuū racōz ptineāt ad Herach
ti ephesum p̄cepta cōferebat. Que vero intelligendi contēplacōe cōstarēt ad Pita
gore: que autem ciuilium rerum disputationem affectarent morumq; formulaz &
hominum institutionem: ex Socratis fontibus hauriebat. Alios autem disciplinas

Lato

+ 8 7

opiniones que passim inserens ad studiorum ueritatem & discendã & doeendam
quanta illum tenuerit auditas: & alia permulta testantẽ. Et illud non parum: q̄ in
rei familiaris angustia tres phitagorice secte libros a Philolao Crotomata uel ut
alii tradunt ab eius necessariis minis centum marcatus est quia quidẽ pecunia nõ
parum ad usus domesticos idigebat fuerat autem Philolaus hereseos Pitagorice
philosophus qui de Pitagoricis primus naturalia edidit Ex tribus his quos dicu
libris cõplura a Platone in suum Transscripsisse Thimeum dicit hermippus. Sũt
qui dicunt eã argẽti sumere ab platone Dione siracusano persolutam datis ad eum
a Platone epistolis. Cui litterarũ necessitudine & philosophãdi similitudine arctis
sime deuinctus erat Et quoniam ad eius hominis studia & artes aperiendas disci-
pulorum & librorum ab se compilatorum numerus pertinet & studiosis voluptatẽ
afferre potest eos etiam quasi testes produramus: quorum primus Speuseppus
esto Nam & genere illi proprior extitit: & magisterii successor & Platonici dog-
matis assertor: post illius mortem annos octo Xenocrates Calecdomius qui mor-
tuo Speusippo schole prefectus est annos quinq̄ & viginti Aristotiles stagirita nã
& alios septem Aristotelis nomine appellatos inuenio: quos enumerare non erit in
iocundũ Fertur enim Aristoteles quidem in Atheniẽsium re. p. insigniter obuer-
satus. Cuius habite in foro complures extant orationes dicendi gratia & suaui-
tate referte. Alter qui in yliadem Homeri exponendam diligentiam impendit &
operam Tercius Siculus dicendi magister: qui aduersus Panagiricam Isocratis
orationem scripsit Quartus cognomenm fabula Eschini Socratico perquã familia
ris Charus. Quintus cireneus qui de arte poetica librum edidit Sextus ludi pu-
gilum magister non inceliber Septimus haud clarus admodum qui de pleonasme
libellum composuit Redeamus ad Platonis discipulos Philippus Opũtius Hestie
us Perintheus. Dion Siracusanus Anuelus. heracliensis. Erastus & Coristus am
bo stepsii. Timolaus Cigitenus. Euchon Lampsacenus Piton & Heraclites uterq̄
natione Eneus. Hippotales & Calippus & Demosthenes orator athenienses. Ce-
terum eum Demosthenes postea Calistratum nobilem Athenis Oratorem vidiss&
omisso Platone illi deinceps adhesit. Teophratum quoq̄ Lebium Platonis audi-
torem fuisse quidam asserunt. Sed & mulieres sub eo philosophie uacasse certum
est: Laschenian scilicet ex Mantinea & Axeotheam Philiasiam: quam & virilem
habitum induisse dicũt. Fuerunt & alii quos referre longa & ingrata mora esset
Dehinc de operibus a Platone editis & uarie copioseq̄ compilatis breui perstriga
mus: ut probis quidem calcar: Ignauis autem rubor incuciatur Cum videant tãtũ
philosophum inter tot peregrinationes Itinera: cursusq̄ Maritimos dum litteras
quasi toto fugientes urbe persecutus mauult uerecunde discere quam impudentẽ
docere: tot ac tanta uolumina conscripsisse & imortalitate digna posteritati legas
se. De his illud predixisse licet omnia ferme que grauius accuratiusq̄ disputanda
fuerant: seriaq̄ agitanda in Dialogorũ forma conscripta fuisse. & recte sane. ei eni
que eiusmodi colloquendi ratione tractantur: introductus pro dignitate personis
apertius disputantur: & uehementius imprimuntur: quasi res ipse non audire sed
geri & coram explicari credantur. Nam certior aure arbiter est oculus ut inquit
Flacbus effigendorum autẽ Dialogorum auctorem primum fuisse cenonem Elea-
theni affirmant quidã uerum aristotiles in primo de poetis libro cui & Fauorinus
consentit alexamenum Scireum aut tenim primũ in eo genere scripsisse dicit Ve-
rum enim vero ut cumq̄ res se habeat Plato precipuam ei rei polirius exponendi
curam & studium adhibuit: ut cum de bonis artibus ad disciplinam & vire institu
tionem interrogatio & tempestiua deinde facta sit responsio: earũ personarũ quas
introducit proprium decorũ ex parte humano deprehendi possunt ingenio diuina

presertī adspirante ope. Vnde & plurima nostrā est assecuta cognicio. Cumq; Pla
to cerneret quantum lucis & gracie cognoscēdis rebus afferret adhibita comode
oportoneq; particio non solum ad claritatem verum etiam & ad facilitatem: abso
lute nimirum cuncta partitus est. ut verbi causa Platonica est illa particio. Bonoꝝ
quedam animi quedam corporis: quedam rerum externarū animi que capesserēt
virtutis essent eaq; ab eo in naturam moresq; diuidebatur. Nature celeritatem ad
discendum retinendumq; memoriam dabat: quorum utrumq; mentis esset propri
um & ingenii Morum studia & consuetudinem iusticie fortitudini modestie pru
dentie applicabat corporis bona assignabat pulcbritudinem celeritatem ualitudi
nem robur: exteriora bona ponebat fortunatā & amplissimam patriam: diuicias
opes claram familiam: amicos que & si eius generis essent: ut virtus per se ad feli
citatem adipiscendam sine illis ualeret: tamen ut instrumenta adhiberi virtuti de
corporeis externisq; dico. Amicitiarum: tria genera dicere ex platonica diuisione
est. Nā aut naturales aut equales aut hospitales esse Naturales que sanguis uincu
lo nobiscum nascuntur ut parentum filiorum fratrum cōsanguineorumq; Equales
gignit consuetudo viteq; societas accedente presertim morū similitudine nulla ge
neris propinquitate quales Pilades & Horestes. Scipio & Lelius. Hospites maxi
me comitatus creat epistole & mutua inter absentes officia. Duo quoq; rerū prin
cipia constituebat. deū scilicet: atq; Hilen: ex qua elementa quatuor deriuarentur
ignis aer aqua terra ex quibus mundus ipse constaret. & que in mundo Sed quid
ago superuacue negationis homo? qui ea que sunt a Platone aut excogitata aut or
natus digesta percurro Cum ea & latinis litteris illustrata sint: & tibi diligentis
sime cognita. Itaq; ne noctua Athenas aut sus mineruam ut in prouerbio est: Hec
omittens de illius vita quod succurret absoluam. Cum virtutis laudem in actione
constare intelligeret: idq; predicaret: cuius studio insudarat sepius de se in patri
am in amicos: in hominum genus periculum fecit Belligerantibus siquidem athe
nis ter in militiam profectus est Primum in eo prelio quod in Tanagra commissū
fuit fortiter dimicasse conspectus est. Is aūt in agro thebano celeber vicus fuerat
Deinde Chorinthos Tercio in Delios adeo strenui bellatoris nauauit operam: ut
fama cum laude per omniū ora uolaret imprimis. Quid in familiares: Cabrie for
tissimo eius etatis duci Cobrilus accusator improbus diem dixerat. & capitis iudi
cium intentauerit Quo circa cum ab reliquis destitutus ciuibus metu periculi &
magnitodine in arcem ascenderet solus Plato officii conscientia munitus: forti &
nusq; remisse subsecutus animo hominem defensurus & utilem patrie ciuē semp
adfuit. Cui cum calumniator Crobilus ut eū a patrocinio deterreret minitans dix
isset aliis defensionem prestatorus aduētas ignorans: q te quoq; Socratis venenū
expectat: Ei Plato ingenue quidem nihilq; retardatus respondit olim Crobile cū
patrie dignitati militabā in tollerandis periculis nichilo segnis eram nunc hec offi
cio & amici salute licet ferrū ac venena mineris & ignem nullum recuso discrimē
hic in amicis conseruandis Platonis constantia. Quid illa in Xenocratem & firmi
tas moderatio cum ex condiscipulis instigaretur quidem inuidia. Xenocratē adeo
Platoni gratum acceptumq; esse: ut in eum conflaret inimicitiam: tale aliquid cō
mentus est. Multa in Platone Xenocratis maledicta renuntiauit. Plato medio ser
mone criminationem respuens obaudit: instat obtrectator multus seueritate cri
minum affirmans denique deos omnes ac deas abtestans Plato ut ab eius sese perti
natia solueret: esto inquit: Sed ea Xenocrates & grauitate pollet: ut nisi sic expe
dire iudicasset: dicturus ea nunquam fuisset. Quo facto ab tam importuno conui
ciatore se liberauit. & omnē abscindende familiaritatis spem ademit Sciebat enī
sacrum illud amicitie nomē sero quidē sumendū esse Verū vbi semel est assumptū

speciem non conuenire: sed omnium prorsus ratione tutandū Platonem ter in Si-
ciliam nauigasse comperio. Nam primo eius nauigatio fuit ad spectandam insulā
& Crateras qui scatebrarum locus esse dicitur: quo tempore Dionisius senior her
mocritis filius obpressa Siracusanorum libertate Tirānidem exercebat. Cartagi-
nensibus Namq; Siciliam inuadentibus & uastitatem simul & libertatis omissio-
nem minitantibus: siculi Dyonisium cuius illustre in re bellica ea tēpestate nomē
erat: rerum sūme prefecerant. ut ab iminenti clade Siciliam tutaretur. Repulso
autem hoste Dionisius inuadende dominationis occasionem nactus tirannidē oc-
cuparat quiq; in virtute iam effecerat ne grecorum oppida barbaris seruirēt ex pa
tre & benefactore immanem sese dominū Tirānumq; reddiderat. Is igitur cū om-
nium conatu ac necessitate Platonem adegit: ut in colloquiū ueniret Quoquidem
in sermone Plato edissere cepit Tirannide principatuq; legitimo: Quantum huic
laudis & beniuolentie tantum illi vituperationis atq; simultatis inesse. hunc vtilē
ac bonum illam damnosam inhonestamq;: ut illa vi aparetur: hic uero virtuti cōfe
retur Ea vox mirum inmodum Tirāni mentem offendit: indignatus itaq; Dioni
sius tua inquit senile nescio quid sapit oratio Cui Plato certe ait tua vero Tiranni
cum. Quare instigatus Dionisius ut Platonem occideret agitabat. quod Dionis
& Aristomenis precibus vix reuocatus esset: profecto fecisset. Erat autem Dion
nisi Dionisio affinitate coniunctus Eius siquidem soror Aristomacha Hipparino
patre primario inter Siracusanos viro progenita Dionisio nupserat. hic ille hippa
rinus est: quem initio collegam rei bellice Dionisio crearant: ut antea iam tactum
est. At enim Polidi Lacedemonio qui per id tempus apud Dionisiū ciuitatis sue
nomine legatione fungebatur exhibuit ut in greciā rediens Platone venundaret
Polis Eginam adnauigans illum vendendum exposuit. Qua in re in capitis discri
men incidit. Lata erat eo tempore e lex apud eginas: qua cauebatur ne quis Athe
niensis eginam adiret. Adeunti vero in dicta causa tam capitale suplicium impen
dere. Instabat ipse Legis ferēde auctor. Charmander Charmādride F. quo legem
morte sanciret. Quod occidisset: nisi presens quidem tantam rem tan q̄ horrendā
ioco soluisset. Nam cum lex de Atheniensibus hominibus nominatim expressa sit
hic philosophus est inquit Quocirco moto inter presentes risu Platonē metu mor
tis absoluendum censerunt. Non nulli Platonem in ipsam contionē adductū fuisse
scribunt in quē coniecti vniuersorum oculi hominis gestum obseruabant: & quasi
missum e celo deum contemplabantur. At ille quidē uerbo ne emisso immoto cor
pore inmutatoq; uultu utrāq; sententiam constanter expectabat ut sicut secunda
non magnopere sperare videretur: ita & aduersa maximo ac fortissimo paratus &
armatus animo excepturus. Tantum ualebat philosophie ratio & optima factorū
consiliorumq; conscientia. Demum timore necis absolutus urgente Charmandri
crudelitate intra mancipiorum deducitur locum. Et publico decreto uolentibus
emendi potestas fit. Annicerus Cirenus. qui tunc forte Eginam aduenerat eū mi-
nis. xx. aut quēadmodū alii tradunt triginta mercatus e vinculis liberatū eduxit
Mox honesto comitatu ad suos remisit athenas. qui confestim ad Anicerum remit
tendum argentum curauere Vel sicut quidā scripsere: Dion Siracusanus eius re-
munerandi auctor fuit At ille repudiato prorsus argento quia maiore summa in
Platonem liberalitatem exercendam esse diceret Comparato in achademia ortulo
Platonem donauit. Nec vero ab tam celebrato ludibrio Polidum inultum esse for
tuna uoluit. Namq; Polin collato apud Elicem Marte: Is aūt Archadie locus est
ab Chabria Imperatore nobili & Platoni perquā familiari superatum & mari ob
rutum plerique scriptores affirmant Nec ipse Dionisius tāte cōscius ignominie quie
te esse animo poterat: que longe turpiores illi maculas & eternum dedecus iuuebat:

Ad eum igitur eum iam liberatum in patriam reuertisse accepisset litteras dedit
quibus ne de se malediceret obsecrabat. Et plato statim rescribere tantum sibi ab
Achademia sui ocii nec esse nec fore ut uel minima Dionisii recordatio cogitatioq;
subiret Dionisio maiore defuncto ad filium eiusdem nominis adolescentem rerum
potitum omnium Plato se contulit: frequentissima & ipsius Dionisio & Dyonis
inuitatu. Dion enim preter affinitatē intima familiaritate atq; consuetudine Dio
nisio coniunctus erat nam cum Dionisius pater duas vno tempore vxores baberet
Locridem videlicet & sororē Dionis Aristomacbam Dionisio filio ex Locride ge
nito Sopbrosina aristomacbe filia nupserat Dioni arepta sibi ex sorore nepris utro
q; igitur perinde ac consiliarium Platonem inuocante: eo profectus est: eo proposi-
to ut ab Dionisio ciuitatum italicarum Siculorumq; sibi subiectarum libertatē ex
oraret: quo pbilosopbie laudes & dignitatem non verbis tantū aut disputationibꝫ
sed re ipsa & actione apud omne bominum genus compararet. Ipse enim Tirānus
cū eius magna rei spem dedisset: promissa tandem efficit inania. & venientem fru
stratus est Qua quidē in re Plato vite discrimen adiit: q; in suspitionem Tirāno ue
nit ab se Dionem ac Teodotam inductos: qui pro insule ac ciuitatum italicarū li-
bertate rebus nouandis studere ut & abreptum Dionisio dominatum sibi uendica
rent tantum inualuerant calumniatores ac perditi bomines: quibus cum Dionisi
us conuiuebat ut Dione preclaro in primis bomine & optimo sane cōsiliario ī gre
ciam ignominiosos ab rei.p. gubernatione reiecto. Platoni pestiferas ordirent insi
dias Rumor certe increbuerat trucidatum ab Dionisio fuisse Platonē. Quem tū
ita retinere machinatus est Dionisius ut omni comitatis genere & blandimentis
consolaretur. eumq; consuetudine intima & consiliorum cōmunicacōne cōplecte
retur: ut nulla in re Dionis in Patone studio credere videret. interī pbilosopbie
eo docente operam dare non omittebat Demum ea conditione discessisse creditus
est ut finito bello que tunc Dionisius implicabatur vna cum Dione Plato remearꝫ
Tertiam aduentus causam in Siciliam Platoni banc fuisse liquet ut Dionem ami
cum eius & principiū & litterario vinculo cōiunctissimum Dionisio conciliaret: in
ter quos nō mediocres simultates ardere ceperant. Eum autem Dionisius primū
quidem frequentibus litteris alliciebat Multa de Dionis reditu in Siciliā & bo-
nis mox ei restituendis pollicitus. Deinde cum Plato bominis inconstātie & soda
lium insidiis fidei parum babens negaret: tandem flagitantibus amicis & Dione
inprimis: & Archita per epistolam vebementius urgente ab Siracusis missa tri-
remi Tertiam tamen ingressus est nauigationē, bonorifico admodū comitatu cū
aliorum nobilium cum vero Arcbidami illustris viri & arcbite amantissimū Quaꝫ
quidem ad rem componendam cū omnē frustra cogitationem & conatum adbibu
isset: dolis & simulata bonarum artium & studiorum cupiditate deceptus ut diu
narat: Tentaturus tamen mansit Interia Tiranno calumniis multis Platonem cir
cumueniente: & eum cum inimicis conspirare insimulante: id autem impositum fal
so crimen erat sibi mala multa risui cognouit: proinde ut se ab imminēti procella ser
uaret clam Tarentinum nuntiauit in quibus vite periculis agitaretur. idubi ad
Arcbitam Taretinum Pictagoricee secte pbilosopbum perlatum est exorare per
epistolam legatoq; Dionisium statuit: apud quem pro mutua beniuo'ētia Arcbi-
tas plurima pollebat auctoritate. Cuius quidē epistole boc extat exemplū Arcbi
tas Dionisio salutem. Vniuersi qui Platonem precipua cōplectuntur amicitia La-
miscum atq; Pboeidam ut virum reciperet ad te misimus Sic autem ex cōfesso cō
positoq; pepigimus recte vero & pro officio facies si sedulitates & studia memoria
reuocaueris: quibus ab nobis omnibus etiam atq; etiam cōtendebas: ut Platonem
ad te proficisci faceremus petebasq; ut pro eo ad te incitando cū alia: tū vero tutū

ae securum eius fore aditum recipere mus: siue manere siue cursum repetere insti-
tueret. Memineris & illud quod eius aduẽtum quem eo tempore tãta caritate tã
toq; amore prosequebaris plurimi faciebas quãti eorom quibus cũ obuersarius fa-
cere videbare neminem q̃ si quid asperitatis interuenit humano more faciendum
est. Curandumq; ut virum omnis expertẽ detrimenti nobis illesum restiroas hoc
cum feceris pro equitate gesseris: & gratissimũ nobis feceris. hanc ut Dionisius
accepit epistolam & si complures necandum esse contenderent Platonem abunde
supr editato comitatu abire premisit. & hoc pacto re infecta ut presagierat reuer
tit in greciam mirati plerosq; & eos quidem graues viros arbitror Quamobrem
Plato quem mirifice rei. p. tenebat amor & eius gubernande non paruũ trahe-
bat desiderium: administrandorum officiorum patrieq; consulendi curam abiecisse
visus sit. Verum enimuero eum is singularem patrie caritatem pre se ferret inanẽ
sui futuram operam animaduertit: quia iam alienis ab institutiõe sua legibus &
irreuocando ferme ritu ciuitas ipsa consenuerat & alia consuetudine populus affir
matus ĩdurauerat: interea cum Archades & thebani ad deducendos Megalopoli
colones & frequentes habitatores enixe conspirarent: Platonem per legatos abse-
crarunt ut eo pergeret eam moribus ordinaturus & legibus. Quod cum illos ab
equalitate abhorrentes cognouisset facere neglexit idq; iure quidẽ ac merito. Nã
quis medicus est modo mentis compos sit: qui rebelli & nullis audienti preceptis
egroto sanitatis leges indixit. Idem & in Cireneos sensisse visus est. qui cum omni
diuitiarum genere & deliciis affluentes Platonem ad sue ciuitatis institutionem
accersserent: hoc ab eo responsum retulerunt Difficilimum est inquit Cireni ciues
amplissima fortuna dissolutos legibus continere. Grauiter quidem & mature ut
assolebat. mirifica namq; in eius verbis factisq; comitate condita grauitas inerat
idq; cum reliqua illius vita declarat scripta q̃ innumerabilia cum vero quidã acute
ac prudenter ab eo uel dicta uel responsa. Ex quibus nonnulli interseruisse iocũdũ
extiterit. Mirari se plerumq; dicebat q̃ cum iuuenes cura & artificio similes ho-
minum bestias efficerent: non id potius curarent: ne bestiarũ similes homines eua-
derent. Philedono cuipiam Platonem carpenti q̃ non minus in discendo q̃ in doce
do studiosus ac sedulus esset: & quoad discipulus esse uellet interroganti. quoad
inquit meliorem atq; peritiorem esse me non penitebit Demodeto de filioli erudi
tione consultanti qualis Marbustulas plantandas & formandas talis & in liberos
gignendos instituendosq; cura esse debet inquit. hic labor illic uoluptas. Cauen-
dum autem ne in illo sopiti in hac vero plus quã vigiles esse videamur Percontã
tibus quibusdam quenam possessionum genera filiis comparanda prestarent. Ea
dixit que non grandinem nõ uim nõ ipsum denuq; Iouem extimescerent erat inter
discipulos eius Lautus nimium & curande cuti operosus adolescens: Quem subri-
dens Plato rogauit: quousq; tibi carcerem edificare perges. Ad iuuenes quos ad
beate viuendum animare nunq; destinebat crebro dicere solebat: ocio labores ante
ponite ni rubiginem splendori prestare putatis. Conspicatus adolescentem talorũ
ludo propensius intentum acerbius increpauit. At ille ut sese purgaret: pro pusil-
lis ait ludum habeo Cui Plato pusillum quidem nunc est. Ceterum mox vehemen
tissimuũ scies erit Ex eo quispiam interrogabat nunquid sua quemadmodum &
maiorom futura essent commentaria Respondit: primo quidem comparandi no-
minis habenda ratio est deinde multa obuenient. Xenocrates ad eũ salutandi gra
tia venerat: cum Plato ob deprehensum in delicto grauiore seruulum iraros excã
duerat Cui Plato hunc plagis dixit affige: id ego ne faciam impedimento ira est
Alio subinde tempore in alterum delinquentem quoq; seruulum: Ni tibi iratus esse
ait pro tuis depexus esses merius Ebrius pariter & iratis pcipere & consiliũ dare

non fuerat :ut in speculo uultus intuerentur: quo tanq̄ per oris deformitatem
ea vicia fugitarent. Summum diuturniorem crebro detestabatur: ut malaꝝ illece
brarum delictorumq̄ parentem: & morti perquam similem Amico reliquendi ad
posteros nominis anxio uel in amicis uel inimicis tui recordationem uisere dixit
Familiaris quidam Platonis doctus sane homo eum orabat ut sibi aures paulisper
accommodaret libellum ab se editum lecturo Rogatus subinde a Platone quenam
libri esset inscriptio: Respondit contradicendum nō esse Cui Plato cur igitur hoc
ipse factitas. Leo genere ac opibus nobilis magis q̄ clarus Athenis adolescens ma
gnas & immodestas in senatu uociferationes habuerat quo cum is in cetu carpere
tur: Plato dixit hoc est vere Leonem esse Xenocratem Calcidonium adolescentē
adhuc sub platone philosophie instituta capescentem cum in reliqua vita nimis au
sterum cum tristem semper in uultu seueritatem preseferentem sepe commonefa
cere solebat : ut gratis sacra ferret: illud videlicet significans ut quantum nature
defectus & acerbitas demeret tantum industrie diligentia & grata comitatis ele
gantia cōciliaret Plato quoq̄ tardiusculū ingenio Xenocratē solertissimo & accu
tissimo cōferēs Aristoteli scitū illud vsurpabat: hic quidē calcari hic aūt freno in
diget Tam & si hoc ab illo deq̄ aliis diuulgari dictū soleat de vtroq̄ illud & P a
tonis dictum extat preceptoris in discipulos: huic qualem equū: qualemq̄ asinum
iungendos assumpsi. Dionem Siracusanum reliquis in rebus magnum ac doctissi
mum hominem ceterum in suo conuictu duriorem ut ad viam suetiores mores re
uocaret agebat preuicatia non vrbium sed siluarū solitudinisq̄ sodalis. cum iuuen
tutem ad beate vite rationes intenderet cum alia permulta tum vero illud usu fre
quenter tenebat contrariam virtutis ac voluptatis naturam animaduerterent hu
ius enim momentanee dulcedini perpetuam penitentiam dolores & cruciatus affi
gi illi contra post breues dolores eternas post mortem etiam delectationes adiūgi
Xenocrates cuius durior vita & mos nimium rigidus censebatur: quiddam ame
nū ac risu accipiendū protulerat. Quo circa mirantibus condiscipulis Plato Quid
miramini dixit? Num inter carduos & orticas lilia plerumq̄ ac rosas enasci cerni
tis de amatore facete iocans Animus est inquit suo quidem in corpore moriens in
alieno autem uiuens obtrectatoribus quibusdam Platonem ab Dionisio derelictū
obiectantibus Respondit ymmo uero a Platone Dionisiū Interrogatus quidnam
inter peritū & imperitū interesset? quod inter medicū egrotūq̄ respōdit. Pricipi
bus nullū pstantius prediorū genus esse dicebat: q̄ eorū familiaritates hominum
qui cauponari nescirent . potentatui perutilē ac necessariā esse sapientiam ut in illo
quidē corpus in hac vero aīm constare liqueret Dioni eius hospiti discipulo & ami
co libertati patrie & amplitudini dies noctesq̄ studenti prudens illud instillabat
quod ad consequēdā reꝝ p. beatitudinē magis magisq̄ conduceret Sicut aīm pri
mo: corpus secundo pecuniā tercio loco sapientes viri ponerent: ita & leges ipe pa
riter & cōsuetudo virtutē animi priore dignitatis gradu cū corpis uires virtuti
obediētes Tercio demū honoris ordine pecuniā uirtutis corpisq̄ ministrā collocare
deberēt Quā salubre & illud ē beatissimas fore res p. si qui eaꝝ gubernacōi pessēt
aut sapiētia prediti venissent: aut sapiētie studio tenerent Nec parū hoc quoq̄ salu
tare cū reliquis mortalibꝰ tū adolescentibꝰ qui ad litteraꝝ & bonaꝝ artiū studia &
nominis ꝓpagacōm anhelāt improbare enim bis in die fieri saturū. & nūq̄ noctur
no tempore iacere solum. Nec duo si surdo precepta non sint q̄ late ad corporis &
animi vires substinendas pateant: facile intelligeret. finis nō erit si ab illo uel sapi
enter uel comiter dicta colligere uoluero: que in eius scriptis sicuti stelle relucēt
Cetecum exoratus sis amplissime vir Philippe ut iste pauculis contentus sis que
sicuti lectorem fastidio non grauant: ita & iocunditatem varietate afferre queant

Agamus & reliqua. Cum omnem ferme Platonis vitē studiosi magnis tollē incēdū laudibus illud plerique mirantur: illos inter tot Socratis sectatores ab eo memorie cōmendatos ne minimā quidem Xenophontis mentionem nominatim fecisse eius condiscipuli & doctissimi hominis imprimisque dulcissimi adeo ut uulgo musa diceretur actica quod & pariter ab Xenophonte factitatum est qui Platonem expressum in tot conscriptis ab eo uoluminibus ne semel quidem attigit Emulationes tñ inter eos signa extant que rectius re voluntas minime sincera ut multi putant an laudis certamen & gloria ut sapientissimus philosophus & modestissimus homo preceptor meus Crisoloras iudicabat magni viri viderint Ceterum Xenophon ut operis illius incliti quod de optimo statu rei. p. ciuitatisque administrande a Platone scriptum est Duos vero libros lectitauit qui primi ī uulgus exierant opposuit cōtra mirūmodum: extollens regie ad ministrationis genus. quod Ciri disciplina uel infantia hoc est pedia inscribitur. itaque volumen octo libris non tam ad historie fidem ꝙ optimi regis institutionem absoluit. Quo facto usque adeo permotus est Plato ut in libro quē de legibus scripsit: retractandi eius operis gratia Cirū persarum regem strenuum quidem hominem sed imperium fuisse dixerit. Rursū Xenophon in tertio commentariorum libro/quos de Socratis dictis factisque cōposuit & in Epologia mentiri eos & ineptirie asserit: qui Socratem de celi natureque racōnibus occultis disputantem introducūt. Eum enim tantū de moribus & de rebus ad bene beateque uiuendum dissertare solitum: quibus quidem in uerbis Platonem momordit. Vterque etiam Socrates defensionem idest apologiam scripsit. Sūt qui simultates quoque inter Esthinē Socrati familiarissimū & carissimum Platonemque intercessisse ferant quarū causa motū quibus Platonem eas dissimulasse rationes Esthines Socratem in uincula coniectum ad capessendā fugam re vera exhortatus Omnem aūt Critoni sermonem eius tribuisse: ne scilicet ipsius nomen posteritati cōmendaret: aut scriptis nobilitaret suis Aristipū etiam celebris fame philosophū natione Cireneū ī Platonē in inimicitia excāduisse tradit: adeo ut Plato pulcherrimum illud de animorum immortalitate volumen conscribens & cū ab suis morsibus intactum nō omiserit: ꝙ Socrati morienti non interfuerit. Cum egineaut ꝓgul abesset. huius generis dissessiones ut ante dixi o Diane an emulationes ex laudis studio & auiditate manantes appellari debeant sententiam proferre non audeo cum variis agitari opiniones videam Reliquū est Philippe vir ornatissime: ut de eius morte dicam Sed ut pictores solent ad distinguēdas aliqua varietate particulas prius in sertis ornamentis superiorem vitam inaurabo: & quantus bonos Platoni dignitas & gloria redita sit expondituro mihi oro benignas aures accomoda Taceo ꝙ orator maximus denique philosophus eximius magnificis eum adeo verbis exornauit: & principū attribuit: ut cum omnibus Aristotelem ingenio & diligentia anteponeret: interiecit Platonem meum semper excipio. At enim Augustinus cū omnium doctrinarum ubertate redundans: tum veru litterarum sacrarum pugil inuictus Platonem eiusque sectatores predicat: & vere ut dicitur in celum extollit tanque verissimos dei viteque beate cognitores atque magistros Elegimus enim inquit Platonicos omnium philosophorum merito nobilissimos: propterea quia sapere potuerunt immortalem ac rationalem uel intellectuā hominis animam: nisi participato illius dei lumine a quo & ipsa & mundus factus est beatam esse nō posse: ita illud quod omnes homines appetunt idest vitam beatam quemque istorum assecuturum negant. qui non illi optimo qui est incōmunicabilis deus puritate casti amoris adheserit. Vides excellentissime & vir & medice Philippe & cristiane homo quantus ad dei cognitionem veramque felicitatē adipiscendam dux habitus est Plato. eius hominis auditio: qui & acumine ingenii & magnarum rerum scientia &

vite sanctitate humana diuinaq; prospexerit. Nec minus quod sequit illustris ho-
minis & gloriam aperit. inter Socratis discipulos non quidem immerito excel'en
tissima fama claruit:qui omnino ceteros obscuraret Plato: qui cum esset Athen-
tissima fama claruit:qui omnino ceteros obscuraret Plato & ingenio mirabili longe suos condiscipulos an
ensis honesto apud suos loco natus & ingenio mirabili longe suos condiscipulos an
teiret: parum tamen putans perficiende philosophie sufficere seipsum ac Socrati
cam disciplinam: quã longe lateq; potuit peregrĩatus est quaq; versum eum aliq
nobilitate scientie percipiende fama rapiebat. & in egipto edidicit quecumq; illic
magna habebat. hic ipse Plato dei vnius veri optimi imitatorem cognitatorẽ ama
torem dixit esse sapientem: cuius participatione fit beatus. huic igitur sectatori-
bus p suis: qui verum deum & verũ auctorem & veritatis illustratorem & beati-
tudinis largitorem esse dixerunt. reliqui cedunt philosophi: qui corporalia nature
prĩcipia corpori deditis mẽtibus opinari sũt ut thales Millesius in humore Anaxi
menes in aere Stoici in igne Epicurus in athomis: Quod cum Aristoteles Plato-
nis discipulus vir excellentis ingenii & eloquio Platoni quidem impar sed multos
facile superans sectam peripateticam condidisset: nobilissimi tamẽ philosophi ut
idẽ affirmat Augustinus noluerint se dici peripateticos aut achademicos. sed Pla-
to meus adeo cognicõi veri dei & rez omnium creatori proxime accessisse visus ẽ
ut illud Geneseos initiũ in Platonis libro deprehenderit In principio creauit deus
celum & terrã: terra aũt inuisibilis & inconposita & tenebre erant super abissum
spiritus domini ferebatur super aquas. Quod cum apud nostros idest vnius &
eterni dei cultores Platonem tanto in honore ac tanti fieri cernamus: quidnã mi-
rum est illum apud suas singulari quodãmodo zelo venerari: & eximia dignitate
haberi solitũ. Qua quidẽ in re paucula velut testimonia satis erit actigisse Cuius
non mediocriter illa in Siliciam honorata profectõ est. allatis ab Dionisio iuniore
pariter & italicorum philosophorũ ordine litteris & legatis triremis ornatissima
& grauium & doctissimorum hominũ nobiliumq; ciuiũ apparata comitatu eũ sira
cusas transportauit. Qui vbi lictus actigit: quasi missa e celo felicitate passim occur
sus habiti: & passim acta leticia. Inde descendentem currus regio instructus appa
ratu triumphantium ritu frequentissima circũcinctus corona Platonem deuexit
in regiam. Quam honorificus in greciam reditus. reuersus e Sicilia Plato cum ad
magnificentissimam illam olimpiorum celebritatem quasi quendam orbis terrarũ
conuentum prouenisset tam letis cunctorũ rur cursibus est ut e celo deus ad morta
les demissus videretur. ludos deseri Athletarũ spectacula relinqui. pugiles solos
omittere cerneres. & quod admirabilius est: qui tam longis terraz mariũq; tracti-
bus pascendorum oculorũ auriumq; & animorum gratia ad Olimpia uenerãt om
nis uoluptatis obliti Platonem adibant: Platonem intuebantur. in Platone x inde
ac amenissimo diuersorio conquiescebant. factionem ipsum si modo quem esse. deũ
non impium ac flagitiosum hominem Iouem esse credimus fac inquam Iouẽ ipsũ
cum sua ad olimpia in terras emersisse: profecto non plus venerationis illi aut ho-
noris homines tribuissent Gratulari Platoni plerumq; soleo: cum eius comitas mo
rum sanctitas accumen ingenii & diuina in primis scientia tanta extitit ut nõ n õ
viuens sed & vita functus posteros in sui beniuolentiam caritatem obseruantiamq;
perduxerit en quos homines? Mitridates ponticus Rex persarum potentia mag-
nitudine animi ingenio prestans fuit: ut qui aduersus Romanum imperium Silla
Lucullum Pompeium fortes ac fortunatos imperatores terra mariq; tot ãnis bel
ligerare ausus non paruam grecie partem ac insulas in potestatem suam redigerit
& duas & viginti linguas quot nationibus imperitarit prõpte calluerit: Is in acha
demia constitutus viri gloria motus statuam dedicauit sui in Platonem monumẽ-
tum & pignus amoris. egregium Silomonis opus. Idq; post Platonis obitum annos

ducentos & sexaginta. Eam hunc in modum inscripsit. Mitridates Rhodoate filius hanc Platonis imaginem musis dicatã erexit. De Platonis morte ut supra pollicitus eram promissa persoluo de qua varie traditum est. Sunt qui eum in celebrãdis amici nuptiis cum quietus discumberet iuxta assistentibus sume grauitatis hominibus animã derepente exalasse scribant nõnulli ipsum in nouum quoddã morbi genus cum incidisset: quem a corrupcõe pediculorũ Phtiriasim uocant quo & Cornelium Sillam perisse comperio: tandem e vitam excessisse quidam eo suo in lectulo cum & scriberet & legeret vno & octagesimo etatis anno mortem obisse memorant: cum Philippus Alexandri magni pater Macedonibus imperabat. Quo tẽpore Alexãder magnus annos. x. nactus erat. Quosdam etiam alios hoc Platõis nomine fuisse inuenio: ex quibus Rhodius vnus in philosophia clarus euasit. Quẽ Panecii discipulum extitisse liquet. fuit & alter Peripatetice secte: qui precipuaz disciplinis & bonis artibus curam sub aristotele preceptore tribuit. Tercium eruditum virum Praxifanis f. fama refert. Quartus non mediocri sermone predicatẽ veteris Comedie scrptor. extant aliqua inscripta sepulchro Platonis epigramata ex quibus vnum est. Ante alios castus iusti quoq; amoris amator. Diuus aristoteles occubat hoc tumulo. Si cui de cunctis magne est sapientia laudis. Maiorem hic habuit: nec comes inuidia est. Aliud est huiusmodi Tellus membra sinu condit moribunda Platonis: at felix animam cetus habet superum Longinqui hoc celebrant: diuina huic cognita vita est Clarus athenarũ tuus aristo creat. Hec sũt Philippe vir doctissime que de Platonis genere scripturum me tibi Pollicitus quo pacto etiam in studiis vitam degerit adiunxi. ut cumulatius tui voluntati munus elargiret. in quo si legens interdum obuer abere: tu mihi ego tibi presentes esse videbimur cum frequentes nostre occupationes iocundissima nobis in uitis cõsuetudinem presentiamq; dissoluant. & quod initio dixi nostre beniuolentie memoria & amicitie fides hoc litterarũ beneficio & custodia durare & seruari diutius poterat Sic vtriq; Virgilianum illud obueniet absentem absens auditq; videtq;.

Epistola Leonardi Aretini Poete Laureati De vita atq; gestis Aristotelis Incipit

VANTA Nobis Aristoteles Philosophus atq; adeo generi humana beneficia contulerit & ad disciplinarum omniũ lucem & ad virtutum moruimq; laudatissima comperationem omnes intelligunt. Quis vero ipse fuerit: & quibus maioribus ortus & per quos studiorum gradus curricula vite traduxerit & vbi nam gentium vixerit: obieritq; ne mouere cognouit. & ex quo fit ut ingrati quodãmodo reperiamur. Beneficia quidem prompte suscipientes auctorem vero beneficiorum non curantes agnoscere. Ego igitur hanc partẽ summi viri ignoratã prius a nostris atq; obscurã in lucem pdere institui: Itaq; vitã eius ac mores & cetera que ad hãc spectãt partẽ hoc in libro cõieci: colligens vndiq; atq; connectens que ad cognicõm huiusmodi rez pertinere videbanẽ ad te vero potissimũ hũc librum misi quod iam priꝰẽ cõpertũ habebã te inter maxĩas occupacões tuas lectione cognicõeq; sũmorũ virorum plurimũ delectari. Noticia quippe rerũ earũ nõ dubito fore ut apud te & alios pstantes ingenio viros & auctoritas huius philosophi & amor augescat.

Plutarchi Historiographi greci De vita atq; gestis Aristotelis Per Leonardum
Aretinum Poetam Eximium Historia In latinum traducta Languagiũ Incipit.

RISOTELES Philosophus ex Opido fuit nomine Ste
gira obscuro quidẽ per se nisi q huius viri claritate reful
sit. Partem vero huic Nichomachum medicine professorẽ
artis: Genus primum in Macedonem Esculapii filiũ cõti
nuata certissimaq; successione referebat. Ipse vero Nicho
machus apud Amintam Machaonie regẽ Philippi patrẽ
& medici & amici locum obtinens multũ & gratia & opi
bus in regno potuerat. Ex hoc Aristoteles natus est anno
primo ut quidam tradunt nonagesime none olimpiadis. Matrem quoq; habuit nõ
obscuri generis nomine Phestiada. Aristoteles autem prima etate in Macedonia
educatus ubi adolescere cepit: Athenas studiorum gratia missus cum ceteris ope
ram disciplinis haud segnem dedisset: tandem Platoni per id tempus Achademi
am mira discipulorum celebritate incolenti in philosophia adhesit. Decimo septio
etatis anno fuisse perhibent cum Platonem audire primum incepit. Eius discipli
ne xx. annis perseueranit auditor nihil omittens ex his artibus que ad summum fu
turum philosophum pertinere videbant. Erat in eo acritas ingenii sũma nec sane
minorant vigilantia aut sedulitas. Cupiditate vero discendi ita flagrabat ut nulliũ
disciplinarum genus sibi incognitũ pateretur. Itaq; nõ in vtraq; modo philosophia
prestitit sed in dialeticis & mathematicis longe primus habebatur. Nec in his tã
tum sed & poeseos perfectam quandam cognicõnem adiunxerat. historie vero ita
curiosus ut neq; celo neq; terra neq; mari quicq; reliquere vellet incognitum. inde
le preterea mirabili: ut ad singula natũ precipue dicas ut & carmĩa ab eo pulcher
rime scripta: & solute orationes copia ornatusq; ostendit. Mortuo Platone ad Her
miam Aternei Tirannum profectus Triennio fere apod illum desedit. hanc eius
moram nonnulli obtrectatores vehementer carpsere: quasi paruũ philosopho con
gruentem lacerantq; hoc in loco maxime pro ancille cuiusdam amoribus pene in
sanis: quorum gratia illum desedisse apud Hermiam quidam scripsere. Extatq; in
eum epigramma nobile Theotrici chii amarissimis sane verbis obscenitatem & de
sidiam illi exprobantis. Sed hec omnia ut falsa & ab obtrectatoribus ficta existi
mem facit q mox inde protinus in Macedoniam euocatus a Philippo & aliis re
bus auctus honestatusq; est: & Alexandro filio in disciplinam tradito maximam
auctoritatem in regno promeruit. Nam illuc quidẽ adduci nõ possum: ut estimẽ
hominẽ minus integra fama in eo ipso tẽpore a prestantissimo rege: aut tãtopere
appetitũ euocatumq; aut vnicum tante spei filium huic potissime creditum & sic
a Demetrio Magnesio scriptum reperio: necessitudinem quãdam Aristotili cum
Hermia fuisse: q eius neptem in matrimonio haberet, eoq; ueluti officio retentũ
penes illum fuisse. Sed postq in macedoniam rediit honore ac dignitate longe pri
mus habebatur. ut admiraretur eius sapientiam Rex quasi decus ingens regni ac
felicitatem suorum temporum extimaret. apparet id in epistola Philippi quã ad
aristotelem de allexandro scripsit Diis inquit gratias habeo non tam pro inde quia
natus est: q pro eo q nasci contigit tẽporibus vite tue. Spero enim fore ut educa
tus eruditusq; a te dignus existat & nobis & istarum rerum susceptione. Decem
ferme annos circa alexandrum fuisse videtur nec tamen in eo solum occupatus sed
& per id ipsum tempus multa per seipsum multa & per regis potentiam inquirẽs
perscrutatissima nature indagebatur Alexandro deinde in asiam cũ exercitu pfecto

ipse Athenas rediit & sui copiam in liceo exhibere incepit Xenocrate per id tem
pus achademiam obtinente. docebat vero inambulans: plerumq; auditorum tur
ba circumfusus: ex quo ipse sectatoresq; eius peripatetici philosophi nuncupa
ti sunt. Sunt autem qui tradant partem illam gimnasii in qua docebat peripatum
idest deambulatorum fuisse. itaq; ut achademia Stoicique a loco dicti sunt Sic etiam
peripateticos de loco ipso cognomentum suscepisse. tredecem annis in Liceo floré
tissime docuit. complurisq; sua disciplina clarissimos viros effecit. Tandē vero cō
muni illa philosophorum inuidia ꝙ non recta de diis sentiret accusatus metuens ne
ut quōdam Socrati sic & sibi in iudicium pereundum foret: Antipatri quoq; ami
citiam: qui tunc athemensibus odiosus erat: ne sibi noceret: formidans: deserta sui
defensione Chalcbidem abiit. ibiq; decetero fuit: quoad e vita decessit. Nūc vero
quoniam cursum quodam celeberimo preterocti spatium illius uite conspeximus
flectenda iterum ratis est ad mores eius viri & domestici vsus quasi figuram disci
plinamq; & librorum ab eo scriptorum multitudinem intuēdum Forma quidem
fuit haud quaq̄ conspicue: duobus tamen precipue dehonestabat̄: gracilitate cru
rum & pusilitate oculorum. Itaq; quo dignitatem quandam redimeret aduersum
corporis vicia. & uestitu paulo insigniori utebatur: & anuli digitos honestabāt: &
tonsuram ceterumq; corporis cultum de industria adhibebat: cum tamen reliqua
in vita modestissimus esset mores autē in eo graues & abscenitate ridiculoq; alie
ni fuere. Ceterum mites & qui benignitatem potius haberent: ꝙ per se ferrent.
Extat eius humanitas atq; dilectio in patriam in suos: in familiam: in discipulos:
in omni deniq; genus hominum quā paulo post singulatim prosequamur: Patrimo
nium fuit illi satis amplum: cū ex hereditate paterna: tum ex regū largitione. Nā
& predia: in Stagiris habuit & reditus. Ex quibus modeste simul liberaliterq; ui
tam duxit cum uxore filiis & amicis: plenam illius domum seruis fuisse: nec mari
bus modo verū etiam feminis testamento eius apparet. memorat enim permultos
vtriusq; generis. deinde mandat neminem venundari eorum qui sibi seruierūt sed
liberos dimitti quibusdam tamen in seruitio filiorum vxorisq; nominatim relictis
Vxores vero habuit duas Phitaida scilicet & Herpilidem: quarum Phitaida alii
filiam: alii neptem Hermie Atarnai de quo supra diximus. Herpilidē vero pleriq;
ancillam eius fuisse tradidere. Mortuaq; uxore prima consuetudine ab ea recepta
mox procrearis filius pro uxore habitam ex hac Herpilide Nichomacus filius illi
natus est: ad quē sunt ethicorum libri & filia Nicanori desponsata: Stagira urbs a
Philippo euersa ut restitueretur ab rege obtinuit. legesq; & formam rei. p. ipse de
scripsit. qua postmodū ea ciuitas usa est habuitq; licet absens diligentissimā patrie
curam. Cuius autem ob hec merita tanto in honore illum habuere: ut festos dies
& laudes quotannis & eo viuente faciendas illi publice dedicarentur festa ipsa ce
lebritas Aristotelia nuncupata & in patriam quidem hec illius beneficia extant.
In suos vero ac necessario sed tanta caritate beniuolentiaq; fuit: ut pene superflua
atq; nimia illius obseruantia videatur. Nicanore genero egrotante pro eo uota
fecit: si incolumitatem reciperet statuas se duas alteram Ioui seruatori alte
ram Iunoni sospite dedicaturum. discipulis vero multum detulit. amauitq; vnice
presertim eos qui excellere visi sunt. Extant eius in theophrastum permulta cari
tatis amorisq; indicia: & illud in premissis ꝙ ipsum licet in parem genere tamen
generum sibi testamentū designat: siquid Nicanori contingeret propter quod al
teri filia tradenda foret. Curam vero omnem filiorum ac rerum suarum arbitrio
fideiq; propinquorū discipulorūq; cōmisit. antipatro dumtaxat ob honorē obiecto
Calisthenem uero usq; adeo amauit: ut aduersus Alexādrum Regem grauissimas
inimicitias pro eo suscipere nō dubitarit Fuit aūt Calisthenes aristotelis discipul9

necessitudine & quadam materna stirpe sibi coniunctus excellentissima discipli a
iuuenis. hic ad regem ab Aristotele missus: cum in Asiam illum prosequeret qua
si Harmolai coniurationis auctor ab Alexandro interfectus est. At qui constat fal
so obiectum illi cōiurationis crimen. Ceterū odiosum faciebat regi nimia in dispu
tando libertas & contencionum pertinatia Quam ob causam interfectus ab illo pu
tatur Tulit igitur huius necem per indigne Aristoteles nec uerbis querelisq; libe
rioribus pepercit. huic & regis infensio secuta: est non latens neq; obscura. Itaq; ad
Antipatrum scribens Alexander cum huius cōiurationis mentionem fecisset: sese
exacturum penas minitatur nō a Calisthene modo ve℞ etiā ab his qui illū a se mi
sissent de Aristotele non dubie sentiens. missaq; per idem tempus ab alexandro do
na Xenocrati amplissima fuerunt: non tam ut illū honoraret q̄ ut aristotelē quasi
ab se preteritum despectūq; ostenderet. Et aristoteles post hac celatim fauisse An
tipatro quo regnum Macedonie retineret: existimatus est. Tempora quib; athe
nis fuit: inquieta porro difficiliaq; fuere. porro ob timorem Alexādri post thebas
euersas ciuesq; expostulatos mox ob antipatri suspitiones atq; certamina Qt o quē
dem tempore principes illi Oratores Demosthenes Hiperides Demades Esthi
nes diuersa in re. p. sentientes crebris turbolentisq; concionibus oīa cōmiscebant.
Tutus tñ īter has ,pcellas aristoteles fuit usq; antipatri tpa Qui alexādro defūcto
Macedonie potitus est regno. Tūc ab Eurimedōte die sibi dicta: tū ī iudiciū voca
retur: defensionē primo aggressus est orationēq; pro se quā diceret iudicialem per
scripsit: mox veritus iudiciū impericiā & accusatoris graciā deserere iudiciū ante
diem cōstituit Ita Calcidem fugiens ibi post hac fuit non solū uxore & liberis Ve
rum etiam auditoribus plerisq; eo se transferentibus. Discipulos vero habuit com
plures quorū precipui Theophrastus & Menedemus & Aristoxenus: qui postea
musicus cognominatus est. Nā Calisthenem omnibus precellentem Violentia re
gis abstulerat Theophrastus & Menedemus principes relicti. & quidem ex ipsi
us sententiam iudicioq; summo fertur enim cum ad extremum vite spacium egro
taret: ac iam desperata salus esset: conuenisse ad eum discipulos atq; rogasse: quan
do quidem ipse in periculo vite foret. Et humana fragilia atq; incerta iam inde eū
sibi in doctrina perficeret: quē ipse maxime omnium probasset Tum Aristoteles
cum ante obitum id se facturum polliceretur: haud multo post vinum se cupere in
quit aut Lesbium aut Rhodium. iussitq; vtriusq; poculum sibi afferri Cumq; illa
vicissim delibasset Lesbium inquit hoc perquam suaue est & amenum Rhodiū
& hoc probandum & bonum. Quo quidem facto nemini dubium fuit quin Theo
phrastum & Menedemum suo iudicio ante ferret: quando alter Lesbium erat ori
gine alter Rhodius hoc eius iudicium persapiens & cautum pro uitanda ceterorū
discipulorum inuidia fuit. dixit enim quodammodo & non dixit. Nec tamen ea
cautela vitare potuit quin aliqui perinde quasi non recti spreti ab eo atq; posthabi
ti offenderentur Quorum vnus Aristoxenus esse videtur ut postea scriptis eius
deprehensum est. Hic aristoxenus genere fuit italus: patria Tarentinus: & prop
ter excellenciam eius artis musicus incognominatus Migrauit autem e vita aristo
teles anno etatis sexagesimo tercio post Romam uero conditam quadringentesi
mo secundo: Eodemq; ipso anno Demosthenes orator Athenis profugus in ytalia
& Aristoteles Athenis profugus in Euboea diem obiere. Nec defuit ab Aristote
lis obitu veneni suspitio: sed & fama fuit & mandarunt quidā litteris potato illū
aconito voluntarie interisse: quod falsum est. Quid enim opus fuit solum vertere
& Athenis fugere: si voluntarie erat obiturus: An non ut in Eubuea sic Athenis
potare aconitum & finire vitam licebat? Arguit preterea testamenti series in Eu
boea cōditi: que aliena protinus a volūtaria morte conspicit. Sic enī incipit. Erūt

Aristoteles

omnia recte: si tamen quid contingat. aristoteles testamentum suum in hunc modū
fecit hoc autem principium quis non videt non desperantis esse hominis: sed vitā
affectantis: cum etiā orren vitet moriendi: & recta cūcta fore dicat. si vita super-
sit cū illis ergo sentio qui morbo interisse illum tradidere: qui & plures sunt & cer
ciores auctores Hec de moribus eius usqꝫ domestico retulisse sat esto Nō enī hec
tam in philosophis spectanda sunt ꝙ studia eorum preclaramqꝫ disciplinam intuen
dum de quibus iam dicere ordiemur. uiuo adhuc Platone in multis ab eo distare
ceperat: nec deerant ꝑlare iam qui aristotelem sectarentur nec tamē in sūma rerū
inter eos quidem philosophos contrarietas esse putatur aut dissensio. eadem enim
sectari vidētur Achademici veteres ac peripatetici a Socratis Platonisqꝫ discipli-
na ambo fluentes Eandemqꝫ de virtutibus & moribus de bonis & malis de natu-
ra rerum de immortalitate animorum opinionem habentes itaqꝫ in genere quidem
ipso & summa rerum nequaqꝫ inter illos discrepantia est. in particulis vero & me
diis quandoqꝫ distare illos aduersariqꝫ apparet. Fuit enim Plato vir singularis qui
dem ac percellens multarum ac variarum rerum scientia preditus eloquentia ve-
ro tanta: ut supra hominē sese attollere illius eloquium videatur. Ceterū traditio
nes interdum tales sunt: ut assensu potius bone mentis ꝙ probationis necessitate
nitantur: nam de natura animi ipsius transmigratione discessioneqꝫ in corpora per
multa traduntur ab illo prolata magis hominibus ꝙ probata. Et in optimo ciuita
tis statu constituendo ea nonnunquā sentit que ab hoc nostro vsu consuetudineqꝫ
viuēdi plurimum abhorrent Mulieres enim cōmunes omniū esse censet: quo nihil
inexplicabilibus cogitari potest: filios uero ita incertos: ut nemo neqꝫ suos neqꝫ alie
nos queat agnoscere. Patrimoniorum autem iura sustulit atqꝫ omnia omniū cōmu
nia esse voluit. Contra hec igitur & huiusmodi renitens Aristoteles cū probabilē
aduersandi materiam nactus esset: etiam viuo Platone sectatores reperiebat. Pre
terea doctrina Platonis varia est & incerta. Socrates enim ubiqꝫ inductus nullo di
sciplinarum ordine quasi a carcere ad Calcē discurrit: sed modo hoc modo illud ꝑ
arbitrio agit & in disputando nō tam que ipse sentiat dicere videtur: quam aliorū
sententias dictasqꝫ refellere: Aristoteles vero & cautior in tradendo fuit. Nihil
enim aggreditur quod probare non possit. & moderacior in opinando ut hec que
in vsu vitaqꝫ conuersantur adiuuare: non aliena & abhorrentia & nunqꝫ profutura
meditari illū appareat. Ad hec ipsis in rebus explicatio seriosa atqꝫ perdiligēs: ut
siue loice siue phisice siue ethice tradat precepta cōtinuata ubiqꝫ doctrina sit & ab
ipsis primordiis rerum ad finem usqꝫ perducta scientia tanqꝫ pater diligens qui nō
solum genuisse filios. sed per pueriC iam adolescentiamqꝫ educatos non prius dese-
rat ꝙ continuato diligentie studio in viros traduxerit Hec autem continuatio dili
gentiaqꝫ doctrine in Platone non fuit. siue ille non putauerit oportere siue nolue-
rit: siue ista parua minutaqꝫ & quasi disciplinarum elementa contempsit. itaqꝫ illiꝰ
libri perfectis iam robustisqꝫ disciplina hominibus aptiores sunt. teneros vero insti
tuere non satis possunt. Aristoteli vero permultum debet humanū genus: ꝙ disci-
plinas ante se uarie dispersas in vnum quasi corpus singulas redigere dignatus est
itaqꝫ discere qui volunt hunc amplectantur oportet: Cuius libri ita scripti sunt ut
& paruulos instituere: & mediocres alere & robustos exercere. ac perficere uolu
isse illum appareat ac omnis etatis nostre curaꝫ cogitacōnemqꝫ suscepisse Nec phi
losophie solum quamqꝫ in illa eminet: sed aliarum quoqꝫ siue arcium siue facultatū
curiosissimus fuit. Nam & rethoricam artem pluribus voluminibus omnemqꝫ illi-
us vim naturam ornatumqꝫ explicuit. & de poetica multa perscripsit. & vtriusqꝫ
harum studiosissimus fuit Exercuisse uero in eloquentia iuuenes: ac post Mere-
diano tempore precepta dicendi tradere ac sapientiam cum eloquentia miscere

instituisse constat. Idq; fecisse tradunt Isocratis Rhetoris gloria permotum qui cũ
longe a scientia foret discipulis tamen abundaret: famaq; de illo magna circumfer
retur: dixisse Aristotelem ferunt: perabsurdum esse tacere se cum Isocrates loqua
tur. atq; ita docere eloquentiam auditores suos cepisse. ipse certe que scripsit omni
bus dicendi ornamentis figurisq; refersit. quod in libris eius manifest e apparz Ex
pertus sum apud quosdam doctos viros grecarum tamen litterarum ignaros fidẽ
non fieri assertione mea dum aristotelis eloquentiam commẽdo. Quippe adulteri-
nas huius philosophie translationes lectitare soliti intricatum quendam & obscu-
rum & incõcinnum arbitrantur. Sed non sunt illi aristotelis libri nec si viuat ipse
suos dici uelit: sed mere translatorum ineptie. Ille politissimus scriptio esse uoluit
& quod uoluit curauit & quod curauit assecutus est Verum quia uerba fidem nõ
faciunt mea M. Tulii Ciceronis accedat auctoritas. Cui enim ii de eloquentia iu
dicanti credent si M. tulii iudicio non credent? liber est Topicorum M. Tulii ad
Crebacium. In eius libri proohemio ita scriptum est. Sed eo magis reprehendendi
sunt q; non solum rebus iis que ab aristotele dicte & inuentate sunt allici debuerãt
ad eum perdiscendum. sed & dicendi incredibili suauitate & copia. In libro autẽ
primo de finibus bonorum & malorum inquit Credo te minus delectari ab Epicu
ro: qui hec aristotelis & Theophrasti ornamenta dicendi contempsit In primo er
go incredibilem suauitatem & copiam. In secundo autem ornamenta dicendi ari-
stoteli tribuit In epistolis aũt ad Lentulum: Scripsi inquit de oratore libros tres
quos Lentulo nostro puto fore non inutiles. abhorrent enim a cõmunibus precep-
tis atq; omnem veram aristoteliam & Isocrateam rationem oratoriam complexi
sunt. In epistolis uero ad Fanium ita scripsit. Meus autem liber totum Isocratis
Mirothecium atq; omnium discipulorum eius arculas ac non nihil & aristotelia
pigmenta consumpsit In rhetoricorum autem secundo ita scribit. ad veteres qui-
dem scriptores huius artis usq; a principe illo & inuentore Cresia repetitos vnum
in locum conclusit aristoteles: & nominatim cuiusq; precepta magna conquisita cu
ra perspicue ascripsit atq; enodata diligenter exposuit. ac tantum inuentatoribus
ipsis suauitate & breuitate pstitit: ut nemo illorũ precepta ex ipsorũ libris cogno
scat: sed omnes quicquid illi precipiunt uelint intelligere: quasi ad quẽdam multo
commodiorem explicatorem reuertantur In primo quoq; ad Herennium libro de
arte rhetorica loquens sic inquit. aristoteles autem qui huic arti plurima adiumẽ
ta atq; ornamenta subministrauit. Permulta huiusmodi doctissimorum hominum
testimonia de aristotelis eloquentia reperiuntur que referre nunc prolixum sane
negotium esset. Desinant igitur isti ex infantia sua aristotelis facundiam metiri
Nam qui eorum qui etate nostra philosophos se haberi volunt primas litteras te
nent: rapti de grãmaticis inmaturi & rudes & pleni adhuc puerilium tenebrarũ
ad ea properant audienda: quorum nec verba nec significata intelligunt. ac rerum
ipsarum vix umbram quandam intuentur In aristotele vero perfecta sunt omnia.
Nam & in litteris quantum nemo alter elaborauerat: & poetas cunctos diligentis
sime nouerat. & totus interdum scaturit uerbis & oratorum neminem eorum qui
ante se fuerant preteriuit. & precepta dicendi q; exacte tenuerit libri eius rheto-
rice declarant. Diligentiam vero scribendi eius illa minutissima probant q; pedes
ac numeros non inuersu modo verum & soluta in ratione seruandos censuit. Itaq;
dactilum & tribrachum reiecit. quasi nimium elatos pedes & altius excogitatam
orationez redentes rursusq; Iambosq; & Trocheos quasi nimium depressos proba
uit autem Peana maxime qui est duplex: aut eum longa quã tres breues subsequũ
tur: aut ex tribus breuibus & longa postrema: quorum alterum principiis alterũ
clausulis assignauit. extãt eius libri rethorice complures: in quibus nõ modo ipsi

studuisse eloquentie verum & alios docere uoluisse appareret: in quibus dii boni
quanta obseruatio est quam trita ac perdiligens preceptorum traditio. quã accu-
rata rerum ad eam artem pertinentiũ euolucio. atq; ego libenter quererez ab his
qui aristotelem non credunt eloquentem fuisse: vtrum non curauisse illum dicant
ut eloquens esset: an non fuisse licet curauit eloquentiam cõsecutum. primum non
curauisse qui dici potest: cum tanta uolumina de ea arte perscripserit. assecutum
uero tanto studio eloquẽtiam non fuisse tam excellens ingenium nimis stulti atq;
insipidi est existimare & adsunt testimonia eloquẽtissimorũ virorũ illius facundiã
maxis laudibus extollentium. Equidem nisi prolixitatem nimium vererer infinita
pene ex illius libris recitarem: in quibus & artificium dicendi summũ & cuncta
verborũ sentẽciarũq; ornamenta inesse ostẽderem. sed hoc satis. ad reliqua trãsea
mus Libros autem usq;adeo multos perscripsit: ut non solũ legendo verum etiã
enumerando fatigare auditorem possint nõ enim tantũmodo scripsit: que nũc iter
manus versant. sed longe plura. que deperdita sunt. Scripta uero eius licet multi-
plicia variaq; fuerint: tamen ad genera quatuor reduci possunt. Eorum vna pars
eloquentie suasionisq; rationem complectit. Altera ad ciuilem moralemq; pertinet
disciplinam Tertia differendi precepta cõtinet. Quarta vero secreta nature ac re
rum occultissimarũ cause rationesq; explicant. Atq; in illo quidẽ genere quod pri
mum a nobis positũ est: artes eius rhetorice nominãtur: pluribus libris ac diuersis
voluminibus explicate. In eodem genere collocanda sunt illa que de Hermericis
questionibus sex libris explicuit. & que de arte poetica libris duobus: & que de elo
quutione poetarum libro vno. & que de poetis libris tribus. & que de tragedus
libro vno: Addo etiam huic generi cohortationes atq; epistolas: quas ad Philippũ
quas ad Alexandrum: quas ad Olimpiadem: quas ad Ephestionẽ quas ad Antipa
trum misit. Adde versus ab eo factos: & orationem iudiciariam prose scriptã. Mo
rales quoq; atq; ciuiles permulti ab eo scripti sunt libri: Nam & ad Eudemũ libri
de moribus octo: qui & nunc extant. & magnorũ moraliũ libri duo. & ad Nicho-
machum libri x. in quibus profectõ eius discipuli inesse putatur. Preterea Econo
micorum libri duo. Politicorum libri octo his addantur hi libri in quibus sũt ab eo
mores & instituta centũ quinquaginta octo ciuitatũ multa cura magnaq; diligen-
tia perscripti. Preterea De iustitia libri quatuor. De gubernatione re p. duo De
voluptate liber vnus: De summo bono libri tres De regia gubernatiõe liber vnus
Prouocatiui ad virtutem libri duo. Ad leges Platonis libri tres. Ad rẽ.p. Plato
nis libri duo. De legibus libri quatuor De diuiciis & oppulẽtia liber vnus: De p̃
catione & voto liber vnus. Iam uero in duobus reliquis generibus quorũ alterum
in differendi iudicandiq; ratione positũ diximus Alterum in secretorũ nature per
uestigatione q̃ multi eius libri adhuc extant omnes scimus: quã multi vero amissi
atq; perditi sint in vtroq; illorũ genere operosum sane negociũ esset in presentia re
ferre atq; cõnumerare uelle. tradit quippe libros supra trecentos ab se scriptos re-
liquisse: horum pro multitudine pauci extant: sed credo optimi atq; probatissimi.

Epistola Peregrini Allii Oratoris eximii In vitā atq; gesta Homeri feliciť Incipit

OCRATES Ille Sapientissimus Apollinis oraculo iudicatus apud Platonem in libello cui de Iliade siue Ion est titulus: bonos omnis poetas Homerum precipue studiose legendum putat. Neq; vero nuda tātū illius figmenta spectari dicit oportere: sed multo etiam magis ad ea mentem intendere: que ille sub iis quasi velaminibus tanta cum uenustare contexit: ut instinctu potius afflatuq; diuino effusa q̃ humano studio elaborata videantur. In illis enim multa de hominum moribus. de domestica & ciuili disciplina de imperio: de re militari: uelut in expressa seu depicta vite cōmunis imagine cōtinentur. His preterea de diis & inferis: de stellis atq; sideribus denic; de omnium rerū natura esse admixta q̃ plurima: que quidem ab eo tam docte tractata sunt ut e sapientie sacrario deprompta videri possint. Tantam insuper inesse illius in poematis composicōnis dignitatem tam suauem numerorum leporem tot verborū sententiarumq; lumina ut nihil gratius nihil suauius nihil politius excogitari queat. Equidem non ignoro eam fuisse quorundam philosophorum de poetis opinionem: ut illos siue calore vic; mētis qui diuinus appellatur furor nihil egregium scribere posse iudicarint. Sed ipsius Homeri poesim nō tam q̄ vires hominis videbatur excedere a Socrate tantopere laudatam atq; attributam furori existimo q̃ q̄ diuinum potius q̃ humanū videri potuit hominem luminibus captum in sūma paupertate tanta virtutis & ingenii sui documenta prestitisse. Nam cum illius vitam ab Herodoto scriptam nuper legerē incredibile fere mihi visum est: virum fortune ludibrium & humane calamitatis exemplum tantam esse rerum scientiam sūma cum facundia consecutum. Sed profecto animi mentisq; nostre ea vis est: ut uel summis oppressa difficultatibus modo studium & uolantas non remittatur possit emergere. Huius autem rei primū immortali deo a quo tā preclarū munus accepimus gracia est habenda: deinde doctrine ac sapientie: que rudes atq; informes hominum animos ita effingit & excolit ut etiam si cetera desint fortune presidia non solū boni viri ob eamq; causam beati verum etiam clari atq; illustres efficiantur. Atq; hoc quidem parum fortunatos homines maxime consolari potest: ne dum aliorum diuitias opes honores potentiā intuentur sese putent a natura esse desertos. cum videant in eo quod verum est hoīs bonum cōmunem se cum summis regibus sortem consecutos Si enim quod Apollo precepisse Pithius traditur seipsos inspexerint atq; cognouerint: erunt profecto & ad cetera contemnenda fortiores & ad bonas artes capessendas alartiores. Nullum insuper alienis presertim exemplis admoniti tantum esse fortune incōmodum existimabunt quod in veram animi laudem transuersum possit incurrere. Quod quidem cum aliorom multorum quibus vetus habundat historia tum Homeri diuini poete uita declarat. Quam quidem ego licet adhuc & in grecis litteris rudis & in nostris parum exercitatus non tantum legisse cōtentus Latino etiam sermone interpretarus sum: atq; ea potissimum causa ut frequens harum rerum meditacio meum in litteras studium magis incenderet: ac ueluti sepius hausta medicina falsas opiniones radicitus extirparet. Non enim tā exercendi ingenii gracia transferendi munus assumpsi erant nempe alia plurima nec tam impedita & latine faciendie magis in conuertendo capacia q̃ ut me ipsum erumnosi hominis exemplo rōsolarer. Neq; enim putaui minores me fructus cogitandis aliorom progressibus & euentis ex pacientie meditatione q̄ periclitandis ingenii viribus ex vtriusq; ligue

facultate perceptVrum. Tibi vero potissimum Laurenti has studiorum nostrorũ
primitias dedico: quoniam non solum in studiis tuis ac moribus verum etiã in no-
mine ipso libentissime conquiesco. Neq; vero esse debebit tibi quoq; paruus hic ad
studia sapientie stimulus cum per ea calamitosum hominem famam sibi eternam
propagasse cognoueris. Quanq; non ignoras ad bene beateq; viuendum sapientie
necessarium omnibus esse presidium: eosq; presertim qui summũ in ciuitate sua lo-
cum tenẽt ciuili disciplina ceterisq; bonis artibus ornatos atq; instructos esse opor-
tere. Meministi etiam credo Platonis illud grauissimũ quod quidem ut accepimus
M. Antonius pius frequenter vsurpabat beatam fore rem p. si aut docti ac sapien-
tes homines eam administrarent: aut ii qui regerent essent & doctrine & sapiẽtie
studiosi. Sed te profecto non tam hec ad sapientiã excitare q̃ illa cohortari uel po-
tius incẽdere debent q̃ abs te omnes iure optio repetũt. Nempe ut & indole ista
& tuorum splendore & amplissima fortuna tua dignus euadas. Nam & istius for-
tune gradus & adolescentie tue spectata primordia & spirantia domestice virtu-
tis exempla ad bonas artes ad virtutem ad decus & gloriam nõ solum excitare de-
bent: verum etiã vehementer impellere. Eos enim viros sortitus es ut maximope-
re tibi cauendum sit ne illorum dignitas atq; amplitudo tibi magis oneri q̃ honori
sit: si forte ab eorũ virtute descineris. Eam de te puer opinionem concitasti ut nisi
optimis initiis pari laude responderint & progressus & exitus tute tibi deprauata
ta voluntate defuisse: ac nature muneribus abusus esse videaris. In eo fortune gra-
du es constitutus: quem multarum & maximarum virtutum presidio atq; ornamẽ-
to commendari ac stabiliri oporteat: ut ceteri merita potius admirentur q̃ fortu-
nam suspiciant. In quo etiam ad placandum inuidie cõmune vicium necesse sit ut
tu quẽadmodum & tui quo ceteris hominibus magis genere: opibus & honore tã-
to etiam quasi magis virtutibus antecellas. Que tu quidem omnia facile mihi cre-
de consequeris: si ut uberi solo adhibita agricole diligentia: ita ingenio tibi optime
a natura instituto eius qui omnium bonarum rerum parẽs & educatrix est doctri-
ne ac sapientie cultus & splendor accesserit. Sed ne studio tecũ loquendi quod nos
incautos longius fortasse prouexit progrediamur ulterius iam ad ipsam. Homeri
vitam. Herodotum audituri accedamus.

Plutarchi Historiographi greci De vita atq; gestis Homeri Historia Per Pere-
grinum Allium Eximium In latinum traducta Languagiũ Incipit.

ERODOTVS Alicarnaseus de Homeri genere etate
ac vita hec memorie prodidit: ea breuiter prosecutus que
sibi proxime ad ueritatem videbantur accedere. Posteaq;
antiqua in Eolia cuma condita fuit plurimi grecorum va-
riis ex locis in illam conuenerunt. Atq; ex Magnesia tum
alii quidem tum Melanopus Ithagene Critonis ortus cui
tenues erant facultates illo se contulit. Ibi filiam Omire-
tis cuiusdam duxit uxorem: atq; ex eo filiam sustulit. [illegible]
Critheida nuncupauit. Nec multo post ipse cum uxore simul e vita migrauit: filia
Cleanacti cuidam Argiuo qui cum sibi amicitia fuerat cõmẽdata. Procedente ue-
ro tempore contigit ut virgo iam nubilis clam vitium passa pregnans efficeretur.
Que quidẽ res ab initio Cleanactẽ latuit. Sed is postq; factũ resciuit magnopere
perturbatus illã remotis arbitris ad se vocauit: obiurgauitq; uehemẽter & aspere

ostendens ignominie dedecus & violati apud ciues pudoris infamiam. Post hec cu
quid in ea re faciundum esset deliberasset ita demum constituit. Forte per id tem
pus Cumei Smirnam in secessu sinus Hermi fluminis condebant. Vrbi vero The
seus tale nomen indiderat constituens Smirne uxori eiusdem nominis monumētū
Erat autē inter urbis conditores hic Theseus vnus ex Thessalocum principibus
ab Eumelo admeti ducens originem vir sane admodum diues & opulentus. Eum
in locum Cleanax Critheida clam omnibus duxit: atq ibi apud Ismeniam Boetiū
quem precipuum sortitus erat ex aduenticiis amicum reliquit. Hic illa postea pro
pinquante partus tempore cum forte ad solemne quoddam aliis cum mulieribus
exisset penes fluuium qui Meles dicebaror Homerum peperit: non cecum sed
videntem: atq illum Melesigenea de fluuii nomine nuncupauit. Procedente au
tem tempore ab Ismenia discessit: ac manuum labore victum queritans filium nō
solum nutriuit sed etiam quantum facultas tulit erudiendum curauit. Erat eo
tempore Smirne Phamius quidam & grammatice & omnis musice discipline pre
ceptor: qui solitariam sine uxore vitam agebat. hic cum forte lanas quasdam a pue
ris in mercedem accepisset: ad earum opificum mercennaria Critheide vsus est
Illa uero cum apud eum impositum sibi negotium politissime perfecisset: magnā
q insuper modestiam atq prudentiam pre se tulisset. Phamium sibi mirifice con
ciliauit: tantumq homini sui desiderium iniecit: ut ille demum cum ea collocu
tus pecierit vt sibi iure matrimonii iungeretur. Quam rem cum ei persuadere
nequiret alia quidem multa dixit quibus facile illam induci posse credebat: sed id
in primis pollicitus est se ab ea filium adoptaturum asserens eum: cernebat enim
scitum atq optima indole puerum si apud se educatus & eruditus fuisset magne
virum fame ac laudis euasurum. His inducta mulier Phamio petita concessit. Pu
er igitur bene a natura institutus accedente cura & disciplina breui ceteros om
nes pueros longe superauit. Dehinc cum ad virilem peruenisset etatem nulla in
re Phamio preceptore euasit inferior. Cum igitur Phamius diem suum obiisset
suaq omnia puero reliquisset: non multo post defuncta quoq Critheide: ipse ad
pueros erudiendos substitutus est Quo in munero solus & sui iuris existēs longe
magis q̄ antea claruit: neq solum apud vicinos & eiusdem regionis homines in
admiratione fuit: sed etiam apud aduenas & peregrinos qui illuc commertii gra
tia commeabant. Erat enim Smirna Emporium magnaq vis frumenti & apposi
ta regione fertili quidē admodū & copiosa in eā cōportabat. Itaq aduenticii mer
catores siquando a negociis cessauissent Melesigenis auditorū frequētes adibant
Forte fuit inter eos Mētes quidā nauis frumētarie domin9 qui ex finitimis Leu
cadi locis illuc adnauigarat doctus sane ut illis tēporib9 vir: multaq rerū peritia
& experientia eruditus. Hic Melesigeni mercede liberaliq cōuictu oblato: ut lu
dū dissolueret ac secū nauigaret persuasit dignū esse dicens illū dum iuuenili eta
te floreret varias regiones ac ciuitates videre. Ob hoc ego Melesigenem compul
sum ut cum illo ꝓficisceretur existimo. Fortassis enim iam tum poetice facultati
cogitabat intendere. Omisso igitur docēdi negotio Mentē secutus quocūq forte
peruenerat finitima loca speculabatᷓ sedulo q ex Accolis omnia perquirebat. Cre
dibileq est hominē studiosum omnia que sibi memoratu digna visa sunt ut par erat
accuratissime conscripsisse. Ex Tirhenia & hiberia redeuntes cum forte Itacam
appulissent Melesigenem grauis oculorū morbus occupauit. Itaq Mentes qui in
Leucada properabat illū uti curarē apud Mētorē alcuni Itacēsem familiarē suū
reliquit: rogās ut eum in magna haberet indulgētia donec ipse ex Leucade reuer
tisset. Mentor impense ac diligēter hospitē sibi cōmendatū curari fecit. Siquidē
diues erat diuitiasq ad liberalitatē cōuertens: iusticiā hospitaliq iura maxime cum

Itacorū colebat. Quas ob virtutes bene audiebat a ciuibus magnamq; erat in Itaca
gloriam consecutus. Apud hunc Melesigenes dum ualetudinis gratia cōmoratur
multa super Vlixe rogitans ex Itacis q̄ uerissima peruestigauit. Ibi tūc eum lumi
nibus captum Itacenses autumant. ego vero illic eum tum conualuisse confirmo:
sed postea luminibus oculorum in Colophone priuatum: qua quidem in re Colo-
phonii quoq; mihi consentiunt. Sic enim se res habet. Liberatus namq; morbo cū
Mentes ex Leucade redusset ab eo receptus aliquo tempore cum illo nauigauit.
Postea Colophona se cōtulit atq; ibi rursū ex oculis laborauit: inualescenteq; mor
bo euitare non potuit cecitatem. Cecus igitur cum esset ex Colophone Smirnam
rediit: atq; ibi poetice facultati operam dare aggressus est. Verum cum procedē-
te tempore magna illic cum difficultate vitam ageret Cumam se conferee consti-
tuit. Profectus itaq; per Hermi campestria Neotichum peruenit Cumeorum colo
niam. Habitari autem hic locus annis octo post Cumam conditā ceptus est. Ferūt
hic dum esset cum forte ad officinam cerdonis cuiusdam accessisset astātem illum
hos primū versus pronuntiasse      Obseruate virū victuq; domoq; carentē.
Qui coltis celse florentia menia Cume      Cume sardenes posite in radicibus
alte.      Quiq; sacros latices diuini sumitis hermi      Vorticibus rapidi. pepe
rit quem iupiter amnem.      Est autem Sardene mons & hermo fluuio & Neo-
thico imminens. Ea carmina Tichius id enim cerdoni nomen erat cum audisset ho
minem hospitio dignum iudicauit. pauperemq; & cecum miseratus ingredi cū ta
bernam iussit: pollicitus omnia que haberet se cum illo communicaturū. Ingressus
igitur officinam Melesigenes cum aliis quibusdam qui aderant cōsedit: atq; illis
quedam a se cōposita ostendit opuscula. Amphiarai videlicet expeditionē in The-
bas: atq; himnos qui deorum laudes continebant. Insuper omniū que in mediū at-
tulerat exponens sententias admirabilis vir ingenii cunctis audientibus visus est
Ita Neotichi aliquo tempore moram traxit victum sibi poetice artis īdustria que
ritans. Et ostendunt usq; ad hoc tempus Neotichii locum in quo sedens recitare
atq; ostendere carmina consueuerat illumq; ob tanti poete memoriam magna reuerē
cia uenerantur. Dicunt etiam populum quem ibi postea creuit eo tēpore quo Me
lesigenes ad eos peruenit pululasse. Ille autē postea tedio paupertatis affectus Cu
mam petere statuit si forte ibi esse tolerabiliore conditione posset. Sed anteq; re-
cederet hoc sibi Disticho fertur iter auspicatus. Ite citi patrumq; pedes me duci-
te in urbem Prompti animo qui sunt cōsilioq; boni. Profectus Neoticho per Laris
sam ciuitatem breui & expedito itinere Cumam peruenit. atq; ut Cumei dicunt
Mide Phrigie regi Gordio propinquorum rogatu hoc Epigrāma cōposuit: quod
quidem in columna monumenti Gordii etiam nunc inscriptum est.      Enea vir
go Mide Phrigii superasto sepulchro      Dumq; fluant vnde proceraq; germine
arbos.      Solq; oriens niteat niteatq; argentea phoebe      Stans super hoc mul
tum lacrimabile nuntia bustum.      Hic ostendo Midam venientibus esse sepul-
tom.      Cume cum esset Melesigenes seniorum porticus frequēs adire atq; ibi
sedens compositos a se versus ostendere: sermonibusq; suis & illos admodū delecta-
re: & in admirationem sui vehementer cōmouere. Sentiens autē Cumeos & poe
sim suam non aspernari & consuetudinis sue suauitate duci obtulit operam suā pol
licitusq; illis est se si publicis eum impensis alerent illustrem atq; immortalem car
minibus suis ciuitatem redditurū Nec qui audierunt libentibus animis accepere
illumq; cohortati sunt. ut ad curiam publici consilii accederet dicētes se opera: stu
diis: ac fauore illi minime defuturos. Horū exhortationib; in spem voti adductus
cum primū haberi intellexit curiam ingressus ab eo cui eius honoris preses erat
petiuit ut se ītroduceret atq; ab illo comiter benigneq; recept9 ut primū facultas

fuit ad collegas deductus est. Apud quos cũ de publicis alimoniis eadem fere quí
bus cũ priuatis hominibus egerat verba fecisset dimissus in atrio curie sedit quid
de petitis a se rebus decerneretur expectans. Super ea re statim cõsultatum. Hic
cum & alii plurimi qui eum in conciliabulis seniorez audierant & iis precipue qui
illud introduxerat causam Melesigenis impensius adiuuaret ferunt vnum ex prin
cipibus eius ordinis intercessisse. cunctorũq; sententie refragatum alia quidẽ mul
ta dixisse sed id presertim q̃ si cecos nutrire cepissent eo pietatis exemplo multaz
cumeos & inutilem turbam eadem petentem habituros Hinc Melesigenes Home
rus dici ceptus a cecitate: Cumei siquidem cecos Homeros appellant. Quare cũ
prius Nelesigenes uocaretur longa postea consuetudine vero abolito nomine Ho-
meri cognomen inualuit. licet diutius apud aduenas & peregrinos nominis error
insederit. Decreuit igitur eius ordinis presul ne Homerus nutriretur idq; demũ
vniuerso cõsilio placuit. Egressus deinde curiam Homero sermones aduersus eos
habitos deniq; quid ipse de cõsilii sententia decreuisset exposuit. Que cum Home
rus audisset magna tristitia affectus versibus his vicem suã deplorauit. Qua
nam sorte dedit fatis me iupiter esse Ludibrium puero tribuens alimẽta pa
rentis In gremio Eolidis Smirne: quam turribus altis Consiliis struxe
re Iouis populi ante Phriconis Fulmina bellorũ victricia: doctaq; turba
Insiluisse in equos pugnamq; ciere sub armis. Quam penes undisoni surgentẽ
litora ponti Ipse meles mediam liquidis interfluit undis. Vnde Iouis na
te ueniebant semine muse Has laudare plagas urbẽq; extollere ad astra
Inclita ni sacre spreuissent carmina vocis. Atq; aliquis penas dabit & post no
scet iniquas. Stulticiam peperisse malum mihi dedecus urbi. Ast ego quam
nato tribuerunt numina sortem. Nec cum diis luctor totã pacienter & equa
Mente feram: sed non hac amplius immorer urbe. Spes alio properat
populumq; inuisere gessit Fertq; animus tenuem q̃uis nec multa potentem
Cuma igitur discedens Phocidem contendit cumeis imprecatus ominatus
q̃ nullum eos egregium in ea regione uatem qui ciuitatem illustraret habituros
Forte fuit eo tempore Phocidi Thestorides quidam ludi magister vir quidem in
eptus agrestis ac parum litteratus. Hic cum Homeri animaduertisset ingenium
quantumq; ille in arte poetica ualeret secum reputasset datam sibi illustrandi no-
minis occasionem aucupatus aduenam cecum & inopem adiit dixitq; se victum
ceteraq; omnia liberaliter hospiti suppeditare paratum si uellet sibi quos ipse fecis
set versus quosq; postea compositurus esset adscribere. Ille autem cogente necessa
riorum penuria presertim q̃ diligentis atq; benigni curatoris indigebat conditio-
nem accepit. Itaq; a Thestoride domo receptus dum apud illum moram trahit
minorem Iliada composuit. Cuius principium hoc est. Dardaniam & Troiã
cano cuius pergama circum Marticole innumeros subire labores. Aliud eti
am opusculum quod Phocais inscribitur ibidem fecit quemadmodũ phocenses ipsi
autumant. Hec & alia multa cum Thestorides excripsisset statuit ex ciuitate di-
scedere nempe ut facilius posset aliena sibi carmina vendicare Sed cũ remissa atq;
adeo deposita hospitis cura se ad iter pararet sentiens demũ Homerus se ab eo fu
isse deceptum hoc cum Disticho fertur allocutus. Stultorum cum sint ho-
minum plena omnia: certe Thestorides cunctis stultior ipse viris. Thestori
des autem nihil minus retardatus in Chium abiit. Cumq; ibi ludum aperuisset
carmina Homeri pro suis recitans & rem familiarem auxit & magnam sibi gloriã
cõparauit. Homerus uero eadẽ qua solitus erat poetice facultatis industria victũ
sibi parare coactus est. Non multo post Chii quidam mercatores Phocidez p̃fecti
Homerum carmina que sepius in Chio Thestorides pro suis ostenderat recitantẽ

audierũt. Cupientes autem verum eorum carminum auctorẽ cognoscere Homerũ
adierunt dicentes non multo ante uenisse Chium ludi magistrũ quendã qui eisdẽ
versibus magnam laudem esset consecutus. Homerus opinatus id quod erat eum
esse Thestoridem totus & mente & animo in eam rem cõuersus Chium nauigare
constituit Itaq; descẽdens ad portũ nauem quidem Chium petituram nõ inuenit
sed quosdam qui Erithneam nauigare parabant nactus cum esset illi cõmoda per
Erithneam transmissio ad eos accessit: orauitq; ut se in nauigium reciperent: exo
rauitq;. Tum vero illos in accepti beneficii gratiam verbis honorificis prosecutus
nauem conscendit Cumq; simul cum ceteris consedisset his nauigationem carmini
bus auspicatus est. Magne pias neptumne preces nunc accipe terram
Qui quatis & latum pulchrumq; helicona gubernas Da faciles auras ad iter
reditusq; secundos Nautis vectores qui sũt dominiq; carine. Da autẽ cel
si veniet cum ad summa minantis Cernere prestantis patres: vlciscier illũ
Perfidia cuius seuas exarsit in iras Iupiter hospitiiq; etiam nunc mensa recla
mat Cum vero in Erithneam prospero nauigationis cursu peruenissent: & iã
diei vesper esset Homerus ceteris egredientibus solus in nauigio remansit: in eoq;
noctem illã cõmoratus est Postridie impetrato a nautis duce deductus ad Erith
neorum vrbem in locis asperis & montuosis sitam hos versus dixisse fertur.
Terra parens rerumq; datrix largissima opumq; Quam multis fecunda veis
ẽq; arida multis Aspera & immitis quibus haud es amica colonis. Ingressus
Erithneorum ciuitatẽ interrogauit num que nauis inde in Chium esset trãsmissu
ra? Tum forte quidam qui eum in Phocide viderant hominem conspicatus acce
sit propius salutauitq; benigneq; illum excipiens quid quereret percontatus est:
pollicitus se quibuscunq; in rebus posset ei cõmodaturũ. Respondit Homerus Chi
um se petere: rogauitq; ut nauigium quo illo traiceretur sibi inuentum curaret.
Ille cum ex portu nauis nulla tunc soluerat eum ad stationem piscatorũ duxit atq;
ibi forte primo colloquio nactus quosdam qui nauigare in Chium parabãt petiuit
ab illis Homerum secum ducerent. Eius sermonem aspernati piscatores soluerunt
quos tali accepta repulsa his Homerus versibus prosecutus est Naute diffici
les qui vasta per equora semper Ducitis ethus miserum infelicibus euũ
Cultorem hospitii summũ sperate tonantem Nam grauis est siquis violaue
rit impius illud. Que carmina velut omen future tempestatis extiterũt. Nam
subito aduersis iis exorta venti eodem illos vnde soluerant reiecit. Hic Homerus se
dens etiam tum in litore fertur his nautas carminibus allocutus Que sine me
aduerse flarunt soluentibus aure Hunc aderunt vobis sacro cum vate secunde
Piscatores igitur penitentia ducti q; non antea hominem recepissent iusse
runt illum nauim conscendere atq; ita rursum soluerunt: prosperaq; tempestate na
uigantes Homerum traduxerunt: eoq; in litore exposito ad negotia sua conuersi
discessere. Ille nocte in sequenti pernoctauit in litore. Postea vero luce cum erra
bundus huc & illuc varia loca peragrasset peruenit forte ad locum quendam qui
Pinus ab accolis appellabatur. Ibi cum iam aduesperasceret requieuit. Et cũ for
te nux pinus quã alienigere Strouilum indigene Conum vocãt cecidisset. hos ver
sus dixisse tradit Est species Pinus fructus melioris in alto Vertice cũ
multis nemocose collibus ide Martia que ferrum mortalibus addet ad arma
Semper donec eam Ceruenius incola habebit. Ceruentam vero per id tẽ
pus Cumei condere parabant iuxta Idam in qua ferri vene reperiuntur. Ea carmi
na Homerus cum dixisset assurgens vocem caprarum quarundam exaudiuit: secũ
dum quam profectus peruenit ad gregem: hic a latratu canũ perterritus pre ti
more iclamauit. Quo clamore Glaucus id enĩ pastori nomẽ erat excitat⁹ accurrit

caneſq; ab Homero increpitans abegit. Debire admiratus aduenam cecum & ſo
lum ſponte ad ea loca veniſſe percontatus eſt illum quiſnam eſſet: quo pacto ad re
giones incultas atq; deſertas acceſſiſſet cuius rei genus eſſet: Ad hec cum reſpon
diſſet Homerus: atq; inſuper calamitates erumnaſq; ſuas enarraſſet paſtorẽ ad mi
ſericordiam cõmouit Erat namq; id quod enis pre ſe ferebat indoles nõ omnino im
dis atq; ignarus rerum Glaucus· itaq; excepit benigne pauperem atq; ad domicili
um ſuum perduxit: accenſoq; igne pro tempore cenam parauit: ſecumq; diſcum
bere hoſpitem iuſſit Hic cum canes adhuc impaſti de more ad menſam allatrarẽt
conuerſus ad paſtorem Homerus his eũ verſibus allocutus eſt     Eſt mihi quod
moneam breue te cariſſime Glauce     Ferre prius canibus ſua preſtat edulia in
ipſis     Veſtibuli portis· homines audire feraq; Terere ut poſſint illeſaq; oui
lia ſeruent. Que carmina Glaucus cum audiſſet & monitis letatus eſſet hoſpitis
uehementer admiratus ingenium Cum vero inter cenandum multi inter eos ul
trocitroq; ſermones haberentur Homerus errores ſuos quaſq; vrbes adiiſſet glau
co enarrauit Que audiens Glaucus magis magiſq; animo perculſus atq; obſtupe
factus eſt: Sed cum iam hora quietis eſſet cubitum diſceſſerunt. Poſtero die Glau
cus ſecum ipſe reputans quem virum fors ad ſe adduxiſſet dominum ſuum adire
conſtituit: ut illum faceret de hoſpitis aduentu certiorem. Itaq; de legato ad con
ſecuum paſcendarum caprarum negocio Homerũ domi reliquit dicens ut ſibi cito
ciſſime reuerſuro preſtolaretur. Profectus igitur Voliſſum que ciuitas non longe
aberat dominum conuenit multaq; ſuper Homero cum illo collocutus denum iter
rogauit quid nam de homine fieri mandaret: Ille quidem verba ſerui aſpernatus
nempe eum uelut amentem & in recipiendis id genus hominibus parum conſide
ratum contemnebat tamen ut Homerũ ad ſe adduceret iperauit: Reuerſus Glau
cus Homero que dominus iuſſiſſet expoſuit: exhortatuſq; eſt vehementer ut ſecũ
ad illum accedetet dicens eam rem ſibi utilitati fore Quibus exhortationibus exci
tatus & in ſpem melioris conditionis adductus alacri ac prompto animo ad Chiũ
qui dominus paſtoris erat Voliſſum profectus eſt In cuius colloquium cum veniſ
ſet dexteritatem quandam ingenii in ſermone pre ſe ferens eum ſibi mirifice con
ciliauit. Siquidem ille aduenam oculis atq; animo contemplatus cum virum ſoler
tem & multa expertum eſſe perſpexiſſet eum domo recepit: ea potiſſimũ cauſa ut
liberum ſuorum qui iam erant in etate ad diſciplinam idonea curã ſuſciperet. Tra
ditis itaq; ſibi pueris Homerus illos aliquo tempore erudiuit: atq; interim Cerco
pas Vatracomimachiam Pſaromachiã Eptapacticen Epicindidas ceteraq; opuſcu
la que veluti preludia fuere cõpoſuit. Ita in oppido Voliſſo clarus & illuſtris fact9
vicina etiam loca nominis ſui fama compleuit Theſtorides autem cum primũ illũ
in propinquam veniſſe ciuitatem percepit Chio profugit. Homerus vero procedẽ
te tempore a Chio cuius contubernio vtebatur miſſionẽ rogauit: petiuitq; ut ſibi
bona cum illius venia in Chium proficiſci liceret Quo impetrato ad ciuitatẽ Chii
ſe contulit: atq; ibi ludum aperuit: pueriſq; carmina ſua cepit interpretari. Qua in
re a Chiis vtilis atq; idoneus iudicatus magnam iniit ciuium gratiam: plurimiq;
virtutum eius cultores atq; admiratores extitere Qui etiam ſatis ſibi diuitiarum
comparauit. Accepit deinde uxorem atq; ex ea duas filias ſuſtulit· quarum alterã
ante nubiles annos ĩmatura morte amiſit. alteram Chio cuidam in matrimonium
collocauit. Hic vero cum velut ex continuo labore aliquantulum reſpiraſſet in poe
ſim totus incubuit: omnibuſq; qui antea de ſe benemeriti fuerãt ſuo in carmine gra
ciam retulit. Primum quidem Mentoris Itacenſis qui eum cum ex oculis laboraret
domi ſue indulgenter curari fecerat in Odiſſa nomen inſeruit. fingens illũ Vlixis
ſocium atq; ab eo cũ aduerſus Troiam nauigaſſet relictũ procuratorem domeſticũ

ut qui optimus ac iustissimus omnium qui in Itaca tunc essent haberetur. Sed &
in aliis locis magno illū honore dignatus est. Nam Palladem siquando cum aliquo
colloquētem inducit similem Mentoris esse fingit. Retulit & Phamio preceptori
suo premia nutritionis & discipline in Odissea his precipue versibus. At ci-
tharam preco Phamio dedit: utpote cunctis Mellifluo cātans longe qui pstā-
tit ore. Et rursus. ille tenens citharam prelusit suaue canoram. Memi-
nit & mentis naucleri: qui eum multas ciuitates ac regiones adiens varios homi-
num mores ritusq̧ cognouerat. Sic enim ait Egiali armigeri mentes sum stir-
pe creatus: Impero qui taphus docto qui remige ferūt Cerula Remuneratus est
etiam carmine suo Tichium cerdonem qui eum cū Neotichi esset ad tabernā suā
accedentem liberaliter domo receperat. illius in Iliade nomen his versibus inserēs
Ecce aderat tollens fruti septemplicis aiax Molem ex ere bouis septeno
tergore clarus Quod cultor siue Tichius miro ordine texit. Illa cūctorū
longe doctissimus arte Etiam non solum in Chio: sed per omnem Ioniam virē
fama percrebuerat: nec de illo minor in grecia sermo ferebatur. Itaq̧ consilio mul-
torum qui Chium proficiscebantur in animum induxit in greciam se transferre.
Studens autem nobilissimorum populorum inire gratiam eum videret multa &
magna in Argiuorum ciuitatem Eulogia a variis scriptoribus edita in Athenas
vero non item: indignum ratus eam ciuitatem silentio preteriri magnificis eā lau-
dibus in Iliade maiore dignatus est. Ait enim in nauium catalogo. Errechtheos
amplum magnanimi populū pallas quē nutriit alti Verticenata Iouis: tel-
lus quem protulit vber. Atheniensium etiam imperatorem Mnesteum appri-
me laudauit tanq̄ omnium longe doctissimum ad pedestres acies atq̧ equitū tur-
mas instruendas. Hec enim sunt illius de Mnesteo carmina. Horum dux Pe-
tei Mnesteus filius: alter Qui non in toto vir tum prestantior orbe Scuta-
tos pedites equitum aut struxisse cateruas. Aiacem vero Thelamonium &
Salaminios in nauiū catalogo iuxta Athenienses ponit dicens At naues bis sex
ducit salaminius Aiax Qua is locat Attiace steterant vbi forte phalanges
In Odissea vero facit Palladem cum Vlixe loquentem athenas contendere: eamq̧
urbem multo aliarum maxime colere. Sic enim ait. Ad Marathona saetum
atq̧ amplas venit athenas Prudentes ingressa domos erechtheos Pro-
fectus autem e Chio vti statuerat in greciam nauigaturus Samū applicuit cū for-
te solemnia que dicunt celebrarentur Quem aduenientem rum quidā
Samiorum qui antea illum in Chio cognouerat vidisset. tribulibus aduentū Ho-
meri miro de illo referēs nuntiauit. Itaq̧ per eundem a tribulibus arcessitus ut sil
cum ceteris sacrificaret incidit intereundum in mulieres Lucine in triuio sacra fa-
cientes Quarum antistita cum viri aspectum moleste tulisset grauiter illum incre-
pitans cedere sacris iussit. Que imperiosa femine prohibitio altius illius in pectꝰ
descendit. Itaq̧ ducem percontatus quisnam fuisset ea locutus: cum mulierē Lu-
cine sacra celebrantem talia dixisse cognouisset hos versus composuisse memorat
Que pueros nutris audi Lucina precantem Da rogo ut hec mulier iuue-
num contemnat amores Appetat & senibus coniungi languida quorum
Vritur affectans venerem sine viribus etas. Postea vero q̄ ad tribulium con-
cilium peruenit in limine domus in qua illi epulabantur substitit: cumq̧ ignem ītra
domum accensum vidisset: carmen quod subscribemus decantauit. Alii dicunt tri-
bules ipsos tunc ignem parasse postea q̄ hos versus quos tunc Homerus cecinisse
traditur audierunt. Fama viri soboles: ampla vrbis gloria turres Campi
splendor equi: naues decus equoris: auget Nobilitatq̧ domos preciosa pecunia
reges Sunt aliis veneranda fori spectacula sedentes. Magnifica accense

domus est illustrior igne. Que cum dixisset ingressus ad tribules cũ illis discubuit
ac magno in honore omnibus illius ingenium admirantibus habitus ibidem quie-
tem cepit Postridie cum discessisset incidit in figulos quosdam qui tum forte for
nacem tenuium plenam fictilium succendebant: a quibus conuocatus de illius eni
virtutibus multa acceperant: rogatusq; mercede promissa ut aliquid caneret Hos
versus cecinit quibus titulus est Caminus. Si dabitis figuli precium canta-
bo fauorem Implorans diuũ vestra hec ut cepta secundent Adsis o Pallas
dextramq; impone camino Ut bene decoctum formosi fictile honoris Per
fora perq; vias precium ferat atq; magistris Promerita optati referat cõpen-
dia lucri. Sin vos promisso fraudatis munere vatem Inuoco qui uestri
perfringant vasa camini Sintriuon & Smaragon simul Asuetumq; & Amactũ
Omodamumq; Pirretbusamq; trucem. rogo diua Omnia misce suam figu
lis deflentibus artem. Sicut equi maxilla fremit frenditq; caminus Friuo-
la ita eruptans horrendo cuncta fragore Perstrepat & magnis feriat tinniti-
bus auras. Huc solis proles accede venefica Cirre Ac fucis insperge tuis ope
ra atq; magistros. Tuq; age centauros Chiron quos Herculis olim Victri
ces domuere manus. hi calcibus omne Fictile percuciãt demoliq; caminum.
Ipsorum ante oculos insultent. ego flentibus adsim Letatus meritam figu
lorum cernere sortem. Siquis opem miseris ferat: huic uulcanius ora
Ignis edat facere ut cuncti iustissima distant. Agens autem hiemem Samo sin-
gulis Calendis fortunatas potentissimorũ ciuiũ domos adibat: vicinorũq; puerorũ
circumfusa turba mercedem aliquam cantãdo corrogabat Canebat autem hos ver
sus qui quasi beniuolentie conciliatores ac pacis nuntii Caduceus nuncupantur
Vertimur en ad te domini domus ampla potentis Cuius opes sũme sũt atq; im
mensa potestas. Recluse: vos este fores. namq; atria magne Ingredient opes
& pax & alumna quietis Leticia: he tibi siqua vacant rogo vasa coronãt.
Dona laborate Cereris tibi semper abundent Ceruers segetes ab agris. Ascẽ
det & ipsa Cum puero cõiunx plaustrum reditura marito. Quam muli Eri
pedes ad celsa palatia ducent. Sedula que ad galli repetit sua stamina cantũ
Annuus ecce tibi venio ut vernalis hirundo Vestibulũ ante ipsũ: siquid
donaueris addent Iam tibi Smirnee decus ĩmortale camene. At si forte
nihil quod certe haud spero futurũ Non nos in tectis mãsuri accessimus istis
Que carmina longũ postea tẽpus in Samo a pueris decãtata quãdo ad festos
Appollinis dies celebrandos cõgregabant. Incipiẽte aũt vere Samo cũ quibusdã
vicinis abiit nauigaturus Athenas Profectus igit Iam applicuit: atq; ibi naute nõ
ad vrbem iecerũt ancboras. sed proximo litore contãti paulisper ab vrbe semotã sta
tionem elegerũt. Hic tum forte Homerus infirma valitudine correptus est naui
itaq; egressus in litore decubuit quiereq; cepit Piures ibi dies intẽpestiuo ad naui
gandũ mari rũ focus cõmoratus est idoneã nauigationi tempestatẽ expectãs. Iuris
ex vrbe plurimi fama viri cõpulsi singulis diebus Homerũ visitabãt totũq; in pre
claris illius sermonibus diẽ cõterentes hoĩem ut deũ in terris aliquẽ obstupefacti
admirabant. Forte accidit ut illo serui quidã piscatores deferrent. Hi aduenas ex
alto cõspicati accesserũt ad lit9 namq; egressi agite ĩquiũt o peregrine audite que
a nobis dicent si forte potestis eorũ sensa cognoscere Tũc iussi que vellẽt loqui ta-
le illis enigma soluendũ proposuerunt. Dicentes se quecũq; ceperãt reliquisse: que
vero non ceperant secum deportasse. Quidam dicunt eos metrice dixisse Pren
dere que licuit dimissa reliquimus illa. Sed ferimus que nõ cepimus. Et quid
id est? Quorum verborum sensum cum neq; Homerus neq; comites elicere potu-
issent ipsi suũ problema serui explicarunt. dicentes: q cum piscando piscium nihil

capere potuissent sedētes in litore se purgarant pediculis: ita quos ceperant relī-
querant quos capere non potuerant secum ferebant domum. Horum verba Home
rus hoc Disticho traditur excepisse   Estis enī vili patrū de sanguine creti Quis
nec opes magne nec sunt pecuaria multa.   Morbo vero ingrauescente ibidem
e vita migrauit non ob id quod nodosū enigma non potuisset explicare vt quidam
existimāt: sed verū debilitate ac languore confectus. Eodem etiam in loco ab iis
qui cum eo nauigarant simul & a Polireis quicunq; illius disputationibus ī terfue
rant sepultus est. Longo autem tempore post cū iam poesis obsoleuisse hoc elegia-
cum carmen sepulchro illius adscripserunt. quod omnes quidem admirantur. sed
non fuit ab Homero ipso ut nonnulli asserunt editum   Conditur hoc tumulo ua
tes diuinus Homerus   Heroum cecinit qui bene gesta ducum.   Quod au
tem ex Eolia fuit Homerus non Ion aut Dores & ex iis que a nobis dicta sūt ostē
sum est & per ea que dicentur fient illustrius. Virum poetam tantum cū ea que
sunt in consuetudine ac moribus hominum describat decens est aut ea que in vita
sūt optima excogitare aut patrios ritus legesq; describere. Hinc de ipso Homero
ex versibus suis probabilem coniecturam facientes: vera poterimus facillime iudi
care. Sacrificiorum enim solemnia ceteramq; religionē aut excogitare debuit op-
timam aut eam que in patria sua seruabatur effingere. Atqui sic scribit.   Con
tractas iugulant pecudes & viscera nudant Crura secant duplicant pinguiq; abdo
mine uoluunt.   Hic de lumbo nulla fit mentio quo ad sacrificia ceteri greci utun
tur. Soli enim ex omnibus grecis Eoles lumbum in sacris non adurunt. Apparet
etiam his versibus Eolidem illum fuisse in quibus Eolis se legibus vsum esse de-
clarat.   At senior flammis vrit vinoq; calenti   Perfundit: iuuenes penes hūc
Pempouola portant.   Eoles enim soli intestina verubus quī cuspidibus aduolu
ta comburont. Eoles preterea pro   dicunt. De Homeri genere vita &
morte hec habui que dicerē. Qua vero etate floruit ex iis que dicenē siquis recte
ac diligenter considerant poterit satis apertam veri facere coniecturam ab expe
ditione Agamēmonis ac Menelai aduersus Illum. C. ac. xxx. anni intercesserunt
usq; eo dum Lesbos habitari per vrbes cepta est: cum in illa nulle prius ciuitates
extitissent. ab hinc annos xx. Cuma Eolis que & Phricotis appellata est habitari
cepta. xviii. annis post Smirna a Cumeis Colonis assignata quo tempore Home-
rus nascitur. Ex quo vero Homerus natus est usq; in transitum Xerxis in greciaʒ
cum Hellespontum ponte coniunxit & ex Asia in Europam traiecit ccccc. xxii.
anni numerantur Ex hoc siquis cupiat insequens tempus inquirere facile poterit
numerum annorum ex Athenensium principibus inuenire. Post Troianum vero
bellum nascitur Homerus annis. C. Lxviii.

OSTEA QVAM Homeri vitā ex Horodoto a nobis
in latinum conuersam ad te misimus: venit ad manus Plu-
tarchi libellus quidam qui de Homero inscribiē: in quo in
ter edia plurima varie antiquorum opiniones de illius pa-
tria: genere: & etate continentur Itaq; ut de poeta parum
ob uetustatem cognito plenior a nostris noticia haberetur
eam partem omnem que ad eius vitam pertinebit latinaʒ
fecimus: reliqua vero que ad poesim magis spectare vide
bantur obmisimus. Hanc itidē Laurenti ad te mittimus ut totus tibi per nos Ho
merus innotescat. Magis certe pauca hec Plutarchi probabis: ꝑ illa multa : que
quidem ut demum dicam quod sentio si non adulterina atq; notha: Herodoti cer-
te tanti auctoris nomine parum digna videri possunt. Vale.

VPERVACVVM Fortasse quibusdã videatur in que-
rendis Homeri parẽtibus ac patria nimis esse occupatum
quandoquidem nec ipse sua se scribere dignum esse iudica
uit: sed ea modestia vsus est ut ne nominis quidem sui que
fuerit origo meminerit. Quoniam vero ad institutionem
eorum qui erudiri incipiunt vtile est plurima experiri: ag
grediemur quecũq; de illo veteres descripta reliquerũt re
censere. Ephorus igitur Cumeus in libro quem de patriis
rebus inscripsit Homerum cõciuem suum fuisse uolens ostendere scribit Appellẽ
Maeona Diumq; fratres Cume fuisse: Horum Dium cum aere alieno premeret̃
immigrasse in Ascram Boecie vicum: cũq; illic Picimedẽ duxisset vxorem ex illa
suscepisse dicit Hesiodum. Appellem autem cum in patria diem suum obiisset filiã
nomine Critheida fratris Maeonis tutele reliquisse. Hunc autem cum puellã vi-
ciasset grauidamq; fecisset: atq; ob id facti vereretur infamiam Phamio eam Smi
naeo grammatice preceptori in matrimonium collocasse. Illam vero nõ multo post
ad lauacra que prope Meletem fluuium erant proficiscẽtem Homerum iuxta flu
uium peperisset: atq; ob id infantem Melesigenem appellatum qui postea cecus
factus Homeri nomen acceperit. Cumei namq; & Iones oculis captos Homeros
appellant: q; homeris id est itineris ducibus egeant Hec quidem Ephorus: Aristo
telis autem in tercio de poetica libro dicit in Io insula quo tempore Heleus Codri
filius Coloniam in Ioniam deduxit puellam quandam indigenam a deo qui musaꝶ
consuetudine utebatur fuisse compressam que cum grauida facta esset infamiam
verita ĩ lorum abiit que Aegina dicebatur: ibi a latronibus capta ac Smirnam que
tunc Lidorũ tenebarur imperio abducta Maeoni Licurum regi amico ab eis do-
na data est. Ille vero puelle venustate captus eam duxit vxorem que cum postea
iuxta Meletẽ forte spaciaretur partus subitis occupata doloribus Homerũ apud
flumen enixa est. quem suscipiens Maeon pro suo educauit. Mater autem statim
post partum a vita discessit. Cum vero aliquot annis post Maeon quoq; ipse vita
functus esset. Lidiq; ab Eolus bello pressi Smirnam deserere statuissent princi-
pes ciuitatis per preconem edixerunt ut quicunq; ipsos sequi uellet urbe egredere
tur. Tunc Homerus etiam tum adolescentulus: se quoq; hoc est sequi uel
le dixit. Eaq; de causa fuit Homerus pro Melesigene nuncupatus. Postea cum iã
etate profectus magnam apud omnes esset poetice facultatis gloriam consecutus
Appollinis consuluit oraculum quibus parentibus & qua patria ortus esset: atq;
hoc responsum dicitur accepisse: Insula Ios matrem nato factura sepulchrũ
Progenuit: iuuenum tu vero enigma caueto. Fertur & aliud huiusmodi
habuisse responsum Felix atq; miser: fortemq; ad vtranq; create Nosse
cupis patrie nomen Homere tue Insula non longe creta Minonis ab ampla
Dat matrem: sed non est pater inde tibi Atropos hic dulcis tibi franget sta-
mina vite: Cum iuuenum nodos soluere non poteris. Ipsa duas vire sortes tibi
fata dederunt. Hec obscura quidem: par erit illa deis: Immortalis eris vi-
uus moriensq; magisq; Post mortem nomen uiuet in orbe tuum Longo tẽ
pore post Thebas ad Saturnalia qui ludi apud Thebanos musici erant profectus
est inde in Ium insulam nauigauit. Quo cum peruenisset ac forte saxo quod erat in
littore insedisset piscatores litoribus tum forte appulsos rogauit nũquid haberẽt
illi uero difficili enigmate responderũt Se quecumq; cepissent reliquisse que vero
non cepissent habere: significabant videlicet cum piscium nihil capere potuissent
sese purgasse pediculis atq; ita quos ceperant reliquisse quos non ceperant in uesti
mentis habere. Homerus autem cum hoc enigma interpretari nõ potuisset ingẽti

dolore confectus migrauit e vita: honorificentissimeq; a suis ciuibus sepultus est atq; hoc illius sepulchro epigrāma incisum. Conditur hoc tumulo vates diuinus Homerus Heroum cecinit qui bene gesta ducum. Sunt qui Homerum Colophondon fuisse conātur ostendere: atq; hoc maxime argumento nituntur: q; in eius statua hoc elegiacum carmen reperiatur. Nate Melete decus Graiorum ac splendor Homere Nobilitas patriam qui Colophona tuam. Diuina gemas genuisti mente puellas Semideum scribens inclita gesta virum Altera multiuagi reditum cantauit Vlixis Altera Graiugenas Dardomosq; duces

Opere p̄ciū est & Antipatri epigrāmatū scriptoris nō insuaue ī Homerꝫ epigrāma referre Est aūt huiusmodi Diceris a multis Colophonis alumnus Homere

Hic te Smirnaeū credit: at ille Chium Quin & Ion quidā Salamina supbā

Thessaliā multi te genuisse ferūt. Sunt & qui memorent aliis te sedibus ortū Sic variis natus crederis esse locis Dicere si liceat mihi phebi oracula celū

Certa tibi patria est Calliopea parens. Natum vero Homerum belli Troiani tempore eiusdemq; spectatorem fuisse quidam scribunt. alii centum annis post alii centum quinquaginta tradiderunt. Scripsit poemata duo Iliada & odisseam Errant autem qui vatracominachiam margetemq; ab illo exercitationis gratia fuisse compositas. Esse vero secundum Homerum troiani belli originem quidam dicunt Alexandri de trium dearum Iunonis Minerue venerisq; formi iudiciū. Dicere namq; poetam aiunt Alexandrum illas cum ad eum uenissent in contentionē induxisse cum venerem que blando eum sed pernitioso illexerat lenocinio pulchriorem iudicasset. Verum enimuero non est consentaneum deos ab homine fuisse iudicatos: neq; hoc ab Homero de aliis diis asseritur. Quare merito illorū opinio tanq; nullius auctoritatis eiicitur. Probabilius igitur fuerit dicere quemadmodū Alexander Priami regis filius uisende grecie variosq; grecorum mores percipiendi desiderio flagrans Spartam nauigauit: atq; illic ab Elena Menelai uxore cum maritus abesset honorificentissime acceptus hospitio mulierem blanditiis pollicitationibusq; illexit ut secum discederet: quibus seducta mulier eū secuta est. Itaq; nauigantes ad insulam nomine Cranaem appulerunt: atq; ibi primū Helene Alexander coniunctus est. Inde autem soluentes per Sidona & Phenicem Ilium peruenere. Menelaus vero & Agamemnon cum primum facti sunt de iniuria certiores exercitum in Aulidem Boetie ciuitatem congregarunt Ibi cum omnes auspicatissimo rerum agendarum vitio rei diuine intenti essent: ecce draco propinquam arborem in qua forte passer nidificarat ascendens octo pullos matremq; insuper īteremit. quo signo portendebatur grecos nouem apud Ilium annos dimicaturos. decimo tandem vrbem ipsam funditus euersuros Igitur peractis sacrificiis Aulide soluentes ad Troiam peruenerunt vbi cum primo congressu Prothesilaus interfectus esset. Menelaum & Vlixem ad repetendam Helenam legatos Ilium miserunt. Cū vero Troiani Helenam reddere recusassent: rursus greci belligerendi inire consilia: atq; exercitus parte ad vrbis obsidionem relicta reliqui Achille duce vicinas vrbes aggressi sunt eo consilio ut Troianos finitimis sociis spoliarēt Cum vero populabūdi omnia diriperent atq; vastarent inter ceteras vrbes vnam forte Chrisā nomine ceperunt: ex qua captiuam Chriseida Chrisae qui erat sacerdos appollinis filiam agamemnoni dono dedere. Chrisis autem redimende filie causa ad exercitum uenit atq; ab agamēnone contumeliose repulsus appollini supplicauit ut spreti numinis ulcisceretur iniurias: ita magna pestilentia ab appolline in castra grecorum immissa achilles de reddenda sacerdoti Chriseide contionatus est. Quare agamemnon achilli vehementer iratus Briseida illi iocundum militie premium abstulit. quā rem achilles grauiter ferens matrē Theti orauit ut a Ioue Troianis

contra grecos auxiliũ imploret. Quod cum Thetis fecisset iamq; Troiani aliquot
prelus superiores grecis insultarent Patroclus Nestoris hortatu arma ab Achille
tantisper dum Troianos a nauibus repelleret postulauit: quibus impetratis forti
ter ac generose pugnans demum ab Hectore peremptus est. Huius morte summo
dolore affectus Achilles & cum Agamemnone redit in gratiam & arma a Vulca
no fabricata accipiens alios Troianorum q̃ plurimos ac deniq; ipsum Hectorez in
teremit Hic cum rerum omnium ac tocius belli sit ordo Homerus tamen a nono
anno poematis sui sumpsit exordium quoniã que ante Achillis iram gesta fuerant
tenuia satis ac parum sibi memoratu digna videbant̃ Troiani enim Achillem timẽ
tes se intra muros cõtinuerant ac nunq̃ ausi erant cum grecis aperto marte cõten
dere. Sed postea q̃ iratus Achilles a certamine destitit audentes in campum pro
dierunt Tunc equatis belli iuribus plurima inter heroas preclara facinora patra
ta sunt. Homerum poetam tempore quidem plurimis virtute autem ac facultate
omnibus superiorem merito primum legimus: maximum ex eo & ad dicendi copi
am & ad sententiarum grauitatem & ad plurimarum rerum cognitionem presidi
um habituri Dicemus autem de illius poesi si prius aliqua de ipso poeta in mediũ
attulerimus. Homerum igitur Pindarus tum Chium tum Smirneum fuisse ait
Simonides Chium: Aristarchus ac Niclander Colophonium. Aristoteles autem
Iteum: Ephorus vero historius Cumeum: quidam etiam Salaminium: quidam
Argiuum fuisse dixerunt: aristarchus autẽ ac Dionisius Thrax Atheniensem pu
tarunt. Filius vero a quibusdã Maeonis & Chritheidis ab aliquibus Meletis flu
minis existimatus. Atq; ut de genere ac patria ita & de temporibus quibus fue
rit dubitatur: Aristarchus enim eo dicit Homerum tempore floruisse quo in Ioni
am Colonia deducta est post Heraclidarum uidelicet descensum annis sexaginta
cum ante Heraclidarum gesta annis octoginta bellum troianum fuisset Crathes
vero ante Heraclidarum descensum Homerum fuisse confirmat: quod si ita est nõ
integri octoginta anni inter Troiani belli tẽpora & Homeri genesim reperientur
interfuisse. Verum plures in hanc sententiam conueniunt Homerum annis centũ
post bellum Troianum natum: non multo ante Olimpia a quibus Olimpiadarum
anni numerantur. Sunt autem illius poemata duo Ilias & odissea ambo non ab ipso
poeta sed ab aristarcho grãmatico in numerum versuum diuisa atq; distincta Ilias
quidem gesta grecorum & barbaroꝝ propter Helene raptum sed precipue Achil
lis preclara in eo bello facinora continet. Odissea vero Vlixis ex Troiano bello in
patriã reditũ quotq; ille labores errãdo ptulerit atq; ut reuersus ultus fuerit inimi
cos ostendit. Ex quo apparet sapientissimum poetam in Iliade quidem corporis vi
res in Odissea vero animi virtutes executum si non solum virtutes sed etiam vitia
dolores quoq; leticias timores atq; cupiditates hominum describit: iniquum tamẽ
est accusare poetam q̃ non bonos tantum verum etiam malos mores expresserit:
Siquidẽ sine vtrisq; non fiunt preclara facinora Et licet semper auditoribus e mul
tis ac variis eligere meliora: Finxit etiam Homerus deos vti hominum consuetu
dine atq; colloquiis non modo ut eiusmodi figmenta & delectarent & admirationẽ
relinquerent. Verum etiam ut per hoc deus rerum humanarum curam habere de
clararet: Vniuersa deniq; apud eum gestarum expositio & admirabilis & fabulosa
cõtexitur. ut possit sedulos reddere atq; obstupefactos tenere lectores utq; magni
fica atq; sublimi oratione reddatur illustris. Ex quo interdũ videtur poeta quedaz
preter rei veritatem scripsisse: non enim semper probabilia persecutus est sed per
sepe effinxit res mirandas atq; sublimes. Quapropter non modo res sed etiam ver
ba & extulit & a cõmuni consuetudine transtulit. Quod autem noua quedã & ad
miranda & que non facile in consuetudinem veniunt semper adducat: nemo ne

Virgilius

mediocriter quidem doctus ignorat. Quinetiã siquis in his fabulosis narracõnibus diligenter singula que dicunt attenderit poetã hunc omni humanitate atq; doctrina imbutum fuisse reperiet: intelligetq; plurima illum tanq; semina & orationis & actionum variarum posteris non solum poetis verumetiam oratoribus historicis atq; philosophis reliquisse.

Incipit Vita Virgilii Viri Clarissimi

VIRGILIVS MARO Parentibus modicis fuit: & precipue patre: quem quidam opificem figulum plures magi cuiusdam viatoris initio merecenatium: mox ob industriaz generis tradiderunt: quem cum agriculationi reiq; rustice & gregibus prefecisset socer: apibus curãdis regulã auxit Natus est enim Pompeio magno M. Licinio Crasso primum consulibus iduum octobrium die: in Pago: qui Ande dicitur: qui abest a Montua non procul. Pregnans mater Maia cum somniasset enixam se laureum ramum quem compactam terre coaluisse & excreuisse illico in speciem mature arboris refetre variis pomis & floribus. Sequenti luce cum marito rus propinquũ petens ex itinere diuertit: atq; in subiecta fossa partu leuata est. Ferunt infantem ut sit editus neq; vagisse: & adeo miti uultu fuisse: ut haud dubiã spem prosperioris geniture indicaret: & accessit aliud psagium: siquidẽ virga populea more regionis in puerperus eodẽ statim loco depacta ita breui tempore coaluit: ut multo ante satas populos adequasset: que arbor Virgilii ex eo dicta: atq; etiam consecrata est. Summa grauidatum ac fetarum religione suscipientium ibi & soluentium vota. Initia etatis hoc est usq; ad xvii. annum Cremone egit. Et eo ipso anno togaz virilem cepit: illis consulibus iterum quibus natus erat: euenitq; ut eodem ipso die Lucretius poeta decederet. Sed Virgilius a Cremona Mediolanum & inde paulopost Neapolim transiit: ubi cũ litteris grecis & latinis uehemẽtẽ operam dedisset: tandem omni cura omniq; studio indulsit medicine & mathematicis quibus rebus cum ante alios eruditor peritiorq; esset se in vrbem contulit: statimq; magistri stabuli equorum Augusti amicitiã nactus multos vatiosq; morbos incidentes equos curauit At ille in mercedem singulis diebus panes Virgilio ut vni ex stabulariis dari iussit. Interea a Crotoniatis pullus eqoi mire pulchritudinis Cesari missus dono fuit: qui omni iuditio spem portendebat virtutis & celebritatis immense: hunc cum aspexisset: Maro magistro stabuli dixit esse natum ex morbosa equa: & nec viribus valiturum: nec celeri tate. Idq; verum fuisse inuentum: quod cum magister stabuli Augusto enuntiasset: duplicare sibi in mercedem panis iussit. Cum autem ex Hispania Augusto canes duo mitterentur: & parẽtes eorum. dixit Virgilius & animũ celeritatemq; futuraz quo cognito mandat iterum augmẽtari Virgilio panes. Dubitauit augustus Octauii ne filius fuerit: an alterius: idq; Maronem aperire posse arbitratus est. quia canum equiq; naturam parentesq; cognorat. Amotis ergo omnibus arbitris illum in penetratiorem partẽ domi vocat & solum rogat an sciat quisnam esset: & quã ad felicitandos homines facultatem haberet: Noui inquit Maro te Cesarem augustum: & ferme equam cum diis immortalibus potestatem habere: ut quemuis felicem facias eo animo suis respõdit Cesar: ut si verum pro rogatu dixeris beatum felicemq; reddam: vtinam ait Maro interroganti tibi vera dicere queam. Tunc augustus

putant alii me natũ Octauio: quidã suspicantẽ alio me genitũ viro. Maro subridens facile inquit si impune licenterq̃ que sentio loqui iubeas id dicam. affirmat Cesar iureiurando nullum eius dictum egre laturum: imo non nisi donatum ab eo discessurum Ad hec oculos oculis augusto infigens Maro facilius ait in ceteris animalibus qualitates parentum mathematicis & philosophia cognosci possunt: in homine nequaq̃ possibile est Sed de te coniecturam habeo similem viri vt quid exercuerit pater tuus aperire possim. Attente expectabat augustus quidnam diceret quãtũ ego intelligere possum pistoris filius es inquit Obstupuerat Cesar & statim quo id pacto fieri potuerit animo uoluebat. Interrumpens Virgilius audi inquit quo pacto id coniicio: cum quedam enuntiauerim predixerimq̃ que intelligi sciriq̃ nõ nisi ab eruditissimis summisq̃ viris potuissent tum princeps orbis item & item panes in mercedem dari iussisti quod quidem haud pistoris aut nati pistore officiũ erat At deinceps inquit Cesar nõ a pistore sed ab rege magnanimi dona feres: placuit Cesari facecia illumq̃ plurimi fecit: & Pollioni cõmendauit. Corpore & statura fuit grandi: aquilino colore. facie rusticana: ualitudine varia. Nam plerumq̃ ab stomacho & faucibus ac dolore capitis laborat. Sanguinem etiam sepe reiecit cibi viniq̃ minimi. Fama fuit libidinis in pueros pronioris fuisse Sed quidem ita cum pueros amare putauerunt ut Socrates Alcibieden & Plato. Verũ inter omnes maxime dilexit Cebetem & Alexandrum quem Secunda bucolicorum egloga alexim appellat donatum sibi a Pollione virumq̃ non ineruditum dimisit unã Alexandrum grammaticum. Cebetem vero & poetam: uulgatum est consueuisse eũ & cum Plocia Ceria. Sed Astonius Pedianus affirmat ipsum postea maiorem natu narrare solitam inuitatum quidem a Varo ad cõmunem rem mulieris sed pertinacissime recusasse: cetera sane vita & ore & animo tam probum cõstat fuisse ut Neapoli prathenias uulgo appelleretur. Ac si quando Rome quo rarissime commeabat viseretur in publico sectãtes demonstrantesq̃ se subterfugere in proximum tectũ Bona autem cuiusdam exulantis offerente Augusto non sustinuit accipere. Possedit prope cencies sextercium ex liberalitatibus amicorum: habuit domum Rome ex quibus iuxta ortos Mecenacianos: quanq̃ secessu Campanie Siciliecq̃ plurimum uteretur: quecunq̃ ab augusto peteret repulsam nunq̃ habuit. Parentibus quot annis ad habundantem alium mittebat: quos iam grandis amisit: ex quibus patrem captum oculis & duos fratres germanos Silonem impuberem Flaccum iam adultum: cuius exitum sub nomine Damnidis deflet. Inter cetera studia ut superius dixi medicine quoq̃ & maxime mathematice operam dedit. Egit & causam vnam omnino: nec amplius q̃ semel sermone tardissimum ac pene indocto similem fuisse Melissus tradidit poeticam puer adhuc auspiratus in balistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus Disticon fecit. Monte sub hoc lapidum tegitur balista sepultus nocte dieq̃ tuum carpe viator iter deinde Priapeam & Epigrammata: & diras: & culicem: cum esset annorum sedecim: cuius materia talis est Postem fatigatus estu: cum sub arbore obdormiuisset: & serpens ad eum prerepsisset: e palude culex preuolauit. Atq̃ inter duo tempora aculeum fixit pastori: & ille continuo culicem contriuit: & serpentem interemit ac sepulchrum culici statuit: & Disticon fecit. Parue culex pecudum custos tibi tali merenti funeris officiũ vite pro munere reddit. Scripsit etiam & de qua ambigitur Ethnam quedam alia opuscula. Et mox cum res Romanas inchoasset offensus materia ad Bucolica transiit: maxime ut Asinium Pollionem Alpenum Varum & Cornelium Gallum celebraret: quia in distributione agrorum qui post Philippensem victoriam veteranis trium virorum iussu transpadum diuidebantur indemnem prestitissent. Deinde Georgica in honorem Mecenatis: qui vix

dam noto opem tulisset aduersus Veterani Claudii militis ut alii putāt Arii Cē
turionis violentiam: a quo in alteratione litis agrarie parum affuit quin occideretē
Nouissime Eneidem aggressus est: argumentum variū & multiplex: & quasi am
borum Homeri carminum instar: Preterea nominibus ac rebus grecis latinisq; cō
mune: & in quo quod maxime studebat Romane simul vrbis & augusti origo con
tineretur. Cum Georgica scriberet: traditur quotidie meditatos mane plurimos
versus dictare solitus: ac per totum diem retractando ad paucissimos redigere nō
absurde carmen se vrse more parere dicens & lanniendo demum effingere. Enei
da prosa prius oratione formatam degestamq; in duodecim libros particulatim
componere instituit: ut quidam tradunt Alii eius sententie sunt: ut mente habue
rit quatuor & viginti libros usq; ad Augusti tempora scripturum: atq; alia quidē
percursurum. Augusti vero gesta diligentissime executurū. Quippe qui dū scri
beret nequid impetum moraretur: quedā imperfecta reliquit. Alia leuissimis ver
sibus scripsit: quos per iocum pro Tigillis interponi a se dicebat ad sustinendum
opus: donec solide columne aduenirent. Bucolica biennio Asinii Pollionis suasu p
fecit: hic Transpadum prouinciam regebat cuius fauore agros suos cum Vetera
nis distribuerentur: non amisit Virgilius. Hunc Pollionem maxime amauit Ma
ro & ab eo magna munera tulit: quippe qui inuitatus ad prandium captus pulch
ritudine & diligentia Alexis Pollionis pueri eum dono accepit. Huius Pollionis
filium Gaium Asinium Gallum oratorem clarum & poetam non mediocrem miro
amore dilexit Virgilius. Is transtulit Amphitrionem in latinum & libros quatu
or amores suos de Cithareda scripsit. Hic primo in amicitia Cesaris Augusti fuit
postea in suspitionem coniurationis contra illum ductus: occisus est. Verum usq;
adeo hunc Gallum Virgilius amarat: ut quartus Georgicorum a medio usq; ad fi
nem eius laudem contineret: quam postea iubente Augusto in aristei fabulam com
mutauit Georgica septennio Neapoli Eneida partim in Sicilia partim in Campā
nia vndecim annis confecit. Bucolica eo successu edidit ut in cena quoq; per canto
res crebra pronuntiarentur At cū Cicero quosdam versus audisset: & statim acri
iuditio intellexisset: non cōmuni vena editos: iussit ab initio totam Eglogam reci
tari: quam cum accurate pernotasset in fine ait alte spes altera Rome: quasi ipse lin
gue latine spes prima fuisset: & Maro secunda. Que verba ipse postea Eneidi inse
ruit Georgica reuerso ab Athica victoria augusto atq; Artalle reficiendacum vi
rium causa cōmoranti per continuū quatriduum legit suscipiente Mecenate legē
di vicem quociens interpelleretur ipse vocis offensione. Pronūciauit autem cū sua
uitate lenociniis miris Seneca tradidit Iulium montanum poetam solitum dicerē
inuolaturum se Virgilio quedam si & vocem posset & ipocrisim Eneidos vix dū
cepta tanta extitit fama: ut sextus Propertius non dubitaret sic predicare. C di
te Romani scriptores: cedite Grai Nescio quid maius nascitur iliade. Augustū ve
ro cum iam forte expeditione Candatrica supplicibus atq; etiam minantibus p io
cū litteris efflagitaret: ut sibi de Eneide uel prima carmina mitteret negauit: cui
tamen multo post perfecta demum materia tres omnino libros recitauit: secundū
quartum & sextum. Sed hunc precipue ob Octauiam: que cum recitationi inter
esset: ad illos de filio suo versus. tu Marcellus eris defecisse fertur: atq; refocillata
dena sextertia pro singulo versu Virgilio dari iussit. recitauit & pluribus. Sed ne
q; frequenter: & ferme illa de quibus ambigebat: quo magis iudicium hominum
experiretur Erotem librarium & libertum eius exacte iam senectutis tradunt re
ferre solitum: quodam in recitando cum duos dimidiatos versus cōplesse ex tēpo
re. Nam cum primo hoc solum esset: Miserant Eolidem adiecisse: Quo non prestā
cior alter. Item huic ere ciere uiros Simuli calore: lactatum Subiunxisse martē

recerdere cantu: Statimq; sibi imperasse ut vtrumq; volumẽ adscriberet. Bucoli-
ca Georgicaq; emendauit. Anno vero .lii. ut ultimam manum Eneidi imponeret
statuit in Asiam secedere: trienioq; continuo omnem operam limitationi dare: ut
reliqua vita tantum philosophie uacaret. Sed cum aggressus iter. Athenis occur-
risset Augusto ab oriente Romam reuertenti vnacum Cesare distinauit. At cum
Megaram vicinum opidum visendi gratia peteret: langorem nactus est: quẽ non
intermissa nauigatio auxit ita ut grauior indies tandem Brundusium aduentarit
ubi diebus paucis obiit .x. Calendas Octobris Gn. Pontioq; Lucretio consulibus
Quo cum grauari morbo sentiret se scrinia sepe & magna cum instãtia petiuit cre-
maturus Eneida: quibus negatis testamento cõburi iussit: ut rem inemendatã im-
perfectamq;. Verum Tucca Varusq; monuerunt id Augustum non permissurum
Tunc eidem Varo ac simul Tucce scripta sub ea conditione legauit: ne quid ede-
rent quod non editum esset a se: & versus etiam imperfectos si qui erant relinque-
rent. Voluit etiam eius ossa Neapolim transferri: ubi diu & suauissime vixerat.
Ac extrema valitudine hoc ipse sibi Epithaphion fecit Disticon. Translata ergo
iussu Augusti eius ossa prout statuerat Neapolim fuere: sepultaq; via Puteolana
intra lapidem secundum: suoq; sepulchro id Distichon quod fecerat inscriptũ est
Mantua me genuit Calabri rapuere Tenet nunc. Parthenope Cecini pascua Ru-
ra. Duces: Heredes fecit ex dimidia parte Valerium proculum fratrem. Ex alia
parte ex quarta augustum Ex duodecĩa Mecenatem. Ex reliqua. L. Varrum &
Plotium Tuccam qui eius Eneidem post obitum prout petiuerat iussu Cesaris
emendarũt Nam nullius omnino sententia cremtatu Eneis digno viso fuit: de qua
re supplicii Carthaginẽsis extãt hi mi ôi versꝰ Iusserat hec rapidis oboleri carmi-
na flammis Virgilius: phrigium que cecinere ducem. Tucca vetat Varusq;
simul tu maxime Cesar: Non sinis & latie cõsulis historie. Infelix gremio te
cidit prope pergamus igni. Et pene est alio Troia cremata rogo Exrant & au-
gusti de ipsa eadem re versus plures & clarissimi: quorum initium ita est. Er-
go ne supremis potuit vox improba verbis Tam dirum mandare nephas. ergo
ibit in ignes Magnaq; doctiloqui morietur musa Maronis. Et post paulum
sed legum est seruarda fides suprema voluntas Quod mardat fieriq; iubet parere
necesse est. Frangatur potius legum veneranda potestas q̃ tot congestos noctes
dieq; labores hauserit vna dies: & ea que secuntur. Nichil ergo auctore Augusto
Varus edidit: quod & Maro preceperat: sed sũmatim emẽdauit: ut qui versus eti-
am imperfectos siqui erant reliquit Hos multi supplere conati non perande value-
runt: ob difficultatem quod omnia fuere apud eum emasticata: preter illud quem
tibi iam Troia sensum videantur habere perfectum. Nisius grãmaticus audisse se
a senioribus dicebat. Varum duorum librorum ordinem cõmutasse Et qui tũc se-
cundus erat in tercium locum transtulisse: etiam primi libri correxisse principium
his versibus demptis. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Car-
men: & egressus siluis vicina coegi. Vt quamuis auido parerent arua colono
Gratum opus agricolis: ac nunc horrentia Martis Arma virumq; cano. Nec
Virgilius qui columen lingue latine fuit caruit obtrectatoribus. In Buccolicis du-
as tantum Eglogas Sed insulsissime Pero quidam detider & sic deridendo inci-
pit. Titire si toga calda tibi est: quo te tegmine fagi Dic mihi Dameta cuiꝰ
pecus anne latinum Non verum Egonis nostri sic rure loquũtur. Est aduersus
Eneida liber Cabili pictoris titulo Eneo mastix. M. Vipranius eum a Mecenate
suppositum appellat. Noue cacobelie repertoremq; dicebat neq; tumidũ neq; exi-
lem cõmunibus verbis opus illud confecisse. Herennius vicia eius contraxit tãtũ
Perilius Faustinus furta. Sunt quiti octaui anti volumina magna: cũ mea glosa

& laude vindictam in manu habeo. Maiorem enim curaꝫ virtuti intendã atq; quã
e'egãtior ego fiam eo vehemẽtius ipse in iudea iũpet. Erat augusti familiaris Fi
listus quidã orator & poesim mediocriter doctus cui multiplex variũq; ingenium
erat qui oĩm omnia dicta rep̄hendere conabat nõ vt verũ dignosceret: quod facere
Socrates cõsueuit: sed vt eruditior videret. Hic Virgiliũ vbicũq; cõuenire dabat:
maledictis salibusq; uexabat Quare sepe ille aut tacebundus discedebat aut suffu-
sus pudore tacebat. Verum cũ Augusto audiente elinguem illũ diceret & causam
etiam si suam haberet defendere nequire: tace inquit fabula: nam hec mea tacitur-
nitas defensorem causarum mearum Augustum fecit & Mecenatem. Et ea tuba
cum uolo loquar que vbiq; & diutissime audietur. Tu loquacitate non modo aures
hominum sed & muros rumpis. Augustus vero Filistum graui uultu increpauit
Tunc Maru si tempus inquit Cesar tacendi hic sciret: raro loqueretur. Tacendũ
enim semper est nisi cum aut taciturnitas tibi noceat: aut oratio aliis prosit Nam
qui contendit & contentionis finis utilis non est: stultis illum annumerandum sa-
pientes putant. Postea q̄ Augustus summa rerum omnium potitus est: uenit sibi
in mentem an conduceret tirannidem omittere: & omnem potestatem annuis cõ-
sulibus & senatui rempublicam reddere. in qua re diuerse sententie consultos habu
it Mecenatem & Agrippam Agrippa enim vtile sibi fore etiam si honestũ nõ esset
relinquere tirannidẽ longa ocatione contendit: quod Mecenas dehortari magna o-
pere conabatur. Quare Augusti animus & hinc ferebatur & illinc. Erant enim di-
uerse sententie variis rationibus formate. Rogauit ergo Maronẽ: an conferat pri
uato homini se in sua republica tirannum facere. Omnibus ferme inquit rempub-
licaꝫ occupantibus molesta ipsa tirannis fuit & ciuibus: quia necessariũ erat prop
ter odia subditorum: aut eorum iniusticiam magna suspitione magnoq; timore vi-
uere. Sed si ciues iustum aliquem scirent quem amarent plurimum ciuitati id vti
le foret si in eo vno omnis potestas esset. Quare si iusticiam quod modo facis omni
bus in futurum nulla hominum facta cõposicione distribues: dominari te & tibi cã
ducet & vrbi. Beniuolentiam enim ita omnium habes ut deũ te & adorent & cre
dant. Eius sententiam secutus Cesar principatum tenuit. Audiuit a Silone p̄cep-
ta Epicuri: cuius doctrine socium habuit Varum Et quamuis diuersorum philoso
phorum opiniones libris suis inseruisse de animo maxime videatur: ipse fuit Acha
demicus. Nam Platonis sententias omnibus aliis pretulit. Nunc quoniã de aucto
re summatim diximus: de ipso carmine iam dicendum est quod Bifariam tractari
solet: hoc est ante opus & in ipso opere. Ante opus titulus causa intentio: Titulus
in quo queritur cuius sit quid sit Causa vnde ortum sit & quare hoc potissimũ ad
scribendum poeta presumpserit. Intentio in qua cognoscitur quid efficere conetur
poeta In ipso opere sane tria spectantur: numerus ordo & explanatio q̄uis igitur
multa falsa in scriptione sub alieno nomine sint prolata: ut Thiestis Tragedia huiꝰ
poete quã Varus suo nomine edidit: & alia huiusmodi tamẽ Buccolica liquida Vir
gilium esse minime dubitandum est: presertim cum ipse poeta tanquã hoc metuẽs
principiu Eneidos & in alio carmine suum esse testatus sit. Sic dicens Ille ego qui
quondam & reliqua Et carmina qui lusi pastorũ audax que iuuenta Titire te patu
le cecini sub tegimine fagi. Buccolica autem dici & recte appellari vel hoc solum
iudicium sufficiat: q̄ hoc eodem nomine apud Theocritum censeantur. Verũ rati-
o quoq; monstranda est. Tria sunt pastorum genera: que dignitatem in Buccoli-
cis habent: quorum minimi sunt qui dicuntur a grecis: idest caprarii
Paulo honoratiores qui idest ouiliones dicuntur honestissimi &
maximi qui quos bubulcos dicimus. Vnde ergo magis decuit pa
storali carmini nomen imponi: nisi ab eo gradu qui apud pastores excellentissimus

inuenitur. Originem autem Buccolici carminis alii ob aliam causam ferunt. Sunt
enim qui a lacedemoniis pastoribus Diane primũ carmen hoc redditum dicant cũ
eidem dee propter bellum quod regi Grecie Perse inferebant exhiberi per virgies
de more nõ posset. Alii a quibus annotantur quos & vnde versus trãstulerit. Asco
nius Pedianus librum contra obtrectatores Virgilii scripsit: in quo pauca admo-
dum ei obiecta proponit. & potissimum ꝙ non recte historiam contexuit: & ꝙ ple
raq; ab Homero sumpserit Sed hoc ipsum crimen sic defendisse assuetũ ait: cur nõ
illi quoq; eadem furta tentarent? Verum intellecturos facilius esse Herculi clauã
ꝙ Homero versum surripere: & tamen destinasse secedere: ut omnia ad satietatẽ
maliuolorum decideret. Refert etiam Pedianus benignum cultoremq; omniũ bo
norum atq; eruditorem fuisse: & vsq; adeo inuidie expertẽ ut siquid erudite dictũ
inspiceret: non minus gaudere ac suum fuisset: neminẽ vituperare: laudare bonos
ea humanitate esse: ut nisi peruersus maxime quisq; illum non diligeret modo sed
amaret: Nihil proprii habere videbatur Eius Bibliotheca non minus aliis doctis pa
tebat ac sibi illudq; Euripidis antiquum sepe vsurpabat: communia amicorum esse
omnia. Quare coeuos omnis poetas ita adiunctos habuit: ut eum inter se plurima
inuidia arderent: illum vna omnes colerent. Varus: Tucca Horatius Gallus. Pro
pertius. Anser quoniam Antonii partes secutus est illum non obseruasse dicit Cor
nificius ob peruersam naturam Gloria vero adeo contempta fuit: ut eum quidam
versus quosdam suos sibi adscriberent Eaq; re docti haberentur: non modo egre nõ
ferebat: imo voluptuosum id sibi erat: illud non tulit Cum enim distichon qui lau
dem felicitatemq; Augusti continebat fecisset: valuisq; non nominato auctore fix-
isset Id erat huiusmodi: Nocte pluit tota: redeunt spectacula mane Commune im
perium cum Ioue Cesar habet. Diu queritans Augustus cuius nã hi versus essent
eorum factorem non inueniebat. Bacillus vero poeta quidam mediocris tacenti-
bus aliis sibi ascripsit: quãobrem donatus honoratusq; a Cesare fuit. Quod equo aĩ
mo non ferens Virgilius iisdem valuis affixit: quater hoc principium: Sic vos non
vobis: Postulabat Augustus ut versus complerentur: quod cum frustra aliqui co-
nati essent. Virgilius preposito disticho sic subiunxit Hos ego versiculos feci tulit
alter honorem. Sic vos non vobis nidificatis aues: Sic vos non vobis uellera
fertis oues. Sic vos non vobis mellificatis apes. Sic vos non vobis fertis ara
tra boues. Quo cognito aliquãdiu Bacillus Rome fabula fuit: Maro vero exaltaci
or. Cum enim Ennium in manu haberet: rogareturq; quid nam faceret? Respõdit
se aurum colligere de stercore Ennii. Habuit enim poeta ille egregias sententias
sub verbis non multum ornatis. Interroganti augusto quo pacto ciuitas feliciter
gubernetur? Si prudentiores inquit temonem tenuerint: & boni malis preponant
Itaq; optimi suos habeant honores: nulli tamẽ illorum iniusti quicquã fiat. ac Me-
cenas quid inquit Virgili sacietatem homini non affertur omnium rerum? Respõ
dit aut similitudo aut multitudo stomachum faciunt: preter intelligere. Item ro-
gauit quo pacto quis altam felicemq; eius fortunam seruare potest? Si quantũ ho-
nore ac diuitiis his prestantior sis: tanta liberalitate & iusticia alios superare vi-
taris: Solitus erat dicere: nullam virtutem cõmodiorem homini esse pacientia: ac
nullam asperam adeo esse fortunam ꝙ prudẽter paciendo vir fortis nõ vincat: quã
sententiam in quinto Eneidos inseruit. Nate dea quo fata trahunt retrahũtq; se-
quamur. Quicquid erit vincenda omnis fortuna ferendo est. Cum quidã eius ami
cus Cornificii in eũ maledicta & inimicitias sibi enarraret quã putas inquit huiusce
maliuolentie causam Nam neq; vnquã Cornificium offendi & eum amo an inquit
Hesiodi sententie non meministi? vbi ait architectum architecto inuidere & poe-
tam poete? de malis inquit grecus ille intellexit. Nã boni eruditiores amant. Sed

ab Horeste circa Siciliam uago id genus carminis Diane redditum sequuntur per
ipsum atq; pastores quo tempore de Sithia cū Pilade fugerat surrepto numinis
simulachro & celato in fasce lignorum: vnde fascelumina Dianam perhibent nūcu
patam: apud cuius aras Horestes per sacerdotem eiusdem numinis yphigeniā so
rorem suam a piacula fuerat expiatus Alii apollini nouo pastorali scilicet deo: qua
tempestati admeti boues pauerat Alii libro Nimpharum & Satirorum & eius ē
generis numinum principi quibus placet rusticum carmen. Alii Mercurio pastoꝝ
omnium principi: & apud Theocritum: & apud hunc poetam. Alii in honorem pa
nos scriba putant peculialiter pastoralis dei. Item Silēni Siluani atq; Faurorum.
Que cum omnia dicantur: illud erit probatissimum Buccolicum carmen originem
ducere a priscis temporibus: quibus vita pastoralis exercita erat. Et ideo uelut au
rei speculi speciem in huiusmodi personarum simplicitate cognosci & merito Vir-
gilium processurum ad alia carmina non aliunde cepisse: nisi ab ea vita: que prima
in terris fuit. Nam postea rura culta: & ad postremum pro cultis & feracibus ter
ris bella suscepta videntur. Virgilium eum ipsum ordinem operum suorum volu
isse monstrare cum pastores primo: deinde agriculas canit: & ad vltimum milites
belli Restat ut que causa voluntatem attulerit poete Buccolica potissimum cōscri
bendi cōsideremus: Aut dulcedine carminis Theocriti & admiratione eius illectꝰ
est Aut ordinem temporum est secutus erga vitam humanam ut supradiximus.
Aut tres modos elocutionum quos Greci vocant: qui tenuis
qui validus qui moderatus intelligitur: Credibile erat Virgiliū qui
in omni genere preualuerat Buccolica primum Georgica secundum Eneida terti-
um voluisse conscribere An ideo potius primo Buccolica scripsit: ut in eiusdē car
mine quod & paulo liberius & magis validū ꝙ cetera est: facultatem haberet cap
tande Cesaris indulgentie: repetendiq; agri quem die tertio iduum Martiarū. C
Cesare interfecto pene puerum veterani non abnuente senatu ducem cōstituissent
Exorco ciuili bello Cremanenses cum ceteris eiusdem studii aduersarios augusta
Cesaris adiuuerunt Vnde factum est ut cum uictor augustus in eorum agros Ve
teranos deduci iussisset non sufficiente agro Cremonensiū Mantuani quoq; in qui
bus erat poeta Virgilius maximam partem suorum finium perdiderunt eo ꝙ vici
ni Cremonensibus fuerant. Sed Virgilius augusti familiaritate suoq; carmine fre
tus centurioni Atrio obsistere ausus est ille statim ut miles ad Claudium admouit
cunq; se in fugam proripuisset poeta non prius finis persequendi fuit ꝙ si in flum
um Virgilius coniecissent sed postea & Mecenate & Pollione & ipse etiam augu
sto fauentibus agros suos recepit Intentio libri quam Greci vocant
imitatione Theocriti poete constituit qui Sicolus & Siracusanus fuit Est inten
cio etiam in laude Cesaris & principum ceterorum per quos in sedes suas redit:
vnde quod & delectationem & vtilitatem sui contineret secundum percepta cōse
cit. Queri solet cur non plures ꝙ decem Eglogas conscripsit quod nequaꝙ miran
dum videbitur ei qui considerauerit etatem scenarum pastoralium que vltra hūc
numerū non potest proferri presertim cum ipse poeta circumspiciens Theocritū
vt ipsa res indicat videatur metuere ne illa Egloga que Pollioni inscribitur minus
rustica videatur cum ipsum prestruat dicens. Sicilides muse paulo maiora canā-
mus. Et item similiter in aliis duabus facit illud tenendū esse prediximus in Buc
colicis Virgilii neq; nusꝙ neq; vbiq; aliquid figurate dici hoc est per allegoriam.
Vix enim propter laudem Cesaris & amissos agros hec Virgilio conceduntur cū
Theocritus quem hic noster toto studio imitari conatur simpliciter omnia cōscrip
serit: Quod in ipso carmine tractari solet: est numerus ordo explanatio Numerus
Eglogarū manifestatus est Nam decem sunt ex quibus proprie Buccolice septem

esse creduntur. Nam tres vltime proprie Buccolice non debent dici. Pollio. f. Si,
lenus: & Gallus Prima ergo continet congestionem publicam & priuataz gratula
rionem de agro & dicitur Titirus Secunda amorem pueri & dicitur alexis Ter,
eia certamen pastorum & dicitur Palemon Quarta genethliacum & dicitur Pollio
Quinta Epithaphion & dicitur daphnis Sexta amorphosin & dicitur Varus uel
Silenus. Septima Pharmacentua. Octaua Amores diuersorum sexuum. & dicit
Damon. Nona continet poete conquestionem de amisso agro: & dicitur Moeris.
Decima desiderium Galli & dicitur Gallus: Quod ad ordinem spectat: illud scire
debemus: in prima tantum & in ultima Egloga poetam voluisse ordinē reseruare
quoniam in altera principium constituit: vt in Georgicis. Titire tu patule ceci,
ni sub tegmine fagi. in altera ostendit finem: quippe qui dicat. Extremum hunc
aretusa mihi concede laborem. Verum inter ipsas Eglogas pastoralem conscriptū
ordinem nullum esse certissimum est: Sed sunt qui dicant initium Buccolici car,
minis non Titire esse: Sed prima Siracusio dignata est ludere versu Superest ex
planario ad quam antea q̄ veniamus illud dixerim: tenue esse Buccolicom carmen
& vsq; adeo ab Heroico caractere distare ut versus quoq; huius carminis suas qui
dem censuras habeat: & suis legibus distinguatur. Nam cum tribus probetur me
trum: Censura Scāsione Modificatione: Non erit Buccolicus versus nisi in quo &
pes primus partem orationis absoluerit: & tercius Trocheus fuerit in censura: &
quartus pes Dactilus magisq; Spondeus partem orationis terminauerit. Quītus
& sextus pes ex integris dictionibus fuerit. Quod Virgilius a Theocrito sepe ser
uatum victus operis difficultate neglexit. In solo principio incertum industria an
casu has censuras seruauerit. Nam Titire Dactilus partem orationis absoluit tu,
patu lerecu tercium Trocheum quamuis de composita dictione conclusit hanc sub.
Quartum Spondeum pro Dactilo cum subiunxit tegmine fagi: terminatis parti,
bus orationis integrum coma perfecit. Cuius rei diligentiā licet in Theocriti fer
me omnibus versibus admirari. Qui supradicta acri ingenio diligentiq; considera
rit facile intelligitq; que in Georgicis intentio quisq; finis fuerit: nec minus etiā
in Eneide.

Incipit Epistola Donati Acciaioli in Vitam atq; gesta Caroli Magni.

VM ORATORES omnium Christianorum priuatiq;
etiam homines vndiq; ad te concurrant Serenissime Rex:
qui felicitati tue gratulatum veniunt: ego etiam: qui pro
tuis ac maiorum tuorum non solum erga nostram rempub
licam sed etiam familiam meam singularibus meritis: am,
plitudini tue plurimum debeo non alienum putaui aliquid
regio nomine dignum ad hanc tantam celebritatem ꝓ vi,
ribus meis afferre. Verum cum cogitarem quidnam esse
posset: quod & maiestati tue gratum esset futurum & deuotionis ac obseruantie
mee erga amplitudinem tuam iudicium pre se ferret. venit in mentem Caroli ma
gni diuini hominis qui non modo Francorum gloria: sed etiam tocius orbis terre
decus ac lumen fuit vitam: mores: & res egregie gestas perscribere: principemq;
in medium afferre non ab homine vt a Xenophonte Cirum: sed a natura ipsa omni
bus bonis instructum ac diuino numine in lucem editum ut summū in omni generi
virtutis exemplar ante oculos ponerē: quem reliqui principes in publicis pariter

ac priuatis rebus intueri imitariq; pro arbitrio possent. In quo eo magis mihi labo
rãdum putaui: q plerique istarum rerum reperiuntur scriptores: quorum alii multa
omisere que erant cognicione dignissima: alii uero eius res gestas ita inculte incon
cinneq; scripsere: ut nemo sit latinis litteris mediocriter eruditus qui in his legen
dis eam scribendi ruditatem equo animo ferre possit. Ego igitur quoad per me fi
eri potuit ex his omnibus ea legi: que visa sunt mihi fide & memoria digna ut in
hũc libellũ cõgessi ut quicunq; uelint velle autem omnes debent possint Caroli ma
gni vitam cum voluntate intueri cumq; sibi ad imitandũ proponere: in quo om
nia ornamenta virtutum: cunctaq; bona reperiant: que ab hominibus experi solent
Nam in nobilissima est patria amplissimo genere: clarissimis parẽtibus ortus. Nõ
valitudo ei corporis defuit: non pulchritudo non robur. Iam vero illa quibus maxi
me ac verissime laudes continentur que aut quanta in illo viro fuere: magnitudo
animi: sapientia: iusticia: probitas: fides aliaq; permulta eiusdem generis que admi
rationis humane in eo rege modum excesserant. Hec ego cõmemorans non potũ
non incredibili studio atq; amore erga Carolum commoueri. Itaq; si uota: si preces
mee essent apud immortalem deum locum habiture: libenter peterẽ ut in hoc ho
mine ornande tantam mihi eloquentiam daret: quanta aut in M. Tullio aut ĩ De
mosthene Atheniensi fuit: ut possem virtuti diuini hominis parem orationem co
piamq; dicendi afferre. Nam si Cicero Decios: Fabios: Marcellos: Africanos: aliosq;
permultos: qui aut pro tuẽda patria aut amplificando imperio bella gessere: di
uinis laudibus effert: quid mihi de eo dicendum esset: qui non pro vna re p. aut pro
gloria populi r. sed pro cõmuni libertate omnium christianorum semper bella su
scepit & prope quinquaginta annos cum hostibus decertauit? Verũ alii quoq; qui
maiore eloquentia pollent: res gestas huius prestantissimi viri claras ac illustres
suis litteris reddant. Ego vero eam facultatem: quam mihi ingeniũ dedit: ad hũc
hominem perornandum omni studio & diligentia contuli: ut cum oratores vndiq;
ad te concurrent: nonmodo sũmus orator: sed etiam sũmus imperator & Rex am
plitudini tue ac omni Gallie gratulatum ueniret: tibi quidem q amplissimo regno
nobilissimo hominum generi cum sũma omniũ leticia dominaris: Gallie vero q di
uino beneficio regem ac successorem suum nacta sit: cuius eximie maximeq; virtu
tes similem sibi virum in omni genere laudis q̃ plurimũ reddant. Felix igit gallia
est: cui contingit regem habere magnanimum iustum: largum: beneficum: libera
lem: ornatum litteris: armis: consilioq; prestantem & quod in tanta potestate gra
tissimum videri debet ab omni fastu & insolentia alienũ. Merito itaq; Carolus ma
gnus quod post sexcentesimum annum nemini maiorum tuorum adhuc contingit
Ludouico successori suo ac omni Gallie gratulatur meq; nomini eius sanguiniq; ve
stro hominem deditissimum amplitudini tue uehementer commendar.

Incipit Vita Caroli Magni Clarissimi viri E greco sermone in latinum Per Dona
tum Acciaiolum Translata.

AROLO Frãcorum Regi cui postea ex magnitudĩe rerũ
gestarum magno fuit cognomen patrem fuisse tradũt Pi
pinum Regem qui primus in Francos sicuti quidam scrip
tores memorie prodidere liberam dominandi potestatem
habuit cum superiores Francorum reges augustis condicõ
nibus septi ea lege viuerent ut magis nomine & inani titu
lo q̃ dignitate regia potirentur. Nam opes ac potentia re
gni & omnium rerũ administratio ad prefectos regie do
mus: sic enim eos vocitabant cõmuni consensu deferebatur. Ii domi militieq; sũma

potestatem habentes populos pro suo arbitratu regebant: de omnibus controuer-
siis decernebant: premia penasq; constituebant. Quibus fiebat: ut postbabitis re
gibus ii soli essent qui in summo honore haberentur. Hunc vero magistratum qui
apud Francos amplissimus habebatur consequi nõ poterant nisi precipua nobilita-
te viri: & qui regibus essent necessitudine aut propinquitate coniuncti. Pipinus
igitur hac dignitate: quã veluti hereditariam a patribus suis acceperat multis an
nis egregie functus maximam sibi apud omnis generis homines tum famam tum
beniuolẽtiam cõparauit: quibus postea factum est: ut cũ Franci ac Romanus pon-
tifex Hildericum regem a dominatione veluti inutilem semouissent. Hunc potis
simum diligendum putarent: cui cõmuni sentẽtia regnum decernerent Sic igitur
Pipinus auctoritate pontificis & Francorum decreto plena dominandi potestate
suscepta reliquam deinde vitam publicis pariter ac priuatis rebus egregiã duxit.
Regnauit annos quindecim cuilibet superiorum regum belli pacisq; artib9 & glo-
ria par Huic successere superstites filii duo Carolus & Carolomãnus eque regno
inter se partito. Sed non multo post defuncto Carolomanno Franci eam regni par
tem: quã ille possiderat: Carolo fratri detulerunt cuius vitã & mores & res egre
gie gestas litteris mãdare constituit: ut memoriam tanti viri tanq; preclare de no
stra patria meriti quantum ego possem: ab obliuione hominum atq; a silentio uen-
dicarem. Primum igitur: ut a rebus gestis narratio nostra exordium sumat: satis
exploratum habemus Carolum regem extẽplo post Pipini obitũ aduersus Aqui-
tanos bellum gessisse. Aquitania pars Gallie est que antiquorũ descriptione a Ga-
rumna flumine ad pireneos montes & ad eam partem occeani que ad Hispaniã per
tinet: spectat inter occasum solis & septentrionem. Hanc prouinciam Pipinus su-
perato Vaifario duce post longum bellum ditioni sue pene subiecerat. Deinde Pi
pino Vaifarioq; sub vnum prope tempus defunctis. Hunuldus vir potens ex eorũ
morte: ut plerumq; fit: occasionem nactus: bellum quod antea pene confectũ vide-
batur: renouauerat: iamq; fere Aquitaniã totam ad defectionem cõpulerat Caro
lus vero vbi hec que in aquitania gerebantur: cognouit: nullam moram interponen
dam ratus ingenti celeritate exercitu cõparato obuiam Hunuldo progredit: pri-
mo aduentu conatus illius facile reprimunt: nec multo postea cõmisso prelio Caro
lus hostem superat: exercitum fundit: fusum persequitur: nec prius victorie mo-
dum imponit: q̃ Hunuldũ ex omni aquitania pulsum in proximam regionem quã
nunc Vasconiam vocant compelleret: Lupus: qui huic prouincia dominabatur: ꝓ
pinqui ac familiaris viri misericordia motus Hunuldum ad se fugientem comiter
hospitaliterq; accepit. Euenire enim solet ut principũ afflicte fortune facile eorũ
opes ad misericordiam alliciant: qui sunt in simili dignitate ac potentia constituti
Verum Carolus: cum non minorem victoriam in capiendo hoste q̃ in subigenda
Aquitania collocatam putaret traiecto Garunna flumine ac exercitu propius ad-
moto legatos ad Lupũ misit qui dicerẽt ut nisi Hunuldũ hoĩez ĩfestũ nomini Frã
corum q̃ primum ad se adduxerit se eum hostis loco habiturum. Lupus his mãda-
tis vehemẽter cõmotus ac veritus ne potentissimũ regem totamq; belli mo'e quã
substituere non potuisset in se vnum conuerteret salutare sibi ac gratum Carolo
consilium cepit Nulla enim interposita mora Hunuldum simul & seipsum vnacum
prouincia Caroli potestate permisit. Sic igitur Carolus in aquitania cõpositis re-
bus belloq; cicius omnium opinione confecto cũ victore exercitu in regnũ reuertit
Post aquitanicũ bellũ adrianus Romane ecclesie pontifex a desiderio Langobardo
rum rege vehemẽtius q̃ vires sue paterẽtur oppressus cũ propriis presidiis eccle-
sie statũ tueri nõ posset: oratores ad Carolum misit qui multis precibus cũ roga-
rent ut & Romane ecclesie in summo periculo cõstitute opem & auxilium ferret: ac

Pipini patris Caroliq; Marcelli qui olim in Italia aduersus hanc nationem egre-
gie pugnauerant: memoriam renouaret. Carolum multe res hortabātur: quare pō
tificis defensionem suscipiendam & Langobardorum audatie quacūq; ratione oc-
currendum putaret. In primis quod non ignorabat caput christiane fidei rem Ro
manā esse eiq; tam graui bello laboranti nō subuenire turpe simul ac periculosū esse
censebat. Indignabat̄ preterea quod Barbare gentes tamdiu in Italia regnarēt &
a maioribus suis sepe pressis victe nondum contineri possent: quin pōtificibus Ru
manis contra ius fasq; ultro bellum inferrent. Quare his rebus anteq̄ ulterius au-
gerent̄ Langobardorum vires q̄ primū occurrendū ratus legatos ad Desiderium
mittit: qui eū horteant̄: ut finem iniuriis faciat ab armisq; discedat: ac omnia oppi-
da que aut vi occupata essent aut sponte ad eum defecissent: pontifici Romano re
stituat. Hec si fecerit: sibi perpetuā gratiam atq; amicitiā cum eo fore polliceant̄
Sin vero quod facturus videbat̄: mandata neglexerit: ei suo nomine bellū indicant
Dum legati proficiscūtur interim Carolus non segnius: q̄ si hostes in Gallia essent
exercitum parat: nullam proficiscendi moram facturus si Desideriū regem perse-
uerare in bello cognouerit. Hec expeditio per omnē Galliam uulgata adeo grata
cunctis Francorum populis erat: ut iam palam vociferaretur maturandū in Italiā
esse: totiēs a se victam Langobardorum gentē vires resumere: cōditiones acceptas
negligere: semper bella ex bellis serere. Itaq; nūq̄ quieturam nisi eoꝝ nomen peni
tus deleatur. Sic igitur omnium animis in expectationem belli erectis legati a
desiderio redeūt nuntiantes omnia ibi hostilia esse: Regē maioreq̄ ante bellū moli
ri: & quantū coniectura assequi possint nūq̄ iniuriis finem facturū nisi eū sibi vi-
res & arma ad inferendā iniuriam desint. Carolus his rebus vehementer cōmot9
maturandū sibi existimauit ne ante Romanus pontifex opprimeret̄ q̄ ei ferre sub
sidium posset. Itaq; re frumentaria ceterisq; ad bellum necessariis: q̄ celerrime po
tuit cōparatis magnis itineribus in Italiā cōtendit. Sed multa huic sue festinacōni
aduersabant̄: montium altitudo: locorū angustie & pene inuii saltus: per quos mi-
les Onustus armis & impedimenta exercitus ducenda erant. Accedebat q̄ Alpiū
iuga presidiis hostium tenebant̄. Miserat enim Desiderius qui occupatis oportuīs
locis: quantum possent Francorum transitum prohiberent. Hec cum ita essent Ca-
rolus tamen nō ignarus res preclaras labores maximos maxima quoq; pericula se-
qui: suos hortatur ut quoad locorū anguste patiantur seruatis ordinibus ire ad ho
stem pergant. Appropinquanti Alpium iugis nuntiatum est: hostes relictis angu
stiis se in planum recepisse seu metu perterritos: seu quia tutius faciliusq; esse ar-
bitrarentur: descendenti ab Alpibus Carolo cum omnibus copiis confestim occur
rere. Vix ad Desiderium perlatum erat Francorum exercitum post paucos dies in
Italia fore: cum Carolus superatis iam Alpibus in agrum taurinum descēdit. Vbi
primum Hanibalem Cartaginensem alpes transgressum cum omnibus copiis cō
stitisse tradunt. Eo in loco Carolus paucis diebus refecto milite cum per explora-
tores premissos certior factus esset Desiderium regem prope Vercellas castra ha
bere ac ibi cum ingenti exercitu aduentum expectare: nihil vltra deferendum ra-
tus ex Taurinis mouit: atq; continuatis castris in agrum Vercellensem peruenit
Erat Carolus virtute militum & rei militaris peritia longe superior: multitudine
vero ac numero hominum a desiderio vincebatur. Cum prope in conspectu exerci-
tus essent: facta utrinq; potestate pugnandi prelium cōmisere. In ea pugna supera
ti Langobardi in fugam vertuntur magna parte suorum amissa Desiderius postq̄
suos passim fusos fugatosq; conspexit citato gradu Papiam: que caput regni erat
cum paucis militibus petit. Nec segnius Carolus priusq̄ se hostes ex terrore fuga
q; reciperent: regem persecutus in agrum Ticinum exercitum ducit: extemploq;

omnibus copiis ad menia regie vrbis admotis: tẽtat si primo impetu capi posset.
Vbi id parum processit: consiliisq; ab oppugnanda urbe ad obsidendam versis sub
ipsis menibus castra locat: subsidiaq; firma nequa erupcio fieri possit: portis oppo-
nit. Ceterum cum satis constaret Desiderium regem prius q̃ deditionem faceret
paratum esse etiam vltima experiri Carolus parte copiarũ ad obsidionem relicta
ipse cum reliquo exercitu ad Transpadanos contendit. Ibi ciuitates permulte au-
dita fama virtutum suarũ rebusq; prospere gestis certatim ad eum deficiũt. Sed
quod in primis ei gratissimum fuit filii Carolomãni qui extemplo post mortem
patris malo consilio temeritatem matris secuti ad Desiderium regẽ perfugerant
sponte in sua castra uenerunt: ac se suaq; omnia potestati Caroli permiserunt: a quo
benigne excepti magnoq; affecti honore etiam imposterũ filiorum loco habiti sũt
Post hec Carolum cum studio salutãdi pontificem tum Desiderio visendi celeber
rimum beati Petri templum Romam profectum ac incredibili honore ab Adria-
no susceptum: post paucos dies ad obsidionem rediisse comperio Erat obsidio uehe
mens & frumenti cum summa caritate inopia: sedendoq; expugnaturos se vrbẽ
spem Franci habebant. Oppidani econtra infessis omnibus viis per quas commea
tus ex proximis locis subuehebantur: diffidebant inopiam diutius ferre posse Rẽ
tamen quantum poterant producebant beniuolẽtia alii: alii metu Desiderii regis
compulsi. Postremo spe quoq; non solum cibo deficiente cum famem vlterius tolle
rare non possent: sexto mense q̃ obsideri sunt cepti: deditionem faciunt. Capit De
siderius vna cum vxore ac liberis: quem ultimum Langobardorum regum in Ita-
lia regnasse tradunt. Tunc enim summo beneficio Caroli Italia se primum erexit
que antea diutius q̃ victricem omnium gentium prouinciam decuit: Barbarorum
immanitate oppressa iacuerat. Nam post sedem Romani imperii Bicantiũ trãs la-
tam: Gothi primi Barbarorum: diuersis deinde temporibus hunni: Vandali: He-
ruli Postremi omnium Langobardi veluti in uacuam possessionem ruentes Italiã
inuasere: Eam gẽtem tradit fama ab Occeano germanieq; vltimis oris: vnde illis
haud dubie origo fuit: nouas querentem sedes in proximas regiones transisse, ac
Vandalos: Herulos: Gepidas aliasq; finitimas gentes Ibore & Aione ducibus sepe
bello superasse: mutatisq; frequenter sedibus tandem intra pannonias constitisse.
Inde Albunius eorum Rex accersitus ab Marsete Eunuco ut quidam memorie p-
didere: cum preter Langobardorum multitudinem viginti quoq; Saxonum milia
spe optimarum sedium exciuisset: profectus ingẽtibus peditum equitumq; copiis
in Italiam venit. Breuiq; Vincentiã: Veronam Mediolanum ac omnis pene citerio
ris Gallie vrbes: partim peste: partim Ghotorum cladibus exinanitas ad deditio-
nem compulit. Papia vero cum tres annos obsidionem tulisset: tandem & ipsa fa-
me domita Barbaroꝝ ĩperio cessit Nec ambigit quĩ idẽ rex paucis ãnis totã Italiã
subegissꝫ ita oĩa apud Italos pdita erãt nisi sexto sup̃ triẽniũ mẽse postq̃ Italiam in
gressꝰ est apud Veronã ĩteruisset dolo vxoris Rosemũde necatꝰ Huic successit De
phon insignis nobilitate vir albuino nequaq; virtute par: sed crudelitate ac im-
manitate nature longe superior Eo quoq; intra biennium vita functo Lãgobardi
decem deinde sequentibus annis nullum sibi regem creauere siue superbia pximi
regis huic generi dominacionis infensi: siue gubernacionem suorum durum vtilio
rem rati qui iam per omnem Italiam vagantes ita impigre bellum gerebant ut nũ
q̃ eo tempore sit regia desiderata potestas. Sub his ducibus adeo creuere Lan-
gobardorum opes ut Etruria: Flamminia: Piceno: Sannio aliisq; regionibus sub-
actis omnem Italiam a Brundusio Tarentoq; vsq; ad Alpes tenerent preter vrbẽ
Romam: quã constat in huius gentis potestatem nullo unq̃ tempore deuenisse. Fi
nito decennio reditum est rursus ad pristinã cõsuetudinẽ creandi reges seruatisq;

Carolus magnus

deinde per omne tempus usque ad Desiderium: qui ultimus Langobardorum regum in Italia fuit. Quo debellato ut supra memorauimus Carolus magnus graue eius gentis dominatum quarto & ducentesimo anno quam regnare inceperant: a ceruicibus Italorum dimouit: ac omnes ciuitates: que ad Desiderium proximo bello defecerant recuperatas pontifici Romano instituit: Beneuentanum quoque ac Spoletanum agrum adiecit. Quibus meritis Adrianus pontifex cum nullum maius grati animi iudicium posset ostendere: conuocato frequenti episcoporum cetu eximioque celebrato concilio multis ac maximis priuilegiis eum ornauit. Carolus confecto Langobardorum bello: potentissimo rege capto cum alia quoque magni ponderis animo moliretur: nullam moram interponendam putauit: quin in Galliam confestim rediret. Saxonicum quippe intermissum bellum eum domum reuocabat quod ego biennio antequam Carolus ad liberandum Romanum pontificem in Italiam ueniret: & inceptum simul & a prefectis eius per id tempus leniter administratum comperio: quo magis adducor ut uirtutem uiri ac animi magnitudinem admirandam putem: quod post habitis ferocissimis hostibus: relictoque domestico bello rem suam neglexerit: ut Italiam ecclesiamque Romanam qua omnium christianorum salus continebatur ab immanitate Barbarorum liberaret. Saxonum gens longe maxima erat ac etiam bellicosissima pene germanorum omnium. Hi falsos colentes deos cum neque diuini neque humani iuris quicque pensi haberent: nihil eque ac religionem nostram: homines que ei deditos oderant. Proximi erant Francis: cum quibus continentur bella gerebant. Sepe preliis uicti conditiones acceperant: obsides dederant: sed nondum apud Francos erat inuentus: qui domita penitus eorum perfidia plenissimam esset uictoriam consecutus. Hec palma cum Carolo magno quasi diuino numine reseruata uideretur non solum consilio principes sed passim omnes clamoribus agunt: ut aduersus perpetuos Francorum hostes totis uiribus arma sumantur. Carolus uero tempus uenisse ratus: in quo non modo Barbarorum hominum audaciam frangere: sed etiam eorum regnum quod multo ante animo agitauerat funditus euertere possit: ingentem exercitum parat: diem dicit qua die prope ripam fluminis Reni omnes conueniant. Nunquam alias maiori alacritate contentioneque animorum suscepta a Francis expeditio est. Hinc odium gentis: hinc spes bene gerende rei animum excitat. Sed supra omnia studium auget presentia regis: cuius ductu auspitioque non modo Saxonum gentem: sed etiam orbem terrarum si uelit superare se posse credebant. Has spes cogitationesque secum portantes in hostilem agrum ducuntur. Sic igitur renouatum est cum Saxonibus bellum: quo nec maius ullum: nec grauius diuturniusque a Carolo gestum comperio. Tres enim & triginta annos cum ferocissimis gentibus certatum constat: plusque eo bello quam reliquis omnibus detrimenti acceptum: interemptis plerisque fortissimis uiris: qui diu sub auspitio Caroli egregiam operam nauando meruerant. Saxones hoc tempore multotiens superati obsides dabant: imperata se facturos pollicebantur: nec multo postea recuperatis uiribus maiusque antea bellum ciebant: ut facile appareret homines feros: quod sibi persuasissent ceteris aliis uirtute prestare: paratos esse etiam ultima experiri antequam armis Francorum aut cuiusque alterius gentis potentie cederent. Factum est tamen summa uirtute & incredibili constantia Caroli ut numquam illi defecerint: quin confestim debitas penas sue perfidie dederint. Euerse domus dissipate fortune: liberi in seruitutem tracti omnibus documento fuere nullum in falsis diis presidium esse. Sic igitur usque in tercium supra trigesimum annum bellum protractum: in quo quidem bello bis tantum collatis signis pugnatum tradunt: semel apud Oneggium montem: quem locum incole Theomille appellant: nec multo interiecto tempore apud Hesam fluuium ubi penitus Saxones debellati se suaque omnia potestati Caroli permisere. Victis impositae

leges ut patriis cerimoniis falsisq; diis posthabitis christianam fidem profiterent:
magnum numerum obsidum darent: modicis terminis septi neq; aliis in iussu Ca-
roli bellum inferrent: neq; illatum propulsarent. Decem deinde sūt hominū milia
cum vxoribus & liberis in Galliā transportata atq; variis locis iussu Caroli distri-
buta. Ceterū durante Saxonico bello multas iterum expeditiones a Carolo suscep-
tas ac ita egregie administratas inuenio: ut per vniuersum orbem fama manaret
Francorum regem non sine diuina ope bella gerere. Erat autē Carolo in bellis ge-
rendis hic primum propositus finis ut christiane fidei legem quātum in se esset ex-
tolleret: ac omnes populos: qui ei aduersabantur non solum deprimeret: sed etiam
si fieri posset euerteret. Cum vero a tempestate Barbare gentes: que nostre reli-
gioni perpetuum bellum indixerant: Hispaniā graui seruitute oppressam tenerēt:
Carolus rei indignitate cōmotus ad eam liberandā mentem conuertit. Id autem
fieri posse arbitrabatur si ingenti celeritate exercitu in Hispaniam ducto prius ho-
stes opprimeret: q̄ illi parare subsidia possent: Ad hanc igitur rem aggrediendā
satis iam omnibus cōparatis castra mouet & q̄ maximis potest itineribꝰ in Hispa-
niam transire contendit. Nec iam miles grauatim sequebatur: q; iamdiu animum
induxerat: quocumq; a rege Carolo duceretur: ad certa belli premia exploratamq;
victoriam duci. Inter hec ciuitates Hispanie que propinquiores erant finibus Gal-
lie incertis rumoribus excite aliquanto sibi suisq; rebus timere inceperant. Postq;
vero per Pireneum saltū traduci exercitus ceptus est rumorq; per Barbaros ma-
nauit de aduentu Francorum certior: ingens repente trepidatio populos omīs in-
uasit non satis gnarus quid aduersus tantum tamq; horrendum hostem sibi agen-
dum aut parandum foret. Carolus cōfestim superatis Pirenei iugis cum in fines
hostium peruenisset militibus imperat: ut q̄ latissime possint uagentur & q̄ maxi-
mum hostibus terrorem inferant. Extemplo ciuitates nonnulle: cum ad petenda
externa auxilia non sufficeret tempus: nec propriis presidiis res suas tueri possent:
sponte deditionem faciunt. Augusta & Pampilonia due opulentissime tocius Hi-
spanie urbes: que mandata Caroli aspernabantur: vi capte ac prede militibus date
cum alteram Franci ad solum euertissent: alteram menibus nudassent: tantū ter-
roris omnibus gentibus iniecere: ut quas adissent quasq; non adissent pariter ulti-
me propinquis imperio parerent. Sic igitur Hispania pene omnis in Francorū po-
testatem deuenit. Victis precipue imperatum ut falsis relictis diis christiane fi-
dei legem acciperent. Carolus rebus felicissime gestis cum incolumem exercitum
in Galliam reduceret prope Pirenei iuga infinitimarum gentium: quas nunc Va-
scones vocāt: insidias incidit. Insederant enī Barbari in occultioribus locis expectā-
tes occasionem gerende rei. Vbi vero Francorum copias in angustiorem viam de-
ductas viderunt: repente ex iugo insuper imminenti nouissimū agmen adorti ingē-
tem cedem stragemq; dedere. Nam Franci cum neq; euadere possent in iugū a Va-
sconibus occupatum neq; se explicare suo metipsi agmine in arcto herentes: simul
ab hostibus: simul ab iniquitate locorum oppugnabantur Nec iam primi in tam an-
gustis locis ita celeriter uertere aciem poterant: ut vltimis in extremo periculo cō-
stitutis opem in tempore ac subsidium ferrent. Itaq; & si animo viribusq; longe su-
periores hostibus forent: aliemis tamen locis pugnantes vitare non potuerunt: qui
eo die insignem cladem acciperent. Cecidere in ea pugna dolo hostium non vir-
tute commissa Anselmus ac Egibardus summi in bello duces aliiq; permulti fortis-
sissimi viri: quoꝝ opera Carolus sepe in maximis certaminibus egregia vsus erat
Sunt etiam: qui Rolandum Caroli ex sorore nepotem prestantem fortitudine vi-
rum post ingentem hostium editam cedem eo prelio interisse dicant. Hic est Ro-
landus quem fama est tempestate sua corporis robore & animi magnitudine longe

ceteris aliis prestitisse: cuius fortia facta per vniuersum orbem iam clara nostris quoq; temporibus celebrantur. Vascones sequenti nocte anteq; Franci vires colli-gerent: per nota itinera preda magisq; armis onerati se in tutum receperunt. Nec tamen illis diutina leticia fuit. Quippe paulopost ii populi ac eorum reges a Ca-rolo domiti meritas perfidie sue deditasq; penas dedere. Brittones quoq; qui sub idem prope tempus Caroli mandata neglexerant: bello superati in Francorum po-testatem uenere. Inicium post hec maximi futuri belli si ulterius processisset in Ita-lia ortum auctoribus Beneuentanis atq; Araiso eorum duce. qui cum aperte defecis-sent studio magis nouarum rerum q; certa ratione adducti arma exercitumq; pa-rabant. finitimas gentes excitabant ut pontifici Romano contra ius fasq; ultro bel-lum inferrent. Quibus rebus in Galliam perlatis Carolus: in Italiam rursus ad cõ-primendas populorum seditiones quanta maxime celeritate potest: contendit: ac cum omni exercitu capuam usq; progressus tantum terroris Beneuentanis iniecit vt extemplo Araisus filios suos: Beneuentani vero nobilissimos ciuitatis obsides darent ac iureiurando adacti pollicerentur se in posterũ neq; iniussu Caroli arma sumpturos neq; recusaturos quo minus perpetuo sub Romane ecclesie ditione atq; imperio essent. Hec adeo mature confecta accepimus ut eodem prope tempore in Galliam perlatum esset Carolum in Campaniam cũ omni exercitu peruenisse & Beneuentanos metu conterritos deditionem fecisse. Verum dum hec in Italia ge-runtur: interim Taxillo Bauarie dux vxoris ut tradunt stimulis concitatus copi-as cogit: finitimas gentes sollicitat. Hunnos: qui ea parte: qua Bauaria in orientẽ spectat: sibi confines erant societate & federe iungit. Hec omnia clandestinis consi-liis conficere studet: ut Francos nil tale opinantes repentino bello adoriatur. Erat autem ei coniunx Desiderii regis Langobardorum filia: que fortunam patris ini-quo animo ferens nec nocte nec interdiu virum conquiescere pati: monere atq; ro-gare: ut meminisse uellet socerum suum clarissimum regem: qui antea in locuple-tissimo regno constitutus aliis imperitare solitus esset: nunc graui seruitute detẽ-tum omni morte miseriorem vitam ducere. Neminem esse preter eum: qui possit & debeat seruientem regem in libertatem uendicare. Hoc finitimas gentes: qui fortunam Desiderii misereantur: expectare: hoc tacitas petere: q; si vir esse velit: habere propriis viribus etiã externas adiunctas opes: quibus fultus cõmode possit hanc dedecoris notam socero pariter generoq; iniustã egregiis factis delere: ac sibi posterisq; suis perpetuam gloriam comparare. His muliebribus instructus furiis Taxillo ingenti studio arma exercitumq; parabat: ut Francorum genti omni parte inferior ferociter magis q; prudenter bellum inferret. Quibus rebus cognitis Ca-rolus: quia magni interesse etiam in reliquum tempus ad opinionem gentium ar-bitrabatur: tantas videri Gallie facultates ut non modo sua tueri: sed etiam aliena aggredi posset: celeriter profectus priusq; hostes cum sociis iungerentur in fines Bauarie cũ omni exercitu venit: castrisq; ad Lecum fluuiũ: qui Bauaros a Leman-nis diuidit: positis: legatos ad Taxillonem misit hortatum & Francorum mansue-tudinẽ: q; arma ut vim experiri mallet: atq; idem finitimis gentibus: quas in belli societatem traxisset: suaderet. Taxillo siue his mandatis conterritus. siue sociorũ auxilio destitutus nulla tentata fortuna belli Caroli imperio sine vlla exceptione parere constituit. Itaq; ei omnium rerum suarũ potestate permissa deditionem fe-cit: obsides dedit. In his Theonem filium suum. aliosq; permultos lectissimos iuue-nes quorum patres precipuam in ea prouincia auctoritatem habebant. Sub idem prope tempus Abodriti ueteres Francorum socii legatos ad Carolum mittũt qui pro antiqua amicitia societateq; olim cum Francis inita aduersus Velatabos auxi-lium petãt Est Sinus Occeani maris in extremis germanie finibus: qui ab occasu

in orientem versus centum ut aiunt prope milia passuum extenditur. Circa hunc Sinum ea tempestate: Abodriti: Velatabi Nortomanni aliæq; barbare gentes incolebant. Insulas preterea propinquo mari frequenter sparsas tenebant: bella inter se si-uti inter finitimos populos plerumq; fit continenter gerebant. Cum agerẽt Velatabi perpetuis excursionibus: cedibus: incendiis Abodritos inuaderent: nec ullis presidiis remoueri ab iniuria possent: Abodritorum legati in Galliã uenerũt opẽ aduersus suos Francorumq; hostes pro iure societatis petentes. Benigne hospitaliterq; suscepti auxilio impetrato grata responsa domum retulerunt. Profectus deinde cum exercitu Carolus citius omnium opinione bellum confecit: Barbaros ex sociorum finibus expulit: expulsos ad deditionem cõpulit ac iureiurãdo adegit ne in posterum Francis Francorumq; sociis aliis ue finitimis gentibus iniussu suo bellum inferrent. His rebus gestis cum in magna gloria magnisq; opibus regnum ac tota res Francorũ esset: statuit Carolus aduersus Hunnos: qui hostibus suis auxilia subministrauerant: bellum suscipere. Hunnorum gentem Scythicam fuisse accepimus. Incoluere primo supra meotidã paludem. Inde ingenti multitudine profecti mutatis sedibus in Pannoniam uenere atq; hunc locum sibi domicilium delegere. Ea vero tempestate quã Carolus eis bellum indixit abundantissimi diuitiis erant & post Saxones armis uirisq; opulentissimi. Habebãt preterea finitimos populos partim metu partim beneficio obstrictos & iureiurando adactos: ut in omnibus bellis pro sua quisq; facultate rem Hunnorum iuuarent. Quo igitur vires Hũnorum maiores erant: eo maiore studio Carolus: omnia sibi que ad maximum bellum pertinerent: curanda agendaq; censebat: ut cum virtute hostibus longe Franci prestarent: viribus quoq; aut pares aut superiores essent. Summa igitur diligẽcia: tum ratione atq; consilio omnibus comparatis castra mouet: atq; exercitum & viris & armis peregregie instructum in Pannoniam ducit. Hoc ego bellum partĩ a Carolo: partim a filio suo Pipino apud plerosq; auctores gestum comperio. Victi multis preliis Hunni tandem octauo anno postq̃ bellum inceperat penitus superati imperio Caroli paruere. Quotiens vero cum hac gente iusta acie pugnatum sit que ue aut quante hostium copie in eo bello ceciderint: quia rare per ea tẽpora littere fuere: difficile ad fidem est exacto affirmare numero. Illud certe constat nullũ unq̃ bellum a Carolo gestum: in quo maior sit hostiũ cedes edita maiorq; illata cladeş. In eo enim omnes auctores conueniunt: ingentem Hunnorum multitudinem & pene nobilissimum quenq; eo bello absumptum: maximam quoq; vim auri atq; argenti: multamq; preciosam suppellectilem: quam Hunni ex variis gentibus direptam in suum regnum congesserant: a Francis inuentam atq; in Galliam transportatam. Totam denicq; Hunnorum rem tam multiplici clade affectam: ut nullũ ferme pristine potentie: que antea longe lateq; patebat: uestigium remaneret. Frãci deuicta Pannonia ac opulentissima gente subacta: graues hostium spoliis in Galliam reuertuntur. Periere in eo bello Herricus ac Geroldus duo clarissimi Francorum duces. In reliqua multitudine parum detrimenti acceptum. Sub idem tẽpus Adelgisum Desiderii filium: qui ante expugnationem Papie ex Transpadanis in Greciam perfugerat: cum magna manu ad repetendum regnum in Italiam redeuntem a Francis superatum prefecto eum auspitio: suppliciōq; affectum quidam auctores sunt. Addunt etiam non multo postea duo eodem prope tempore exarsisse bella: Boemicum scilicet & Linonicum atq; ambo a Carolo iuniore ita celeriter esse confecta: ut facile appareret prestantissimi patris non dissimilem esse filium. Secutum est post hec aduersus Nortomannos bellum: qui Abodritis subactis cum ductu Gotofridi regis Gallie Germanieq; litora predatoria classe vexerant: iamq; Gotofridus nimia superbia & temeritate elatus Frisie: Saxonie

atq; omni Gallie arma minaretur : palamq; iactaret se breui Aquisgrani: vbi Ca-
roli regia erat cum ingentibus copiis petiturum: non putauit Carolus sociorum
iniuriam ac huius hominis effrenatam audatiam vlterius esse ferendam. Itaq; om-
nibus necessariis ad bellum celeriter comparatis in Nortomannos exercitũ ducit:
classemq; per Occeanum mittit: ut terra mariq; simul hostem inuadat. Verum non
diutius ei laborandum fuit: quia Nortomanni paulopost Gotofrido rege a proprio
Satellite interfecto: se suaq; omnia fidei & potestati Caroli permisere. Cũ hic sta-
tus rerum in Gallia esset: interim Romani aduersus Leonem pontificem coniura
tionem ineunt : eumq; nec lesi nec lacessite per iniuriam vrbe expellunt. Quibus re
bus legati ad Carolum ueniunt: multis precibus pro Romano pontifice auxilium
aduersus coniuratos petens. Hos Carolus consuetudine sua benigne accipit: eorũ
animos verbis confirmat: magnam spem se habere dicit populum Romanũ vel be-
neficio uel auctoritate sua adductum: finem iniuriis facturũ: q si perseuerare in in-
iuria velit nullam dimicationem recusaturũ pro Romane ecclesie dignitate: cui de
esse: quoad vita supetat: aliis principibus christianorum turpe : Carolo etiã nefas
sit. Nam iam pridem ecclesie Romane patrocinio suscepto nihil ei antiquius erat
q̃ Apostolice sedis dignitatem tueri: statum seruare: auctoritatem extollere: iniu
ria ac maleficio prohibere. Itaq; cum ea cõiuratio magni põderis esset & presentia
sua indigere videretur: extemplo cum exercitu profectus in Italiã contendit. Pri-
mo aduentu omni motu sedato: noxiis supplitio affectis pontificem Romanũ cum
ingenti gloria in vrbem restituit. a quo mox pro suis egregiis meritis & singulari
erga libertatem omnium christianorum fide Augustus appellatus imperatorium
nomen dignitatemq; suscepit non solum assentiente sed etiam applaudente populo
Romano. Hoc tempore primum summi imperii dignitatem: que trecentis ante &
triginta annis fuerat amissa: & iam nimia vetustate oblitterata : egregia virtute
Caroli occidenti restitutam tradunt. De quo quidem non alienum videtur pro cog
nitione rei altius aliquarto repetere. Vrbem Romam: sicuti grauissimi auctores
memorie prodidere: initio reges gubernarunt. Ii nullis legibus obnoxii domi popu
lum: exercitum foris pro suo arbitratu regentes nunc belli nunc pacis artibus reg
Romanam artifice auxere eoq; nutriendo perduxere ut bonam frugem libertatis
maturis iam viribus ferre posset. Tarquino deinde superbo ob immodicam domi
nandi licẽtiam regno exacto regia potestas penitus in vrbe cessauit Sub consulibo
postea ac dictatoribus: consularíq; potestate Tribunis : qui fuerunt libero populo
magistratus & res & nomen emersit imperii. Africa pene tota: magnaq; Asie par
te vltra Armeniam & Caucasum montem armis subacta Europe vero Hispaniis
Gallíis. Grecia Thracia aliisq; subinde regionibus bello domitis longe lateq; Ro-
manorum opes patuere. Hoc tã amplo per quadringentos sexaginta annos ab vna
republica parto auctoq; imperio frui deinde per intestina arma non licuit quorum
causa atq; inicium traditur ex immodica cupiditate regnandi & certamine factio-
num ortum: que semper fuerunt eruntq; pluribus populis magis exitio q bella ex
terna. Imperatores hinc creari cepti quod ante armorum castrorumq; nomen fuit
id tanq; intestino vigente bello intra menia inductum verbo quidem legitima po-
testas re autem vera dominatio erat. Qui enim republica occupata Romanis do-
minabantur Imperatores se appellari non solum equo sed etiam libenti animo pa-
ciebãtur quia imperatorium nomẽ & gracius & tollerabilius Rome erat q̃ quisq;
titulus qui dominacionis speciem pre se ferre videretur eratq; imperatoria digni
tas apud Priscos Romanos longe inferior regia dignitate. Cur autem postea hoc
imperatorium nomen in tanto precio habitum sit causam fuisse existimo quia cum
illi qui rei p Romana totiq; pene terrarũ orbi dominabant̃ se nũcuparẽt ĩperatores.

forte posteriores credidere: sicuti illi potentia ceteros alios anteibãt: sic etiam no-
men quo utebantur: reliquis omnibus anteponendum esse. Hinc talis opinio orta-
deinde multis temporibus inueterata obtinuit ut imperatoria dignitas omnibus
alus excellentior haberetur. Sed ab initio quidem singulis imperantibus cũ Ner
ua primus aliq; postea simili exemplo ducti sibi consortem imperii delegissẽt duo
interdum principes eodem tempore extitere: qui se Romanorum nuncupabant im
peratores. Postea vero q Constantinus relicta Roma ad orientem desedit factum
consuetudine est ut diuisum illud orientis hoc occidentis imperium diceret. Fede
deinde vastantibus Italiam Barbaris tempore Odoacri Torcilingorum regis: qui
Angustulum bello superauit sublatum imperiu trecentis & triginta annis in occi
dente cessauit. Tot enim ab Angustulo ad Carolum magnũ fuere quẽ a Leone põ
tifice imperatorem diximus appellatum. Carolus Francorum rex ac Romanorũ
Imperator post amplissimam dignitatem susceptam cũ in Galliam rediturus iter
per Etruriam faceret in memoriã dignitatis adepte Florentiam vrbem quã olim
magna ex parte deleuerant Gothi in pristinum statum cum summa celebritate re
stituit: omnemq; nobilitatem per oppida vicina dispersa in ciuitatem reduxit: no-
uis menibus cinxit: templis ornauit. Quibus meritis quantũ Caroli nomini eiusq;
successoribus nostra ciuitas debeat. p̃ nec litteris explicari nec ulla orõe exprimi.
Quod enim in solo patrio sumus. Quod liberi viuimus. Quod magistratus: leges:
ciuitatem habemus ea omnia Carolo accepta sunt referenda: ac eius memoria cum
grata recordacione perpetuo celebranda: ut homini tam preclare de nostra patria
merito si non parem beneficiis suis: saltem aliquã pro viribus nostris gratiam refe
ramus. Illud autem loco summe glorie Florentie vrbi tribuendum puto: q initio eã
condidere. Romani: conditam deinde ac Barbarorum furore euersam: Romanorũ
quoq; clarissimus imperator restituit: ut non tantum doloris ex deiecta: quantum
leticie ex restituta patria Florentinis accederet. Cum reuertisset in Galliam Ca-
rolus exceptus est eius aduentus ab omnibus populis incredibili honore atq; amo-
re. Festi celebrati dies: omnibus ciuitatibus supplicationes decrete: publice priua
timq; et gratulationes cum effusa leticia facte. His rebus tam egregie a Carolo ge
stis addunt scriptores nonnulli rem maximo memoratu dignam: quam ego ut cer
tam affirmare: quia nulla apud alios auctores eius rei mentio est: nec ut incertã re-
linquere ausim. Tradunt enim cum Hierosolima graui Barbarorum dominatu op-
pressa teneretur Carolum Constantini Imperatoris precibus euocatum simul &
rei indignitate cõmotum ad liberandum sanctissimum locum vbi omnium gentiũ
salus est orta: cum ingenti exercitu accessisse: profligatisq; Barbaris ac ex omni p
uincia pulsis christianos in vrbem restituisse firmisq; presidiis munitam reliquisse
profectum deinde Bizantium & a Constantino incredibili letitia acceptũ magno
q affectum honore paulopost in Galliam redisse. Hec si ita sunt hanc expeditionẽ
factam esse oportet anteq; Carolus ad restituendum Leonem pontificem in Italiã
veniret quia satis constat post imperatoriam dignitatem susceptam nunq; Carolũ
in orientem esse profectum. Hec bella septem & quadraginta annis tot enim reg-
nauit incredibili felicitate tum magnitudine quadam animi. tũ etiam ingenii atq;
consilii Carolum non solum gessisse sed etiam confecisse tradunt quibus regnum sa
tis amplum a patre acceptum longe maius actiusq; posteris suis reliquit. Nam pa
terni regni fines ĩ Gallia Rheno Ligeri Occeanoq; & ĩ Germania Danubio & Sa-
la fluuio qui Turios a Sorabis diuidit cõtinebantur. His Aquitaniam Vasconiã
Hispaniam pene totam & eam Italie partem in qua Langobardorum regia fuerat
bellica virtute adeptam Carolus magnus adiunxit. Adiecit etiam Saxoniam que
est non modica Germanie pars tum utranq; Pannoniam & vltra Danubium Daciã

Histriam & totum Liburnorum regnum Dalmatiam quoq; preter maritimas ci-
uitates que Constantinopolitano Imperatori parebãt: omnes deniq; Barbaras gẽ-
tes: que germaniam inter Rhenum: Occeanum: ac Danubium incolunt: partim ar-
mis subactas: partim beneficio allectas in suam potestatem redegit. His tãtis opi-
bus tot tamq; rebus egregie gestis eam sibi famam non solum in Gallia: sed etiam
per uniuersum orbem Carolus comperauerat: ut undiq; ad eum legationes cõcur-
rerent: graciam atq; amiciciam publice priuatimq; peterent. Quin etiam memo-
rie proditum est Persarum regem: cuius opes in Asia longe lateq; patebant: Caro-
li fama adductum legatos cum magnificentissimis donis misisse in Galliam qui eũ
rogarent ut se in amicitiam susciperet. Cum imperatoribus quoq; Constantino-
politanis beniuolentia fuit & societate coniunctus: ꝗq̃ post dignitatem imperato-
riam Rome acceptam Caroli fama illis & suscepta quoq; potentia foret. Ceterum
enarratis bellicis rebus: que uise sunt nobis cognitione & memoria digne: nũc ope-
re precium esse existimo Caroli habitum: naturã: & mores: tum ea omnia que ad
domesticam pertinent disciplinam breuibus verbis referre. Tradunt omnes pene
auctores: qui diligentius Caroli figuram describunt: procera illum fuisse statura
lato pectore: latis humeris: magnis uegetisq; oculis: naso paulo eminentiore: For-
ma deniq; & pulchritudine oris adeo eximia ut decorem simul pre se ferre uiderẽ-
cum regia quadam maiestate coniunctum. Habebat & in uoce splẽdorem & in in-
cessu totoq; corporis motu summã dignitatem: promissam gerebat barbã & si quã-
do festi dies celebrandi: erant aut legati externorum prĩcipum audiendi: ueste au-
ro contexta & gladio multis gẽmis ornato utebatur Valitudine fuit prospera nisi
quod paucis annis anteq; diem obiret febre sepius laborabat. Venationibus gallo-
rum more adeo frequenter studebat: ut non niues: non montes: siluæq; eum etiam
senescentem a tali exercito reuocarent putabant enim laborem corporis ad sanita-
tem seruandam vehementer conferre. Tradunt preterea eum balneis & aquis na-
tura calidis plurimum delectatum: atq; ideo Aquisgrani ubi talis aque ingens co-
pia erat diutius commorari solitum. Quinetiam consuesse amicos ac familiares &
interdum omnis generis homines secum in balneas ducere: ibiq; aliqua confabulã-
di materia in medium allata longum sermonem trahere atq; ex eo non mediocrem
uoluptatem capere. Fuit autem Carolus amicorum studiosissimus: pietate vero in
parẽtes: amore in filios: humanitate in omnes sine cõtrouersia ceteros alios supera-
bat. Mater ei Berta fuit heradii Cesaris prestantissimi Constantinopolitani Im-
peratoris filia: quam cum in omni vite tempore: tum precipue post Pipini mortẽ
in summo honore & obseruantia habuit. Difficilem fratris naturam ac multis su-
spitionibus laborantẽ ita pacienti animo tulit: ut pro acceptis iniuriis sepe benefi-
cia ei filiisq; suis referret. Sororem quoq; que sibi unica erat incredibili amore di-
lexit. Deniq; omnem familiam suam tanta caritate complexus est: ut quidam
scriptores dicant eum quocumq; accederet solitum esse filios filiasq; omnes secum
ducere. Fuit in remunerando largus inpuniendo mitis & clemens. quin etiam
tradunt cum aliquando in expeditionem proficisceretur Nothum filium: quem
pleriq; spe regandi iniecta opinionibus vanis imbuerant. Carolo insidias cõparasse
ut eum de medio tolleret: pauloq; deinde coniuratione detecta: mitissimum patrẽ
scelerato ignouisse filio: eiq; permisisse ut reliquã deinde vitam in quodam mona-
sterio ab oculis hominum remotam duceret Hanc igitur mansuetudinem in puni-
endo: equitatem in iudicando: moderationem in gubernando: quam Carolus pub-
licis pariter ac priuatis rebus pre se ferebat: sic populi omnes admirabantur: ut pa-
lam predicarent talem sibi regem diuino numine datum: qualem nunq; antea ausi
essent optare. Illud preterea maximam ei beniuolentiam comparabat. quod erga

hospites peregrinos & eos omnis qui paupertate nimia laborabāt: summa ꝓfusaq;
liberalitate utebatur. Inopes vero: qui virtute ac bonis moribus prediti erāt: sepe
non modo pecunia iuuit: sed etiam honoribus manifestis affecit: ut vanam eorū opi
nionem argueret: qui neq; honori magno locū: neq; virtuti putant esse: nisi ubi effu
se affluant opes. Cibi insuper & potus continentissimus fuit. Festis solum diebus
atq; id etiā raro conuiuia celebrabat. In cognoscendis cōtrouersiis hominum & di
ligentissimus simul & iustissimus habebatur. Libere ad eum querimonie de alioꝝ
iniuriis: facilesq; aditus erant: benigna reddebātur respōsa: que omnia quo rarius
in maximis principibus reperiuntur: eo gratiora in Carolo habebantur. Sed oīm
primum: ut erat diligētissimus religionum cultor: summa opera studioq; curabat
vt episcopi per vniuersum regnū sacras edes nimia vetustate dilapsas aut omnino
reficerent aut saltē renouarent. Ipse vero Aquisgrani vbi sedes regni eiusq; regia
erat maximis sumptibus templū condidit ipsumq; marmoreis columpnis: tū ar
gento auroq; celato vehementer ornauit. ornatumq; omnium rerum pulcerrimaꝝ
copia beate Marie dedicauit. Multa quoq; alia opera memoratu digna construxit
que ea tempestate tum pulcritudine: tum magnitudine sua admirationē gentium
cōmouebant. Nam pontem in Rhenum apud Maguntiam: vbi quingentos passus
fluminis latitudo patet edificatum a Carolo tradunt: egregium sane opus & mag
nitudinem conditoris cunctis visentibus pre se ferens. Regias insuper edes variis
in locis ab eodē extructas dicūt & tēpla in multis ciuitatibꝫ cōdita que nostris quo
q; temporibus extant: & religionem in Carolo: regalemq; animū fuisse ostendunt.
Verum ad has eximias regiasq; virtutes addiderat etiam Carolus eloquentiā copi
amq; dicendi & bonarum artium disciplinam: que cum ceteris hominibus: tum iis
qui sunt in summis potestatibus constituti magno semper decori atq; ornamento
fuere. Preceptorem habuit Albinum: cui postea Alcuino cognomen fuit virū eru
ditissimum summūq; philosophum: a quo non solum studium sapientie: sed etiam
precepta oratoria: artemq; differendi accepit cuius opera tunc primū Parisiense
Ginnasium a Carolo institutum tradunt. quod deinde a posterioribus regibus ser
uatum auctumq; eo dignitatis & glorie venit: ut nunc quoq; celeberrimum per vni
uersum orbem eruditissimorum hominum domicilium habeatur. Carolus igitur
ipse litteris non modo latinis sed etiam Grecis liberaliter institutus: filios quoq;
suos doctissimis hominibus in disciplinam dedit: ut a primis in cunabulis bonis ar
tibus erudirentur: filias etiā: ne ocio torperent: lanificio assuescere iussit. Habuit
autem ex pluribus vxoribus pulcerrimam sobolem sed ex Hildegarde femina apud
Sueuos amplissimo genere orta: Carolū: Pipinum: Ludouicum filios: totidemq;
filias genuit Ex his Carolum: qui maior natu erat: & Pipinum: quem Gallie
citeriori prefecerat priusq̄ diem obiret amisit. Ludouicus ei relinquebatur vni
cum senectutis refugium. Hunc paulo ante mortem ad se vocatum summo consen
su omnium principum Augustum appellauit: consortemq; sibi delegit imperii
que res maximam ei apud omnis generis homines: tum dignitatem: tum auctori
tatem cōparauit Stabilitum enim suis posteris non solum Francorum regnum sed
etiam Imperatorium nomen summa concordia omniū videbatur. Nec multo inter
iecto tempore cum venatū consuetudine sua haud procul a regia Aquisgrani esset
profectus: domum rediit cum febre: Hanc abstinentia ut consueuerat superare se
posse confidens: cum lateris etiam accessisset dolor: morbis simul & senectute cō
fectus vita excessit etatis sue septuagesimo secūdo & christiane salutis. xv. supra
octingentesimum anno quinto Cal. Februarias. Eius deinde corpus in basilica
Aquisgrani: quam ille in vita tantopere coluerat: solemni funere sepultum tradūt
arcumq; auratum egregieq; fabrefactum supra monumentum eius locatū: in quo

Carolus Magnus

imago illius sculpta tali epigrãmate cingebatur. Caroli magni christianissimi imperatoris Romanorum corpus sub hoc sepulchro conditum iacet. Hic Francorum regnum septem supra quadraginta annos summa moderatione ac iusticia administrauit: idq̃ belli pacisq̃ artibus magnopere auctũ posteris suis reliquit. Paulo ante obitum eius multa prodigia visa dicuntur. Nam & porticum: que erat inter Basilicam & regiam mirabili sumptu cõfecti: corruisse: & pontem ad Maguntiaʒ incendio conflagrasse: & auream pilam: que in culmine religiosissimi templi locata erat: fulgure tactam & deiectam tradunt. Tribus annis anteq̃ e vita migraret testamentum condidit: quo pecuniam: uestes: vasa aurea argenteaq̃ multaq̃ preciosam suppellectilem triplici diuisam legauit. Duas partes vi & viginti ciuitatibus regni: quas Metropolitanas appellãt Greci: ac earum episcopis dari iussit. ut illis in reficiendis ecclesiis & pauperibus iuuandis pro arbitrio vterentur. Terciã vero partem vniuscuiusq̃ ratione habita filiis: filiabus: nepotibusq̃ tũ seruis & ancillis reliquit. Erant inter ceteros thesauros suos tres argentee mense: ac vna aurea precipue magnitudinis. Illarum trium vnam: que Constantinopolitane vrbis similitudinem referebat ad ornandum celeberrimum beati Petri templũ Romã misit. aliam: in qua forma vrbis Rome peregregie sculpta erat: Rauennati Basilice dono dedit. Terciam vero que tocius vrbis descriptionem continebat & aureã illam: quam in ordine quartam numerauimus: filiis suis reliquit. Hec Carolus sũma diligentia: ratione atq̃ consilio: cum multi episcopi multiq̃ principes regni adessent: constituit. Que omnia Ludouicus eius filius ac successor ex commentario post Caroli mortem diligentissime: ac sanctissimeq̃ reseruauit.



Finis magni Operis.



